« LEOTIONES THEOLOGICAE

QUAS IN COLL. ROM. S. J. HABEBAT

JOANNES PERROM

E SOCIETATE JESU

IN EOD. COLL. THEOLOGIAE PROFESSOR.

EDITIO XXI. RATISBONENSIS I.

NOVISSIM AUCTORIS CURIS AC NOTIS ORNATA ET AUCTA.

VOLUMEN III.

DE LOCIS THEOLOGICIS.

RATISBONAE MDCCCLIV.

SUMPTUS FECIT G. JOSEPHUS MANZ.

TRACTATUS

DE LOCIS THEOLOGICIS.

PARS II.

TRACTATUS

DE LOCIS THEOLOGICIS

PARS SECUNDA.

DE VERBO DEI SCRIPTO ET TRADITO.

1. Si ecclesia, uti ostendimus, ea societas est, cui Christus Deus-homo plenissime depositum doctrinae suae concredidit: si ecclesia est a Christo instituta ut jugiter populos ad lidem ope sua sive adductos sive adducendos indubiis institueret documentis: si ecclesia denique una eademque semper extitit et existit, et usque ad consummationem saeculi in ministerio sibi commisso adimplendo, Christi, cujus personam sustinet, vices est praestitura; plane consequitur gentibus quibuscumque sive conversis, sive posthac convertendis non aliud sentiendum credendumque esse, quam quod eadem ipsis proposuerit ecclesia, quae unice pro nobis proxima et adaequata esse potest credendorum regula et agendorum. *

2. Porro ecclesia quemadmodum viva voce a divino suo Conditore atque ab interiore Spiritus Sancti afflatu omnes fidei veritates ex ipso originis suae et institutionis accepit exordio, sic easdem fideliter viva voce transmisit. Quemadmodum praeterea haec ipsa ecclesia ex quo esse coepit, vita vixit interiore fidei, spei et caritatis, sic eandem exteriore ministerio iis vitam omnibus communicavit, quos Christo lucrifecit per verbi praedicationem, ac in sinum suum recepit sacramentorum administratione aliisque adminiculis, quibus Christus constituit gratiam suam sanctificantem una cum enumeratis virtutibus impertiri; quae cuncta corpus hoc mysticum, ut ita dicam, informant.

3. Ipsamer porro Christi ecclesia longe lateque diffundebatur vita integerrima vivens, suo fungens munere, martyres sanctosque in caelum transmittens, priusquam objecta fidei libris committerentur. Haec vero dogmata solo ministerio proposita, traditione sive orali sive practica tunc temporis servabantur, Oblata interea occasione et Spiritus Sancti impulsu nonnulla hujus ecclesiae membra seu individua manus admoverunt commentariis seu libris edendis, quae tum Christi gesta et doctrinam referrent, tum ejusdem doctrinae explanationes atque vindicias. Ejusmodi autem scripta in quae aliqua ex parte relata sunt, quae ad ea usque tempora viva tantum voce proferebantur. nullum potuerant detrimentum afferre aut traditioni ipsi aut publico ecclesiae magisterio, quod ab ipsis independens omnino est. Quin immo libri qui identidem conscripti sunt, ad ecclesiae auctoritatem tamquam ad regulam proximam fuerunt exacti, quando ecclesia eosdem recipiens suo veluti suffragio consignavit. Edixit enim eos libros veridicos esse, divinaque inspiratione conscriptos: ex iis canonem suum effecit, constituitque ut omnes exinde libros illos ceu veraces, authenticos, divinitus inspiratos, et canonicos venerarentur, atque ex ipsis, se magistra, veritates inclusas quilibet derivaret. Hinc duplex illa regula et ecclesiae magisterio subordinata credendorum et agendorum, Scriptura et Traditio, quae ad nos usque dimanavit. Quandoquidem vero temporis tractu plura ex iis quae traditio primaeva complectebatur, monumentis sunt consignata, factum est, ut Scriptura et haec monumenta utpote mortua ab ecclesiae jugi vivoque magisterio vitam, ut ita loquar, adipisci semper debuerint, cum ejus tantum sit tum de veris ac genuinis Scripturis earumque legitimo sensu, tum de veris divinisque traditionibus judicare.

4. Quamobrem de Scripturarum Traditionumque divinarum existentia et origine, deque ipsarum praeterea Scripturarum inspiratione ac caeteris quae ad utrasque referuntur, infallibili auctoritate seu de fide nobis nisi per ecclesiam nequit constare. Neque enim alia suppetit via. In hac porro fidei professione non distinguitur theologus aut quilibet vir doctus a quovis rudi fideli, cum omnes ex aequo ob eandem auctoritatem hos fidei articulos fide teneant. Hoc solum intercedit doctum inter rudemque discrimen, quod huic sufficiat assensum praebere suum iis quae sibi ab ecclesia traduntur: at virum doctum praeterea deceat fontes ipsos ope scientiae investigare, cos aperire, et efficere ne unquam adversariorum erroribus contaminentur, prout in quovis fere fidei articulo aut dogmate fieri consuevit. Theologus quippe prius exhibet in articulo quolibet ecclesiae doctrinam, deinde ejus veritatem vindicat ex Scripturis, conciliis, patribus, ceterisque fontibus seu instrumentis scientiae suae propriis, ac denique adversariorum difficultates disjicit·,'de quo suo nobis loco erit data opera pertractandum.

5· Hanc propterea methodum circa Scripturam ac Traditionem sequi

ipsi statuimus; quia quamvis illae fontes sint, seu loca theologica ex quibus vir theologus suas haurit probationes, sunt simul objecta fidei nostrae, quae proinde uti objecta reliqua ab ecclesia credenda proponuntur. Equidem nobis proposueramus pro genetico, ut vocant, servando ordine prius de Traditione quam de Scriptura disputationem habere, siquidem reipsa Traditio Scriptura anterior est: cum tamen viderimus plura ex iis, quae viva voce ab initio propagata inerant, postea esse scriptis patrum monumentisque ecclesiasticis commendata, ne ordinem hac ex parte invertere postea cogeremur, prius de Scriptura sacra, deinde vero de Traditione disserendum esse censuimus, ut sic continenti oratione persequi illa omnia possimus quae ad hanc referuntur. Totam autem hanc controversiam in hac altera tractationis parte complectimur, cum par Scripturae ac Traditionis auctoritas sit, et ex aequo possit theologus tamquam ex fonte scientiae hujus nostrae proprio argumenta promere sive ad dogmata constabilienda, sive ad aliena placita refutanda. In duas sectiones eam dispertimur, in quarum priori de sacra Scriptura, in posteriori de Traditione disseremus.

PARS II.

SECTIO PRIOR.

6. *Sacrae Scripturae* nomine significantur omnes et soli libri quos ecclesia habet uti divinitus inspiratos, et in censum seu canonem suum retulit, omnibusque fidelibus ut authenticos, genuinos et Spiritu Sancto afflante conscriptos exhibet, utpote qui Dei verbum praeseferant. Ex hac notione intelligimus agendum a nobis esse de sacrorum Bibliorum *canonicitate,* ut vocant, eorumque divina inspiratione. Cum vero protestantes contendant sacram Scripturam adaequatam et proximam esse credendorum regulam, immo et controversiarum fidei judicem, prout a spiritu uniuscujusque privato, aut interiore Spiritus Sancti afflatu et impulsu subjectivo exponitur- ideo ostendendum praeterea nobis est Scripturam sacram neque regulam proximam et adaequatam fidei esse posse, neque alium legitimum ejus interpretem esse nisi solam ecclesiam. His adjicienda sunt quae ad ejusdem Scripturae exegesim, versiones, lectionem spectant, non omnia sed pauca delibando, prout praelectionum nostrarum postulat ratio. Haec enim professoris sacrarum litterarum provincia est, qui ex professo, ut ajunt, de gravissimis hisce argumentis pertractat. Distinctis capitibus quae heic enumeravimus persequemur.

CAPUT I.

DE SACRORUM LIBRORUM CANONE ET AUCTORITATE.

7. *Καvών* graece, latine *regula,* hic sumitur pro censu seu catalogo librorum quos ecclesia uti sacros et divinos, ac propterea uti authenticos

habet. [1] Ex hin libris alii ante, alii post Christi adventum conscripti sunt, unde eorum in libros Veteris et in libros Novi Testamenti partitio.

8. Hunc canonem seu catalogum exhibet tridentina synodus sess. IV. his verbis: Sacrorum vero librorum indicem huic decreto adscribendum consuit (sacrosancta et generalis synodus), ne cui dubitatio suboriri possit, quinam sint, qui ab ipsa synodo suscipiantur. Sunt autem infrascripti:

9. Testamenti veteris, quinque Moysi, id est Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium; Josue, Judicum, Ruth, quatuor Regum, duo Paralipomenon, Esdrae primus et secundus, qui dicitur Nehernias: Tobias, Judith, Esther, Job, Psalterium Davidicum centum quinquaginta Psalmorum, Parabolae, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Jeremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim prophetae minores, idest Osea, Joël, Amos, Abdias, Jonas, Michaeas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggaeus, Zacharias, Malachias; duo Machabaeorum, primus et secundus.

10. Testamenti novi, quatuor Evangelia, secundum Matthaeum, Marcum. Lucam, et Joannem: Actus apostolorum a Luca evangelista conscripti; quatuordecim epistolae Pauli apostoli, scilicet, ad Romanos, duae ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, duae ad Thessalonicenses, duae ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebraeos; Petri apostoli duae, Joannis apostoli tres, Jacobi apostoli una, Judae apostoli una, et Apocalypsis Joannis apostoli.

Si quis autem libros ipsos cum omnibus suis partibus, prout in ecclesia catholica legi consueverunt, et in veteri vulgata editione habentur, pro sacris et canonicis non susceperit ---- anathema sit. [4]

11. Ex his porro tum Veteris tum Novi Testamenti libris alii diçuntur *proto-canonici,* alii *deutero-canonici.* Proto-canonici ii sunt, qui primo in canonem relati sunt, deutero-canonici vero ii, qui postea in canone sunt recensiti. Libri proto-canonici V. T. auctore Josepho Flavio [2] viginti duo

[1]) Talem huic voci inesse sensum ex antiquis etiam scriptoribus liquet. Nam scribens s. Hieronymus adversum Ruffinum lib. II. n. 26. edit. Vallars.: »In libris, inquit, Samuel et Malachim, quos nus regnorum quatuor nominamus, post *catalogum divinae Scripturae* etc.« Loquitur porro de libris sacris quos enumeraverat in *prologo galeato.* Sic etiam s. Augustinus lib. II. *De doctrina Christiana,* cap. 8, cum n. 12. meminisset Scripturarum *canonicarum* quae ab ecclesiis catholicis accipiuntur, pergit n. 13. scribens: »Totus autem *canon* Scripturarum, in quo istam considerationem versandam dicimus, his libris continetur etc." Hos ipsos libros lib. XV. *De civ. Dei,* cap. 23. n. 4. vocat Scripturas *canonicas;* et lib. XVIII. cap. 41. n. 1. -Denique, inquit, auctores nostri, in quibus non frustra sacrarum litterarum figitur et terminatur *canon,* absit ut inter se aliqua ratione dissentiant;«· et alibi passim. Cf. Pétitdidier, *De Sacr. Script,* diss. XI. pag. 94. nec non Josephuin Blanehinium: *Vindiciae canonicarum scripturarum.* Romae 1740. *Praef. historica general,* cap. 1.

2) *Lib. I. cont. Apionem,* §. 8. ubi scribit: -Itaque apud nos nequaquam innumerabilis est librorum multitudo, dissentientium atque inter se pugnantium: sed

snnt, nempe omnes enumerati praeter Baruch, Tobiam, Judith, Sapientiam, Ecclesiasticum ac duos Machabaeorum, qui serius in canonem ah ecclesia relati sunt, adeoque deutero-canonici nuncupati. Libri proto-canonici N. T. sunt pariter omnes recensiti, exceptis epistola b. Pauli ad Hebraeos, II. epistola b. Petri, duabus posterioribus s. Joannis, epistola s. Jacobi, item epistola s. Judae et Apocalypsi b. Joannis, ut nonnullas quorumdam librorum partes omittamus. ’

12. Utrorumque autem librorum sive proto-, sive deutero-canonicorum eadem est auctoritas in ecclesia catholica, quae nullum inter eos agnoscit discrimen. Protestantes autem conveniunt quidem, seu potius olim conveniebant in admittendis libris proto-canonicis utriusque foederis; ast magna semper inter eos sententiarum discrepantia viguit ac viget circa libros deutero-canonicos. Modo enim, ut lutherani, libros omnes deutero-canonicos V. T. ac omnes N. T. abjecerunt, modo cum calvinistis libros omnes deutero - canonicos V. T. rejecerunt, retinentes omnes deutero-canonicos N. T., nunc visi sunt et videntur omnes prorsus retinere cum ecclesia catholica, nunc non

duo duntaxal et viginti libri, totius temporis (prae-'eriti) historiam complectentes, qui merito ereduntur divini.· (Edit. Havercamp.) Hos deinde enumerans, recenset quinque libras Moysis, tredecim libros a prophetis ccflscriptos, et quatuor complectentes hymnos in Dei laudem, et praecepta vitae hominum utilissima, nempe libros quos nos vocamus sapientiales. S. Hieronymus in prologo galeato in lib. Reg. hanc enumerationem refert ad viginti duas alphabeti hebraici litteras scribens: «Viginti et duas litteras esse apud Hebraeos, Syrorum quoque, cl Chaldaeorum lingua testatur. . . Quomodo igitur viginti duo elementa sunt . . . ita viginti duo volumina supputantur quibus etc.· Adnotat tamen ibid, quinque litteras duplices apud Hebraeos esse *caph, viem, nun, phe, sade,* quas nos finales vocamus. -Unde, prosequitur, et quinque a plerisquc libri duplices aestimantur, Samuel, Malachim, Dabre-jamim, Ezzas, Jeremias cum Cinolh, id est lamentationibus suis." Erant propterea viginti septem libri protoeanonici V. T. Hi dividebantur in tres classes, in *legem* nempe, *prophetas, hymnos* seu *psalmos,* ad quam divisionem juxta Maldonalum, Natalem Alex., Lightfootum *(Miscell.* cap. 44.), P- Lamy (in *Apparatu biblico,* lib. IL cap. 2·), alios-que passim allusit Christus Luc. XXIV. 44. dicens: *Necesse est impleri omnia, quae scripta sunt in lege Moysi, et prophetis, et psalmis, de me.* Postea obtinuit ut diviclerentur in *legem, prophetas et hagiographa.* De qua cf. Vossium de *Orae. Sibyllinis,* cap. 12. Lugd. Batav. 1680. atque utrumque Buxtorfium, ubi de canone Hebraeorum: item Blanchinium op. cit. *Prael', gen.* pag. 9 seqq. Bonfrerium S. J. in *Praeloqutis in totam Sacr. Script,* cap. 3. sect. VL

’) Tales librorum partes quod attinet ad V. T., sunt canticum seu hymnus trium puerorum Dan. IIL a v. 24 — 90. inclusive; historia Susannae cap. XIП. ac destructio Beli et draconis cap. XIV; septem postrema capita libri Esther, nempe a cap. X. 4. ad XVL 24. Quod vero spectat ad libros N. T., sunt 1.posteriores versiculi c. XVI. s. Marci, nempe a v. 9. ad finem ; 2. historia sudoris Christi sanguinei, quae legitur apud s. Lucam cap. XXIL vv. 43 et 44; 3. -historia mulieris adulterae Joann. VIII. v. 2 —12- inclusive. Septem itaque sunt libri deulerocanonici V. T. et paries librorum duae, nempe additiones Danielis et Esther; septem item libri N. T., sex scilicet epistolae el liber Apocalypseos, et 1res librorum partes.

respuunt dumtaxat deutero-canonicos, sed vixdum habent aliquem ex proto-canonicis librum aut aliquam libri partem quae modo ab hoc, modo ab illo non rejiciatur, aut saltem in dubium non revocetur. ‘

13. Quae cum ita se habeant, duo a nobis praestanda sunt: primo tridentinus seu ecclesiae canon vindicandus, secundo ostendendum non posse acatholicos independenter ab ecclesiae auctoritate ullum sibi canonem certum constituere. Sit igitur

PROPOSITIO I.

Canon sacrorum librorum a concilio tridentino editus solidum habet in primitiva ecclesia fundamentum, ac integer est omnino retinendus.

14. Complectimur, ut patet ex thesis enunciatione, libros prorsus omnes sive proto-, sive deutero - canonicos utriusque foederis cum omnibus suis partibus prout in vulgata editione legi consueverunt ad mentem concilii tridentini.

15. Sic porro inprimis generatim ejus evincimus veritatem: canon tridentinus solidum habet in ecclesia primitiva fundamentum, si de aetate in aetatem per quosdam veluti gradus assurgendo ad primum usque ecclesiae saeculum pervenimus, intuemurque canonem illum per eam aetatem usui fidelibus esse; jam vero ita se res habet.

16. Etenim canon tridentinus idem plane est ac canon quem saec. XV. exhibuit Eugenius IV. in decreto ecclesiae romanae nomine pro Jacobinis dato ann. 1439. 1 Hic rursum desumptus est ex canone quem ann. 494 edidit in decreto suo Gelasius. 2 Hic item plane congruit cum canone quem tradunt tum s. Innocentius I. in epistola ad Exuperium 3, ac s. Augustinus ann. 400 lib. II. *De doctrina Christiana* cap. VHL n. 13 4, tum concilium Carthaginiense III. ann. 397 celebratum cap. XLVII. 5, tum concilium hip-

<) Lulherani rejecerunt ab initio c librorum divinorum canone omnes libros deutero-canonicos V. T. ac omnes pariter N. T. Ratio vero est, quia nimis aperte adversabantur hi libri illorum innovationibus, atque ut mos constanter fuit omnium haereticorum, cum pervertere eos non possent, e canone expunxerunt. Calviniani e contra autumantes se posse in libris deutero-canonicis N. T. aliquod sibi fulcimentum reperirc, eos retinuerunt. Interdum fluctuant, atque inter se dissentiunt, ut suo loen videbimus. Inter alios cf. Herman. Janssens: *Herméneutique sacrée trad, du latin par J. J. Pacaud,* Paris 1833, tom. I. chap. 1. §. 5. Hac editione utar utpote aucta et in nonnullis ab interprete emendata.

*) Apud Harduin. *Acta concit,* tom. IX. col. 1023 scq.

2) Tom. IV. Anaslasii bibliothecarii *De vitis Rom. Pontificum,* edit. Blanchinii. Romae 1735. Prolegom. bpusc. III. pag. 59 seq.

3) Apud Coustant, *epist. Rom. Ponlif.* inter InnocentiSnas ep. VI. cap. 7.

4) Quatuor libri de doctrina Christiana a s. Augustino coepti sunt circa ann. 397. et absoluti ann. 406.

5) Apud Harduin. *Acta cone.* tom. I. col. 968.

ponense coactum ann. 393 can. XXVII. · Constat igitur saec. ecclesiae IV. eundem in ecclesia romana viguisse sacrarum Scripturarum canonem, qui a cone, tridentino saec. XVI. exhibitus est ac decreto suo firmatus; constat praeterea eundem obtinuisse canonem in africana ecclesia ut ex adductis liquet documentis. Quapropter concludimus ecclesiam africanam ab ipso exordio suo hunc eundem canonem ab ecclesia romana saec. II. incipiente aut I. labente una cum Christi tide accepisse. 7

17. Ex his porro conficitur hunc ipsum canonem jam invaluisse apud romanam ecclesiam sub finem saeculi I. Cujus rei praeterea ineluctabile habemus argumentum in epistola I. (quam alii Π. vocant) s. Clementis papae ad Corinthios; nam nti jamdiu animadverterant Cotelerius, et post ipsum uterque Blanchinius8. proferuntur inibi testimonia ex omnibus pene Veteris Novique Testamenti libris non solum proto-canonicis, verum etiam ex iis quos deutero-canonicos nuncupamus, nempe ex libris Judith, Sapientiae, Ecclesiastici, II. Machabaeorum: item ex epistola ad Hebraeos, ex Π. Petri, ex epistola Jacobi. Nullam vero cum fecerit Clemens mentionem Evangelii s. Joannis ejusque Apocalypseos, colligunt eruditi Clementem hanc suam ad Corinthios epistolam exarasse aut stante adhuc Solymorum urbe ac templo, aut paulo post utriusque direptionem ’, cum nondum scilicet suum Joannes Evangelium conscripsisset. 10 Quod si nonnullorum librorum deutero-cano-

*) Hoc concilium *plenarium totius Afri-* *w* a Possidio in vita s. Augustini cap. 7. vocatum est. Hujus concilii canones reperiuntur in *codice canonum ecclesiae africanae,* cumque fuerint vel probati vel retractati a cone, carthagin. HL ann. 397. celebrato, hinc fit ut permisceantur cum canonibus hujus posterioris concilii. Cf. Harduinum loc. cit. eoi. 954 et coi. 875. ubi in cod. eccles. africanae canon de quo loquimur reperilur sub n. 24.

·t

’) Id aperte testatur s. Innocentius I. ep. XXV. ad Decentium episc. Eugubinutn n. 2. apud Coustant. op. cit. coi. 856. ac Tertullianus *De praescript.* cap. 36. ed. Rigalt. ubi postqfam de Petro, Paulo ac Joanne disseruerit qui Romae fuerunt, pergit: nVideamus quid didicerit, quid docuerit, cum africanis quoque Ecclesiis contesserant. .. . Legem et Prophetas cum evangelieis et apostolicis litteris miscet, et inde potat fidem.·· In quem locum cf. adnotat. P. De la Cerda, ut omittam s. Augustinum qui saepius idem testatur. Cf. quae scripsimus in tract. *De Trinit.* cap. 2. prop. II. η. 71. not. 20.

Franciscos videlicet, tom. IL Anastasii biblioth. *De vitis rom. Pontifie.* pag. 48. coi. 2. in nolis historicis ad s. Clementem sed- 4; ejusque nepos Josephus op. cit. *Praef. gener,* pari. IΠ. Notandum porro est, tantae apud veteres fuisse auctoritatis epistolam -s. Clementis, ut pleraeque ecclesiae eam legere solitae fuerint publice diebus dominicis, immo et inter canonica scripta a non paucis recensitae fuerint, uti mox videbimus.

9) Cf. Godofredi Vendelini, *De Clementis et ejus epistolarum tempore divinatio,* apud Cotelerium tom. I. *Patr. Apostolic.* nec non ejusdem Cotelcrii *judicium de priore epistola s. Clementis.*

··) Cf. s. Hieronymum *De viris illustr.* cap. 9. cum quo consentiunt veteres omnes qui referunt ad profligandas cerinthiûnorum et ebionitarum haereses s. Joannem Evan-

nicoruni mentionem 8. Clemens /non injecit, ut libri Tobiae et prophetiae Baruch, item epistolae. Judae, et II. ac III. Joannis, ideo est vel qnia cum reliquis hi libri jungerentur, vel quia nulla illi sese obtulit occasio eos adducendi, prout nonnullos eadem de causa omisit ex libris proto-canonicis utriusque Testamenti. 11

18. Interim ex dictis apparet eundem semper sacrorum Bibliorum obtinuisse canonem in ecclesia romana, omnium ecclesiarum matre et magistra, adeo ut ejus canon ad aetatem usque apostolicam manifeste ascendat. Epistola quippe Clementis, cum adhuc in vivis ageret Joannes, exarata est: divina autem providentia contigit, ut dilectus hic apostolus sub Domitiano Romam traductus fuerit 1a, et paulo post suam in insulam Patmos relegationem ad eandem ecclesiam miserit suum Evangelium et Apocalypsim, ut plenus ibi Scripturarum census reperiretur. Sane huic ecclesiae statim concreditam Apocalypsim fuisse, aperte constat ex eo quod s. Justinus Romae degens, et s. Irenaeus qui et ipse sub Eleutherio Romam se contulit, commentarios suos ediderint in hunc librum veluti canonicum et sacrum. 13

* 19. Et haec quidem quod spectat ad identitatem canonis tridentini cum canone ab apostolicis temporibus recepto in ecclesia romana vel ex ipsa canonis descriptione in adductis documentis, vel ex ailegationibus Clementis romani. Nunc adjicere praestat alia documenta, quae idipsum confirmant. Sunt autem: I. Testimonia magna sedulitate collecta a cl. Blanchinio ex scriptoribus et conciliis cujusvis saeculi, incipiendo a saec. I. usque ad saec. XVI. 14 II. Inscriptiones lapidariae, quas inter illustris est quae jam a saec. VHI. a quodam Gregorio presbytero in ecclesia s. Clementis posita fuit; in ea quippe expressa fit librorum mentio, qui juxta ordinem versionis alexandrinae recipiebantur in canone Hebraeorum. 15 III. Opera musiva,

gelium suum scripsisse, quae quidem ann. XIV. Domitiani potissimum invaluerant. Hug et cum ipso Cellcrier, *Essai d'une introduction critique au Nouveau Testament,* Genève 1823. *Deux. part. sect.* V. censent Joannem turn Evangelium tum très epistolas exarasse una cum Apocalypsi in insula Palmos. Praeter conjecturas innituntur auctoritate auctoris synopseos athanasianae. Verum haec argumenta talia nobis non videntur, ut possint unanimem veterum consensum infirmare.

’·) Tales sunt ex V. T. libri Judicum, Paralipomenoo, et Cantici Cantic.; ex N. autem epistl. ad Galat., ad Colosseus., ad Titum et ad Philemonem.

ia) Uti testatur Terlullian. *De praescript.* loc. cit. et s. Hieronymus in *Comment. in Mattii,* lib. III. cap. 20. edit. Vallajs. tom. VII. col. 156-

,3) Cf. Euseb. *Hist. eccl.* lib. IV. cap. 18. et s. Hieronym. *De viris illustr.* loc. cit.

14) Cf. in *Appendice de scriptoribus ecclesiasticis, qui ab apostolorum aetate usque ail sacrosanctum oecumenicum conc. tridentinum, canonis divinarum Scripturarum, seu certi veteris ac novi testamenti librorum catalogi, ab ecclesia recepti, indicem texuerunt.* In cit. Praef. Gener, pag. 5 seqq.

’5) Cf. apud Franciscum Blanchinium tom. III. Anaslasii biblioth. in notis historicis in sect. LXIV. vitae s. Gelasii pag. 197—200.

sculpturae in sarcophagis, picturae in coemeteriis et in basilicis apud Ciarnpinium',* Aringhium17, aliosque, qui ea monumenta collegerunt ac illustrarunt. quaeque ante Gelasii decretum jamdiu extabant in ecclesia romans. Porro ex his constat libros deutero-canonicos ea in ecclesia uti sacros et canonicos habitos semper fuisse. Atque ut aliquot inde exempla proferamus, in basilica s. Pauli via Ostiensi a s. Leone M. musivis, picturis, historiisque decorata, exhibentur oracula sacrorum bibliorum a Genesi ad Apocalypsim: qui mos, ut obiter heic dicam, invaluit etiam Constantinopoli, siquidem in valvis aeneis basilicae s. Pauli, quae saec. XI. ad imitationem ecclesiae romanae excitata est, designantur prophetae, inter quos visitur *BAPOYX,* Baruch, qui adjungitur Jeremiae, interque versiculos, qui adducuntur ex Jeremia. legitur in hujus pugillari: *Hic Deus noster, et non imputabitur alius;* quae verba extant Baruch III. 36.18 Sed ut Romam redeamus, tabula tertia cubiculi tertii coemeterii Callixtiani historiam refert Tohiae19; in sarcophago Junii Bassi Daniel conspicitur inter leones illaesus *0; Susanna a seniorum calumniis vindicata passim in picturis vetustissimis occurrit *1: frequens item admodum est in antiquis monumentis inscriptio: *Alpha et Omega,* quae in Apocalypsi de Christo habetur ad significandum ipsum esse *principium et finem.**7 Quare si quis in pretiosa haec documenta digitum intendere velit, ut verbis utar cl. Blanchinii, poterit canonem sacrorum bibliorum tradere.23 IV. Id ipsum conficitur ex *Ordine Romano,* in quo praescribitur clero universo per anni circulum lectio ex singulis recensitis libris· ex quo profecto liquet quanta seduli-20

l6) Vetera ntonimeiita. Romae 1690- Pleraque facta quae referuntur in libris deutero-canonicis V. et N. Testamenti, in picturis, sculpturis et in operibus musivis Christianarum aedium expressa habentur una cum illis, quae habentur descripta in libris proto-canonicis utriusque foederis.

*') *Roma subterranea in duos tomos distributa.* Promae 1651. Cf. etiam Bosio, *Scullure e pitture sagre estratte dai ci·miteri di Romu,* vol. III. fol. Roma 1737. quae est collectio omnium copiosissima. Plures ex his picturis refert etiam d'Agincourt in op. *Storia dell' arte dimostrata coi documenti,* trad, dal franc. Prato 1826.

,s) Cf. Franc. Blanchinium op. cit. *Anastas. biblioth.* 1. c. ubi luculenter ostendit quomodo ex sanctorum martyrum coemeteriis, vel sacris aedibus primorum titulorum ac basilicarum ab ipsa aetate apostolica ante pontificatum Gelasii canon erui possit librorum singulorum utriusque foederis, ut reipsa adductis documentis ipse conficit. Vid. tom. ILL pag. 196 seqq.

'') Ibid. pag. 200.

20) Apud Aringhium op. cit. tom. I. lib. II. cap. 10. *De viris illustribus in Vaticano conditis, et de sepulchris, sepulchralibusque inscriptionibus apud Vaticanum coemeterium,* pag.275 seqq.; ubi etiam exhibentur tabulae aere incisae. Sarcophagus Junii Bassi signatus est consulatu Eusebii et Hyppalii (nempe ann. aerae christ. 359) repertusque est cum pluribus aliis in cryptis Vatican.

21) Ibid.

'2) Apud Ciampinium op. cit tom. I. cap. 22. η. 203. et apud Aringhium op. cit. lib. VL cap. 22.

71) Op. et loc. cit pag. 197. col. 1.

tate canonem 8uum in basilicis titnlieque romana ecclesia perpetuo custodierit. 24

20. Demum, licet canon ecclesiae romanae ab ecclesiis omnibus, orientalibus praesertim, receptus ab initio non fuerit, tamen in magna saltem existimatione, immo veneratione quadam libros deutero-canonicos tum veteris tum novi foederis habitos fuisse ex antiquis versionibus quae adhuc extant, satis elucet. 25 Etenim libri hi omnes translati sunt: quod quidem haud dubie sensum illarum ecclesiarum quoad hos libros ostendit.

21. Sive igitur canonem tridentinum cum canone conferamus, qui semper retentus fuit in ecclesia romana, ac proinde in ecclesiis item occidentalibus reliquis; sive vetera consulamus monumenta, antiquasque versiones, constat quod proposuimus, canonem scilicet tridentinum solidum in antiquitate habere fundamentum, ac integrum propterea omnino esse retinendum.

DIFFICULTATES.

22. I. Obj. 1. Scripturae canon non ab una ecclesia tantum, sed ab omnibus, seu ab ecclesia universa constitui debet. Verum quid dicemus si 2. ne constet quidem de constanti ecclesiae Romanae traditione? Etenim *1)* Eugenius IV. decretum suum dedit post Graecorum discessum; 2) dubiae autem fidei est epistola Innocentii ad Exuperium; *3)* Canon XLVU. dici nequit concilii Carthaginiensis III. quod celebratum est ann. 397. Nam a concilio ad Bonifacium pontificem hic canon missus est, cum tamen constet ann. 397. Syricium sedem romanam occupasse; 4} decretum Gelasianum juxta Caveum suppositititium est, cum in antiquis collectionibus Damaso tribuatur, interdum vero Hormisdae; *5)* epistola autem Clementis romani, si unum alterumve librum excipias, nullum eorum in particulari appellat, uti

’}} Antiquus Ordo Romanus vulgatus est saepius, praesertim ab Hittorpio in op. *De catholicae ecclesiae divinis officiis,* Romae 1591. Tom. I. a Joann. Cochlaeo *in Speculo* Venetiis edito; a Joann. Mabillonio in *Musaeo italico,* tom. II. Extal etiam in Bibliotheca PP. De la Vigne edit. IIT. vol. XV. pag. 397. Quamvis porro Ordo Romanus per anni tempora praescribat lectiones legendas ex quovis fere bibliorum libro, adhuc desiderabantur tituli seu sectiones in quas sacr. Scripturae libri antiquitus divisi erant. Hoc autem ex antiquissimis Mss. ecclesiae rom. vulgavit B. card. Thomasius, vir de ecclesiastica antiquitate optime meritus, in op. *Sacrorum Bibliorum veteres tituli, sectiones, et stichometria,* opp. edit. Rom. 1747. Ant. Franc. Vezzosi, tom. L Jam vero ibi exhibentur tituli et sectiones omnium prorsus librorum a Genesi usque ad Apocalypsim, nempe tum librorum protocan. quam librorum deutero-canonicorum, quales semper uti divinos et canonicos habuit ecclesia romana. Hi tituli anteriores sunt saec. XI. Observat insuper doctissimus vir jam a saec. V. in eccl. latina hos titulos appositos sacr. libris fuisse, et Cassiodorum meminisse horum titulorum Octaleuchi, quinque librorum Salomonis, ut olim allegabantur, nempe non solum Proverb. Eccclesiastes et Cantic. Cantic. verum eiiam Sapientiae et Ecclesiastici; item librorum Tobiae, Esther, Judith et Machabaeorum. Cf. ejus praefationem.

’4) Uti liquet ex ροϊ^^ϊοΐΐϊβλναΐΐοηΐηιϋβ.

observât Millius, qui propterea concludit primum canonem fuisse quatuor Evangelioruni. 3.‘Quis est praeterea qui nesciat antiquum canonem seu censum Bibliornm aeque ac versiones veteres abundare interdum, interdum vero deficere? Abundant quidem dum tres saltem libros exhibent Machabaeorum, quatuor Esdrae, epistolam praeterea s. Clementis aut Barnabae praescierunt: deficiunt, cum omittunt librum Baruch, ut concilium Carthaginiense III. et decretum Gelasii. in quo praeterea non recensetur nisi unicus liber Esdrae et Machabaeorum. Ergo.

23. Resp. Ad 1. *D.* Si ecclesia illa non esset omnium ecclesiarum mater et magistra, *C.* si talis sit, A Porro ecclesia romana. cum privilegio fruatur primatus in universam ecclesiam, utpote quae fundata sit a Petro apostolorum principe, qui eam sibi in sedem elegit, sua potuit auctoritate constituere verum Scripturarum canonein. ..Ista quam felix ecclesia, inquit Tertullianus, cui *totam doctrinam* apostoli cum sanguine suo profuderunt:/' quae propterea, ut ibidem subdit: ..Legem et prophetas cum evangelicis et apostolicis litteris miscet et inde potat fidem *; “ et ad quam quovis tempore ecclesiae reliquae omnes in orbe constitutae confugerunt, ut dubia sua excuterent, cum opus esset, circa Scripturarum canonem, qui proinde praevaluit in ecclesia universa. *’

24. Ad 2. A’ Etenim quamvis Eugenius IV. extra concilium florentinum decretum illud ediderit, exposuit tamen in illo canonem ecclesiae romanae, praesertim cum decretum suum in publica sessione, quam habuit in ecclesia Lateranensi, confecerit. 18 Ceterum cum Graeci eundem canonem admiserint, nihil illorum absentia auctoritati canonis ab Eugenio exhibiti detraxit. 29

25. Ne unus quidem criticorum superest, qui in dubium revocet *γνηαιύτ-ητα* seu genuinitatem epistolae s. Innocentii ad Exuperium 3°, de qua iterum paulo post disseremus.

26. Sed neque dubiae fidei est canon. XLVU. cone. III. Carthaginiensis: non enim cone. III., sed VI. Carthaginiense illud est, in quo illa apparet subscriptio qua petitur, ut ad Bonifacium acta illa mittantur cum canonibus praeteritorum conciliorum Carthaginiensium. Concilium porro carthag. VI. celebratum reipsa est ann. 419 sub Bonifacii pontificatu. 31 Inter canones vero conciliorum anteactorum qui solemniter ab hoc cone. VI. Carthaginiensi confirmati sunt, repetitur car. XLVII. cone, carthag. IΠ. celebrati ann. 397.

De praescript. haeret, cap. 36. ed. Rigalt.

57J Cf. s. August, lib. II. cont. *Advers. Legis et Prophet,* cap. 4. n. 13. et in lib. rout, *epist. Fundamenti,* cap. 4 el 5. nec non *De doctr. christ,* lib. IL cap. 8. n. 12.

’·) Cf. Harduin. *Acta cone.* tom. IX. col. 1021.

-B) Id constat ex confessione ipsorum adversariorum, et ex dicendis magis patefiet.

îO) Cf. Constant in adnolalt. ad hanc epistolam.

11) Cone, carthag. VI. est XVIII. celebratum sub Aurelio ann. 419 et ad ipsum spectat clausula de qua agitur, uti adnotavit

27. Neque pariter auppositiuin aut duhinm est decretum gelasianum: quod si in nonnullis collectionibus Damaso tribuitur, ideo est, quia ut aliquibus eruditis placet, Dainasus inceperit elenchum librorum qui admittebantur aut rejiciebantur ab ecclesia romana, Gelasius vero illud confirmaverit atque amplificaverit[32], prout paulo post etiam praestitit Hormisdas, qui decretum Gelasianum a se confirmatum et auctum misit ad Possessorem Africae episcopum tunc. Constantinopoli exulantem.[33] Ex hoc etiam patet cur illud decretum fuerit etiam Hormisdae adscriptum. Ceterum Cave aliique heterodoxi ab eruditis viris plene refutati sunt.

28. Esto quod Clemens passim ad librum aliquem nominatim haud appellet: cum tamen promiscue ex libris sive proto-canonicis sive deutero-canonicis sententias promat eadem prorsus ratione, non obscure indicat se hos tanti ac illos facere, alioquin non ita sese gessisset.[34] Millius porro non aliud significat, nisi primum canonem ab universa ecclesia receptum ex quatuor Evangeliis constitisse, quod non abnuimus. Immo addimus neque canonem ecclesiae romanae omnibus ecclesiis, praesertim orientalibus, communicatum primis saeculis fuisse, aut vim ipsi obligandi rom. pontifices adjecisse. Nonnisi quippe serius tacito omnium ecclesiarum consensu receptus est romanae ecclesiae canon.[35]

Harduinus lom. I. coi. 968. ad can. XLVU. cone, carthag. III.

3î) Cf. hoc de argumento eruditum Justum Fontaninium *De antiquitatibus Hortae,* Romae 1708. lib. II. cap. 3. ubi cl. vir adversus J. Pearsonium, Guillelmum Cave, J. Ernestum Grabium ostendit, perperam eos Gelasio abjudicasse decretum de quo agitur. Urit enim heterodoxos (qui traditionem rejiciunt, ut ipse loquitur, et librorum canonicorum numerum pro arbitratu cl sectae suae commodo minuunt) ibi in canone recenseri libros Tobiae, Judith, etc. adeoque modis omnibus illud decretum posteriori aevo et nominatim ab Isidoro Mercatore confictum docent. Ast perperam; nunc enim a criticis omne dubium sublatum est de ejusdem *genuinitate.*

3J) Cf. ibid. pag. 215 seqq. Antonius Pagius sub ann. 494. n. 5. putat Hormisdam, ut petitioni Possessoris episcopi africani Constantinopoli exulantis faceret satis, tam ad eum, quam ad legatos suos decretum Gelasii misisse, praecipiendo, ut illud ab omnibus religiose observaretur; tuneque decretum illud in varia exemplaria per Fausti rejensis adversarios exseripium latius per Europam, Africam et Orientem volitasse. Quia vero ab Hormisda fuerat missum, ejusque nomine vulgatum, eidem postea tamquam auctori tributum fuisse opinatur. De anno quo decretum a Gelasio conditum fuit, critici inter sc dissident. Baronius ad ann. 464. n. 19. datum existimat in concilio rom. LXX. episcoporum, *Asterio atque Praesidio consulibus:* pluribus hanc sententiam confirmat Labbaeus tom. IV. col. 1260: consentit demum Chiffletius in notis ad Vigilium tapsensem pag. 157. auctoritate ductus antiquorum codicum »in quibus hoc decretum notatur a Gelasio in synodo rom. LXX. epp. Asterio et Praesidio Coss. qui est ann. 494. Gelasii papae tertius, ante Hormisdae initia vicesimus."

34) Etenim s. Clemens plerumque contentus est sententias promere ex utriusque Testamenti libris, nulla interjecta libri et auctoris mentione, sive agatur de libris proto-canonicis, sive de deutero-canonicis. Indiculus qui ad oram hujus epistolae habetur locorum Scripturarum quae proferuntur a Clemente, antiquissimus est, scriptoris nempe saeculi quarti.

35) Usque ad Tridentinum nullus so-

29. Ad 3. *D*. Canones diversi ab illo quem constanter asseruit ecclesia romana, *C*. canon ecclesiae romanae, A'. Verum est antiquos canones a canone ecclesiae romanae diversos interdum abundare, interdum vero deficere, eo quod ecclesiae particulares nondum secum inter convenerint ab initio in canone constituendo ** neque canon ecclesiae romanae statini ceteris obligationem intulerit. Attamen negari nequit eundem constanter canonein obtinuisse in ecclesia romana, uti ex allatis documentis certissime constat. Quod vero ad antiquas attinet versiones. cum hae a privatis fuerint hominibus adornatae, mirum esse non debet, si illi una cum canonicis libris alios etiam verterint, qui magno habebantur in pretio, ac a nonnullis ecclesiis ut sacri et canonici excipiebantur.

30. Quod si in cone. III. Carthaginiensi et in decreto Gelasii omittitur prophetia Baruch, id causae demum est quod haec conjungebatur cum prophetia Jeremiae, ut patet ex documentis quae attulimus ecclesiae romanae , nec non ex s. Irenaeo 3T, ac s. Cypriano, qui eam allegat velut Scripturam canonicam38, quemadmodum pariter a Clemente alexandrino39, Ambrosio40, aliisque profertur. Falsum autem est in decreto gelasiano non recenseri nisi unicum Esdrae et Machabaeorum librum: ut enim liquet ex decreto genuino Gelasii edito ab erudito Franc. Blanchinio, duo tum Esdrae tum Machabaeorum libri expresse commemorantur 41, prout

lemnilcr ab universa ecclesia confectus est Scripturarum divinarum canon, sed tacito vel expresso ecclesiarum consensu tamquam divini spectabantur libri quos Tridentinum recensuit. Nisi haeretici obstitissent longe probabilius est futurum fuisse ut neque a Tridentinn canon sanciretur.

3i) Probationes hujus assertionis afferemus in insequenti propositione.

3T) Lib. V. cap. 35. n. 1. ubi scribit: «Significavit Jeremias propheta: *Circumspice,* dicens, *ad orientem, Hierusalem, et vide laetitiam* etc." Hic vero occurrit Baruch IV. 36 seqq.

3S) Lib. II. *Teslimon.* cap. 5; et quidem expresse allegat sub *Jeremiae* nomine scribens : «Item apud Hieremiam : *Hic Deus noster et non deputabitur alius* etc." quae verba leguntur, ut vidimus, Baruch III. 36 seqq.

3') Paedag. lib. I. cap. 10. edit. Polleri, Vend. 1757- tom. I. pag. 152. ubi pariter allegat sub Hieremiae nomine dicens; «Jam vere per Hieremiam quoque enarrat (Dominus): *Beati sumus Israel* etc.*· Prostant porro haec verba Baruch IV. 4.

<') Serm. XVIII. in Ps. CXVI1I. n. 2. ubi legitur: «Docet illa quae in *libro Hieremiae* flebiliter clamat ad captivos et exules judaeos: *Ite, proficiscimini, filii; ego enim derelicta sum deserta* etc.“ quae quidem occurrunt Baruch IV. 19 seqq.

41) Cf. Anaslasii bibliolh. *de vitis rom. pontif.* tom. IV. *Opusculum III.* pag. 61. quo tria exhibentur exemplaria decreti Gelasii: primum, quod genuinum dicitur, erutum est e coch florenlino antiquissimo a Luca Holslenio el Emm. a Schelstratc ; alterum est vulgatum, et a Chifflelio erutum sub nomine Hormisdae ex codice furensi; tertium cum naevis editum est in lucem ex cod. palatino bibliothecae vaticanae in op. cil. *De antiquitatibus Hortae.* Jam vero in hoc postremo deesl penitus catalogus librorum divinorum; in duobus vero prioribus recensentur *Esdrae libri 11,* et *Machabaeorum libri II.*

pariter recensentur a s. Augustino42, a s. Innocentio 43, et a conc. carthag. III. 44

31. II. Obj. Tametsi ecclesia romana eundem semper canonem retinuerit quoad libros V. T., ut id nunc liberaliter concedatur, certum tamen est 1. libros deutero-canonicos numquam ab Hebraeis in canonem adscitos esse, teste Josepho; 2. neque aetate Christi fuisse receptos, quippe qui praeter legem, prophetas et psalmos, alios non agnovit46; 3. nuspiam illis libris usos apostolos fuisse. 4. Cum tamen in versione graeca alexandrina una cum ceteris deutero-canonici reperirentur libri, factum est ut publice etiam legerentur in ecclesiis, quae per id tempus una hac versione utebantur. 5. Numquam tamen hisce ecclesiis mens fuit eandem, quam proto-canonicis tribuebant, per hanc lectionem auctoritatem deutero-canonicis impertiri, quos scilicet solum ad aedificationem perlegebant. 6. Res nihilominus erat aleae plena periculumque instabat, ne ex hac lectione eadem utrisque auctoritas tribueretur. Ut propterea abusum praevenirent, aut jam gliscenti huic abusui sese opponerent, vigiles episcopi de remedio cogitare coeperunt. Etenim Melito Sardianus, Oriente peragrato, canonem edidit esdrinum veluti solum tunc temporis receptum45; idem deinde praestitit Origenes 47; postea vero triginta duo episcopi Laodiciae congregati, qui canonem vulgarunt V. et N. Testamenti; nullos porro alios ex V. T. libros inter canonicos recensuerunt, nisi illos viginti duos qui reperiuntur in canone Esdrae 48: canon autem laodicenus vini legis obtinuit penes omnes Orientis ecclesias. Patres quarti saeculi qui nobis catalogum reliquerunt librorum canonicorum V. T., in Oriente quidem Athanasius49, Cyrillus hieros. 5°, Gregorius nazianzenus 5', Epiphanius 52 et Amphilochius53; in Occidente vero Hilarius 54, Ruffinus 55 et Hieronymus 56, unanimes plane sunt in rejiciendis apocryphis, libris nimirum deutero-canonicis. 7. Quamvis autem a nonnullis veluti *Scriptura* afferantur ejusmodi libri, non ideo tamen putandum est in pari gradu cum libris proto-canonicis eos habuisse, cum recepta apud eosdem fuerit distinctio inter libros *canonicos* et *ecclesiasticos,* qui nempe legebantur in ecclesia quin tamen

42) Lib. IL cit. *De doctr. christ,* cap. 8. ubi legitur: *Machabaeorum libri duo et Esdrae duo.*

43) Epist. VI. ad Exuperium Tolosanum, cap. 7. scribens: *Machabaeorum duo, Esdrae duo.*

44) Loc. cit. ubi legitur: *Esdrae libri duo, Machabaeorum libri duo.*

45) Luc. XXIV. 44.

46) Apud Euseb. *Hist. eccl.* lib. IV. cap. 26.

47) *Comment, in I. Psalm.,* et apud Euseb. *Hist. eccl.* lib. VI. cap. 25.

48) Can. LIX. Mansi collect, conc. tom. II.

49) In *Synopsi.*

50) *Catech.* IV.

51) *Carni, ad Saleucum.*

52) *Haeres.* VIII. et *De ponder, et mensuris,* cap. 5.

53) *In Jambis.*

54) *Proloq. in Psalm.*

55) *In symbolo.*

56) *Praef. in lib. Heg.* nec non in

inter canonicos reciperentur. Et haec quoad primam et secundam epocham, ah Esdra scilicet ad Christum usque, et a Christo ad saec. V. Ad tertiam vero epocham quod attinet, quae se quidem porrigit a saec. V. ad cone, usque tridentinum. nova prorsus aera aperitur. 8. Suadente quippe s. Augustino concilia africana contra ecclesiae orientalis et s. Hieronymi auctoritatem recensuerunt inter canonicos etiam apocryphos seu libros deutero-canonicos: atqui Augustinus deceptus fuit ex antiqua consuetudine lectionis horum librorum in ecclesia, prout jam decepti fuerant Tertullianus et Cyprianus. 9. Nec tamen sibi constitit Augustinus qui nempe agnoscit solos proto-canonicos fuisse in canone Hebraeorum receptos[57], et in libro *Retractationum* excusat se, quod tamquam prophetam seu *auctorem inspiratum* recensuerit auctorem *Ecclesiastici*[58]; et contra Gaudentium testatur Scripturam Machabaeorum ab ecclesia receptam esse non inutiliter, si *sobrie legatur et audiatur.*[59] 10. Itaque ex tota Augustini et Africanorum theoria libri *canonici* existimabantur illi, qui *accipiebantur,* id est *legebantur* in ecclesiis, non autem quasi divinam haberent auctoritatem, si proto-canonicos excipias. Quod cum haud satis advertissent posteriores scriptores, eandem in utrisque auctoritatem agnoverunt, et hunc demum errorem sancivit Tridentinum. 11. Ceterum numquam defuerunt viri docti qui alios ab aliis libris apprime distinguerent. Junilius nempe africanus ann. 560 dividit libros V. T. in tres classes *perfectae auctoritatis: 2. mediae auctoritatis:* 3. *nullius auctoritatis,* porro in prima classe una cum canonicis collocat *Jesum Siracidem:* in secunda *Judith et Machabaicos;* in tertia *Sapientiam,* deque duabus posterioribus classibus palam pronunciat: *Non inter scripturas canonicas currunt.*[60] Vigesimum primum caput Capitularis Caroli M. inter non canonicos refert libros apocryphos seu deutero-canonicos[61]; Gregorius M. excusat se quod testimonium allegaverit ex machabaicis *libris, non canonicis, sed tamen ad aedificationem ecclesiae editis.sî* Hugo a s. Victore ann. 1200 de quinque apocryphis *Judith, Tobia, Sapientia, Ecclesiastico et Machabaeorum* ait: *non scribuntur in canone et tamen leguntur.*[63] J. Beleth ann. 1162 de quatuor posterioribus scribit: *Hos non recipit ecclesia.*[6i] Saec. XIII. Joannes saresberiensis[65], auctor glossae ordinariae[68], Hugo a s. Charo[87], deutero-canonicos e canone excludunt. Saec. XIV. idem praestiterunt Andreas Hor-

praef. ad Proverb., praef. ad Paralip., praef. ad Jerem. praef. ad Daniel., praef. ad Esdr.

*') Lib. II. *De grat. et lib. arbitr.* cap. 2.

B) Lib. I.

*) Lib. I. cap. 31.

De part. div. legis, lib. I. cap. 3.

) Apud Harduin. *Collect, conc.*

') *Comment,* in XX. cap. Job.

') *De script,* cap. 6.

*) *De eccles. offic.* cap. 60.

6i) Epistl. 172.

s6) Edit. 1506, siquidem in posterioribus editionibus tractus oppositi canonici tali apocryphorum disparuerunt.

*8T) *In prolog. Josuae.*

nens jurisconsultus angitisefl, Guillelmus Ochamns8', Nie. Lyranns. Saec. XV. post decretum Eugenii IV. s. Antoninus non aliam libris apocryphis auctoritatem decernit praeter eam quam agnoscit in scriptis doctorum ecclesiae[68]; Alphonsus Tostatus dubitat utrum inspirati fuerint a Spiritu Sancto[71]: in praefatione Bibitorum quae edita sunt ann. 1498 et ann. 1506, dicebatur eosdem libros ecclesiam non admittere *inter canonicos.* Initio saec. XVI. card. Ximenes[72] et card. Cajetanus[73] sententiam profitentur Hieronymi. Idem dic 12. de auctoribus graecis, qui unanimes pariter sunt in rejiciendis apocryphis, ut constat ex Leontio[74] saec. VI., Joann. Damasceno[75], Nicephoro, Anastasio ejusdem annotatore ac Nicephoro Callixto.[78] 13. Attamen concilium tridentinum contra sensum totius antiquitatis anathema indixit iis, qui non reciperent uti canonicos libros apocryphos, non veritum eapropter anathema scientiae. 14. In quarta tamen hac epocha quae a conc. tridentino exorditur, non destiterunt viri sapientia conspicui etiam inter catholicos, qui antiquae adhaeserint traditioni, inter auctoritatem librorum proto-canonicorum et deutero-canonicorum probe distinguentes. Tales enim sunt Bernardus Lamy, Jahn, Dupin et Sixtus senensis. De ecclesia graeca 15. id ex Cyrille» Lucari77, aliisque fortasse constat. 16. Ecclesia vero protestans in synodo dordracena (haec quippe synodus repraesentabat ecclesiam protestantem *in omnibus suis partibus),* vestigiis insistens antiquitatis, decrevit quidem posse libros apocryphos in ecclesia legi, non tamen eandem vim atque auctoritatem librorum canonicorum nancisci, neque ex iis aliquod dogma de fide aut religione Christiana certo posse constabiliri. Quare libri apocryphi in Bibliis retenti sunt ad calcem librorum canonicorum cum apposito titulo *Libri apocryphi."*[18] Hic jam exoritur quaestio, quaenam ecclesia in errore versetur, pontificia potius an protestans, quaenam melius ad sensum Christianae antiquitatis se gesserit.[79] Eligat lector.

32. **Resp.** Ad i. *D.* Ex defectu successionis prophetarum postquam canon sub Esdra jam firmatus fuerat, *C.* alia de causa, *A* Canon Scriptu-

68) Praef. summae juris Aug.

6') Dial. pari. III. cap. 16.

70) Chron. part. I. iit. 3. cap. 4.

Tl) Commeat, in /fieron. prolog. Galeat.

Tî) Praef. Bibi, complut. 1515.

TS) Praef. com. in omnes libros authenticos V. T.

'■') De sectis, aci. 2.

«) De orlhodor.a fide,* lib. IV. cap. 18.

·) In Jambis.*

77) Confessio Christianae fidei, Genevae 1633. *Quaestio tertia.*

7S) Scss. 146. art. 4, 5 et 6.

79) Haclenus quidam Julius Dombre in opusc. *Histoire de la canonicité des livres apocryphes de Γ Ancien Testament* Genève 1830, quod praemisit thesibus a se propugnandis. Hoc opusculum compendio contraximus, non quod aliquid deferamus huic auctori, qui nullo vel apud suos nomine fruitur, ut certior factus sum ex epistola quam exinde accepi; sed quia hic paucis congessit quae a protestantibus afferri consueverunt adversus libros deulero-cauonicos, tum etiam ut occasionem haberem magis evolvendi quod ad hos libros spectat eorumdemque divinam auctoritatem.

raram divinarum, uti compertum est, sub Esdra, cooperantibus prophetis qui illa floruerunt aetate, firmatus fuerat."0 Hoc porro in canone si paucos tractus excipias, libri hebraice conscripti repositi sunt 8 1 ; quoad reliquos qui vel aliena fuerant lingua exaratieî, vel posthac conscripti sunt, in magna semper veneratione penes Hebraeos extitisse, sive ante sive post Christum, exploratum est ex testimonio ipsius Josephi, qui ex defectu praedictae successionis saltem *certae* prophetarum unice causam arcessit quare nec eandem fidem, nec eandem auctoritatem nacti sint hi libri, ac primi in canonem esdrinum relati obtinebant.53 Constat praeterea idipsum ex Thalmude in quo non solum ex illis testimonia allegantur vclut *auctoritas,* sed aperte praeterea inter *hagiographa* scripta recensentur.84 Ouod igitur facere nequivit synagoga spiritu prophetico destituta, catholica effecit ecclesia a Christo atque apostolis edocta ac infallibilitate praedita. 85

33. Ad 2. *D.* Id est Christus Dominus non commemoravit nisi *Legem,*

*') Omnes docti in eo conveniunt non a solo Esdra, sed praeterea a cooperatoribus ejus qui *magnae synagogae* nomine donabantur, confectum canonem fuisse.

»·) Tum in prophetia Jercmiae, tum in prophetia Danielis paries occurrunt lingua chaldaica conscriptae.

Sî) Tales sunt liber *Sapientiae, Baruch,* fragmenta seu ut vulgo dicuntur additiones libri *Hester,* pars deutero-canonica prophetiae *Danielis,* quae chaldaicc tantum habentur.

b3) En verba Josephi ex lib. I. cont. Apionem n. 8. -Ceterum ab imperio Artaxerxis ad nostram usque memoriam sunt quidem singula litteris mandata; sed nequaquam *tantam fidem et auctoritatem* meruerunt, quantam superiores ii libri, *propterva quod minus explorata fuit successio prophetarum.* Edit. Haverc. tom. II. pag. 441.

*') Sane in tract. *Berahhot,* fol. 48, in tract. *Herubim* fol. 54 et 64. tract. *Hhaghiga* fol. 12, tract. *Jebamot* fol. 63, tract. *Ketubot* fol. 110, tract. *Baba - Kamma* fol. 32, tract. *Baba-batra* fol. 38—145, tract. *Sanhedrin* fol. 100 *bis.* Item in *Medrasch-rahbù,* sect. *Mikketz.* §. 91. sect. *Bereschil* §. 8. allegatur textus ex libris quos nos deutero-canonicos vocamus tamquam ex libris sacris, ita ut mirum sit Jahnium in sua *Archaeol. germanica,* Vienn. 1802. tom. I. pag. 136- 29. potuisse affirmare thalmudislas minime hosce libros allegare. In, censum porro *hagiographorum* eosdem libros a Thalmude referri aperte constat ex tract, cit. *Baba-batra,* fol. 92 *verso,* uhi legitur: «Rabba quaesivit a Rabba-bar-Mari : unde provenit proverbium hoc populare : Ατὰor *sterilis deambulat, et confert se ad arborem infructuosam* (nempe juxta glossam Jarchi, qui sibi assimilantur, similantur)? Respondit: hoc scriptum est in *lege,* repetitur in *prophetis,* et iterum in *hagiographis.* - - - In *hagiographis* enim dictum est : *Omnis avis ad similem sibi conjungetur.*ıı Porro *thosephot Ghentarti* testantur hunc versiculum nuspiam reperiri in *canone clauso,* sed inveniri posse in libro Ben-Sira (Jesu filii Sirach). Reipsa hic textus legitur Ecclesiastici XIII. 20. nisi quod ibi legitur *caro* (animal), in Thalmude vero *acis.* Et haec quidem accepta referre debeo cl. Drach. qui in cognitione Thalmudis nemini facile secundus est, quique fortasse hoc de argumento peculiarem dissertationem editurus est. Cf. praeterea Janssens in cit. *Herméneutique sacrée.* §. 7. pag. 32.

ss) Singularis proleslantium agendi ratio est, qui adeo deferunt synagogae ut ejus judicio penitus acquiescant, quamvis infallibilitate destituta fuerit, contra vero insurgant adversus ecclesiam cui Christus ejus conditor solemnes adeo pollicitationes fecit.

Prophetas et Psalmos, quia ita ferebat uetia et distinctio quae tunc temporis invalescebat, *C.* ad ceterorum librorum exclusionem, *N.* Propositio affirmans non importat natura sua sensum exchisivum: ut igitur aliquid conficerent adversarii, deberent ostendere Christum alicubi eos reprobasse, quod tamen ipsis plane est impossibile.

34. Ad 3. A; vel *D.* Expresse seu appellando ad aliquem librum peculiarem, *Tr.* aequivalenter, *N.* Mirum nemini esse debet nullum in specie librum appellari a scriptoribus N. T., cum contraria tunc temporis consuetudo id non ferret: ut plurimum enim afferebantur effata ex libris sacris generatim tanquam *ex Scriptura,* aut apertis allusionibus contenti erant scriptores sacri, quibus veluti digito indicabant ad quos libros sese referrent. 86 Jam vero non semel in libris N. T. apertae ejusmodi allusiones occurrunt ad loca librorum deutero-canonicorum e. gr. *Luc.* XII. 19. — *Ecclesiastici* XI. 19; *Rom.* I. 20. — *Sap.* XIII. 1; *Hebr.* XI. 34. — I. *Machab.* H. 59 seqq.; *Epist. Jac.* I. 11. — *Ecclesiastici* XIV. 18; *Ibid.* II. 1. — *Eccli.* XLIL 1, et alibi passim. Cum igitur apertissime apostoli in scriptis suis vel iisdem phrasibus interdum utantur, quae in libris deutero-canonicis reperiuntur, vel dicta et historias allegent quae nonnisi in iisdem referuntur libris, eadem plane ratione qua ad loca et historias alludunt contentas in libris protocanonicis, quid de illis libris revera senserint abunde ostendunt.

35. Ad 4. *D.* Publice legebantur in ecclesiis ex versione alexandrina libri deutero-canonici uti Scriptura divina juxta divinam et apostolicam traditionem, *C.* uti libri apocryphi, eaque sola de causa quod reperirentur in versione alexandrina, *N.* Totum enim hoc systema nuper ab adversariis excogitatum, arbitrarium est ac manifeste falsum. Et sane certum est ex dictis I. Hebraeos ipsos magna semper in veneratione hos libros habuisse, eosdemque in classem hagiographorum retulisse; II. Christum *et* apostolos ex illis testimonia allegasse atque ad eos pluribus in locis allusisse; III. uti

---

}** Satis est aperire sacros codices N. T. at appareat saepissime vel allegari vel alludi ad libros V. T. quin expresse de illis fiat specialis mentio, et nihilominus non solum sententiae, sed saepe verba ipsa afferuntur; idque ipsum factum est quoad libros deutero-canonicos. Celerum apposite C. E. F. Molinié auctor et ipse protestans ac genevensis in op. *Notice sur les livres apocryphes de Γancien Testament,* Genève 1828, in rem nostram scribit in considerationibus generalibus: ..Mais, quelles que soient les causes accidentelles qui auront empêché d'ajouter de nouveaux livres au canon rédigé du temps d'Esdras . . . il nous semble que la synagogue de Judée, telle qu'elle était devenue, n'était plus seule compétente sur ce sujet, et que l'église chrétienne, qui lui succédait, eut aussi celle compétence comme la synagogue du temps d'Esdras avait été juge des écrits antérieurs même de plusieurs siècles. Or, nous avons vu quel cas les Docteurs de l'église primitive on fait des livres, que nous regardons maintenant comme apocryphes . . . et de plus nous avous vu que *les apôtres y font de fréquentes allusions, alors même qu'ils ne les nomment pas,* comme ils ne nomment pas tous les livres de F Ancien Testament qu'ils citent."

ex dicendis patebit, antiquissimos patres ad eos libros tanquam divinos, divinamque Scripturam appellasse: IV. utramque ecclesiam orientalem pariter et occidentalem eosdem ut divina inspiratione conscriptos recepisse; V. si ex versione alexandrina factum esset, prout adversarii autumant, ut spectati fuerint uti canonici ac divini libri deutero-canonici eo quod in ecclesiis legerentur ad aedificationem, tamquam divini et canonici recepti pariter fuissent III. saltem Esdrae, et III. et IV. Machabaeorum qui reperiebantur quoque in eadem alexandrina versione dum tamen isti rejecti ut apocryphi plane sunt.87 Quaquaversus igitur spectes novum hoc systema, patet esse falsum et ad arbitrium confictum. Hac porro machina dissoluta, sua \eluti sponte corruunt qnae ex ejusmodi hypothesi ab adversariis sunt superstructa.

36. Ad 5. *D.* Id est solemni decreto eos libros ecclesiae per id temporis non retulerunt in canonem, ac proinde sub hoc respectu eandem non tribuerunt extrinsecam auctoritatem libris deutero-canonicis ac tribuerint proto-canonicis, *C.* eosdem non spectarunt tamquam libros divinos Scripturamque sacram, *N.* Latius namque patet notio libri *canonici* quam libri *divini:* omnis quippe liber canonicus divinus est, seu divinitus inspiratus, quo fit ut passim etiam a veteribus hae promiscue voces usurpentur, at non e contra, cum possit aliquis liber divinus esse quin canonicus item sit, cujusmodi profecto erant libri qui postea in canonem ab Esdra ejusque cooperatoribus adseiti sunt. Sic libri, de quibus agimus, censebantur quidem libri divini, at cum ecclesia solemni decreto, ut paulo ante diximus, eos in canonem non retulerit, canonici nec erant nec dici poterant. Hoc sensu apprime intelliguntur, quae contraria videntur de his libris ab ecclesiae patribus affirmari. Interdum enim, uti mox videbimus, istos libros traducunt veluti dubiae auctoritatis: negant eandem illis inesse auctoritatem quam habent libri canonici; pronunciant inservire eos quidem aedificationi, dogmatibus autem quae in contentionem veniunt confirmandis minus idoneos esse: interdum etiam ad *apocrypha* scripta illos ablegare videntur88: attamen

*') Etenim in editione versionis graecae LXX. quae jussu Sixli V. opera card. Antonii CarafFa juxta vaticanum codicem adornata est, ac iterum recusa Lutetiae Paris. 1628 tres libri Esdrae reperiuntur ita dispositi, ut liber priinus qui inscribitur ó *!tptv<* sive *Sacerdos* respondeat libro Esdrae tertio, secundus respondeat nostro libro priino. liber Nehemiae seu juxta nos etiam Esdrae secundus respondet tertio in vers. LXX. Et eadem ratione leguntur in editione LXX. quae ad fidem codicis alexandrin» sive londinensis adornata est a J. Ernesto Grabe, et iterum a J. Jacobo Breitingero Tiguri Helvetiorum ann. 1731. Rursum in editione romana, et parisiens! graecae LXX. versionis tres habentur Maehabaeorum libri, quatuor autem in editione quae ad fidem exemplaris cod. alexandrini a Grabe, et Breitingero recusa est.

s8) Multiplicem sensum hujus vocis *apocryphi* tum apud veteres tum apud recentiores scriptores multa eruditione declarat Justus Fontaninius op. cit. *De antiquitatibus Hortae,* lib. II. cap. 3. §. 3. quae illic recoli possunt. Ad rem nostram quod spectat perinde est liber *apocryphus* ac non ab omnibus probatus, cujusmodi erant libri

iidom ipai libros hosce alibi vocant *Scripturam*› illorum auctores *prophetas* dicunt, iis innituntur ad adstruenda fidei dogmata, libros appellant divinos, aliaque ejusmodi do ipsis pronunciant. Quomodo haec inter se componuntur? Nempe ea quam apposuimus distinctione inter libros canonicos, *et* divinos. Quae namque primo loco ex patribus attulimus, intelligi debent relate ad canonicitatem, qua libri nostri destituti erant, et ad extrinsecam quandam auctoritatem qua scilicet carebant defectu testimonii solemnis ipsius ecclesiae: quae vero secundo loco adduximus, ecclesiae mentem circa eorundem divinam inspirationem, ac intrinsecam vim patefaciunt. 80

37. Ad 6. A'. Haec pariter nova theoria adversariorum nostrorum omni est fundamento destituta. Non agebatur quippe de abusu aut praeveniendo, aut coercendo, cum Melito Sardianus aliique canonem ediderunt: sed res erat de veteri Hebraeorum canone cognoscendo et patefaciendo. Hac de causa Melito peregrinationem suam in Orientem suscepit, nec tamen canonem Hebraeorum omnino perfectum exhibuit. 90 Origenes item profitetur se Hebraeorum canonem exhibere. 91 Concilium laodicenum utpote particulare solos recensuit libros *canonicos,* qui nempe continebantur in canone Hebraeorum omnium consensu recepto, adjecto tamen libro Baruch; de reliquis maluit silere donec ab ecclesia universali aliquid decerneretur. 92 Ne vero longiores simus, eadem aptari debet responsio patribus sive orientalibus sive

quos nunc deulero-canonicos vocamus; ab Eusebio vero *Hist. eccl.* lib. III. cap. 25. *ἀντιλιγόμἰνοι* dicuntur ad distinctionem eorum quos ipse vocat *ομολογουμἰνον* , qui omnium consensu recepti erant.

s9) Vel ex hac sola animadversione aperte deducitur vanam esse protestandum difficultatem, quod si ecclesia statuit de canone Scripturarum, ipsa superior efficiatur ipsis sacris Scripturis. Etenim per confectionem canonis ecclesia nihil aliud praestat, quam solemn? edere testimonium circa divinitatem quam agnoscit in sacris litteris juxta antiquam traditionem, nosque certiores reddit quinam censendi sint libri divini, quinam vero ab hoc numero excludendi. Nihil proinde intrinsecum addit ipsis Scripturis.

'·) De scopo Melitonis scribentis ad Onesimum haec habet Eusebius *Hist. eccl.* lib. IV. cap. 26. «Universos veleris Testamenti libros, //M» *omnium consensu recepti sunt,* statim in principio operis recenset.' Omittit porro in hac recensione Melito libram Esther, qui tamen, saltem quoad primam partem, certe canonicus semper habitus est.

91) Etenim loc. cit. *ex comment,* in Ps. I. ita scribit Origenes: ..Sunt autem viginti duo libri *juxta Hebraeos* hi: primus qui a nobis Genesis dicitur etc." Opp. edit. De la Rue, tom. IL pag. 529.

'') Celebratum est concilium istud juxta verisimiliorem sententiam ann. 372- Cf. Cabassutium *Notitia condi,* in hanc synodum, item Harduin. *Aeta cone,* tom. I. eoi. 778. Convenerunt autem ad hoc concilium patres *viffinti duo,* non autem ut scribit Dombre *trente deux.* Quoad libros N. T. omnes recenset praeter Apocalypsim: jam vero si prolestantibus esset auscultandum, qui urgent concilium laodicenum ut opponant decreto tridenlino, deberet e canone expungi hic liber quem tamen ipsi recipiunt. Cf. Cabassut. op. et loc. cit. ad can. LIX. Et haec quidem in hypolbesi de veritate can. LX. hujus concilii, quem tamen haud spernendis rationibus nonnulli critici uti adseititium habent.

occidentalibus qui nobis objiciuntur, quorum etiam scopus unicus fuit in suis catalogis librorum canonicorum eos tantum recensere qui in canone Hebraeorum continebantur, quia reliqui, nondum canone ab ecclesia confecto, reipsa canonici nequaquam erant, 93

38. Ceterum ut positivis testimoniis elucescat veritas nuper datae distinctionis inter libros canonicos et divinos, nonnulla hic subjicere praestat.

39- Origenes in celebri ad Africanum epistola non in eo solum totus est ut veluti genuinam ac sacram historiam vindicet «Susannae, sed insuper alios libros librorumque partes quae in canone Hebraeorum non continentur, ut hymnum trium puerorum, historiam Beli ct draconis, et sic vocata *additamenta* Esther, concluditque: ..Tempus est igitur, si haec nos non latent, abrogare quae *in ecclesiis feruntur exemplaria,* et fratribus lege praecipere, ut abjectis quos penes se habent *sacris libris,* adulando judaeis persuadeant, et ut nobis puros, et qui nihil habeant figmenti, impertiant." 94 Testatur praeterea ecclesias *Tobia uti.* 95 Profert demum auctoritates ad veritates fidei constabiliendas ex libris Machabaeorum 96, ex libro Sapientiae 97 et ex Ecclesiastico.99

40. S. Cyrilus hierosolymit. passim ex libro Sapientiae, quem etiam Salomonis vocat'', tum ex Ecclesiastico 1°°, ex Baruch quem prophetam dicitl°1, atque ex postremis Danielis capitibus testimonia tamquam ex Scriptura divina promit.1°*

41. Verus item Athanasius103 non solum ex eisdem libris adducit testimonia ad ea quae fidei sunt adserenda, sed ea praeterea utitur formula

9Ï) Intelligi id debet de ecclesia universali, seu de canone qui universam ecclesiam adstringeret; nam de ecclesia romana nullum dubium, ut ex dictis patet, quod semper suum canonem habuerit.

9')"J?pa *τοίννν, il μή λαν^άνιι ήμάς τα* τοιαὐτα, artStii/ *τα Iν ταΐ Ικηληβίαι φιρόμινα αντίγραφα, καί νοαοτ&ηΟαι τη άδιλ'ρύτιγτι ànо3tfs3a\ μίν* τάi παρ' αυτοί, *Ιπκριρομϊναί t'tpàf* βiβλου» κολακιΐio' *δι Ιουδαίου*, καi *πιί^ιιν ινα μιταδώϋιν r/μίι· των καθαρών, καί μηδίν* πλαϊσοα *Ιχόντων.* N. 4. cd. maur. орр. tom. I.

9S) Ibid. n. 13.

9fi) Exhort, nd martyr, n. 22 seqq.

") Lib. III. *cont. Celsum,* n. 60. ct alibi passim.

98) Ibid. lib. IV. n. 28. cl alibi. Vide indicem locorum s. Scripturae ad calcem uniuscujusque voluminis.

-') Cateeh. IX. num. 2- cd. Touttei el alibi.

'··) Cateeh. VI. num. 4. *Cateeh.* XI. n. 19 etc.

,e') Cateeh. XI. n. 15. ubi scribit: *Audi prophetam dicentem: Hic est Deus noster etc.* et alibi.

·"') *Cateeh.* XVI. n. 31. uhi agit de historia Susannae, et addit: *Scriptum est* enim: *γίγραπται γάρ,* d adducit verba quae leguntur Dan. XIII. 45. *Suscitavit Deus Spiritum Sanctum in puero juvenculo.* Porro phrasis *scriptum est* tum ex usu Scripturarum, tum ss. patrum ad denotandas Scripturas divinas usurpatur, ut notum est.

1°1) Dixi: Venu *Athanasius,* siquidem criticis compertum est *Synopsis* auctorem minime Athanasium esse. Cf. maurin. edit, admonitionem tom. II. opp. pag. 124 seq. Attamen noster Domhre Athanasio eam tribuit. Ast haec sphalmata juveni candidato donanda sunt eum pluribus aliis.

apud veteres usitata ad Scripturas divinas significandas, scilicet: *sio.d scriptum est.104*

42. Nec sese aliter gessit s. **Gregorius nazianzenus,** qui passim deutero-canonicos libros adducit quos *Scripturam* vocat; explanatque si quae sint eorum loca adducta ab haereticis105, quin uspiam divinam eorum auctoritatem in dubium revocet.

43. Idem praestitit s. **Epiphanius** confundens haereticos qui nonnullis horum librorum textibus abutebantur; siquidem eos ut divinos admittit, *Scripturam* expresse vocat, atque explanat.106

44. S. **Amphilochius** ex prophetia Baruch et ex libro Sapientiae velut divinis Scripturis profert testimonia, quin tamen eos libros suo in canone recensuerit. 107

45. Quod vero dicitur de patribus graecis qui nobis objiciuntur, dici pariter debet de patribus latinis, qui quamvis canonem contexuerint Hebraeorum, nihilo secius constanter afferunt testimonia veluti ab auctoribus *theopneustis* ex libris nostris, ut de **Hilario** certum est, etiam cum agitur de

104) Hac enim phrasi utitur s. Athanasius in ep. III. *ad Serapion,* n. 4. allegans verba Sapientiae I. 7. et in *Apoloij. ad Imp. Constant.* n. 17. adducens verba ex Tob. IV. 19. Insuper afferens ex epistola s. Alexandri ad se conscriptam in *Apoloy. contra Arianos,* n. 66- verba Ecclesiastici XXX. 4. scribit: »Ait quodam in loco *Sacra Scriptura: mortuus est enim pater ejus, quasi non esset mortuus."* Ex quibus duplex habemus testimonium Athanasii et Alexandri pro divina auctoritate Ecclesiastici; et allegans in epist. *De decretis Nicaenis,* n. 12. verba Baruch III. 12. scribit: » *Verbum* item Israelcm objurgans ail etc." Alibi vero eundem adducit sub nomine Jeremiad, passim verba cx deutero-canonicis proferens conjungit, nullo discrimine facto, cum verbis Petri, Pauli, Davidis etc. Cf. indicem locorum Scripturarum sub finem vol. I. Ceterum si standum esset auctoritati Synopseos, deberemus e censu proto-canonicorum expungere librum Esther, ac recensere inter proto-canonicos partem illam prophetiae Danielis quae complectitur historiam Susannae, ut alia omittam. Cf. tom. II. opp. s. Albanas, pag. 126 seqq.

,4S) Sic *Orat.* XXXIV. n. 13. adducens testimonium ex Sap. I. ait: «Quomodo illud tueri poterimus quod *ait Scriptura,* Deum omnia pervadere etc.;u et conjungit cum verbis Jcrem. XVII. 10. Item cum *Orat.* LIX. profert verba Ecclesiastici XXTV. 5. pag. 730. tom.I; nec non oral. XXXVI. pag. 586. ubi solvit quod ei objiciebatur ab arianis ex Baruch III. et alibi passim. Cf. indicem locorum Script, praemissum duobus voluminibus ejus operum.

*06) Uti *Haeres.* LXX. num. 7. edit. Petav. tom. I. pag. 818. proferens auctoritatem ex Esther XIII. 9. et *Haeres.* LXIV. n. 54. ubi sub nomine Salomonis affert ex lib. Sapientiae I. 4. item *Haeres.* XXIV. n. 6. adducens testimonium ex *Eccli.* VII. 1. ait: *Quemadmodum Scriptura testatur.* Rursum *Haeres.* LVII. solvit quod ex *Scriptura* objiciebatur ab haereticis noëtianis, nempe ex Baruch III. 36 etc.

1°7) In *Orat, in Christi Natalem,* η. 2. apud Galland. *Biblioth. Patrum,* tom. VI. pag. 464. tamquam ex *propheta* urget auctoritatem Baruch III. 38. Ha etiam citat Sap. IV. 2. in orat, in *Domini occursum,* n. 4. ibid. pag. 469. Adde quod juxta canonem quem Amphilochius describit *inJambis,* dubitare deberemus de libro Esther, cum scribat: *His* (libris canonicis) additur Esther a *quibusdam,* ibid. pag. 495. vers. 288. perinde ac de non paucis deutero-canonicis N. T.

dogmaticis disceptationibus. 108 Ruftmus inter cetera crimini verterat Hieronymo quod in praef. ad librum Danielis visus esset partem deutero-canonicam respuere, a quo 8. Doctor gravissimis hisce verbis se purgat: ..Quod autem refero, quid adversum Susannae historiam, et hymnum trium puerorum, et Belis. draconisque fabulas, quae in volumine hebraico non habentur, Hebraei solent dicere, qui me criminatur, stultum se sycophantam probat. Non enim quid ipse sentirem, sed quid illi contra nos dicere soleant. explicavi 10';:· qui praeterea allegans verba ex libro Sapientiae hac utitur phrasi: ..*Dicente Scriptura:* in perversam animam non introibit sapientia l*° et de Ecclesiastico ait: ..*Divina Scriptura* loquitur: musica in luctu intempestiva narratio.l: 111 Jam vero haec Ruftini et Hieronymi agendi ratio aperte ostendit, quid ipsi senserint de his libris, quamquam ob allatum motivum e canone excluserint, immo Hieronymus inter apocrypha ableget, id est, *hagiographa* ex mente Judaeorum. 1,1 Ex his novimus quid sentiendum de haereticis adversariis, quando firma adeo fronte nobis veteres opponunt.

46. Ad 7. *D.* Qui allegant hos libros veluti *Scripturam* putandi non

⅋ cr. *Tract, in Ps.* CXXIX. n. 4. ubi adducit auctoritatem ex lib. Tobiae XIL 15. *Tract, in Ps.* CXXXV. n. 11. ubi profert auctoritatem e.x lib. Sapientiae I. 7. tamquam ex *propheta,* scribens: *docet propheta. Tract, in Ps.* CXL. n. 5- affert Ecclesiasticum sub nomine Salomonis cum Latinis; vide hic adnotat. edit, maur. Lib. IV. *de Trinil.* n. 24. allegat Baruch III. 36. sub nomine Jeremiae; partem deulero-canonicam Danielis sub ejus nomine profert *Tract, in Ps.* LLL n. 19. ac Danieli tribuit. Ex II. Machabaeorum libro saepius auctoritatem adducit, ut in *Tract, in Ps.* CXXXIV. 25. in lib. *contr. Imp. Constant,* n. 6 etc.

'··) Lib. II. *cont. Kuffiniim* n. 33; in quem locum cf. adnot. Vallars.

ll °) Comment. in cap. 18. Jerem. v. 18. cd. Vallars. tom. IV. col. 972.

l ⅋ Epiai.* CXVIIL η. 1. ed. Vail. tom. 1. col. 786.

' *') E.\ paulo ante dictis η. 32. et nota apposita luculentissime constat, Hebraeos inter hagiographa recensuisse libros deulero-canonicos; merito proiude Jahn in sua Arcliaeologia biblica gennanica, Vienn. 1802.

29. arguit Martianaeum, quod contra sanam criticam, non obstantibus pluribus codicibus magnae auctoritatis, contra sensum doctorum hominum, correxerit quod legitur in parallelis prologis s. Hieronymi in lib. Tobiae et Judith *hagiographa,* in *apocrypha.* Martianaeum secutus est Vallarsius, qui pluribus argumentis lectionem Martianaei communire nisus est. Ast perperam, ut ex dictis liquet. Nec ipsi favet quod scribit Origenes in epist. ad African, n. 13. edit. maur. tom. I. pag. 26. Nam si bene attendatur ad verba Origenis, non absolute affirmat Hebraeos libros Tobiae et Judith inter apocryphos computare, sed solum eos in apocryphis *hebraice* non habere; en ejus verba: πιρὶ οὔ (Τοβιαὶ) *ημά ίχρήν Ιγνωκίναι, οτι Ιβραΐοι τ<;* Τωβία ού γρûνται,* ουδὲ *rÿ Ιουδφ^· ουδέ γάρ ίχουδιν αυτά καί ίν* ἀποι.ρὔφοιι *ίβραιϋτί ώί* err' *αύτών μαβό^τίί lyvt.jnaptv.* Quae sic vertuntur a De la Rue: ..Verum nos oportet scire Hebraeos Tobia non uli (id est publice non legunt in synagoga), neque Judith. Nec enim hos libros *etiam in apocryphis hebraice habent,* ut ab ipsis didicimus." Ad librum vero Judith in specie quod attinet, certum est nunc ab Hebraeis ejus historiam in synagogis legi primo sabbato octo dierum festi dedicationis (encaeniorum), et partem constituere officii publici matutini. Vid. *Jotser Leschabbal Hischon schel Hhanuca.*

sunt oos in pari gradu habulHse ac libros canonicos quoad auctoritatem c.r-*trinsecani, C.* quoad auctoritatem *intrinsecam,* TV. Certe de libris proto-canonicis numquam dubitatio exorta est utpoto in canone ab ecclesia univer-sali recepto contentis: quoad reliquos vero cum exploratum sit non paucos sed universim prorsus uti divinos, et Scripturam sacram seu divinitus inspi-ratam bos libros habuisse, eos uti Scripturam allegasse etiam adversus hae-reticos pugnantes, immo et allegatos ab ipsis haereticis veluti Scripturam fuisse, dubitare nefas est quin eandem intrinsecam ipsis auctoritatem tri-buerint. Cum tamen hactenus ecclesia universa nullum canonem confecerit, ideo sub hoc respectu juridicam, ut ita dicam, ac authenticam eandem aucto-ritatem minime tribuisse, ac proto-canonicis adjudicatur. Quod vero adjicitur discrimen inter libros *canonicus* et *ecclesiasticos,* quod isti tantum legerentur in ecclesiis, somnium adversariorum est. Nam si quandoque distinguuntur libri inter canonicos et ecclesiasticos, ideo est quia primi in canone recepti essent, ceteri uti divini haberentur ex ecclesiarum usu quae facto ipso pate-fecerunt eos in censu divinorum habere, non autem ex sola lectione ad aedi-ficationem fidelium.

47. Etenim libros nostros veluti Scripturam divinam allegant Clemens rom. 113 ; Barnabas114, Hippolytus115, Clemens alex.116, Irenaeus117,

l13) Epist. I. tui Cor. cap. 4. allegat testimonium ex lib. Sapient. II. 24; cap. 9. ex lib. Ecclesiastici XLIV. 17; cap. 55. ex Judith etc. Apud Coteler. loin. L Item in epist. II. *de viryinit.* cap. 13. ubi testimon. profert ex Dan. XIII. Dc quibus duabus epistolis *de viryinitate,* cf. Galland. tom. I. *Bibliuth. PP. Proley.* cap. 1. sect. II. In priori autem harum epistolar. ab eodem Cle-mente allegatur cap. 6. Eccli.

,M) Epist. cap. 6. affert textum ex Sa-pient. II. 12. una cum textu Isaiae; item ibid, citat Ecclesiastici I. 10; eundem li-brum allegat cap. 19. Cf. apud Galland. loc. cit.

Ils) In Susannam, apud Galland. tom. II. pag. 442 seqq. In Fragmento autem IX. in *Cuntic. Canticorum* laudat librum *Sapien-tiae* eumque tribuit Salomoni, ibid. pag. 489; et in *Demonstr. advers. Judaeos,* §§. 9, 10. ter eundem librum adducit ejus-que auctorem *prophetam* nuncupat; ibid, pag. 450. In op. *De Charism. Tradit. Apostol.* §. 2. inter mulieres quae prophe-taverunt, recenset Judilham ex ejus lib. ment. hist. Susannae ad v. 55. commemo-rat quae referuntur ex lib. Tobiae HI. 24. ibid. pag. 446.

l ,d) Ter allegat librum Tobiae; bis li-brum Judith; unam supra vicies Sapientiam Salomonis; Ecclesiasticum supra quinqua-gies; quater librum Baruch; passim in *Ecloyis* (si tamen ejus sunt) profert hy-mnum trium puerorum tamquam ex Daniele; tum librum II. Machabaeor. Cf. *Indicem sententiarum sacrae Scripturae quas Cle-mens Alex, passim citat,* ad calcem edit, ejusdem opp. Joann. Potleri oxoniensis, Venet. 1754.

117) Lib. IV. *cont. Haeres,* cap. 38. n. 2. profert testim. ex lib. Sapient. VI. 19, 20. Sic lib. V. cap. 35. sub nomine Jeremiae, quae leguntur Baruch IV. 36, et in toto cap. 5. Lib. IV. cap. 26. n. 3. Da-nieli auctori tribuit quae leguntur Dan. XIII. de historia Susannae, eideinque prophetae refert historiam Beli et draconis, quae ha-betur Dan. XIV. ibid. lib. HI. cap. 5. n. 2.

auctor *Constitutionum apostolicarum 118,* Tertullianus ' ‘ °, Cyprianus l ’ °, Dionysius alex. l *l , Methodius 11 * , Pontius 1U, Archelaus l *4 , aliique praeter eos quos paulo ante recensuimus et vindicavimus. ‘‘a

43. Ad 8. A'. Etenim s. Augustinus et concilia africana sub finem saec. IV. aut sub initium saec. V. nihil aliud fecerunt, quam in unum demum canonem redigere libros qui hactenus tacito vel expresso ecclesiarum consensu et usu uti divini ex antiqua traditione habebantur. Dicitur enim in conc. Carthaginiensi VI. ann. 409 celebrato: „Quia a Patribus ista accepimus in ecclesia legenda et tamen dicuntur libri *divini,* Scripturae *canonicae,* qua sola animadversione totum aereum adversariorum aedificium de distinctione inter libros *canonicos* et *ecclesiasticos* plane labefactatur. Ruit

) Lib. II. cap. 49 et 51. sub nomine Danielis profertur historia Susannae; ex libro Tobiae lib. I. cap. 1. adducitur testimonium ac dicitur *lex Dei:* el lib. VIL cap. 2. adducitur uti Scriptura divina una cum aliis libris proto-canonicis: item lib. III. cap. 15; Judith fit mentio lib. III. cap. 7; ibid. lib. II. cap. 21. ex Ecclesiastico textus profertur etc.

» ‡ ») Allegat testimonium ex lib. Judith, *lib. de Monog.* cap. 17. Novies adducit ex libro Sapientiae, quem adscribit Salomoni; quinquies ex Ecclesiastico quem et Scripturis accenset; totidem ex Baruch sub nomine Jeremiae; Susannae item historiam, Beli et draconis commemorat ac Danieli tribuit; ulrumque denique allegat Machabaeorum librum, primum nempe et secundum. Cf. indicem Scripturarum ad calcem ejusdem operum, edit. Pamclii et Rigalt.

1-°) Eosdem libros quos Tertullianus, veluli Scripturam allegat s. martyr, ac librum praeterea Tobiae passim. Cf. indicem loc. sacr. Script, ed. maur.

1,1) Tamquam Scripturam divinam adducit testimonia ex lib. Tobiae, Sapientiae, Ecclesiastici, et Baruch. Cf. edit. opp. De Magistris, Romae 1796, in ind. loc. sacr. Script.

'5Î) lu Concio. decem virg. Orat. II. §. 3. profert textum ex lib. Sapient. IIL 16. vocatque *γραφήν;* item §. 6. Sap. IV. 6. et §. 7. Sap. XV. 10, 11; et alibi. Item ibid. Orat. V. §. 4. ex libro Ecclesiastici VL 35; item orat. I. ex cap. XVIII. 30; XIX. 2; XXIII. 1, 5, 6; nec non orat VIIL §. 3. ex lib. Baruch III. 14, 15. sub nomine Jeremiae; orat. XI. §. 2. *in psalmo* ex lib. Judith VHI. 1, el ex Dan. XIII. 19, ubi agitur de historia Susannae. Cf. apud Galland. *Bibl. Pair.* tom. III. pag. 670 seqq.

,2J) lu vita et pass. s. Cypriani §. 10. ubi ex lib. Tobiae profert testimonium. Cf. apnd Ruinart *Acta MM.* ed. Veron. 1731. pag. 183.

124) In *Disput. cum Manete haeresiarcha,* §.29. allegat ex lib. *Sapient.* 1.19. et quidem in disputatione dogmatica. Cf. apud Galland. *Bibl. Pair.* torn. III. pag. 587.

,2i) Inter alios enim addi possent auctor tractat, anonymi ad Novalianum, *De spe veniae non neganda* apud Galland. tom. III. pag. 376. qui citat tamquam *divinam exhortationem* verba Ecclesiastici II. 11—13. Eundem librum vocat Origenes horn. IV. in Exod. §. 5. *Scripturam,* et horn. VIII. §. 4. ejus auctorem vocat *prophetam.* Auctor *Constit. Apost.* qui praeter nuper recensitos libros adducit lib. V. cap. 20. Baruch III. 36. Cf. apud Coteler. tom. I. S. Cornelius in epist. XII. ad s. Cyprian, apud Galland. tom. III. pag. 353. librum II. Macbab. vocat *Scripturam divinam* etc. Ex his patet universam antiquitatem, patres graecos et latinos veluli Scripturam, Scripturam divinam, divina oracula etc. libros deutero-canonicos allegasse, quamvis inter canonicas Scripturas non recensuerint, eo quod, ut diximus, praeter priorem canonem ab universa ecclesia receptum, nullus alius solemni judicio confectus fuerit.

,26) Apud Harduin. *Acta conc.* tom. I. coi. 968. ubi cf. adnot. Harduini ad can. XLVIL conc. III. carthag.

M M ▪

insuper simul quod adjicitur de oppositione ecclesiae africanae contra auctoritatem orientalis ecclesiae et s. Hieronymi; de deceptione s. Augustini, Tertulliani ac Cypriani, addere poterant et aliorum omnium, quos magno numero paulo ante recensuimus, una cum pontifice Jnnocentio I. qui eundem canonem tradidit Exuperio *Tolosano* [127], et Bonifacio qui africanum canonem probavit; isti porro omnes decepti turpiter sunt tamquam totidem stolidi, ne dicantur decepti sapientes et acuti haeretici nostri. [128]

49. Ad 9. *N.* Siquidem s. Augustinus cum fatetur solos proto-canonicos in canone Hebraeorum extitisse, idem dixit quod alii omnes ante se jam dixerant, eademque ratione ac illi se gesserant, se pariter gessit quoad alios libros in illo canone non contentos. Falsum est s. Augustinum in libro *Retractationum,* excusare se quod tamquam *prophetam,* seu *auctorem inspiratum* recensuisset auctorem Ecclesiastici: sed solum abjudicat Salomoni, cui tum Sapientiam tum Ecclesiasticum tribuerat. [129]

50. Ad 10. *Neg.* hanc illationem utpote ex falso supposito derivatam, ut abunde liquet ex dictis; haec enim non est theoria sive Augustini sive Africanorum, sed adversariorum nostrorum. Idem dic circa ea quae de posterioribus scriptoribus affirmant adversarii, quod non satis adverterint ad systema a nostris protestantibus nunc demum excogitatum, ac de errore commentitio quem sanxit Tridentinum, quin diutius his insistamus.

51. Ad 11. *D.* Id est non defuerunt, qui nondum canone ab ecclesia universali confecto excluderent a censu canonicorum librorum aut aliquos aut omnes libros deutero-canonicos, aut saltem de nonnullis dubitarint, *Tr.* vel *C.* ademerunt his libris divinam auctoritatem, juxta dicta, *N.*

52. Ac primo non admodum sincere proferunt adversarii nostri quae ex Junilio africano objiciunt. Nam non Judith solum et libros Machabaeorum collocat inter libros *mediae auctoritatis,* sed libros praeterea Paralipomenon, librum Job, duos Esdrae et librum Esther [130], deque his praecise pronunciat quod *non inter canonicas Scripturas currunt, quoniam apud Hebraeos quoque super hac differentia recipiebantur.* Ex hoc solo loco specimen habemus tum

[127]) Dixi: Exuperio *Tolosano;* nam eruditus adversarius Exuperium dicit episcopum *Toletanum, Ev. de Tolède,* pag. 28.

[128]) Semper mira est haereticorum agendi ratio; si enim aliquid ipsis arridet, nullo licet aut paucorum testimonio innixi illud amplectuntur: si non placet, etsi conspiret universa antiquitas in eo stabiliendo, omnino respuunt; siquidem ipsi sunt judices supremi.

[129]) En ejus verba ex lib. II. *Retract.* cap. 4. η. 2. »De auctore libri quem plures vocant Scripturam Salomonis, quod etiam ipsum sicut Ecclesiasticum Jesus Sirach scripserit, non ita constare, sicut a me dictum est, postea didici, et omnino probabilius comperi non esse hunc ejus libri auctorem."

[130]) Cf. op. cit. *De part. div. legis,* Paris. 1556. cap. 3. collai, cap. 7. Animadvertendum praeterea est hunc auctorem recensere inter libros *perfectae auctoritatis* librum Ecclesiastici (cap. V.), et inter libros *mediae* auctoritatis *Canticum canticorum* (ibid.).

doctrinae hujus auctoris, tum *bonae,* ut ajunt, fidei adversariorum, qui illum nobis objiciunt, ne cetera persequamur.

Falsum etiam est quod de catalogo Scripturarum in vigesimo primo Capitulari Caroli M. dicitur; nam non aliud de Scripturis sacris ibidem invenitur. quam admonitio ut sacerdos Dei *de divina Scriptura doctus sit, ac totum Psalterium memoriter teneat.* l ’ *

53. S. Gregorius M. libros Machabaeorum vocat *non canonicos* per oppositionem scilicet ad canonem Hebraeorum 1s* juxta dicta.

54. Eodem plane sensu loquitur Hugo a s. Victore qui recensuit solum Hebraeorum canonem. 135

55. Sincere non affertur quod ex Joann. Beleth objicitur: nec enim ipse scribit: *Hos non recipit ecclesia,* sed: *Verum hos quatuor quidam non recipiunt, ecclesia tamen eos approbat* l ; et hinc novum specimen sume bonae fidei adversariorum ecclesiae.

56. Joann. Saresberiensis sibi tantum proposuit describere ex s. Hieronymo canonem Hebraeorum, ut ipse declarat. 135 Loquens vero de libris Tobiae, Judith et Machabaeorum *qui non sunt recepti in canone* (nempe Hebraeorum), *quia fidem,* inquit, *et religionem aedificant, pie admissi sunt,* scilicet ab ecclesia 136: demum concludit, omnium V. et N. T. librorum unum eundemque auctorem esse Spiritum Sanctum. 137

57. In Glossa ordinaria pariter canon Hebraeorum ex auctoritate Hieronymi praeponitur, neque, ut ajunt adversarii, in posterioribus editionibus ann. 1506 tractus qui contrarii sunt canonicitati apocryphorum *(deuterocanonicorum)* omittuntur138; siquidem nulla erat ejusmodi omissionis ratio.

58. Ita etiam Hugo de s. Charo, qui canonem exhibet Hebraeorum, et ad mentem s. Hieronymi vocat apocryphos, sive *hagiographos* libros in canone non contentos, declaratque eos ab *ecclesia recipi. 139*

’’·) Cf. apud Harduin. *Aria cour.* tom. IV. col. 961.

l’’) Cf. Praefal. general. edit. maur. opp. tom. I. §. 16. ubi ipsi hanc difficultatem jamdiii a Molinaeo objectam disjiciunt.

*’’) Cf. opp. ed. Ven. 1588. tom. I. *De Scripturis* etc. cap. 6 et 7. ubi recenset juxta can. Hebr. libros XXII.

l·’■) Cf. *Hujus lib. officiorum explicationem* ad calcem *Rationalis dic. of/ic.* Guillclm. Durandi. Vend. 1577. fol. 335. 2.

,SJ) Relato enim ex s. Hieronymo Hebraeorum canone subdit: »Et haec quidem inveniuntur in Prologo libri Regum, quem Hieronymus vocat *galeatum principem* omnium Scripturarum quae ab ipso de fonte Hebraeorum manaverunt.« Cf. in */Jibliolh. Pair.* Lugd. 1677. tom. XXIII. pag. 468. eoi. 1.

,3Sj Ibid. pag. 469. col. 1.

·»’) Ibid. col. 2.

’’s) Sane in Bibliis sacris cum *Glossa ordinaria* Lugduni editis ann. 1590 ac Sixto V. nuncupatis, prologus *de canonicis et non canonicis libris* eadem prorsus ratione legitur tom. I.

139) Sic enim scribit *in postill. super* lib. Tobiae: -Dicimus quod Hieronymus accipit hic diffusius hagiographa, ut scilicet includat apocrypha, *quae ab ecclesia recipiuntur:* quorum veritas manifesta est, sed auctor ignoratur, ut est Ecclesiasticus,

59. Guillelmue Ocham nec verburn hoc de argumento habet in objecto loco. 140 Lyranus verbis utitur 8. Hieronymi eodemque in sensu loquitur.141 Hornei jurisconsulti opus mihi compararo non potui: at praeterquam quod obscuri jurisconsulti Race. XIV. auctoritas hac in parte nimis exigua est, ex analogia licet conjicere illum a ceteris non dissentire.

60. Dum videtur s. Antoninus non aliam tribuere auctoritatem libris deutero-canonicis quam eam, quae docloribus competit ecclesiae, intelligi debet in ordine ad auctoritatem extrinsecam et canonicam nondum solemn! ecclesiae decreto illis libris tributam; instructio enim ab Eugenio IV. Arménie data est, absoluto concilio ilorentino. Utitur autem verbis s. Hieronymi quoad libros in canone Hebraeorum non contentos, et profitetur ecclesiam hos libros recipere juxta datam superius a nobis distinctionem. 142

61. Idem de Tostato dixeris, qui tamen fatetur libros deutero-canonicos ab ecclesia recipi uti authenticos.145

Sapientia, Judith, Machabaeorum, Tobias, Pastor." Cf. opp. edit. Venet. 1600. Tom. I. fol. 373. 2. col. 1.

1'°) Etenim adversarius allegat Ochamum *Dial.* part. III. cap. 16. Porro ibi nil talc legitur. Cf. ejus opera edita a Goldaslo in *Monarchia s. Rom. imperii,* Francof. 1614. Tom. П. pag. 785. Quod si in lib. III. Traclalus tertii cap. 16. pag. 834. refert effatum s. Hieronymi asserentis: «libros Ecclesiastici et Sapientiae legi in ecclesia ad aedificationem plebis, non ad auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam;" ac praeterea extendit ad libros etiam Judith et Tobiae quod dixit s. Greg. M. de libris Machabaeorum: non ad detrahendum horum voluminum auctoritati, haec protulit Ochamus, sed ut ostenderet minus efficax argumentum inde desumi, defectu extrinsccae auctoritatis, seu solemnis ecclesiae judicii, quo in album librorum canonicorum referrentur, prout animadvertimus cum explanaremus illorum duorum patrum effata.

,4') Cf. in praef. *super librum Tobiae.* ed. Lugd. 1590. Tom. II. col. 1495.

,4') Scribit enim loc. cit. edit. Lugdun. 1586. Tom. I. pag. 65. de libris *Sapientiae* et *Ecclesiastici,* quos plures tribuebant Salomoni. De primo vero affirmat: quod ..apud Hebraeos nusquam est secundum Hieronymum, scilicet in numero authenticorum librorum.· Adjicit vero in hoc libro agi ,.de tractatu Judaeorum quem fecerunt ad Christum occidendum." De altero vero scribit: «Quamvis sit plenus morali sapientia, et ideo ab ecclesia receptus ad legendum, non tamen authenticus ad probandum ea, quae veniunt in contentionem fidei;" quae sunt verba s. Hieronymi, adeoque eodem sensu accipienda sunt, quo paulo ante exposuimus. Ejus mens adhuc melius dignoscitur ex iis quae ibidem scribit til. III. cap. 9. §. 12. pag. 85. Loquens enim de quinque libris deutcro-canonicis quos Hebraei inter apocrypha ablegant, haec habet: *«Ecclesia sancta tamen etiam apocrypha recipit ut vera, ut patet dist.* 15." Quae objicit adversarius, non leguntur in loco ab eo allegato, sed in *Stimm. Theolog.* part. III. tit. XVUI. cap. 6. §. 11. ed. Veron. col. 1043.

1'3) Etenim Tostatus seu Abulensis loc. cit. ab adversario expresse de libris Sapientiae, Ecclesiastici, Judith, Tobiae et Machabaeorum scribit, eos uti *authenticos recipi ab ecclesia; suscipi ac legi ab ecclesia* etc. Cf. *Enarrat, in praefat. d. Hieronymi in lib. Regum* quaest. 27, 28 et 29. *In Enarratione* vero *praef.* 1. *in Paralip.* quaest. 7. exponit quo sensu libri, qui extra canonem Hebraeorum reperiuntur, recepti tamen sunt ab ecclesia, *apocryphi* vocentur. Demum in *praef. in Evangel, s. Matth.* quaest. 1, 2 et 3. ac praecise in quaest. 2. leguntur quae opponit adversa-

62. Praefatio quae occurrit in Bibliis editis ann. 1498 of 1506 eadem repetit, quae tot alii auctores post s. Hieronymum dixerunt de canone Hebraeorum deque aliis libris ah ecclesia receptis. Hos porro eosdem auctores secutus est card. Ximenes in sua polyglotte complutensi. '44 Idem praestitit card. Ctyetenus ,4J; hic tamen novitatis, ut solet, amore captus ulterius. quam par esset, progressus est in commentariis supra Scripturam, qui pedibus pavonis opportune admodum comparati a card. Pallavicino sunt 116. et in reprehensionem etiam suorum eapropter Cajetanus incurrit. 14 7

63. Ad 12. /V. Immo Graeci et hoc tempore et aetate subsequent! convenerunt in admittendis uti divinis libris ab ecclesia latina receptis, ut constat ex eo quod nulla unquam hac de re inter utramque ecclesiam excitata sit controversia. Quod si Leontius Byzantinus. Damascenus, Nicephoros uterque. Constantinopolitanus et Callixtus recensent canonem Hebraeorum, hoc ab ipsis fit absque detrimento aliorum librorum qui admissi ab ecclesia sunt. 14 8

64. Ad 13. A' Etenim ut patet ex hactenus expositis concilium tridentinum filum traditionis constantis et perpetuae romanae ecclesiae secutum est in canone divinorum Bibliorum sanciendo; traditio haec viguit in omnibus ecclesiis orientalibus et occidentalibus, quae quoad substantiam eosdem libros uti divinos tenuerunt non ad aedificationem solum, sed etiam ad firmanda fidei dogmata, ut omnia documenta ex patribus graecis et latinis, ex Constitutionibus apostolicis, ex conciliis quae adduximus, evidenter ostendunt, quibus plura alia praesertim post saec. IV. et V. adjicere possemus. '49

rius; en ejus verba: .Immo nescit (ecclesia) an Spiritu S. inspirati scriptores eorum dictaverint illos (libros).·· Idque asserit relative ad omnimodam certitudinem quam ecclesia habebat de libris prolo-canonicis, ex defectu, ut saepius diximus, solemnis decreti nondum emissi, prout demum facium est in conc. tridenlino; alioquin non posset sibi ipso constare.

1'4) Cf. in *Prologo II. De his qua? ad lectionem N. T. sunt praenotanda.*

14 5) Cf. in *Comment,* in cap. X. lib. Esther, ed. Lugd. 1639. Tom. IL pag. 400. col. 2.

14C) ***Istoria*** *del conc.* ***di Trento,*** lib. VI. cap. 17. η. 2.

14τ) Cf. Melch. Can. ***De*** *loc.* lib. II. cap. 11. in resp. ad sex turn argum. Cajetanum in V. T. *hebraizare*, in Novo *erasmizare* in proverbium cessit. Certe Witackerus opp. ed. Herbornae ann. 1590. pag. 60. Lulhcrum libros deutero-can. ex canone expungentem defendit exemplo Cajetani, qui ex can. N. T. epistolas Jacobi, II. Petri, IL el III. Joann., Judae, Pauli ad Hebraeos, et partes controversas et alia quaedam sustulerat, de quibus Luthero numquam venerit in mentem dubitare. Cf. Georg. Czuppon, *Vindiciae vulg. edit. Bibitor.* Sabariae 1798. Tom. I. pag. 53 seq.

1 ,s) Satis est percurrere indicem loc. sacr. Scripturae qui allegantur a s. Joann. Damasceno, ut pateat eum promiscue adducere testimonia ex lib. Sapientiae, Ecclesiastici et Baruch. Cf. ed. Le-Quien, qui in adnot. I. ad cap. 17. lib. IV. *De fide Orthod.* observat s. Joann. Dam. canonem exscribere quem exhibuit s. Epiphanius in lib. *De pond, et mens,* de quo superius diximus.

,4S) Ne prolixior sim in istorum catalogo texendo, cf. cit. appendicem quam in praef.

His vero nullo modo opponuntur qnae ex s. Hieronymo aliisque qui eum secuti sunt aut descripserunt, afferuntur ab adversariis, cum non loquantur nisi dc libris canonicis in presso sensu, de iis nempe qui continebantur in Hebraeorum canone. Quod si alios rejecerunt ex censu Scripturarum canonicarum, relate tantum ad illum canonem hoc affirmarunt; quia licet ab ecclesiis hi libri uti divini admitterentur, quod quidem hi ipsi scriptores fatentur, ex defectu tamen canonis solemniter ab ecclesia universa confecti, (pii omnes adstringeret ad illos admittendos, factum est, ut honor canonicarum Scripturarum solis passim proto-canonicis tribueretur. Ad exactam proinde scientiae et critices regulam tridentinum conc. canonem suum confecit, nec ei propterea verendum erat *anathema scientiae.* Bene vero protestantes haeretici sibi omnia timenda habent ab anathemate ecclesiae Christi, cui rebelles existant sub obtentu scientiae suae quae eos inflat cum dispendio aeternae salutis.

65. Ad 14. *D.* Id est non destiterunt viri temerarii, iique perpauci, qui contra ecclesiae auctoritatem maluerunt haereticis velificare quam sinceram doctrinam catholicam sectari, *C.* vere catholici, *N.* Etenim ab adversariorum censu seponi debent Sixtus senensis et Bernardus Lamy, qui ejusdem auctoritatis profitentur esse libros proto-can. et deutero-canonicos, quamvis quoad eorum notitiam, seu quoad nos, eosdem inter se distinguant. 150 Sane Sixtus senensis excandescit in haereticos eo quod nobis eripere lentaverint libros deutero-canonicos, eos expungendo e sacrorum Bibliorum canone. 151 Itaque duo illi supersunt Dupin et Jahn, quorum scilicet satis explorata est temeraria ac libera nimis sentiendi ratio, quique omnibus sinceris catholicis suspecti idcirco sunt: quamquam neque isti omnino adversariis nostris consentiant. 132

generali exhibet cl. Jos. Blanchinius iu *Vindiciis canonic. Scripturae.* De auctoribus qui ab apostolorum aetate usque ad sacr. concil. tridentinum canonis divin. Scriptui; indicem texuerunt a pag·. 5 ad 9. quorum plcrique eundem catalogum sacr. librorum sequuntur, qui confectus est a conc. earth. III. et ab Innoc. I. et quem secula est synodus tridenti na.

,i0) Cf. Sixt. senens, *Biblioth. Sanctae,* lib. I. sect. I. ed. Neap. 1742. pag. 2. et Bernard. Lamy in *Apparatu biblico.* Lib. II. cap. 1 et 2. ed. Lugd. 1696. pag. 311 seqq.

,SI) En ejus verba quae leguntur in ejus pracfat. §. 9. quaeque certe haud arridebunt adversariis nostris: «Alii ab ipsa divinarum litterarum auctoritate sceleratius, magisque impie bellum aggressi, numerum nobis utriusque Testamenti voluminum imminuunt et ad minorem summam redigunt: inter quos Lulherus et Zwinglius ex Veteri primum Testamento eliminant libros *Sapientiae, Ecclesiastici, Tobiae* etc. . . . veluti apocrypha et incertae auctoritatis et fidei scripta ctc.M

li2) Quamquam Dupinius in op. *Dissertation préliminaire sur la Bible,* Paris 1701. Tom. I. chap. 1. §. 6. plura habeat communia cum adversario nostro, qui pleraque ab illo mutuatus est, attamen assentilur conc. tridcnlini decreto, quo ut canonicos recipiendos sanxit libros dc quibus agimus; en ejus verba: «Toutes ces raisons et ces considérations jointes ensemble, sunt suffisantes pour établir l'autorité dc ces livres, dont *lu définition du concile de*

66. Ad 15. *J).* Cujus nulla auctoritas est utpoto auro hollandico corrupti et nd ineundam calvinistarum gratiam proditoris ecclesiae suae, a qua propterea semel et iterum damnatus est, *C.* cujus sit auctoritati fidendum, A[. Cum hic sycophanta solus sit qui ab adversariis opponatur idemque rejectus a suis, exinde patet quid de libris deutero-canonicis sentiat ecclesia graeca. 1·5

67. Ad 16. Resp. I. Aep. suppositum de ecclesia protestant!: protestantes nnmquam constituerunt ecclesiam, sed agmen haereticorum, qui perduelles in ecclesiam Christi sunt, nec minus ab ecclesia quam a se invicem divisi: ecclesiam proinde protestante™ non potuit synodus dordracena repraesentare.

68. Resp. II. *D.* Id est synodus dordracena in suo conficiendo decreto antiquitatis vestigiis adversata est, *C.* institit, A'. Nam, ut vidimus, antiquitas universa quamvis inter canonicos, prout canonicorum nomine significabantur libri in canone judaico contenti, deutero-canonicos interdum non recensuerit, agnovit tamen eos et sacros esse et ab ecclesia uti divinos in se probari, etsi eadem certitudine extrinseca, seu *quoad nos* eadem ratione ac de primis illis non constaret. Universa insuper antiquitas, nullo discrimine interjecto, eos libros una cum ceteris recensuit firmiterque retinuit. Contra vero synodus dordracena ex censu divinorum librorum eos expunxit, et ad calcem Kbrorum proto-canonicorum rejecit cum apposito titulo *Libri apocryphi.* Ceterae autem ecclesiae a synodo repraesentatae, nulla ejusmodi decreti ratione habita, libros eosdem e Bibliis penitus ablegarunt. 15 4

69. Post prolixam hanc discussionem juverit et nobis percontari quaenam ecclesia (ut ecclesiae nomen coetui protestandum liberaliter concedamus) in errore sit, catholica an protestans? Quae in confirmationem canonis tridentini documenta afferuntur, ceiÿjssima sunt et ad eritices unguem exacta: quae ab adversariis vero proferuntur partini praepostero sensu sunt intel-

· S1

Trente, ne laisse aucun lieu de ∂outer.· Quod vero spectat ad Jabn, ipse in *Introduci. ad lib. sac.* V. *T.* cap. 2. §. 30- ancipitcm se ostendit, utrum cone. trid. discrimen sustulerit, quod eo quidem sentiente exlilit circa diversam librorum proto-canon. et deutcro-canonicoruin auctoritatem.

1'ϳ Quod nec Dombre ipse dissimulat. Cf. quae de Cyrillo Lucari in ordine ad canonem scribit doctus P. Le-Quien in adnot. I. ad cap. 17. lib. 4. *De fide orthodoxa s. Joann. Damasceni* opp. tom. I. pag. 283. ubi inter celera observat synodum betbleemilicam pag. 389 libris in canone laodiccno contentis ceteros addidisse, et declarasse *inscite ac maligne* a nefando Cyrillo ἀ.τοκρύφονι *apocryphos* nominatos. Cui sanctioni Dionysius Cp. cum aliis episcopis bene multis et presbyteris suffragatus est in responsione ad articulos calvinistarum ann. 1672.

,S4) Cf. *Notice sur les livres apocryphes de Cancien Testament en repense à la question faut-il les supprimer?* par C. E. F. Moulinié pasteur de l'église de Genève, Genève 1828. Qucm rite opponere possumus Dombrio, ulpote qui et doctrina et auctoritate plurimum valeat inter suos, dum Dombre nulla existimatione clarescit.

lecta, partim exaggerata, partim demum falsa ac putida mendacia. Eligat igitur lector. Tales sunt protestandum triumphi!

70. III. Obj. Nonnulli saltem libri N. T. nunc in canone recepti sunt, qui in canone ecclesiae romanae desiderabantur. Siquidem 1. constat ex Eusebio, Cajum presbyterum ecclesiae romanae saec. III. non admisisse nisi tredecim epistolas s. Pauli, cum eam non adnumeraverit quae ad Hebraeos inscripta est, et s. Hieronymus qui Romae Damaso ab epistolis fuit aperte scribat: ..Paulus apostolus in epistola ad Hebraeos, quem latina consuetudo non recipit155;*1 quod et alibi repetit.156 2. Idem dici debet de Apocalypsi quoad orientales, eodem s. Doctore teste157; immo teste anteriore scriptore magno Dionysio alexandrino.159 3. Concipi porro nequit, quomodo ecclesiae saec. XVI. potuerit innotescere, quod quatuor saltem prioribus saeculis ignoravit ecclesia, cum nullam posthac ipsa revelationem habuerit. 4. Non immerito igitur Romae vehementer obmurmuratum est, referente Sarpio159. quod a congregatione quinque cardinalium et quadraginta octo episcoporum, qui exiguis dioecesibus praeerant, nec magni erant theologi, praecipiti consilio decretum de re adeo difficili latum fuerit. Ergo.

71. Resp. *N.* A. Ad 1. prob. *D.* Cajus rom. ecclesiae presbyter non adnumeravit epistolam ad Hebraeostinter epistolas s. Pauli, *C.* non agnovit eam epistolam uti divinam atque canonicam, *N.* Duae ejusmodi quaestiones permisceri inter se nequeunt: altera quippe ab altera antiquitus sejuncta fuit. Quidam enim uti divinam habuerunt epistolam ad Hebraeos, quamvis eam a Paulo conscriptam esse inficiarentur 16°, prout contigit Apocalypsi, cujus auctorem diversum esse ab apostolo Joanne aliqui ex antiquioribus existimarunt, quin tamen ejus divinitati quidquam derogarent.151 Cajus propterea potuit eam quidem abjudicare epistolam apostolo Paulo, nec tamen canonicam ejus auctoritatem ob id inficiari, ut patet ex ipsis Eusebii verbis. 152 Sane cum videamus a Clemente plures ex hac epistola senten-

,ss) *Comment,* in cap. 6. Is. ad v. 2.

,i6) In epist. CXXIX. ad Dardafl. ed. Vallars. n. 3. in *Catal.* in Cajo; ad cap. 8. Zacbariae et in Matlh. cap. XXVI; ac demum in epist. ad Evangel, el alia ad Paulinum. Cf. adnot. Vallarsii ad pag. 965. tom. I.

ls7J In epist. cit. ad Dardan.

,Sh) Apud Euseb. *Hist. Eccl.* lib. VII. cap. 25.

15·) Storia det concilio di Trento, lib. II.

14°) Cf. Michaelis, *Introduce au Nouveau Testam.* Genève 1822. Tom. IV. chap. 24. sect. XV. pag. 224. et Cellérier *Introduci,* etc. *Division.* IL sect. XL pag. 448 seqq. Certe Tertullianus lib. *De pudicitia,* cap. 20. eam adseribit Barnabae, ac receptiorem eam esse dicit *apud ecclesias* epistolam Barnabae (nempe epistolam ad Hebraeos) *illo apocrypho Pastore moechorum.* Cf. etiam s. Hieronym. *De viris illtisir.* in *Paulo,* et Origenem apud Euseb. lib. VI. cap. 25.

I61) Cf. Dionysium apud Euseb. lib. VII. cap. 25. et ejusdem epist. ad Hermamonem quae est num. 12. edit, ejus opp. De Magistris num. 2. pag. 178.

I42J Sic scribit Eusebius lib. III. cap. 3. ..Sciendum tamen est epistolam ad Hebraeos

tias proferri perinde ac ab aliis scriptis canonicis, patet ab ecclesia romana eam inter Scripturas canonicas seu divinas fuisse adoptatam. l e 3

72. Ex his responsio Huit ad alteram probationem adductam ex s. Hieronymo: qui quidem non de romana proprie ecclesia loquitur, sed de ecclesiis *latinis,* seu potius de *latina* consuetudine, quo nomine ecclesiae occidentales in genere significantur. apud quas potuit esse circa auctorem hujus epistolae dissensus. Quod si vere loquitur de ecclesia romana, non loquitur nisi de nonnullis ejusdem membris, siquidem exploratum est. aetate s. Hieronymi plerosque omnes eandem epistolam recepisse, uti ostendit Bonfrerius. l · ‘ Ceterum idem s. Doctor in epist. ad Dardanum testatur non solum hanc epistolam ..ab omnibus retro ecclesiasticis graeci sermonis scriptoribus suscipi - - - et quotidie ecclesiarum lectione celebrari”· verum etiam profitetur se eam suscipere tamquam canonicam una cum Apocalypsi : ..Nequaquam, subdit, hujus temporis consuetudinem, sed veterum scriptorum auctoritatem sequentes, qui plerumque utriusque abutuntur testimoniis, non ut interdum de apocryphis facere solent . . . sed quasi canonicis et ecclesiasticis." 1,5

73. Ad 2. *D.* Sequiuris aetatis et quoad verum ejus auctorem, C. aetatis anterioris et quoad ejus divinam inspirationem, A’. Certum enim est, Apocalypsim prioribus duobus saeculis etiam ab orientalibus uti divinam admissam fuisse, postea vero dubitari coeptum de divina ejus origine ac de ejus auctore, quem alii Joannem evangelistam. alii Joannem presbyterum

ti nonnullis ideo esse repudiatam, quud dicerent eam ab ecclesia romana pro certa ac genuina Pauli epistola non haberi:' et lib. VL cap. 20. loquens de Cajo qui tredecim tantum enumeraverat epistolas Pauli subdit: «Sane haec epistola (ad Hebr.) eliumnum a *quibusdam romanis apostoli* esse non creditur.·· Porro utrobique Rufinus vertit *latinos,* qnam versionem probat Valesius, cum Eusebio insolens non sit *latinos* vocare *romanos,* ut prolatis exemplis ostendit idem Valesius in not. ad ulruinque locum. Inter hos romanos seu latinos qui Paulo abjudicarunt hanc epistolam recensendus etiam est Hippolytus episcopus portuensis in lib. *Adrers. haereses,* teste Photio in Biblioth. cap. 121. Ceterum cf. Theodorctum in prooemio in epist. ad Hebraeos, ubi ex veterum consensu b. Pauli eam esse ostendit. A Clemente romano epistolam ad Hebr. tributam fuisse apostolo Paulo testatur Slephanus Gobalus apud Pholium.

l *3) Cf. de hoc argumento Eslium in epist. ad Hebr. *De auctoritate epistolae, et de auctore hujus epistolae. Continent, in omnes Pauli epist.* Duaci 1616. Tom. II. pag. 369 seqq.; item Cellérier op. cit. *In troduct.* Divis. II. sect. XL ubi ejus auctoritatem vindicat adversus Michaelis, qui praeterea causam assignat quare ab impugnatoribus cataphrygaruin seu monlanistarum in dubium saltem revocata fuerit auctoritas epistolae ad Hebraeos, oh abusum scilicet nonnullorum locorum ejusd. epistolae.

’}** *In cit. praeloq.* cap. 4. sect. VIII.

16D Loc. ciL Notanda vero hic est in s. Doctore conjunctio istarum vocum: *canonicis et ecclesiasticis,* quae pro eodem usurpantur, secus ac contendant adversarii.

eeee contendebant. 1·8 Ceterum in ecclesia romana numquam de ejusdem canonicitate excitata dubitatio est187, quod nobis plane sufficit.

74. Ad 3. *I).* Si rcipsa ecclesia definivisset saec. XVI. quod ignoravit ecclesia quatuor priorum saeculorum, *Tr.* vel *C.* si secus egit, *N.* Jam enim ostendimus quomodo ab apostolicis inde temporibus in ecclesia romana idem canon obtinuerit, ac veluti per manus fuerit huc usque transmissus. Nulla proinde indiguit nova revelatione ad canonem statuendum ecclesia, sed solo divino subsidio ne unquam deciperetur, prouti revera factum est. Laborat propterea difficultas falso, ut ajunt, supposito.16 8

75. Ad 4. *D.* Si fides adhibenda sit huic scriptori haereticis colludenti ac in pluribus falsitatis convicto ,β9. *C.* secus, A7. Porro decretum de quo agitur, licet ab initio, prout temporum ferebat conditio, nonnisi a paucis editum fuerit, tamen ab universa synodo totaque demum ecclesia catholica probatum est. Decreta autem omnia anteriora denuo concilii sub exitum sanxerunt cardinales sex, legati quatuor, patriarchae tres, archiepiscopi triginta duo, episcopi ducentum viginti octo, abbates quinque, generales ordinum ministri septeni, episcoporum procuratores plurimi. 170 Addimus, quod Sarpius una cum haereticis suis decreto tridentino, etiamsi decies centena millia episcoporum congregata illud tulissent, impavide refragatus esset. Non error siquidem intellectus, sed voluntatis vitium in eo fuit. Quid porro cum ejusmodi hominibus agas?

,66) Recolantur superius dicta; cf. praeterea Cellérier op. cil. *Dipis.* III. sect. V.

I6Î) Ibid.

16') Apposite ad hanc ipsam difficultatem respondebat auctor certe minime adversariis suspectus, scilicet Dupin op. cit. livr. I. chap. 1. §. 6- «Quoi qu' il ne se fasse point de nouvelle révélation à Γ église, elle peut après bien du temps être plus assurée de la vérité d'un ouvrage, qu'elle ne l'éloil auparavant; quand apres l'avoir bien examiné, elle a trouvé un legitime fondement de n'en plus douter, et une Tradition suffisante, pour le juger authentique. C'est la raison pour laquelle saint Jérôme dit, que l'épilre de saint Jude avait acquis de l'autorité par l'antiquité cl par l'usage, cl mérité d'être mise au rang des livres sacrés du Nouveau Testament.

Atque hic obiter observo, quod si valerent argumenta, quibus utuntur calviniani, et Dombre inter ipsos, ad impugnandam canonicitatem librorum deutero-canonicorum V. T., deberent pariler excludi ab hoc censu deutero-canonici Novi Testamenti, quos tamen ipsi uti canonicos admittunt. Eadem siquidem et validiora fortasse urgeri possent adversus horum canonicitatem argumenta, ac pugnent contra canonicitatem deutero-canonicorum Testamenti Veleris.

16·') Card. Pallavicinus detexit 360 errores *facti* in historia Pauli Sarpii, quos ei exprobravit.

·'·.) Sess. XXV.

PROPOSITIO II.

Rejecta ecclesiae catholicae auctoritate nequeunt protestantes certum sacrae Scripturae canonem constituere.

76. Hujus propositionis veritas suapte natura ex iis produit, quae in superiori propositione disseruimus. Etenim non aliunde auctoritas nobis constat sacrarum Scripturarum sive Veteria sive Novi Testamenti, quam ex canone ecclesiae romanae sen ecclesiae catholicae universae, quae labente tempore illum amplexa est juxta illius ecclesiae traditionem, constantem sane atque perpetuam ab aetate apostolica ad concilium usque tridentinum. Antiqui siquidem canones seu catalogi sacrorum librorum quos reliquae ecclesiae particulares, ac patres seorsum sumpti exhibuerunt, plurimum inter se discrepant. Nam alium canonem dedit Melito Sardianus, alium synodus laodicena, alium vero canones et constitutiones apostolicae nuncupatae, alium Origenes, alium auctor Synopseos Athanasianae [1], alium s. Gregorius nazianzenus et ita porro. Siquidem ex 131 canonibus antiquis, qui agnoscuntur, si demas eos qui repetunt canonem ecclesiae romanae, ceteri omnes ab invicem dissentiunt, et nullus prorsus convenit cum canone a protestantibus adseito.[3] Omnes quippe vel deficiunt vel redundant. Scriptura

[1]) Etenim, ut vidimus, Melito in canone stio omittit libros omnes N. T., et in can. libror. V. T. praetermittit Esther et Baruch; contra vero synod, laodicena in suo can. recenset Baruch, omittit vero Apoealypsim; in can. LXXXV. apostolico inter libros canonicos recensentur libri Judith et (*res* Machabaeorum, omittuntur vero libri Baruch, Tobiae, Sapientiae et Ecclesiastici: ex libris vero N. T. omittitur Apocalypsis; sed e contra inter canonicos adnumerantur Clementis epistolae duae, et octo libri constitutionum ejusdem Clementis; Origenes exhibet can. Hebraeorum; auctor Synops. Athanas. numerat 151 psalmos, excluditque e canone libros deutero-can. V. T.

*) Et ipse sequitur canon. Hebraeorum quoad libros V. T. et omittit Apocalypsim ex libris N. T. in suo carm. XXXΠI. *De veris et germanis Scripturae libris.* Opp. ed. 1630. Tom. H. pag. 98.

3) Hos canones collegit et expendit cl. Malou in op. *La lecture de Ut saint Bible.* Louvain 1846. Tom. H. pag. 120 seqq., atque in tabula synoplica ex ordine exposuit. Ut aliquod specimen hujus discrepantiae exhibeamus: Cyrillus hierosolym. *Cutech.* IV. n. 35. licet et ipse tradat canon. Hebraeorum, attamen includit in hoc can. prophetiam Baruch, excludit vero ex libris canonicis X. T. Apocalypsim; s. Athanasius pariter in epist. *1'estali* admittit solum canonem Hebraeorum quoad libros V. T. addita prophetia Baruch et epistola Jeremiae, quae constituit caput VI. Baruch in Vulgata; Philastrius brix. *de haeres.* cap. 88. excludit e libris canon, epistolam ad Hebr. et Apocalypsim, ed. Brix. 1738. Attamen in hoc sibi non constat. Cf. cap. 60 et 89. Canon pariter ecclesiae syriacae excludit Apocalypsim. Contra vero Barnabas allegat testimonium ex lib. IV. Esdrae V. 5. in ep. cap. 11. (apud Colder.) Sic in *Constitution. apostol.* lib. VII. cap. 2. et seq. uti ex ceteris Scripturis testimonia adducuntur ex epist. Barnabae (ibid. tom. I. pag. 363), et lib. II. cap. 22. Oratio Manasses (ibid. pag. 232). Tertullian. veluli ex Scriptura sacra adducit lib. *Praescript.* cap. 3. testimonium ex lib. IV. Esdr. VIII.

1 il

nullum uspiam censum horum librorum exhibet. Cum autem haec sola documenta sint, ex quibus nobis genuinus canon constare possit, elucet, seposita ecclesiae catholicae auctoritate, nullam viam certam patere protestantibns illam respuentibus posse ad canonem sibi constituendum.

77. Sane numquam sibi constitere acatholici in numero librorum canonicorum definiendo. Lutherani ab initio rejecerunt ex sacrorum Bibliorum censu libros omnes deutero-canonicos Veteris Foederis, ac omnes deutero-canonicos Novi Testamenti, epistolam videlicet ad Hebraeos, epistolam s. Jacobi, et s. Judae, II. s. Petri, IL et III. s. Joannis una cum Apocalypsi. Calvinus primique ejus asseclae repulerunt pariter libros omnes deutero-canonicos V. T., cum tamen deutero-canonicos N. T. libros retinerent. [4] Qua in re udentur antiquos fuisse imitati haereticos, expungentes nimirum pro lubidine sua e librorum sacrorum censu quos cerebrosis suis commentis adversari posse deprehendebant. [5] Protestantes deinceps seorsum sumpti quoad hoscc ipsos libros in diversas abiere sententias; donec visi demum sunt, ii saltem qui in Germania degunt, unanimi ferme consensione admittere quotquot N. T. libros in canone suo catholica recenset ecclesia. [6] Verum

20., el iterum Lib. IV. *cont. Marcion.* cap. 16. ex eod. libro allegat cap. 15. 1. Cf. Rigalt. et Pamel. Sic Cyprianus ep. LXXIV. pag. 141. ed. maur. laudat lib. ILI. Esdr. IV. 38. cujus textum proferl. S. Irenaeus lib. IV. *contr. Haeres,* cap. 20. n. 2. edit. Mass, citat tamquam Scripturam canonicam librum Hermae, nempe *Pastorem,* scribens : ..Bene ergo *pronuntiavit Scriptura,* quae dicit: primo omnium crede, quoniam unus est Deus ětc,, quae desumpta sunt ex lib. II. Maud.L, cf. Massuet. diss. III. art. I. n. 7; quod et alii patres praesertim graeci praestiterunt, quorum testimonia collegit Cotelerius in praevio *judicio de Hermae Pastore.* Origenes lib. I. *cont. Ceis.* n. 63. videtur apostolicam auctoritatem tribuere epistolae Barnabae, prout et ante ipsum praestiterat Clcm. alex. lib. II. *Strom,* ed. Poli. Venet. 1757. pag. 447. ubi cf. adnol. edit, et itemrum ibid. pag. 472, tum lib. V. pag. 683. Et haec speciminis gratia attulisse sufficiat, ut appareat quanta olim circa Scripturarum canonem viguerit discrepantia.

4) Cf. *Praeloquia* Jac. Bonfrerii S. J. *in totam sac. Script,* cap. 4. sect. I. Janssens op. cit. *Henn. Sac.* ed. Paris. 1833- Tom. I. chap. 1. §. 5.

s) Ila de haereticis Marcionitis in lib. de *Praescript. haeret,* cap. 17. scribit Tertullianus: ..Ista haeresis non recipit quasdam Scripturas, et si quas recipit, non recipit integras, adjectionibus et detractionibus ad *dispositionem instituti sui intervertit."* De hoc ipso haereticorum more loquitur Irenaeus lib. I. *contr. haeres,* cap. 20. n. 1; Cyprianus in lib. *De unit, eccles.* ed. cit. pag. 198. ubi haereticos vocal *corruptores Evangelii ;* Basilius M. horn. V. in *Hexaëmer.* n. 5: Augustinus in lib. *cont. Adamant,* cap. 13·' n. 4. aliique passim. Porro eadem ratione se gessisse haereticos protestantes dum respuerunt libros deutero-canonicos, vadem damus auctorem prolestantem, qui ejus rei causam aperit, nempe Moulinié op. cit. *Notice sur les livres apocryphes* etc. *Introduci,* pag. 4. ubi scribit: ..Certains passages des livres apocryphes (deutero-canoniques) ont fait croire, que la doctrine de ces livres n'était pas conforme à l'analogie de la foi (uempe doctrinae haereticorum) et Γ on a conclu â la suppression de tous, repassant à celte occasion les objections qu'on avait jadis opposées à leur canonicité.“

6) Cf. Janssens loc. cit. et Môhler *Symbolique ,* torn. IL chap. 5. §. 41.

novis Biblionim studiis excitatis, ac rationalismo in dios percrebescente, adeo secuni ipsi pugnare coeperunt, vix ut ullus liber sit, non modo ox doutero-canonicis. sed etiam ex proto-canonicis uttiusquo foederis, quem istorum aliquis ex censu canonicarum Scripturarum non expungat, aut saltem an expungendus sit vehementer non dubitet. 7

78. Neque hoc mirum videri debet in acatholieorum systemate; nam cum ipsi infallibilem ecclesiae auctoritatem agnoscere detrectent, traditionemque divinam rejiciant, nulla ipsis superest norma tuta ad canonem constituendum, silentibus, uti animadvertimus, hac de re sacris eloquiis, ac veteribus inter se discrepantibus. Quapropter alterutrum ipsi tandem eligant necesse est. aut canonem admittere quem romana semper ecclesia secuta est, aut ancipites ac incerti circa canonicam uniuscujusque fere libri auctoritatem haerere.

79. Quae cum ita se habeant intelligi nequit qua demum ratione possint protestantes unice appellare ad Scripturam, uuice ei insistendum vociferari, hanc unicam controversiarum judicem jactare, dum quibusnam libris canonica Scriptura constet, ignorent, aut saltem in eo cespitent ambigantque, neque unquam possint ipsi suo haerere vestigio. Merito propterea adversus istiusmodi novatores usurpamus, quod in sui temporis novatores urgebat Ter-

') Longa nimis res esset velle protestantes recensere qui umini vel alterum librum proto-canonicum suis auctoribus abjudicarunt: proferam nonnulla exempla ex ipsis prolestantibus deprompta. Pentateuchum post exilium babylonieum scriptum autumarunt Fr. Car. Fulda, God. Hasse, Joann. Christ. Naehligal, Joann. Sever. Vater, Mart, de Wette, Leon. Berlholdl aliique apud Rosenmuller prolog, in Pentateuch. Librum Job non historiam sed fabulam referre contendunt Spanhemius, Carpzovius, Michaelis, passimquc recepta est penes protestantes ejusmodi sententia apud eundem in prolog, in Job: quibus praeiverat Lutherus. Castalio, Beza teste, apud Bonfrcriuni l. c. tamqum impuram et obscaenam cantionem Canticum canticorum rejicit. Evangeliorum commentarios suis auctoribus, quibus inscribuntur, abjudicant Herder, Eckermann, Giesclerus. Sartorius, Paulusius apud Kuinoel prol. in Evang. qui contendunt ex narrationibus ore apostolorum propagatis ab ignotis hominibus eos fuisse exaratos. Alii, ut Michaêlis et Kuinoel ipse recurrunt ad ignotum communem fontem nescio quem syrochaldaicum ex quibus tria priora Evangelia excerpta sunt, *Urevanyelium* vocant, ut alias diximus. Vogelius censet quendam judaeochristianum auctorem esse Evangelii Joannis nuncupati; Ballenstadlius et Hortius existimant hoc ipsum Evangelium ab ignoto quodam homine alexandrino saec. I. exeunto, aut saec. II. ineunte fuisse conscripium. Bretschneider neque Joannem apostolum, neque christianum Palaestina oriundum, ibique degentem, neque a judaeis nutum, sed alium quendam disciplinae alexandrinae addictum saec. II. illud conscripsisse, cl à traditione aut scripta aut non scripta hausisse; apud Kuinoel prol. in Evang. Joann, qui tamen laudat Bretschneiderum voluti doctum et moderatum. Quid igitur erit de minus moderatis prolestantibus? Omitto blasphcmias quas jam recensui in tract. *De eera religione,* part. II. prop. IX. de quibus etiam consuli potest Baro de Starck in *Convivio Theoduli.* Omitto quae Strauss in vita J. C. effutit: haec enim sufficinnt ut pateat, an recentiores haeretici circa libros sacros inferiores sint antiquioribus praesertim gnosticis et manichaeis.

tullinnue: „Scriptura8 obtendunt, et hac sua audacia statim quosdam movent..... Si hae eunt illae vires eorum, uti eas habere possint, despici debet cui competat possessio Scripturarum, ne is admittatur ad earn cui nullo modo ℭompetit? b

DIFFICULTATES.

80. I. Obj. Multiplici ratione acatholicis innotescere potest quinam sint libri canonicis accensendi, quinam vero ab hoc censu debeant excludi. Etenim quoad libros V. T. id ipsis constat 1. ex Hebraeis, quibus, ut testatur apostolus, concredita sunt eloquia Dei9; 2. ex allegationibus, quae de illis passim occurrunt in libris N. T.; 3. ex consensu ecclesiarum quatuor priorum saeculorum. Si vero sermo sit de libris N. T. id ipsum acatholicis luculenter patefit 4. ex canonibus qui per id tempus prodierunt, nempe ex Origenc. Melitone, Eusebio, concilio laodiceno, Epiphanio, Hieronymo aliisque passim. 5. Demum protestantes quinam libri canonicorum loco debeant haberi ut compertum probatumque assumunt, quin alio opus sit, ex catholicis ipsis, qui eos ut canonicos admittunt ac prae se ferunt. Ergo.

81. Reap. *jV.* A. Nam si reipsa, quod jactant adversarii, multiplici ratione, rejecta ecclesiae auctoritate, potuisset aut posset certo constare sacrarum Scripturarum canon, semper ipsi secum inter consentientes in numero librorum canonicorum asserendo extitissent et adhuc essent. Cum vero numquam protestantes neque cum catholicis neque inter se consenserint circa illum aut consentiant, evidens est non modo haud multiplici ratione, sed nullo prorsus pacto id certo ipsis patere posse. Itaque id non evincunt:

82. 1. *Ex auctoritate Hebraeorum quoad libros* Γ. *T.*> quia tametsi credita illis fuerint eloquia Dei, nobis certo non constat, actu scilicet authentico, quosnam illi singillatim libros uti canonicos admiserint. Auctoritas Josephs et thalmudistarum tanta non est, omne ut dubium dispellere, valeat, praesertim cum in pluribus a vero manifeste illi desciverint. In gravi siquidem adeo negotio opus fuisset judicio decretorio et authentico magnae synagogae, quod tamen ipsa aut non tulit, aut saltem illam aliquando tulisse nullo nobis historico eoque antiquo monumento certo innotescit. 10 Quod

s) *De praescript.* cap. 15. Ita quidem quoniam ulrumque Scripturam similiter liaerétîci antiqui el rcceniiores; at longe aliam diversam viam tenuerunt quovis tempore catholici. Nota sunt Augustini verba ex cap. 5. libri *contr. Epist. Fundamenti:* ..Ego vero Evangelio non crederem, ftisi me catholicae ecclesiae commoveret auctoritas." Loquens vero ibid. s. Doctor de *Act. Apostol.* prosequitur: ..Cui libro nccesse est me credere, si credo Evangelio, mihi catholica commendat auctoritas." En regulam auream, camque unice lutam. Cf. de hac regula et effato s. Augustini Nic. Serarium S. J. in *Prolegomen. JBiblicis,* Mogunt. 1612. cap. 7. quaest. 6. nbi adversus haereticos illam tuetur. Cf. etiam Melch. Canum *De Loc.* 1. II. cap. 7.

9) Rom. III. 2.

'°) Cf. Ackermann, */ntrod. in libros*

vero legitur H. Machab. II. 13 nimis vagum ac generale est, nec qoidquam ex eo confici potest. Quid quod auctoritas divina hujus libri a protestante bus ipsis respuitur? Nec

S3· 2. *allegationibus;* tum quod in hoc argumentandi modo ab adversariis jam illud pro certo assumatur, libros omnes N. T. esse canonicos, de quo tamen, auctoritate ecclesiae seposita, certo ipsis constare nequit; tum quod non omnes libri etiam proto-canonici V. T. in Novo Testamento allegentur ||: tum denique quod mentio aut saltem allusio in libris N. T. injiciatur nonnullorum librorum quos ipsi plane rejiciunt. |* Neque

84. 3. *quatuor priorum saeculorum ecclesiarum consensu;* ut enim ostendimus, si romanam unam excipias ecclesiam aut illas quae ex ecclesia romana canonem acceperunt13, ecclesiae particulares primis illis saeculis inter se minime consenserunt, sed alia plures, alia vero pauciores libros in canonem retulit. Deinde si ecclesiarum auctoritate permoti primaevae illius aetatis adversarii libros proto-canonicos amplectuntur, curnam eadem innixi auctoritate libros deutero-canonicos non suscipient, cum exploratum ex dictis sit, non paucas ecclesias eos libros uti divinos agnovisse? Neque id evincunt

85. 4. *ex canonibus per id tempus confectis;* quum canones illi inter se differant, pluresque praeterea libros, immo plerosque deutero-canonicos contineant, id quod vel ex ipsa synodo laodicena apparet 14. quos tamen protestantes non ita pridem ex canonicorum librorum albo expungebant, pluresque adhuc expungunt. Nec denique

86. 5. *ex catholicis;* catholici enim ideo ex auctoritate ecclesiae canonem sacrorum librorum venerantur atque amplectuntur, quia profitentur

sacros. V. *T.* Vienn. 1825. part. I. cap. 1. 28. in nol. ncc non Marchini Tracl. *De divinit. Ss. Bibi.* Taur. 1777. pag. 3 seqq.

·') Undecim ad minus libri prolo-canonici numquam in N. T. ex Veteri allegantur, nec ulla ad ipsos allusio fit nempe 1. lib. Judicum; 2. Ruth; 3. I. Reg.; 4. FV. Reg.; 5. Paralip. libr. door.; 6. Esdrae: 7. Esther; 8. Ecclesiastes: 9. Cantici Cant.; 10. Abdiae; 11. Sophoniae.

**) Tales sunt liber Sapientiae, Ecclesiastici, Tobiae, libri Machab. uti ex dicendis patebit.

,3J Talis est praeter ecclesiam africanam, ecclesia hispanica quae in can. Scripturarum plane cum ecclesia romana consentit, ut patet ex Isidoro hispal. qui saepius nobis sacr. Scripturarum canonem prout recipiebatur in ecclesia, nobis exhibet, scilicet *Etymologiur.* lib. VL cap. 1 et 2; in *Prooemiis in libros* V. *et N. T.;* tum in lib. I. *De officiis,* cap. 11. et ubique enumerat libros V. et N. T. septuaginta duos. Cf. edit. opp. Faust. Arevali S. J. Romae 1802. in septem volum. disirib. S. Isidorus expresse distinguit, quemadmodum olim s. Augustinus, canonem Hebraeorum a canone ecclesiae. Idem dic de ecclesiis italicis praeter romanam quarum testem habemus Cassiodorum, qui in lib. de *instil, dicinar. Litlerar.* cap. 13 et 14. et ipse eundem canonem cum ecclesia romana nobis praebet. Cf. opp. edit. Rotomag. 1679-Tom. П. pag. 546.

M) Jam vidimus a synodo laodicena inter libros canonicos V. T. recensitum fuisse librum seu prophetiam Baruch, quae deutero-canonica est, et libros omnes deutero-canonicos N. T., excepta Apocalypsi. Si tamen hic canon genuinus est.

ecclesiam ex Christi promissis infallibilitate frui in iis omnibus, quae ad fidem moresque spectant. Contra vero protestantes qui ejusmodi privilegium ecclesiae collatum inficiantur, nequeunt, quin secum turpiter pugnent, admittere, ut faciunt catholici ob ecclesiae auctoritatem, sacrarum canonem Scripturarum. Quandoquidem ecclesia si vel in uno fidei articulo errare potest, errare procul dubio potest et in reliquis omnibus; quod si in uno errare nequit, et in ceteris nequibit errare. Jam vero si ecclesia errori obnoxia fuit in canone conficiendo, in errorem catholici ab illa induci potuerunt, a deceptis autem veritas constare certe non potest. En itaque quomodo apte sibi protestantes cohaerent. Quando propterea iidem catholicos ad disputandum provocant ex sqI0, ut ipsi loquuntur. *puro Dei verbo quod in Scripturis continetur}* tuto isti respondere provocatoribus possunt, ut prius certo constituant quinam illi libri sint in quibus purum hoc Dei verbum continetur, eosque ad silentium facile adducent.

87. II. Obj. 1. Constituta *genuinitate* sacrarum Scripturarum, hoc ipso ejusdem canonica auctoritas in tuto est; 2. jam vero genuinitas argumentis criticis a protestantibus adstruitur, eo nempe modo quo et catholici ipsi eam vindicant adversus incredulos. Si igitur absque ecclesiae auctoritate catholici omnes adversus incredulos sacrorum Bibliorum genuinitatem evincunt, quare id ipsum efficere non valebunt protestantes, atque hinc certiores fieri de eorumdem librorum *canonicitate?* Ad eum proinde modum quo argumentis criticis omnimodam moralem certitudinem assequi possumus de genuinitate ac authenticitate operum Tullii, Virgilii ac Taciti, eamdem possumus obtinere quoad libros sacros, adeoque ex dictis constare certe poterit canonica ipsorum auctoritas. Ergo.

88. R. Ad 1. A. Potest quippe sacrorum librorum genuinitas optime vindicari, quin tamen exinde eorumdem possit canonica auctoritas constitui. Id luculentissime patet ex iis quae in superiori propositione disseruimus, cum liber possit in se authenticus et divinus esse, quin tamen id nobis defectu publici ac solemnis decreti innotescat. Sane nemo jam est qui in dubium revocet genuinitatem libri Ecclesiastici, qui authenticos non agnoscat libros Judith, Tobiae, ac duos Machabaeorum; attamen uno fere ore protestantes e canone illos excludunt. Idem dic de Judaeis respectu eorumdem librorum; idem de illis patribus quos recensuimus, quibus divini erant ejusmodi libri, dum tamen uti canonicos eos nequaquam admittebant. Non debent proinde duo haec simul permisceri, quod adversarii minime cavent. 15

,s) Hic meminisse juverit, eos, qui nunc ndco fidunt argumentis criticis constituendae aulhenticitati librorum sacrorum, eos, inquam, ipsos esse, qui non obstantibus documentis omnigenis quibus adstruitur Petri Romani adventus, et episcopatus et martyrium, denegare haec tamen pergunt, ut somniis suis indulgeanl de babylonensi, aegyptiaco, aut chaldaico episcopatu, aut Hierosolymitano ejusdemque ibidem obitu, aut

89. Ad 2. *Tr.* A. *Neg.* cons. Vis enim tota argumenti pendet ex commixtione seu confusione genuinitatis et canonicitatis sacrorum librorum; hae sublata, penitus concidit. Transmisimus autem antecedens, cum aliud sit argumentis criticis ostendere unius altcriusve libri genuinitatem et authentiam: aliud vero omnium et singulorum librorum qui in canone continentur et ad eum spectare debent, auctoritatem adstruere. Porro cum catholici adversus incredulos pugnant ut plurimum argumentis criticis, nonnisi Pentateuchi et Evangeliorum genuinitatem constituunt, pro quibus certe eadem immo longe potiora militant argumenta quam pro operum Tjillii, Virgilii ac Taciti auctoritate. Paralogismus proinde est argumentum adversariorum, dum *n* particulari concludunt ad universale. 16

saltem in Joppe. Longe tamen minor documentorum ejusmodi pars militat pro non paucis libris proto-canonicis tum V. tum N. T. quam pro romano Petri episcopatu. Verum harum anlilogiarum parum solliciti protestantes sunt.

,s) Ex his palet quam immerito Gnill. Palmer in op. saepius in altera hujus tractatus part. cil. *Tractatus de ecclesia Christi,* vol. II. part. III. cap. 1. pag. 3. affirmet *genuinitatem, authenlicitatem et inspirationem* Scripturae sacrae ab omnibus credentibus (catholicis, schismaticis et haereticis), iisdem argumentis contra incredulos atque deistas propugnari; et pag. 22 seqq. ubi solvit difficultates quas sibi objicit, eum inter alias et hanc sibi proposuisset: *"Aulhenticilas et genuinitas* Scripturarum unice innituntur infallibili ecclesiae catholicae existentis auctoritati; ergo debetis ejus testimonium admittere circa doctrinas omnes, etiam probationibus biblicis seclusis;·' respondet: «Nos recusamus positive huic respondere argumento, donec illi, qui illud urgent, affirment argumenta omnia, quibus Bellanninus, Bossuetius, Huctius, Bergierius, Du Voisin, Hooke, Frayssinous, Bouvier, La Mennais, celerique catholici theologi demonstrant authenlicitatem, et genuinitatem Scripturae adversus incredulos, quaeque item argumenta *nostra* sunt, omni probandi vi carere. Si id asseruerint, nos equidem admittemus principia adversariorum nostrorum: quod si id facere recusaverint, ipsorum contra nos argumenta ex se plane concidunt." Ita quidem Palmer, qui deinde prolixam circa hoc argumentum adnotationem subdit. Verum hic, nli etiam alibi, Palmer paralogisme laborat; siquidem aliud est Scripturarum *in genere* genuinitatem, authenlicitatem, ac si placet, inspirationem etiam ostendere, aliud eam ostendere in specie, el praecise singulorum librorum canonicitalem, independenler ab auctoritate ecclesiae. Aliud praeterea est veritatem ab ecclesia assertam jam ac definitam *scientifice* adstruere, prout theologi postulat munus, ac nos ipsi efficere sategimus; aliud vero solius scientiae ope independenter ab ecclesiae auctoritate ejusque dogmatica definitione rem tolam conficere, nullum ut dubium supersit. Quantum haec inter se differant quisque intelligit; ac nos in hujus assertionis confirmationem libenter provocamus D. Palmer ut solis argumentis criticis innixus, nitide nobis, absque ulla haesitatione, el omnimoda certitudine exhibeat catalogum librorum canonicorum tum Veteris tum Novi Testamenti. Certum est, quod ingenii atque industriae suae nervos in id frustra contendet.

CAPUT II.

DE DIVINA CANONICORUM LIBRORUM INSPIRATIONE.

90. Si recensiti Scripturarum libri sunt ut canonici ab ecclesia sanciti, hoc ipso iidem ut authentici et integri quoad oinnes suas partes sanciti sunt. Non enim aüa de causa eos in censu librorum canonicorum retulit ecclesia, quam ut iis, qui *in se* authentici erant, quippe Spiritu Sancto afflante conscripti, prout mox ostendemus, suffragium suum adjungeret, quo authentici etiam *quoad nos* efficerentur. Authenticum siquidem illud dicitur, quod auctoritatem habet respectu illorum quibus usui esse potest.[1] Quapropter dum libros sacros ecclesia canonicos esse sanxit, hoc ipso sanxit authenticos esse et integros, ita ut nuspiam vel minimum vitiati fuerint in iis saltem quae ad rei substantiam spectant; alioquin nullam ipsi sibi prorsus libri canonici auctoritatem conciliare valuissent. Quae cum ita se habeant, supervacaneum ducimus, peculiarem instituere controversiam de authentia, ut vocant, librorum canonicorum et integritate. Quod enim ad *textus* integritatem attinet sive Veteris sive Novi Testamenti librorum, ejus qui sacras litteras ex professo tradit, eam est vindicare, cum agendum illi sit de fontibus, ut vocant, originalibus, eorum vicissitudines inquirendae, in classes seu familias digerendi, variantes exponendae lectiones, recensiones quae identidem a doctis viris in ecclesia catholica factae sunt dinumerandae, aliaque ejusmodi praestanda ab eodem sint, quae textui probe cognoscendo lumen affundere queunt.

91. Nostrae itaque partes sunt canonicorum librorum divinam inspirationem vindicare, prout a concilio tridentino cum universa ecclesia quovis saeculo asserta est.

92. Verum in plures hic incidimus easque gravissimas quaestiones quae sive naturam inspirationis ejusque extensionem, sive ejusdem veritatem seu existentiam attingunt.

93. Ut autem in re tanti momenti quaslibet obscuritatis pmbras, quoad ejus fieri potest, declinemus, prius accurate secernamus oportet quae ad doctrinam catholicam spectant tum ab iis quae libere in scholis catholicis agitantur, tum etiam a nonnullorum erroneis aut singularibus certe sententiis, quae praeter propter a sincera ecclesiae catholicae doctrina desciscunt.

94. Doctrina porro catholica est, omnes prorsus sive Veteris sive Novi Testamenti canonicos libros esse divinitus inspiratos.

[1]) Cf. Bonfrerium in cit. *Praeloq.* cap. 3. sect. III. qui praeterea ibid. sect. V. animadvertit distinctionem intercedere inter *canonicum* et *authenticum*. Etenim latius patet *authenticum* quam *canonicum*. cum omne canonicum sil authenticum, sed non e converso, quippe aliquid posset esse authenticum et non canonicum, quod opportunis illustrat exemplis.

95. Ast in quo consistit ejusmodi inspiratio? Quaenam requiruntur conditiones ac sufficiunt, ut liber veluti divinitus inspiratus habeatur?

96. Existimant nonnulli ad divinam seu inspiratam Scripturam constituendam requiri, ut quidquid in ea continetur, fuerit a scriptoribus hagiographis Deo dictante exaratum, nullo discrimine interposito inter ea quae primum illis revelata sunt, et ea quae ipsi sibi humana industria potuerunt comparare, cujusmodi sunt historica atque moralia. Hi porro non res solum atque sententias, sed et verba singula et commata apicesque contendunt fuisse inspirata. Nonnulli vero in hoc. tantopere progressi sunt. ut Scriptores sacros velut passiva prorsus instrumenta autument extitisse in conscribendis quae iis divinitus tradebantur.* Unde *rigidioris inspirationis* sectatores ac vindices passim audiunt.

97. Alii autem ex adverso, qui *liberalioris inspirationis* sectatores dicuntur, per gradus veluti quosdam ita recedunt ab illa inspirationis notione, ut eam tandem fere ad nihilum redigant. Etenim plerique ad inspirationem postulant motionem ac *adsistentiam,* quam vocant, Spiritus Sancti quoad res atque sententias, sed assistentiam tamen, ut ita loquar, *positivam.* qua Deus omnia suggerat, et auctoribus hagiographis ita sit praesto ut eos in rebus scribendis omittendisve. ac in verborum etiam delectu et periodorum nexu dirigat ac moderetur, quin verba tamen singula dictet. 3 Alii praeter motionem ac incitamentum ad scribendum solam exposcunt assistentiam quam *negativam* vocant, in eo nimirum positam, quod Deus sacris ita adstet scriptoribus, ut a quovis vel minimo errore immunes solum efficiantur. ‘ Hic alii non sistunt, sed ad inspirationem plane sufficere contendunt si Spiritus Sanctus ita scriptoribus afflet, ut graviores saltem errores ipsi praecaveant.5

’) Cf. Bern. Rabaudy Ord. Praed. *Exercitatio de Scriptura Sacra* (in *Thesauro Theol. Zachariae,* tom. I.) sect. II. sub finem §. 3. Nec non Bonfrerium op. cit. cap. 8. a sect. I. ad VII. Janssens op. cit. live. I. chap. 2. §. 3 et 4. Nie. Serarium in *Prolegomeuis biblieis,* Mogtint. 1612. cap. 4. quacst. 21.

3) Ita inter ceteros sentiunt Valentia, ed. Lugd. 1603. Tom. III. disp. I. *De (ide* q. I. puncto 8; Rabaudy op. cit. sect. II. §. 1. *Concl.* Hanc eandem sententiam acriter tuetur P. Ant. Casini S. J. in *Encyclopaedia Sac. Scripturae^* Venet. 1747. vol. I. *Disput. praevia secunda;* Estius in IL ad Timolh. III. 16. Plura patrum sanctorum effata, quae ab hujus sententiae patronis afferuntur, videntur ei adslipulari.

⧫) Talis est notio inspirationis quam praebet Jahn in *Introd. Biblica* V. *T.* Vienn. 1814. Part. I. cap. 2. §. 19. Neque ab hac sententia abludit Janssens op. cit. tom. L chap. 2. §. 4. Eandem propugnaverunt Dupinius op. cit. *Dissert, prelim.* chap. 2. §· 7-

4) Ita sensere Erasmus, Grotius, et juxta plures etiam Holden doctor sorbonicus, item auctor anonymus cujus sententiam *epigt.* XI. *Batavorum theologorum* fuse recenset in op. *Quorumdam Theologorum sententiae* , pag. 230 — 233. Aliique apud Calmet *Dissert, de libror. Sacr. inspiratione,* art. 2. quae praemittitur epistolis catholicis. Cf. etiam Graveson, *Tract, de Scriptura Sacr.* Romae 1741. part. I. §. 1. Argentré, *Element. Theolog. de Script. Sacr.* cap. 4. Huic etiam adslipulatur Cel-

Alii demum affirmant ad Scripturam sanctam efficiendam satis esse, si testenir Spiritus Sanctus nihil in aliquo libro esse falsi, quamvis liber humana plane industria sine ullo Spiritus Sancti afflatu fuerit exaratus. 6

98. Quod voro ad protestantes prope attinet, iidem jam inde ab ortus sui initio usque ad medium ferme saec. XVIII. rigidiorem inspirationis notionem fuerant sectati, donec scilicet opera prodierunt Tohlneri ann. 1772 *de inspiratione,* et Semleri *de examine canonis* ann. 1771—1773. Ex hoc vero tempore ita a majorum suorum institutis desciverunt, ut non solum notionem inspirationis extenuarint, sed, magna saltem illorum pars, eam prorsus exterminarint. Nunc vero temporis pauci sunt inter protestantes qui divinam vere tueantur inspirationem 7, et si qui adhuc libris sacris divinam auctoritatem tribuere videntur, eatenus tantum tribuunt quatenus libri illi quasdam veritates divinas complectuntur. 8 Quare Bahrdt, unus ex ipsis, omnem rejiciens inspirationem, adstruit scriptores sacros nullo supernatural! dono anctos fuisse, neque Spiritum Sanctum ad eos ab erroribus praemuniendos sua illis praesentia ac numine adstitisse.9 Subséquentes porro rationalistae non modo inspirationem omnem abjiciunt, verum etiam irrident, ac eos qui eam adhuc profitentur per contemptum *supematuralistas* vocant. Hi

lérier in cit. *Inlrod.* ul patet ex iis quae scribit pag. 400.

6) Haec est celebris sententia Lessii et Humclii S. J. quam in postrema ex tribus thesibus *atro carbone* notatis ab Academ. lovaniensi ct duacena ann. 1587 et 1588. illi propugnarunt. Has enim theses emiserant duo illi scriptores ann. 1586. 1. »Ut aliquid sit Scriptura sancta, non est necessarium singula ejus verba inspirata esse a Spiritu Sancto.'| 2. «Non est necessarium at singulae veritates et sententiae sint immediate a Spiritu Sancto ipsi scriptori inspiratae." 3. ..Liber aliquis (quali^forte est secundus Machabacorum) humana industria sine adsistentia Spiritus Sancti scriptus, si Spiritus Sanctus postea tcstelur nihil ibi esse falsum, efficitur Scriptura sacra." Calmet diss. ct loc. cit. scribit, jesuitas valide sententiam suam tuentes, apologiam edidisse, cui lovanienses doclores ab episcopo jussi dic 17. Augusti 1588 respondentes, suam pro viribus censuram defenderunt. Juxta ipsum Cornelius a Lapide in epist. II. ad Timoth. IIL 16, Bonfrerius *Proleg.* cap. 8. sect. I, Mariana *Tract, de Vulgata edit,* et Bellarminus, *Tract, de Verbo Dei* eandem sententiam adoptarunt; Janssens idipsum affirmat loc. cit. et citatis auctoribus adjecit Canum, Dupinium, Rich. Simonium, Contensonium, Calmetum, et modernorum plerosque. Ast ambo permiscent istorum auctorum opinionem circa rationem inspirationis quoad solas res et sententias, non autem quoad singula verba (in qua unice conveniunt cum Lessio et Hamclio), cum opinione contenta in thesi tertia, quam allegati auctores minime sectantur, immo et ipsi Lessius cl Hamelins jam ab ea expunxerant quae intra parentheses incluserant. Quoad secundam thesim cum sensus ejus sit, non indiguisse scriptores sacros nova revelatione circa ea quorum sibi notitiam humana industria comparare poterant, nil velat quominus iidem auctores in eam pariter concesserint, prout reipsa Cornel, a Lapide aliique praestiterunt.

') Cf. Jahn op. et loc. cit. sub finem §· 23.

s) Ibid.

') In opusc. I. *De system, ac scopo Jesuy* ep. VIL et alii passim apud Janssens op. cit. §. 5.

Perrone, Praelectiones theolog. III.

nempe sunt progressus apud illos, qui *purum Dei verbum,* scilicet *Scripturam solam* uti adaequatam credendorum omnium et agendorum normam extollunt.

99. Verum hos, quos apposita propositione mox refellemus, dimittentes, atque ex recensitis catholicorum scriptorum placitis circa rationem qua Spiritus S. scriptores sacros afflaverit, tum rigidioris tum liberalioris inspirationis instituta pariter declinantes, viam mediam vero similiorem arbitramur. Atque illud in primis profitemur, rejicere nos laxiores eorum sententias, qui nonnisi *adsistentiam* Spiritus Sancti, quam *negativam* vocavimus, adsciscunt, qua fieret ut immunes tantummodo servarentur ab errore scriptores sacri: haec enim neque satis adaequatam nobis exhibet inspirationis notionem, et competere etiam posset dogmaticis conciliorum oecumenicorum definitionibus, quas tamen inspiratas dixerit nemo, eo sensu quo inspiratos libros sacros nuncupamus. Multo vero magis Holdenii, si tamen id docuit10, aliorumque commentum respuimus, qui ita Spiritus S. *adsistentiam* coarctant, ut ad graviores tantum errores declinandos idoneos effecerit scriptores sacros: hoc enim semel admisso, sequeretur Scripturam sacram pluribus posse quamvis levibus scatere erroribus, quod quidem ab ecclesiae catholicae sensu alienum omnino est. *| Sic neque illorum admittimus opinionem, qui ad librum sacrum constituendum affirmant satis esse, si Spiritus S. postea declaret nullum ibi errorem inveniri: ejusmodi siquidem Spiritus S. testimonium certiores quidem nos faceret illum librum veracem esse: at non omnis liber qui verax sit, illico divinus dici potest, ut praetereamus ab apostolo ethnicorum testimonia adduci, eaque *vera* ab ipso dici12, quin tamen inferri liceat testimonia illa in se evasisse divina.

100. Quemadmodum vero rejicimus laxiores ejusmodi sententias, sic neccssum nobis non est ad inspirationem vindicandam rigidiori illorum opinioni subscribere, qui eam extendunt ad singula omnino verba: plura enim sunt quae nos impediunt quominus in istorum eamus sententiam. Ac 1. quidem consueta divinae providentiae ratio, quae quoniam non deest in necessariis, sic neque abundat in superfluis: superfluum porro videtur novam

'°) Etenim Nicolai in *Disseri. Prooemiali* I. edit. Firenze 1756. Tom. I. part. L pag. 19, 20. eum ab hac criminatione vindicat.

’·) Hoc passim inculcat s. Augustinus, praesertim epist. LXXXII. ad Hieron. n. 3. ubi scribit: ..Ego . . . solis eis scripturarum libris, qui jam canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque deferre, ut nullum eorum auctorem scribendo *aliquid errasse firmissime credam;·* quod et ibidem repetit n. 22. et in ep. XXVIII. ad eund. num. 3. ..Admisso semel, inquit, in tantum auctoritatis fastigium officioso aliquo mendacio, nulla illorum librorum particula remanebit, quae non - - - ad menlienlis auctoris consilium offieiumque referatur.·· Cf. etiam in lib. II. *De consensu Evang.* cap. 12. Vid. Melch. Canum, *De locis,* cap. 12, nec non Graveson in cit. Tract, *de Script. Sacr.* part. I. 3. assertio II.

**) Ad Tit. I. 13.

suggerere verborum inventionem, quae naturali scriptorie facultati innotescant; 2. styli varietas quae in diversis scriptoribus hagiographis pro diverso uniuscujusque cultu, ingenio atque indole elucet: incongruum quippe videtur affirmare Deum accommodasse verba vario singulorum scriptorum ingenio; 3. diversa ratio qua scriptores sacri rem eandem referunt; certum namque est, Christum e. gr. nonnisi una eademque formula consecrationis seu institutionis eucharisticae verba protulisse; si quis tamen conferat Matth. XXVI. 28; Marc. XIV. 24; Luc. XXII. 20; I. Cor. XI. 25 comperiet diversis eam verbis referri, ut alia pene innumera ejusmodi exempla praetermittamus; 4. major minorve difficultas quam in opere suo concinnando expertos se esse hagiographi scriptores ipsi professi sunt, uti auctor II. Machabaeorum libri, qui cum aggressus esset quinque Jasonis cyrenaici libros compendifacere, de se scribit: *Et nobis quidem ipsis, qui hoc opus breviandi causa suscepimus, non facilem laborem, immo vero negotium plenum vigiliarum et sudoris assumpsimus. 13* Quinam autem fuerit ejusmodi labor et negotium adeo difficile, ipsemet declarat adjiciens: *Sicut enim novae domus architecto de universa structura curandum est: ei vero qui pingere curat, quae apta sunt ad ornatum, exquirenda sunt; ita aestimandum est et in nobis. Etenim intellectum colligere, et ordinare sermonem, et curiosius partes singulas quasque disquirere, historiae congruit auctori: brevitatem vero dictionis sectari, et exeeutiones rerum vitare, brevianti concedendum est. 14*

101. Ex quibus postremis verbis intelligimus non solum vocabula, verum etiam hagiographis scriptoribus a Spiritu Sancto relictum esse negotium conquirendi quae ad susceptum inspiratumque a Deo institutum pertinerent, quoties aggressi sunt mandare litteris historias, morales sententias, et quidquid eorum animo obversabatur, vel naturali poterat facultate obversari. | s His alii addunt, quod si inspiratio non ad res dumtaxat ac senten-

·») Cap. II. 27.

»4) Ibid. 30-32.

‚â) Cf. de hoc argumento, *Bible de* l'e/ire, cinquième edit. Paris 1827, tom. L *Discours prèlimin.,* seconde partie, pag. 55 cl sttiv.; Nicolai *Dissert.* cil. pag. 18 seqq.; Dupin op. cit. *Diss. prélim.* livr. I. chap. 2. ξ. 6; Rich. Simon , *Hist. Critique du Nouveau Testament,* chap. 23 et 24. ubi sententiam Lcssii et Hamelii, quae illuc refertur, mordicus adversus censuras duarum academiarum lovan. et duacensis luetur. Non tamen sine delectu et cautela liberior hic scriptor legi debet. Cf. item Calmet diss. *De libr. sac. inspirat,* ari. 2, Janssens op. cit. Hi autem aliique ejusdem latioris inspirationis sectatores quae contraria sibi videntur patrum testimonia commode exponunt, et alia iisdem opponunt, in quibus contrarium patres videntur docere. Nobis satis erit heic unum vel alterum afferre speciminis gratia pro hac sententia. S. Augustinus lib. II. *De consensu Evang.* cap. 12. n. 27. de sanctis evangelislis haec expresse scribit: »Ut enim quisque meminerat, et ut cuique cordi erat, vel brevius vel prolixius, eamdem tamen explicare sententiam, ita eos explicasse manifestum est.·· Sed praestat ipsum hic adire, fusius enim rem hanc pertractat n. 28 et 29. Et iterum cap. 66. «Quod nosse, scribit, et moribus utile est, propter cavenda et judicanda men-

tins, sed ad verba ipsa singula extenderetur, nos qui versionibus utimur, Scriptura sacra aut omnino, aut saltem magna ex parte destitueremur, quod asserere absonum est. **1***

102. Quapropter viam mediam, ut praemonuimus, ineuntes, illam inspirationis notionem amplectimur quam tenuit cl. Marchini, ita ut. dicenda sit *singularis ea Spiritus Sancti moventis ad scribendum impulsio, directio ac praesentia mentem animumque scriptoris gubernans, quae eum non sinit errare, efficitque ut scribat, quae velit Deus. 17* Ex qua notione patet illa omnia in inspiratione divina reperiri. quae ad eam constituendam requiruntur ac sufficiunt ex communi theologorum doctrina: nempe 1. *excitationem* seu *impulsionem* ad scribendum; 2- *illustrationem* mentis ac *motionem* voluntatis, ut non solum nullus sacro scriptori excidat error; sed 3. praeterea inveniatur in eo *delectus rerum* scribendarum, sic ut nihil omittat, nihil adjiciat ad ea quae Deus scribi ab ipso voluerit; 4. *adsistentiam* jugem ac singularem in opere perficiendo.

103. Ex his praeterea discimus aliud esse *inspirationem* divinam, aliud autem *revelationem.* Inspiratio enim latius patet quam revelatio, quae scilicet est patefactio rei antea non perceptae nec animo infixae, cujusmodi sunt vaticinia, mysteria, positiva divinae voluntatis manifestatio. Quare revelatio habet pro objecto rei prius ignotae patefactionem, inspiratio vero praeterea habet pro objecto suo res etiam aliunde cognitas, seu quae saltem cognosci naturali possunt industria. In revelatione non solum res patefiunt, sed verba interdum ipsa quibus manifestatio illa enunciatur vel litteris consignatur, a Deo ipso dictantur, non item vero in iis quae per solam inspirationem conscribuntur. 18 Animadvertendum tamen est communi loquendi usu receptum esse, ut revelationis nomine universe significetur quidquid in sacris litteris continetur, aut etiam quod Spiritu S. dictante viva voce per traditionem transmissum est. 19

dacia; et ipsi fidei, ne putemus, *quasi consecratis sonis,* ita muniri veritatem, tamquam Deus nobis quemadmodum ipsam rem, *sic verba* quae propter illam sunt dicenda, commcndet;rt et s. Hieronymus epist. LVII. ad Pammach. n. 6. edit. Vallars. »Alii, inquit, syllabas aucupentur et literas, tu quaere sententias,' et n. 10. «Obtrectatores mei quaerant, et intelligant, non verba in Scripturis consideranda, sed sensum.' Tota haec epistola de hoc argumento est.*·)

*·) His argumentis nonnulli aliud adjiciunt deductum ex soloecismis quibus juxta ipsos identidem sacrae litterae inspersae sunt; cf. Herm. Goldhagen, *Introd, in Script. Sac.* part. I.

*7) Op. cit. *De divinit. et canonic, sac. Dibliorum,* part. I. art. V. pag. 70.

,s) Janssens op. cit. visus est utramque *inspirationis* et *revelationis* notionem permiscuisse in definitione quam sub finem §. 3. exhibet de inspiratione.

’’) Juxta communem hunc receptumque vulgo loquendi usum nomen inspirationis usurpavit Cornelius a Lapide, dum in comm. II. epist. ad Timoth. IIL 16. scripsit: ..Historias vero et morales exhortationes, quas antea vel visu, vel auditu, vel lectione, vel meditatione didicerant ipsi scriptores hagiographi, non fuit necesse *inspirari,* aut

104. His ita explanatis superest, ut tandem deveniamus ad vindicandam ecclesiae catholicae doctrinam, prout a concilio tridentino sess. IV. in decreto de canonicis Scripturis declarata est, cum asseruit, utriusque Testamenti *unum Deum esse auctorem* 20, et anathema illis dixit, qui libros utriusque foederis antea enumeratos pro *sacris* non haberent. Quod quidem binis propositionibus conficiemus, quarum altera veritatem adstruemus doctrinae catholicae circa divinam horum librorum inspirationem, altera vero ostendemus non posse protestantes abjecta ecclesiae auctoritate certos esse de singulorum librorum sacrae Scripturae divinitate, seu divina inspiratione. Sit igitur

PROPOSITIO I.

Jure merito concilium tridentinum docet unum Deum esse librorum canonicorum utriusque Testamenti auctorem, seu eos esse libros sacros, utpote Spiritu S. afflante, saltem quoad res et sententias, conscriptos.

105. Prout ex thesis enunciatione liquet, juxta ecclesiae doctrinam attingimus solam divinae inspirationis librorum canonicorum existentiam, quae sese extendat *saltem* ad res atque sententias in iis contentas, quaque fiat, ut ipsi non modo immunes sint a quavis vel levi erroris labe, juxta traditam inspirationis notionem, sed praeterea ut unus Deus fuerit auctor scriptoribus sacris ut sese ad scribendum conferrent, iisque in omnibus adstiterit *adsistentia positiva:* quamobrem solus Deus stricto sensu censeri et haberi debeat illorum auctor librorum. Diximus porro *saltem quoad res et sententias,* quia cum noluerit ecclesia definire, seu dirimere quaestionem inter scholasticos agitatam, utrum praeterea Deus verba ipsa dictaverit, nexumque verborum et periodorum; ideo ne controversiam domesticam cum ecclesiae doctrina temere permisceremus, coarctavimus propositionis sensum ad rei

dictari a Spiritu S., utpote cum eas jam scirent et callerent ipsi scriptores;u palet enim vocem *inspirari* pro *revelari aut dictari* eum adhibuisse, ut patet etiam clarius ex tota orationis serie in qua declarat Spiritum S. scriptoribus sacris adstitisse 1. ne errarent; 2. ut eis suggereret ut haec potius quam illa scriberent; 3. ut ordinaret omnes eorum conceptus, digereret et dirigeret. Nullo igitur fundamento innixi non pauci scriptores qui sese invicem exscripserunt, Cornelium inter illos auctores recensent, qui inficiantur inspirationem in historicis et moralibus adfuisse hagiographis, mullo minus debuisset Graveson in cit. *Tract, de Scriptura sacra,* §. 3. pag. 58 seq. cum impugnare, ac permiscere sententiam Corn, a Lap. cum Iribus thesibus confixis a Lovaniensibus et Duacenis de quibus superius diximus, eique opponere *doctissimum Anton. Arnaldum doctorem sorbonieum ;* hoc enim vere est hostes sibi confingere et acrem verberare. Longius progressus est Contensonius, qui nonnisi inspirationem *negativam* in recensitis concessit scriptoribus hagiographis, dum apud Calinet loc. cit. scripsit: »In omnibus igitur habuerunt non revelationem, *sed adsistentiam et auxilium, ne taberentur."*

’°) Sess. IV.

substantiam, sine qua vera inspiratio divina neque est, neque intelligi quidem potest.

106. Jamvero jure meritoque Tridentinum docere in sensu exposito, unum Deum esse librorum canonicorum utriueque foederis auctorem, ita ut omnes et singuli libri in canone contenti tamquam sacri ac divini haberi debeant, seu divinitus inspirati, constat eadem via ac ratione qua eos canonicos esse ostendimus, 'videlicet auctoritate ecclesiae, quae ita semper credidit ac docuit, prout a Christo et ab apostolis didicit, posterisque omnibus constanti traditione transmisit, atque ita filios suos vivens mater ac falli nescia veritatis magistra informavit.

107. Sane quibus ex fontibus evicimus sacrae Scripturae canonem a Tridentino sancitum firmissimum habere in antiquitate fundamentum, ex iisdem liquet divinam iisdem libris auctoritatem et originem nunquam non fuisse tributam. Nam 1. eadem fere verba quibus usa est tridentina synodus, adhibuit **Eugenius** IV. dum canonem Scripturarum ex fide et auctoritate *ecclesiae universalis* proposuit Jacobinis dicens: *Unum atque eundem Deum Veteris et Novi Testamenti, hoc est, Legis et Prophetarum atque Euangelii profitetur auctorem, quoniam eodem Spiritu Sancto inspirante utriusque Testamenti sancti locuti sunt*[1]; deinde subjicit eorundem librorum canonem. Quam quidem loquendi rationem mutuatus est Eugenius ex pontificali romano, ubi in consecratione episcopi ab inaugurando pontifex scisciatur: *Credis etiam Novi et Veteris Testamenti, Legis, et Prophetarum, et Apostolorum unum esse auctorem Deum ac Dominum omnipotentem? Resp. Credo.*[2] 8. **Augustinus** quarum Scripturarum canonem texuit, vocat *divinas,* ita ut perinde sit vocare Scripturas *divinas* atque *canonicas.*[3] Quo autem sensu *divinas* dixerit canonicas Scripturas, alibi declarat scribens: *Denique auctores nostri, in quibus non frustra sacrarum litterarum figitur et terminatur canon, absit ut inter se aliqua ratione dissentiant. Unde non immerito, cum illa scriberent, eis Deum vel per eos locutum.....tot tantique populi crediderunt*[1]; id est omnes Christiani ita ab ecclesia edocti. **Concilium** item **Carthaginiense III.** *divinas* pariter Scripturas canonicas nuncupavit dicens: *Item placuit, ut praeter Scripturas canonicas nihil in ecclesia legatur sub nomine divinarum Scripturarum. Sunt autem canonicae Scripturae etc.* Adjicit nempe horum librorum canonem, quem

*) Apud Harduin. *Acta Cone.* tom. IX. in decreto cit. pro Jacob, col. 1023.

') Apud Blanchinium, *Vindiciae canonic. Scriptor. Praefat. Gener,* pag. 2. Cf. etiam b. card. Thomasium opp. edit. Ant. Franc. Vezzosi, Romae 1747, tom. II. pag. 9. Haec a consecrando episcopo emittebatur fidei professio adversus manichaeorum haeresim, qui negabant Deum auctorem esse V. T.

3) Lib. II. *De Doclrin. Christ,* cap. 8. η. 12-

*) *De civ. Dei,* lib. XVIII. cap. 41. n. 1.

ibidem profitetur ββ a patribus accepieao. 5 Clemen» vero roman us a quo, ut diximus, omnes ferme utriusque foederis libri canonici adducuntur, universim sacras Scripturas vocat *Spiritus Sancti oracula.* 6 Ex his evidenter patet eadem ecclesiae auctoritate, qua nobis constat de Scripturarum canone, de ipsarum pariter divinitate atque inspiratione constare.

108. Exinde factum est, ut certatim patres juxta fidem in ecclesia receptam docuerint, *Spiritum Sanctum esse qui loquitur in Scripturis,* ut Origen c s 7; *Scripturam Spiritu Sancto conscriptam ingentem in se continere thesaurum,* ut C h ry sos tomus 8; linguas et manus scriptorum sacrorum nihil aliud esse, quam *Spiritus Sancti calamos,* ut Theodoretus9 et s. Gregorius M. 1°; *epistolam* item vocaverint *omnipotentis Dei ad creaturam suam* ut s. Augustinus1* et rursum s. Gregorius M. 12; s. Augustinus praeterea adjicit in Scripturis *divinis,* quae *canonicae* vocantur vel levissimum mendacium sine crimine admitti non posse, ac solis canonicis Scripturis eum esse honorem deferendum, nullum ut earum auctorem scribendo aliquid errasse firmissime credamus.13 Cum s. Isidorus Hispalensis canonem integrum sacrorum librorum, prout in ecclesia romana semper obtinuit, exhibuisset, his verbis catalogum suum absolvit: *Haec sunt nova et vetera quae de thesauro Domini proferuntur. . . . Hae literae sacrae, hi libri integri numero et auctoritate: aliud cum istis nihil est comparandum. Quidquid extra hos fuerit, inter haec sancta et divina nullatenus est recipiendum.* 14 Cassiodorus itidem cum sacrarum Scripturarum praestituisset canonem, qualem romana asserebat ecclesia, scribit: *Has siquidem litteras non ratio humana répétât, sed hominibus sanctis virtus caelestis infudit.* 15 Et haec attulisse sufficiat, cum patrum opera ejusmodi effatis referta plane sint quibus divina inspiratio aut generatim, aut in specie libris quibus coalescit canon tridentinus asseritur. 16

s) Apud Hard. op. cit. tom. I. col. 968.

6) Sic enim scribit ep. I. ad Cor. cap. 45. *ἘγκύπτίTi tti ràf γραφάί, ràf άληpÿjut πνεύματο τον αγίου,* seu «Diligenter inspicite Scripturas, Spiritus Sancti vera oracula." Apud Cotel. tom. I. pag. 172.

T) *Hom.* XXVI. *in Num.* n. 3. edit, maar. opp. tom. II. pag. 371.

s) *Hom.* III. *in Genes,* η. 1. el alibi passim.

') *Praef. in Psalm,* cd. Paris. 1642- opp. tom. II. pag. 395 seq.

Ie) *Praef. in Job,* cap. 1. n. 2.

“) Serm. II. in Ps. XC. n. 1. et *Enarr.* in Ps. CXLIX. n. 5.

*2) Lib. IV. indict. XII. epist. XXXI. ad Theodor, medicum.

*3) Epist. cit. XXVIII et LXXXII. ad Hieronymum.

“) In libros V. et N. T. *prooem.* n. 14, 15, 16. Cf. cd. Arevali, tom. V. pag. 194. Cf. item *Etymoloyiar.* lib. VI. n. 9. ibid, tom. III. pag. 241.

Is) *Üe institut, divin, litter,* cap. 13 et 14. collât, cap. 16. opp. cd. maur. torn. 11. pag. 546 seqq.

I6) Qui plura ejusmodi patrum testimonia cupit, adeat inter alios Marchini op. cit. part. I. art. V. pag. 72 seqq.; Casini, *Encyclopaedia Sacr. Script,* vol. I. Disput. praevia II.

109. Qnum vero nobis propositum fuerit omnium et singulorum libro rum, qui in canone concilii iridentini continentur, divinam inspirationem vindicare ex antiquae ecclesiae auctoritate, idcirco ab iis argumentis proferendis consulto abstinuimus, quae *intrinseca* audiunt. Quamquam enim, ut par est, haec magni faciamus, ea tamen minus idonea nobis ad propositum quod intendimus visa sunt. Argumenta siquidem haec sive ab intima rei natura, sive a Scripturarum ipsarum testimoniis petita, evincunt quidem in genere aut in libris sacris veritates a Deo revelatas contineri, aut *Spiritu Sancto inspirante locutos esse sanctos Dei homines}* ut ait s. Petrus *7, aut *omnem Scripturam divinitus inspiratam* esse, ut loquitur s. Paulus19, aliaque ejusis Deo esse auctore exaratas. Verum similia testimonia ad solas referuntur quinam singillatim ii demum libri sint, i porro instituti est, ostendere omnes qui in canone ab ecclesia catholica refuisse conscriptos, sive iis omnibus et pirationem competere; de quo quidem constare nobis potest, uti plenius paulo trotestantes impetimus, propositione.19 issurgendo a tridentino decreto ad actane fontibus quibus adstruitur identitas s tempore viguit in romana ecclesia, ac btinet universa, adstrui item ac vindim librorum, qui in eodem continentur, jsimus.

ULTATES.

igio quae suos non jactet libros sacros: llinos, Zendavesta Persae, Indi libros sidere gloriantur. Jam vero hos omnes tes singulae, perinde ac ecclesia catho-dstruunt, quin tamen dici propterea de-

potest protestans alicui neganti Jacobi epistolam esse canonicam (adeoque inspiratam) per Scripturam probare? Ad hanc igi-

tur angustiam necessario res deducta esi. vel affirmare, quod novimus eam esse authenticam eodem Spiritus testimonio in cordibus nostris (juxta systema quakerorum) quo scripta erat; vel Romam reverti dicendo, traditione novimus ecclesiam eam in canonem retulisse, et ecclesiam infallibilem essc; medium, si quis possit, inveniat.I Cf. Mohler, *Symbolique,* tom. IL §. 66. circa finem.

beat eoa reipaa sacros caso, ac divina inspiratione conscriptos. 2. Argumentis proinde intrinsecis innotescere nobis debet ejusmodi librorum inspiratio, prout hactenus a theologis ipsis catholicis praestitum est; alioquin 3. et illud oriretur ex nova hac methodo vitium, quod petitio principii sive, ut vulgo dicitur, circulus vitiosus omnino committeretur, dum nempe existentia et infallibilis ecclesiae auctoritas per Scripturas probaretur, et divinitas Scripturarum per ecclesiam 20; 4. praesertim cum noverimus ab antiquis patribus recensitos esse inter canonicos, proindeque inter divinitus inspiratos nonnullos libros, qui ex canonis albo posthac expuncti sunt. Ergo.

111. **Resp.** Ad 1. *D.* Quarum tamen religionum nulla est, quae illis fulciatur credibilitatis motivis, quibus unica firmatur vera religio seu ecclesia catholica, *C.* quae iisdem fulciatur motivis, *N.* Cum igitur pro sola catholica religione militent ea quae dicuntur credibilitatis motiva, uti suo loco ostendimus, quae divinam hujus originem et auctoritatem evidenter patefaciunt, nulla ratio est cur illarum societatum testimonio assentiamur, dum sacros dictitant libros suos atque divinos. Divina porro ecclesiae catholicae origine atque auctoritate semel constituta consequens est, ut fidem illi adhibeamus dum testatur nobis qui sint libri canonici, adeoqiie divini, cum ipsa sola custos ac depositaria divinae revelationis a Deo ejus conditore constituta fuerit.

112. Ad 2. *D.* In genere, *Tr.* in specie omnium et singulorum librorum qui in canone continentur, *N.* Theologi enim catholici dum adstruunt divinam sacrorum Bibliorum inspirationem ex argumentis intrinsecis, id generatim tantum efficiunt. Quum vero de libris singillatim agunt, nemo ex illis est, qui non confugiat praeterea ad traditionem auctoritatemque ecclesiae, ex qua id unice confici potest.21 Quapropter cum nobis proposue-

20) Hanc petitionem principii catholicis theologis, qui methodo a nobis vindicata uterentur, objicit etiam Georgius Hermesius in *Einleilung in die christ.-hath. Theol.* seu *Introductione in Theologiam christ, catholicam.* Monast. 1829. Part. Π. pag. 17.

3I) Sane hoc est unum ex argumentis quibus theologi catholici utuntur ad adstruendam canonicitalem et divinitatem omnium sacr. librorum qui in canone continentur, et ex quo etiam inferunt necessitatem alicujus auctoritatis infallibilis quae nos certos reddat certitudine fidei de hoc praecipuo articulo, qui debet constituere regulam remotam et partialem fidei nostrae. Haec autem non alia est nisi ecclesiae catholicae auctoritas. Hinc vidimus s. Augustinum solius ecclesiae auctoritati inniti ad credendum Evangelic seu sacris Scripturis. Vidimus praeterea patres passim, solius ecclesiae auctoritate permotos, admittere uti sacros et canonicos etiam libros illos, qui in canone primitivo non continebantur. Neque ab hac regula desciverunt sani catholici theologi, qui ideo asserunt prioritatem seu *anterioritatem* ecclesiae Scripturis N. T. quia illius tantum est judicare de canonicis Scripturis, uti Melchior Canus, *De locis,* lib. II. capp. 6, 7, 8. Sic etiam Bellarminus qui, ut alias vidimus, statuit ecclesiam magis notam esse quoad nos, quam sint Scripturae quas ab ipsa et per ipsam cognoscere possumus. Sic card. Hosius, Walenburgici, aliique passim.

rimus omnium et singulorum quos nobis oxhibet decretum tridentinum librorum divinam evincere inspirationem, aliud fuit iter nobis necessario ineundum.

113. Ad 3. A'. Etenim cum ecclesia, ut ostendimus, anterior sit et praescribat libris omnibus N. T., qui potuit divina ejus auctoritas et origo primis Christi fidelibus demonstrari testimoniis exinde petitis? Ergo aliunde iis id innotescere debuit, ex motivis scilicet credibilitatis, quibus veritas ipsa asseritur Christianae religionis cum qua illa identificatur. In tuto vero ex illis credendi motivis ecclesiae catholicae veritate ac divina auctoritate prius collocata, ex ejusdem auctoritate deinde deprehendimus, quinam libri sive V. T. quos ipsa ex Christo didicit, sive N. T. quos ipsa probavit, uti canonici ac divini habendi sint. In hoc autem processu, ut liquet, nulla petitio principii aut circulus vitiosus locum habere potest.

114. Ad 4. *D.* Si canonica ac propterea divina librorum sacrorum auctoritas ex uno aut altero patre aut scriptore desumenda esset, *C.* si ab ecclesia, A' Haec porro difficultas thesim nostram mirifice confirmat.

115. Π. Obj. 1. Divina Bibliorum auctoritas, si germanas catholicas notiones spectes, a Christo, qui praecedit ecclesiam, repeti debet, minimo autem ab ecclesia a qua *reda tantummodo Bibliorum intelligentia* seu *depositum fidei* quod in illis continetur derivari potest. 2. Exploratum siquidem est ex doctrina ss. Augustini et Thomae, aliorumque plurimorum sane atque insignium theologorum catholicorum, immo et totius qua late patet campi historici christianismi et catholicismi, Biblia, utpote verbum Dei, fundamentum esse quo ecclesiae ipsius auctoritas demonstretur. 3. Sane in historia prius occurrit *Christus* ejusque doctrina, et in hac ipsa doctrina *promissio* ecclesiae deinceps aedificandae. Quapropter fides in Christum inque auctoritatem doctrinae ejus, quae in Bibliis continetur, cum inclusione fidei in ecclesiam a Christo promissam, jam praecedit fidem in realem hujus ipsius ecclesiae fundationem: ac propterea fidem in ecclesiasticam auctoritatem infallibilem *apostolici magisterii* quod ex divina illa veluti inauguratione, quae die Pentecostes contigit, suum coepit exordium. 4. Qui proinde contendit ab ecclesia omnino arcessendam esse auctoritatem Bibliorum quatenus Dei verbum a Christo enuntiatum complectuntur, nae iste prius ponere ecclesiam debet, deinde vero Christum; prius fidem in ecclesiam quam fidem in Christum divinamque ejus doctrinam; atque ita historicae veritatis campo adversa fronte refragari, quippe qui contrarium prorsus ordinem exposcit. Quid? quod ipsum deberet ordinem sus deque vertere quem symbolum apostolicum praesefert, a quo nempe prius adducimur ad fidem in Deum creatorem caeli et terrae, deinde vero in Jesum Christum filium ejus unigenitum, ac demum ad professionem fidei in Spiritum S. catholicamque ecclesiam? At enim in novo hoc systemate en quomodo symbolum apostolicum efferri opus erit:

Credo ecclesiam catholicam, et in Jesum Christum unigenitum filium ejus et in Deum Patrem J. C. creatorem caeli et terrae. 22 Quis talia ferat? Ergo.

116. Resp. Ad 1. *D.* Auctoritas divina *in se* seu *intrinseca, C. quoad nos, in ordine nimirum cognitionis* sive *extrinseca, N.* Nemo certe unquam negaverit divinam Bibliorum auctoritatem intrinsecam, scilicet in se spectatam, a Deo seu Christo qui illam dictavit, unice repetendam esse: sed quaestio heic versatur de ordine cognitionis quoad nos, utrum nempe per ecclesiam noverimus divinam auctoritatem Bibliorum, an vero per Biblia cognoverimus ecclesiam. Jam vero ullo absque dubio prius nobis innotuit ecclesia, a qua Biblia ipsa accepimus, quaeque nobis annunciavit Christum, quam Christus ipse et Biblia. Christus apostolos misit ad se doctrinamque suam praedicandam : prius igitur nobis comperta ecclesia fuit quam Christus doctrinaque ejus, quae objectum apostolicae ecclesiae sive praedicationis extiterunt. Hac de causa Christus discipulos suos miraculorum ceterorumque charismatum donis instruxit ad fidem sibi tamquam Dei nunciis penes populos conciliandam, ut pronas isti aures doctrinae quae ipsis praedicabatur accommodarent. Absurdum porro est affirmare, divinam Bibliorum N. T. auctoritatem, in ordine *cognitionis nostrae,* a Christo esse derivandam, cum nondum illa, Christo in terris versante, existèrent. Aeque vero improbandum quod de recta Scripturarum intelligentia adjicitur, perinde ac si ipsa sola constitueret *depositum fidei* quod nimirum tum Biblia, tum traditionem, tum rectam utriusque intelligent!am complectatur necesse est.

117. Ad 2. vel A7, vel *D.* Tamquam regulam fidei remotam, ut vocant, *C.* tamquam regulam proximam, seu in ordine cognitionis quoad nos, A' Quo posteriori sensu neque s. Augustinus neque s. Thomas aut alius plane theologus catholicus, multo vero minus *campus ille historicus* (ad quem adversarii appellant) christianismi et catholicismi aliquando inficiatus est, per ecclesiam nos Christum ejusque doctrinam ac proinde Biblia cognovisse uti auctoritatem divinam. Itaque ex catholicorum sensu nos *immediate* ecclesiam, *mediate* vero per Biblia, quae nempe divina esse per ecclesiam sub ejusque magisterio deprehendimus , penitius cognovimus Christum doctrinamque ejus, uti suo loco ostendimus 2 3, atque in Bibliis ipsis promissionem legimus ecclesiae aedificandae cum omnibus iis dotibus, quibus Christus eam instructam voluit atqne insignitam. 21 Nisi enim prius ab ecclesia certiores facti essemus de

”) Hae sunt difficultates quas urget Dr. J. B. Baltzer facult. theol. professor in univers. Vratislav. in scripto suo *Beitriige zur Vermittlung* etc., seu *Documenta ad rectum judicium conformandum de catholicisme et protestantisme,* Vratislaviae 1839. Fascic. I. (quem nuper alter excepit) §. 9. pag. 26 seqq. De hoc porro auctore, qui hermesianac scholae placitis nimis jam addictus, nunc ad aequiores animi sensus accessisse videtur, fusius in tertia hiqus operis parte pertractandum nobis erit.

”) In prima hujus Tractatus part. cap. 1. prop. IL

2<) Cf. ibid.

divina Bibliorum auctoritate, nullum jam haberent valorem promissiones ipsae in illis contentae, id quod ex *biblieis* societatibus nuncupatis clare liquet, quae quoniam sino auctoritate ac sine missione apud infideles Biblia diffundunt, nullam plane fidem inveniunt.84

118. Ad 3. *D.* In ordine essendi seu existentiae, C. in ordine cognoscendi, A; Eadem siquidem semper oberrat chorda adversariorum argumentandi ratio, dum haec duo permiscent. Certe Deus prior est in existendo quam nos et mundus; attamen num nos prius non cognoscimus nosmetipsos et mundum quam Deum? Id profecto adversarii quibuscum agimus, acerrime contendunt et propugnant, et quidem, ut nos ipsi profitemur, merito: quandoquidem ex effectu, cujusmodi creaturae sunt, ad causam, nempe Creatorem omnium cognoscendum assurgimus. Retineant ergo adversarii necessariam, quam ipsa philosophia tradit, distinctionem inter ordinem *ontologicum* ac ordinem *psychologicum,* et tunc in eo quod nos contendimus nil deprehendent, quod cum veritate sive logica sive historica optime non cohaereat.

119. Ad 4. *Neg.* ex dictis ejusmodi sequelas. Symbolum enim apostolicum ordinem geneticum et historicum exhibet, minime vero ordinem cognitionis de quo loquimur.26 Ceterum nos et symbolum apostolicum ecclesiae

5S) Hac de causa infideles quibus biblici Scripturarum sacrarum exemplaria dispensant, immo obtrudunt, ea despiciunt, irrident, commercium de eis faciunt, communibus usibus, profanis, immo turpibus et obscaenis ea impendunt. Cf. quae scripsimus in tract. *De vera religione,* part. II. prop. X.

î6) Hanc ipsam difficultatem, quam urget Baltzer, jam proposuerat iisdem pene verbis minister Claudius calvinianus Bossuetio. En Claudii objectionem, et responsionem Bossuetii: ..M. Claude nous dit que pour autoriser la méthode, par laquelle nous (catholiques) prétendons mettre la foi de l'église, comme le fondement de tout le reste, il faudrait dans le Symbole mettre la foi de Γ église, comme le fondement de tout le reste, il faudrait dans le Symbole avoir commencé par dire *je crois Γéglise,* au lieu qu' on y commence par dire *je crois en Dieu le Père, et en Jésus-Christ, et au Saint-Esprit.* Et il ne songe pas que c'est l'église elle-même qui nous apprend tout le Symbole; c'est sur sa parole que nous disons, *je crois en Dieu le Père, et en Jésus-Christ son fils unique,* et le reste; ce que nous ne pouvons dire avec une ferme foi, sans que Dieu nous mette en même temps dans le coeur que l'église, qui nous l'enseigne, ne nous trompe pas. Après donc que nous avons dit sur sa parole, *je crois au Père, et au Fils, et au Saint-Esprit,* et que nous avons commencé notre profession de foi par les Personnes divines que leur majesté met au-dessus de tout, nous y ajoutons une sainte réflexion sur Γ église qui nous propose cette créance, et nous disons, *je crois féglise catholique.* A quoi nous joignons aussitôt. apres toutes les graces que nous recevons par son ministère, *la communion des saints, la rémission des péchés, la bienheureuse résurrection, et enfin la vie éternelle."* Ita quidem Bossuet in op. *Réflexions sur un écrit de iff. Claude,* opp. ed. cit. ton». XXIII. pag.363, qui deinde pag.365 propius adhuc attingens quaestionem nostram pergit: .Nous convenons qu'il (Dieu) se sert de l'église et de l'écriture. Notre question est de savoir par où il commence, si c'est par l'écriture, ou par l'église; si c'est, dis-je, par l'écriture qu'il nous fait croire à l'église, ou, si c'est plutôt par l'église qu'il nous fait croire à l'écriture. Je dis que c'est par l'église que le Sainl-

acceptum referimus; quia enim niai ecclesia hoc noa symbolum docuit? Ergo ecclesia quoad nos nostraruinque ordinem cognitionum eemper anterior habenda erit, et eat.

120. III. Obj. 1. Divinae inspirationis notio repugnat ideae Dei spiritus perfectissimi 27; hominisque libertati ejusque dignitati intellectuali derogat. 2. Argumenta praeterea, quibus subtilior illa inspirationis doctrina ecclesiastica impugnata et pene explosa est, 3. deprompta sunt primum ex universae. Scripturae sacrae indole, quae partim magnam *orationis™*, *interpretationis singulorum* F. *T. locorum 29, fontium30, chronologiae 31, et ipsius doctrinae argumenti* diversitatem 82 exhibet: partim argumentum continet multis in locis ambigue et obscurissime expressum aut temporis successu emendatum aut etiamnum emendandum, et quod omnino ita comparatum est, ut inventio ejus e virium et praesidiorum naturalium usu optime explicari queat. 4. Accedit, quod pars aliqua librorum sacrorum non ab illis, quorum nomina praeseferunt, auctoribus, sed ab interpretibus et amanuensibus33, de quorum inspiratione nil constat, litteris consignata est. 5. Praeterea si Numen divinum pro sapientia et bonitate sua inspirationem illam miraculosam librorum sacrorum vere necessariam duxisset, eandem et interpretibus quibusvis omnis temporis concedere debebat, ut Scripturarum sensus, haud, raro inventu difficilis, omni aetate et in omni populo recte cognosci posset 6. Argumenta porro petita sunt e singulis scriptorum sacrorum effatis, quibus ii vel suarum ingenii mentisque virium usum sibi vindicant 34; vel divinum illum instinctum, quo correpti sibi esse videbantur, sed quem nusquam certius definiverunt, ad solos propheticos sermones, minime vero ad scripta sua diserte referunt35: vel ipsos spiritu divino actos diligenter examinandos esse docent. 36 7. Addi possunt ea Scripturae sacrae dicta, ex quibus apostolos eorumque socios, etiamsi Spiritus S. dotibus imbuti fuerint, sensim pedetentimque ad perfectiorem religionis scientiam provectos 37; nec omnes

Esprit commence; et il faut bien qu'il soit ainsi, puisque constamment *c'est ťéglise qui nous met en main Γ écriture;"* sod ipsum cf. ibid.

2Î) Joann. IV. 24; IL Cor. III. 17.

,8) E. gr. Exod. XX. 2 seqq. et Dent. V. 6 seqq.; Matth. V. 1 seqq. et Luc. VI. 20 seqq.

29) Maith. VIII. 17. et I. Petr. IL 24. Act. XIII. 33· et Hebr. I. 5.

30) Num. XXL 14; Jos. X. 13; Luc. 1.2?

11) Matth. XXIII. 35; Luc. IL 2; III. 1; Act. V. 36; VIL

’’) Act. XV. 1—31; et Gai. Π. 14; Joann. XIΠ, 2 — 27; Act. V. 3; Ephes. II. 1-3; Marc. VIL 21—23; Jac. I. 13-15; Joann. V. 22. et XΠ. 31; III. 17—19; XII. 47. I. Cor. XL 5. el XIV. 34; I. Tim. IL 10—12.

33) Rom. XVI. 22; Col. IV. 18; II.Thess. III. 17.

3<) Peut. XXX. 11—14; Prov. IV. 3 seqq.; Luc. I. 3; I. Cor. VIL 10 seqq. collât. 25, 26; IL Cor. XI. 17.

3i) Num. XL 26 seqq.; I. Sam. X. 10 seqq.; Jerem. I. 9; I. Cor. Π. 13; IL Petr. I. 21.·

3δ) I. Joann. IV. 1. collai. Gal. IL 6; I. Cor. X. 15; XIV. 29.

37) Ad. X. 10 seqq.; XV. 1 seqq.;

opiniones praejudicatas penitus exuisse apparet38, testante ipso Paulo apost. se cetcrosque Christianos imperfecta religionis cognitione imbutos fuisse. 89 8. Nec minus denique argumenta affert historia tum populi cujusque incultioris, opinionibus de efficacia Numinis immediata et miraculosa imbuti, tum ipsius dogmatis de inspiratione historia, quae libri inspirati nomen promiscue ad scripta non canonica, v. gr. librum Enoch, oracula Sibyllina, aliaque translatum fuisse, et subtiliorem inspirationis formam, saec. demum XVII. effictam esse, certissime demonstrat.4° Ergo.

121. Resp. Ad 1. iV. Quaenam enim repugnantia tingi in eo potest, quod Numen summe perfectum, quum hominem ratione praeditum condiderit, eundem et moveat et illustret, eique adsistat? Quid porro evincant, quae afferuntur ex Joann. IV. 24 ubi dicitur: *Spiritus est Deus,* et IL Cor. III. 17 ubi legitur: *Dominus spiritus est;* plane ignoro. Quid enim? Si Deus spiritus est, numquid propterea nequibit homini inspirare? Immo hoc ipso magis idoneus erit ad id efficiendum.

122. Negamus praeterea per divinam inspirationem derogari quidquam aut hominis libertati aut intellectuali ac morali ejus dignitati, quae potius ex illa plurimum perficiuntur, quemadmodum gratiae supernae accessio naturam hominis vehementer perficit ac complet. Inspiratione quippe homo in eorum devenit notitiam quae ex se aut nullo modo, aut aegre omnino cognoscere potuisset, quaeque talia sunt, ut valde conferant sive ad pleniorem Dei cognitionem sive ad perfectionem hominis ipsius assequendam.

123. Ad 2. *D.* Inspirationis doctrina ecclesiastica, nempe protestans. seu prout a sectis protestantibus asseritur, seclusa ecclesiae catholicae auctoritate, impugnata et pene explosa est, *Tr.* prout a nobis adstruitur ex ecclesiae catholicae auctoritate perpetuae traditioni innixa, iV. Fatemur, immo contendimus haud posse protestantes ex solis argumentis intrinsecis canonicorum librorum divinam evincere inspirationem, quod ex professo in altera mox subjicienda propositione ostendemus. Qua posita animadversione, tuto possemus ejusmodi difficultates, quae probationem nostram nec minimum attingunt, omnino praetermittere. Cum tamen pleraeque aut falsae sint, aut sacris scriptoribus injuriosae, singillatim iisdem occurrimus. Itaque

124. Ad 3. *D.* Et ejusmodi diversitas orationis, interpretationis etc. apparens est, *C.* vera et realis, *N.* Diversitas illa *magna* orationis in adductis locis in eo sita est, quod Deut. V. nonnullae a Mose interseruntur explanationes decalogi, qui datus a Deo perhibetur Exod. XX.; et quod s. Lucas VI. summatim referat quae fusius Matth. V. seqq. traduntur.

XXL 15 seqq.; I. Tun. IV. 14, 16; add. Luc. XXIV. 25: Joann. XVI. 12.

ïβ) I. Cor. V. 5; VI. 3.; XI. 30; XV. 22. 29; Jacob. V. 8; I. Thess. IV. 15. collai. IL Cor. XI. 15 et alibi.

’’) L Cor. XIIL 9– 12.

«·) Ila Wegscheider 42 el 43.

Diversitas item interpretationis quae occurrit singulorum V. T. locorum Matth. VIII. et I. Petr. II., respicit Isaiae vaticinium LIII. 4. *vere languores* etc. quod Matthaeus exponit de infirmitatibus corporalibus, s. Petrus vero de infirmitatibus spiritualibus, seu potius de poenis peccatis nostris debitis, quas sibi Christus luendas in cruce suscepit. Nulla porro in his occurrit repugnantia. Vaticinium enim Isaiae causain simul complectitur et effectum. Quod igitur Petrus de causa, Matthaeus exponit de effectu. 41 Neque pariter dissident interpretationes verborum Ps. II. *Filius meus es tu,* etc. quas exhibet Paulus Act. XIII. de. resurrectione, et Hebr. I. de aeterna ejusdem ac temporali generatione, si illud probe spectaveris, divinam Christi generationem in tempore, ipsiusque ad vitam reditum fundari in aeterna ejusdem generatione, quae nimirum ipsi jus dedit ad utramque assequendam. 12 Quod vero spectat ad fontes ab adversario indicatos, quibus usi sunt scriptores hagiographi, nullam patefacit diversitatem: quasi vero non ageretur de eadem re diversis e fontibus derivata; in quo tamen nihil est quod repugnet, sed solum ostendit divinam inspirationem, ut antea animadvertimus, humanam industriam mediorumque naturalium usum non excludere.

125. Verum neque diversitas est *chronologiae* in locis allegatis; e quibus primo seponendus est Matth. locus, ubi non agitur de chronologia 43: loca porro quae ex Luc. II. et III. adducuntur, pendent a quaestionibus de censibus factis a Gyrino, ac supputatione annorum imperii Tiberii Caesaris, quae multiplici ratione a chronologie exponuntur. 44 Id ipsum dicatur de illis tantum apparentibus discrepantiis quae occurrunt Act. VII. in oratione s. Stephani, quas nempe iidem chronologi apprime secum inter componunt. 45 Quod objicitur ex Act. V. supponit unum eundemque esse Theudam de quo loquitur Josephus Flavius 46, ac. Theudam de quo verba facit Gamaliel Act. V., cum tamen plures iique gravissimi auctores id merito negent. 47

41) Cf. quae scripsimus dc hac ipsa difficultate quam jamdiu opponebant sociniani, in *Tract, de Ineam.* part. Π. cap. 6. prop, unie. η. 626.

41) Cf. ibid. cap. 1. η. 240.

43) Nam Matth. XXIII. 35. referuntur Christi verba: *Ut veniat super ros omnis sanguis (pii effusus est super terram, a sanguine Abel justi usque ad sanguinem Zachariae filii Barachiae, quem occidistis inter templum et altare.* In quae verba cf. Ma)donalum qui caussas affert quare Christus meminerit Abel, quamquam non fuerit ex Judaeis, ct Zachariae, etsi postremus non fuerit prophetarum, qui sunt ab illo populo occisi.

44) Cf. eruditum opus Henrici Sanclemenlii, *De vulgaris aerae emendatione.* Romae 1793. Lib. IV. cap. 2 seqq.

45) Cf. Corn, a Lapide in cap. 7. *Act. Apost.* ubi fuse de his apparentibus anlilogiis disserit easque dissolvit.

46) Lib. XX. *Antiquit.* cap. 5. edit. Havercamp.

47) Cf. adnolat. in loc. cit. Josephi Flavii; Grotium ad Maith, cap. XXIV. 5. Lightfoot, *Horae Hebr. ad Acta Apost.* cap. V. v. 36. cd. Ultraj. 1694. vol. II. pag. 704; Valcsium ad Euseb. lib. II. cap. 6. Lud. Cappellum in *Spicilegio ad Ada,* cap. V. 36; Simon, *Hist, crit, du Nouv. Test.* chap. 2; Cornel a Lap. hie.

Nulla demum ipsius doctrinae diversitas occurrit Act. XV. et Gal. II., cum utrobique gentes immunes a legalibus ritibus declarentur. 48 Quoad cetera quae ab adversario in medium proferuntur loca, satis cuique erit ea inter se comparare, ut expudoratam hominis frontem deprehendat, dum ea veluti dissentientia adducit, quae ne in speciem quidem diversitatem ullam praeseferunt. Interim ex hisce specimen capere possumus, quibus armis pugnent ηολΊ istiusmodi gigantes, qui in Deum ipsum superbissime insurgunt.

126. Esto quod multis in locis, uti adjicitur, plura offendantur obscura; ex hoc tamen id unum evincitur adversus protestantes. Scripturam adeo claram non esse, prout ad haec ferme tempora ipsi praedicabant, ullo ut proinde supremo interprete non indigeat. Quod vero dicitur successu temporis in Scripturis emendaturo, idem habet fundamentum ac illud quod adversarius affirmat adhuc esse emendandum, incredibilem scilicet in asserendo temeritatem. Circa subsidia naturalia, paulo ante quid sentiendum sit, exposuimus.

127. Ad 4, *D.* Ita ut ex his appareat Scripturam sacram inspiratam non fuisse quoad verba, *Tr.* quoad res atque sententias quas amanuensibus hagiograpbi dictabant, A' Hoc enim nobis sufficit ad rem nostram.

128. Ad 5. A Satis quippe est Deum providisse per infallibile ecclesiae magisterium, ipsamque divinitus fuisse legitimam Scripturarum interpretem constitutam, ut paulo post ostendemus, Haec porro difficultas solos protestantes suos impetit.

129. Ad 6. *D.* Id est non excludunt a se sacri scriptores humana praesidia, ut toties diximus, *C.* secus, *Tr.* Ex his observationibus tantum consequeretur, quod contendimus, non posse ex sacris unice litteris, amota ecclesiae auctoritate, divinam singulorum librorum canonicorum ostendi inspirationem. Quod vero additur de diligenter examinandis Spiritu divino actis, putidum mendacium est. Aliud siquidem est quod probare debeamus *spiritus an ex Deo sint,* ut ait s. Joannes 1. c., aliud quod viri Dei Spiritu vere acti, examini subigendi sint, quod non asserunt nisi soli rationalistae. Reliqua porro ibid, allegata loca non sunt ad rem. 19

130. Ad 7. A1. Cum vero idem semper Scripturarum abusus occurrat in iisdem allegandis, supersedemus ab iis singillatim expendendis, quod praestare quilibet per se potest.

'8) Satis est ulrumque locum inspicere et conferre, ut pateat nullum inter utrumque interpositum esse discrimen.

49) Apostolus Gal. IL 6. refert se nihil ab hominibus accepisse, sed a solo Deo; I. autem Cor. X. 15. scribit: *Ut prudentibus loquor, vos ipsi judicate quid dico,* nempe haud posse Christianum participem fieri mensae Domini et mensae daemoniorum, ut ibid, subdit. Demum cap. XIV. v. 29. ejusdem epistolae loquitur de donis gratis datis tunc in ecclesia communibus. Judicet nunc lector quid sentiendum sit de perpetuo scripturarum abusu ex parte istorum hominum.

131. Λ<1 8. A'. Historia namque incultioris cujusque populi id unum evincit, persuasam nempe hominibus quovis tempore fuisse, non a sola ratione, quemadmodum vellent rationalistae, sed omnino a Deo repetendam esse doctrinam quae tuto nos ad caelum perducat; quamvis populi ex defectu accurati examinis credendi motivorum, quibus vera revelatio fulciri debet, falsis identidem revelationibus decepti fuerint. Historia autem inspirationis nos docet non a privatis hominibus, sed ab ecclesia quae ejusdem custos et depositaria a Deo constituta est, expetendam esse genuinam revelationem, ab eaque propterea decerni oportere quibusnam eadem libris contineatur. Quod demum postremo loco adjicitur, non divinam inspirationem sive ejus existentiam attingit, de qua numquam dubitatum in ecclesia est, sed peculiares afficit controversias circa rationem qua librorum sacrorum scriptores inspirati censendi sunt; quae quidem nonnisi serius agitari coeperunt.50

PROPOSITIO II. .

Rejecta ecclesiae catholicae auctoritate certo constare nequit protestantibus divina librorum canonicorum inspiratio.

132. Diximus, rejecta ecclesiae *catholicae* auctoritate, quia per illam solam societatem id nobis constare debet, quae hoc a Christo et ab apostolis accepit, ut filum numquam interruptum illius traditionis conservaretur, quae ab ipsius fundatione originem duxit. Etenim inspiratio est factum; jam vero factum, et quidem internum, cujusmodi est illud de quo disserimus, nemo testari potest, nisi qui illud propriis oculis aut auribus usurpaverit ab eo cui revelatum est. Nulla porro acatholica secta saltem ex iis quae supersunt, ad /aetatem usque apostolicam assurgit. Diximus praeterea, *certo constare non posse,* quia major minorve probabilitas non excludit omne dubium; quod tamen excludi necessario opus est in re tanti momenti, cujusmodi est purum Dei verbum a puro verbo hominum tuto discernere, ut inde firmissimus fidei actus elici possit. Diximus denique *librorum canonicorum,* omnium videlicet et singulorum tum Veteris tum Novi Testamenti.

133. Jam vero rem ita esse, prout enunciavimus, ostendere operosum

40) Omnium primus qui de ratione inspirationis sacr. librorum agere coepit est Agobardus episcopus lugdunensis saec. IX. in epist. ad Fredegisum abbatem, qui contendebat Spiritum Sanctum non solum res et sententias, verum etiam et singula verba scriptoribus hagiographis dictasse, immo et in ore formasse ut asinae Balaami. Osk-ndit porro Agobardus non ad voces sed ad res et sensus se porrexisse divinam inspirationem illis fere ipsis argumentis, quibus posteriores ejusdem sententiae adslipulatores usi sunt, solvitque ea quae ex Scripturis objiciebantur a Fredegiso. Cf. inter ejus opera in *Hiblioth. Patrum de la Vigne,* vol. XVII. pag. 580 seqq.; seu tom. IX. part, II. ed. Colon. 1618.

non est Seclusa enim ecclesiae auctoritate nulla alia nobis superest via ad divinam sacrorum librorum inspirationem internoscendam nisi aut Scriptura ipsa, aut antiqua documenta, aut intrinseca quaedam librorum illorum proprietas *(saporem* eam veteres protestantes vocare delectabat), qua ve luti quodam gustu Scriptura sacra a non sacra tutissime discernatur. Porro nihil horum ad rem conficiendam valet.

134. Ac I. Non *Scriptura ipsa;* nuspiam enim Scriptura declarat quinam singillatim libri Spiritu S. afflante conscripti sint, quinam vero nequaquam. Et quamvis nonnulla huc illuc afferantur dicta tamquam oracula a Spiritu S. dictata, haec praecise non afficiunt integrum librum ex quo peculiaria illa testimonia promuntur, ita ut presse inferri possit ac debeat, librum integrum cum omnibus suis partibus fuisse Spiritu S. afflante conscriptum Si interdum legitur *omnem Scripturam esse divinitus inspiratam,* uti superius monuimus, ejusmodi effata nonnisi de libris V. T. accipi possunt, idque sane generatim, sic ut semper incertum maneat quinam libri singillatim Spiritu Sancto afflante fuerint exarati, seu quinam illam *omnem Scripturam* Spiritu S. inspiratam re vera constituant. Accedit quod, ipsis protestantibus fatentihus immo et contendentibus, eflata illa quibus doctrina de inspiratione innititur, plures eosdemque diversos sensus atque interpretationes admittant l, quibus immediata Dei ac supernaturalis operatio excluditur. - Neque omittam (seu per rationem) et immediatam efficaciam divinam in manifestatione Dei voluntatis. Naturalisée qui nonnisi mediatam Dei efficaciam admittunt, eatenus pro divinis habendas Scripturas esse autumant, quatenus praecipua capita veritatis laude ilorent. Immo quaestionem, ut .vocant, de mediata aut immediata Dei operatione, ad scholasticas controversias amandant. Hebraeos statuisse eodem modo, quo prisci populi omnes, de prophetis suis, et iis omnibus quibus suam Deus *revelasset* voluntatem, longe probabilius existimant. Atque huc referunt quae Aegyptii, Persae, atque Indi hac de re senseruut; item accommodant quae de poëtis et vatibus Socrates in *Jone* Platonis dicit, quod Deus scilicet, iis «mentem eripit, ut illis utatur ministris oraculorumque nunciis; ut a nobis qui audiamus, intelligi possit, eos ipsos non esse, qui ejusmodi res tanti momenti dicant, sed Deum esse, qui illa dicat, et per hos homines nos alloquatur;'» nec non quae Tullius habet *De natura Deorum,* lib. IL cap. 66. cum scribit: «Nemo vir

l) Nonnulli enim, ut Camerarius, contendunt verba Pauli II. Tim. III. 16. non ad totam Scripturam V. T. referri, sed generalia esse ita ut hic sensus subsit: *omnis Scriptura, Deo inspirante conscripta, est etiam utilis* etc. Hinc aliqui ad sola scripta prophetica, aut quae Deo jubente scripta sunt, ea coarctant. Alii, ut Tellenis, exponunt ita, ut sensus sil: omne bonum ad animum pertinens Deum habet auctorem , *est a Deo quasi inspiratum ;* cf. Rosenmuller in II. ad Tim. IIL 16. Juxta Henricum Heinrichs apostolus l. c. auspicatur a generaliore sententia vel loco communi, *ut adeo neipie de* V. *T. neque de N. T. accipienda* sibi videatur. Cf. A'or. *Test. Graece perpetua annotatione illustratum* , ed. koppianae vol. VII. Getting·. 1788. pag. 170 seqq.; item Knapii *Scripta varii argumenti,* Halis Sax. 1823. Tom. I. *De usu vatic,* ad loc. II. Petri I. 19 — 21.

*) Cf. Chr. Frid. Fritzsche, *De revelationis notione hiblica commentatio.* Lips. 1828. Ex hac apparet quaenam inter protestantes controversia fervescat circa media-

tendunt, haud posse a protestantibus divinam inspirationem Scripturarum auctoritate vindicari, quin incidant in vitium *petitionis principii* a logicis nuncupatum. Nam ex eorum principiis unice probaretur Scripturas esse divinitus inspiratas, quia Scripturae quae uti divinitus inspiratae assumuntur, id testantur: quod merito illis vitio vertunt rationalistae. 3

135. Non II. eæ *antiquis documentis;* nam quoad eos qui ecclesiae auctoritatem rejiciunt, eandem plane vim obtinere debent antiquitatis documenta, et quae ab haereticis et quae a catholicis auctoribus supersunt. Porro ecquis est qui ignoret haereticos antiquissimos, ebionitas, cerinthianos, gnosticos, marcionitas, alogos, manichaeos, plerosque V. et N. Testamenti libros Deo abjudicasse; ac eadem ratione qua protestantes hodierni, spreta ecclesiae catholicae auctoritate, quos volunt libros uti divinitus inspiratos admittunt, quos vero nolunt repudiant, praesertim cum propriis suis erroribus aperte contrarios esse deprehendunt4, sic, inquam, sese veteres illos haereticos gessisse?5 Jam vero cur patrum potius, quam haereticorum testimoniis inniti debent protestantes, eo vel magis quod patres passim parvi pendant, haereticos vero illos voluti antecessores suos passim pariter agnoscant, quibuscum praeterea se nescio qua cognatione conjunctos esse jactant? 6 Deinde, ut vidimus, patres ipsi singillatim sumpti, et concilia particularia seu particulares ecclesiae, si romanam unam excipias, minime inter se conveniunt in Scripturarum canone, adeoque juxta adversarios et in admittendis libris divinitus inspiratis; sed alii plures alii pauciores agnoscunt. Nec est quod confugiant ad traditionem oralem, quae ad posteros ex apostolica aetate descenderit; siquidem protestantes nuspiam ejusmodi traditionem suscipiunt, et praeterea ecclesiae auctoritate seclusa, traditio illa circa inspirationis singulorum librorum canonicorum articulum in incerto admodum versatur.

136. Nec UL demum id quod intendunt, efficere valent protestantes ex intrinseca illa libris sacris proprietate, quae attingatur gustu quamque *saporem spiritualem* appellitare coeperunt. Etenim praeterquam quod nemo jam est alicujus nominis protestans, qui ad postremum hoc effugium sese recipiat, plura sunt quae idipsum excludunt. Atque in primis illud urgemus

magnus sine aliquo afflatu divino unquam fuit;- ct in *Orat, pro Archia poëta,* cap. 8. Talia de divina sacr. librorum inspiratione sentiunt et effutiunt profani isti homines.

3) Ita sane suos protestantes supernaturalistas nuncupatos urget Wegschcidcr 42. et alibi passim.

D Paulo ante attulimus verba Moulinié ministri protestants, qui id exprobrat suis.

») Cf. *Praeloquia* Bonfrerii, cap. 4. sect. I.

6) Huic cognationi innituntur protestantes , ut ab argumento semper ipsis permolesto se expediant, quo ipsos catholici urgent: *ubi nam erat vera ecclesia ante Lutherum?* Confugiunt porro ad ecclesiam invisibilem quae a piis, scilicet haereticis, quovis tempore conflata est. Cf. Bossuet, *Histoire des Variations,* livr. XV. §. 16 suiv. opp. cd. Versailles 1816. Tom. XX. pag. 461 seqq.

quod cx fallacia hujuscemodi saporis exsurgit. Si enim linee in libris sacris se proderet proprietas, quare tum veteres tum recentiores ex ea sacros ejusmodi libros Spiritu Sancto afflante conscriptos discriminare non valuerunt? Quandoquidem constat ex dictis alios a veteribus velut inspiratos admissos fuisse qui posthac ex hoc censu rejecti sunt, alios vero e converso fuisse expunctos qui tamen postea tamquam inspirati sunt habiti; neque haec poterunt unquam apte conciliari nisi ecclesiae auctoritate accedente. Id ipsum contingit recentioribus, nempe protestantibus, excusso semel auctoritatis jugo: nam sapor ille quo illectus est Luthcrus ut veluti *stramineam* s. Jacobi epistolam repudiaret7, effecit ut Calvinus eandem tamquam divinam suspiceret. Eodem sapore permoti lutherani libros deutero-canonicos omnes N. T. veluti apocryphos rejecerunt, quos contra calviniani tamquam divinitus inspiratos eodem ducti sapore amplexi sunt. Nulla igitur ratione constitui potest inhaerens ejusmodi sacris libris proprietas seu qualitas aut sapor uti critérium tutum, quo Scripturae inspiratae a non inspiratis distingui atque internosci possint. Huc accedit, quod numquam praeterquam posteriori hac aetate idque a solis haereticis, provocatum fuerit ad fictitium hunc saporem, ut ejus ope inter libros sacros et non sacros fieret discretio.8

137. Quocumque igitur se vertant protestantes, aut devenire tandem debent ad ecclesiae catholicae auctoritatem ut hanc dirimant controversiam; aut necessario incerti, dubii ac fluctuantes haereant oportet in re tam gravi, prout ex ipsorum experimento fieri certissime constat. Etenim, ut silentio praetereamus varietates antiquorum protestantinm circa inspirationem singulorum librorum tum Veteris tum Novi Testamenti9, jam innuimus plerosque

') Cf. Môhler, *Symbolique,* tom. II. §.41. Bayle ipse in *Diction,* art. *Luther, Rem.* N. non pauca anccdola refert circa Lutheri effatum de epistola Jacobi.

*) Apposite Miehaëlis, *Introd, an Nouveau Testam.* Quatr. edit. Genève 1822. Tom. I. Première part. chap. 3. sect. II. pag. 215. de ejusmodi criterio scribit: ..Une sensation intérieure des effets du St. Esprit, et la convinction de Γutilité de ces écrits pour améliorer le coeur et nous purifier, sont des critères aussi incertains que le précédent. Quant à cette sensation intérieure, je dois avouer que je ne l'ai jamais éprouvée, et ceux qui la ressentent ne sont ni dignes d'envie, ni plus près de la vérité, puisque les Mahometans Γéprouvent aussi bien que les chrétiens; et comme celle sensation intérieure est la seule preuve sur laquelle Mahomet ait fondé sa religion, que tant de milliers d'hommes ont adoptée, nous devons conclure qu'elle est trompeuse. L'autre caractère est également insuffisant, puisque de pieux sentiments peuvent être excités par des ouvrages purement humains, par les écrits des philosophes, ou même par des doctrines fondées sur Γerreur.'

') Ut specimen habeamus harum variationum salis est animadvertere, antiquiores protestantes acerrime *Stoxveûrritay* seu divinam inspirationem punctorum propugnasse; quos inter eminent Buxlorfii pater el filius academiae basileensis professores. Buxlorfius filius edidit contra Lud. Cappellum salmuriensem, qui contrariam defenderat sententiam, tractatum *de punctorum vocalium et accentuum origine, antiquitate et auctoritate.* Basii. 1648, quo facto ecclesiae helveticae, in additamento ad libros svmbolicos, quod *formulae consensus* no-

recentiores protestantes poet Tohlncri ac Semleri lucubrationes omnem prorsus inspirationem presso acceptam rejicere. 10 Chillingworth animadvertens neque ex Bibliis ipsis, neque ex traditione constare inspirationem posse, concludit, Biblia non esse objectum jfidei, posseque obtineri salutem quin credatur in ipsis verbum Dei contineri.11 Recens auctor protestons appellans ad theologos protestantes praestantiores affirmare non dubitat quod inspiratio sacrae Scripturae sit *chimaera;* quod Biblia (praesertim vero Novum Testamentum, hoc scilicet obstaculum, ut ipso loquitur, quod progressum luminum maxime impedit, utpote quod nostris temporibus accommodatum non sit) evadant inutilia." 12 Magna adhuc apud protestantes fervet lis inter *naturalisas* nuncupatos et *supematuralistas,* quorum priores inficiantur, Deum *immediata,* ut loquuntur, operatione et efficacia doctrinam suam manifestasse, omnemque propterea inspirationis proprie dictae notionem tum ab auctoribus sacris tum ab eorum libris repellunt: supcrnaturalistae e contra eam adhuc admittere pergunt, aliquo licet latiori sensu. 13 Ad primam classem referuntur rationalistae ac mythici omnes qui Deum nonnisi *mediata ratione* homines, immo et Christum ipsum docuisse autumant, non sine tamen speciali aliqua providentia14: spectant ad secundam protestantes quos orthodoxos vocant. Ex iis vero qui quamdam adhuc inspirationis speciem colere pergunt, illi quidem inter se quoad omnes libros minime consentiunt. Nam Miehaëlis inter ceteros divinam inspirationem abjudicat Evangeliis Marci et Lucae, Actisque apostolorum. 15 Alii eam ablegant ab Evangelio Joannis cujus verum auctorem gnosticum quendam extitisse rentur, et ita porro alii ab aliis libris, ut alibi scripsimus. 16 Patet igitur ex hisce aliisque documentis, quae, si opus esset, magno numero afferri possent, omnia penes protestantes circa hunc inspirationis articulum in incerto posita esse. Nec aliter esse potest, quandoquidem inspiratio *factum* est, quod propterea non alia potest ratione quam per auctoritatem constare. Cum vero protestantes auctoritatem sive ecclesiae sive traditionis, quae in illa ac per illam jugiter conservata est, recipere recusent, consequitur necessario ipsos perpetuo fluctuare debere, omnique rapi vento doctrinae.

mine appellatur 21. Cappelli librum et sententiam publice damnarunt. Apud Wegscheider §. 41. not. m. Nunc vero rarus jam esi ex auctoribus protestanlibus qui supernaturalem inspirationem admittat.

10) Cf. superius dicta.

11) Apud Grégoire, *Histoire des sectes religieuses*, Paris 1829. Tom. IV. *Eglise Anglicane,* chap. 9. pag. 434.

,3) Ita auct. op. cui lit. *Nouveaux Aphorismes au tombeau de la théologie,* Genève 1801. Cf. op. *Le Ministre protestant aux prises avec lui-même,* Lyon 1836. *Cinquième entretien,* pag. 47.

,3) Recolantur sup. dicta ex Fritzsche.

14) Ibid. pag. 2 — 5.

15) Introd. au Nouveau Test. tom. I. chap. 3· sect. III. pag. 129 — 135, et tom. III. pag. 281 —285. Huc demum devenire debuit hic auctor, juxta systema suum ad discernendos libros inspiratos a non inspiratis, de quo paulo post.

'6) Cf. Bar. de Starck, *Entretiens philosoph.* Paris 1818. pag. 133.

Tum igitur ex jure tum ex facto, agendi scilicet protestantimn ratione, liquet quod proposuimus, rejecta nempe ecclesiae catholicae auctoritate certo ipsis constare non posse divinam librorum canonicorum inspirationem.

DIFFICULTATES.

138. L ûbj. Regulae non desunt quarum ope etiam ecclesiae auctoritate semota, tuto possint acatholici libros inspiratos a non inspiratis distinguere. Ac 1. quoad libros V. T. illi omnes et soli inspirati censendi sunt, qui hebraica lingua fuerunt exarati, atque uti tales ab Hebraeis admissi.17 2. Id ipsum ex auctoritate Christi et apostolorum palam fit, qui nempe ad illos libros provocant tamquam ad *Scripturam divinam,* et *eloquia Dei,* vel *Spiritus Sancti.,B* 3. Quod vero ad libros spectat N. T. ex eorum authenticitate ac veritate necessario exurgit divina ipsorum inspiratio; quippe Christus cum missionem evangelium praedicandi apostolis demandavit'9, sese illis perpetuo adfuturum spopondit, idemque professus est non ipsos locuturos, sed Spiritum Sanctum in cis20, quod quidem privilegium reipsa sibi passim vindicant apostoli.21 4. Deinde quis eo usque desipiat ut abjicienda esse contendat argumenta omnia interna quibus utriusque foederis librorum inspiratio a tot doctis viris tum protestantibus tum catholicis invicte adversus incredulos demonstratur? 5. Verum et hoc praetermisso, falsum est quod a catholicis assumitur, protestantes videlicet non admittere traditionem, saltem tamquam monumentorum historicorum collectionem seu traditionem historicam.22 Jam vero cum per hanc semel constiterit de authenticitate et voracitate librorum sacrorum, eorum scilicet quos primitiva ecclesia suum in canonem retulit, quid ultra requiras? Scripturae enim sunt id quod sunt independenter a quovis hominum testimonio. Satis proinde erit protestantibus si ex traditione, veluti monumento historico, juxta regulas critices explorata atque comperta deveniant ad dignoscendos libros quos antiquitas uti canonicos habuit, ut inde eosdem quoque esse divinitus inspiratos certo tutoque concludant.23

1⁾ Ita quidam Monod genevensis qui Lugdunum non ita pridein se contulit ad proselytisinum sectae suae propagandum, apud cil. up. *Le Ministre* etc. pag. 11. Cf. etiam Jahn, *Introductio in lib. sacr.* 1'. *T.* §. 21.

■®) Maith. XI. 13; XV. 3-6: XXII. 31, 43; XXVI. 24; Luc. XVI. 29; XVIII. 31; XXIV. 25,27; Marc. VIL 9,13 : Joann. V. 39, 46; Act. III. 18, 21. 25; XXV1U. 25; Rom. I. 2; III. 2: IV. 3, 23; Gal. HL 8; Hebr. III. 7; XII. 26. 27: I. Peli. I. 11: 11. Petr. I. 21. etc.

,9) Maith. X. 19, 20.

20) Ibid.; Luc. XII. 11. 12; Mare. XIII. 11 ; Luc. XXL 14, 15.

’’) IL Cor. XIII. 3: I. These. IL 13. Ila Michaëlis qui fuse hoc argumentum persequitur op. el loc. cit. sect. IL pag. 120 seqq.

’’) Ila apud Grégoire *Hist, des sectes,* tom. IV. pag. 434 seq.

Ibid.

139. R. *D.* .4. Non desunt regulae quibus majori vel minori probabilitate possint acatholici libros inspiratos a non inspiratis distinguere, *Tr.* omnimoda certitudine seu certitudine fidei quoad omnes singulosque libros, Λ'. Alioquin nulla unquam extitisset inter ipsos discrepantia circa gravissimum ac primarium hunc articulum, a quo partialis saltem fidei regula pendet.

140. Ad 1. AI. Ridiculum sane est tamquam divinae inspirationis criterium statuere linguam hebraicam , quasi videlicet Deus haud potuerit graeca lingua scribentes afflare, quemadmodum hac ipsa scriptores librorum N. T. inspiravit. Quod s' ^1U^C esset insistendum criterio, paraphrases omnes antiquae chaldaicae itemque libri thalmudici sacros inter libros omnino essent referendi.24 Quod vero de libris inspiratis adjicitur admissis ab Hebraeis, jam reposuimus unico id Joseph! testimonio niti, cujus quidem auctoritas, uti animadvertit etiam Michaelis, ad inspirationem librorum V. T. asserendam minime sufficit. 25

141. Ad 2. V. Formulae enim quas Christus et apostoli adhibuere vagae ac generales sunt, quod etiam paulo ante adnotavimus, et quemadmodum ex illis nequit canon omnium et singulorum librorum confici, sic neque omnium potest et singulorum confici inspiratio, cum canon et inspiratio in *substrata,* quam vocant, *materia,* relativa prorsus sint. Etenim numquam aliquis in canonem adscitus est liber, quin idem inspiratus fuerit creditus. Multo vero minus ex generalibus illis formulis constare nobis poterit singulas uniuscujusque libri partes fuisse inspiratas.

142. Ad 3. *D.* Prout ab ecclesia eorum authenticitas et veracitas asseruntur, *C.* prout ex solis historicis documentis critices ope deprehendi possunt, *N.* Verum est, uti modo diximus, *canonicitatem,* ut vocant, atque inspirationem sacrorum Bibliorum mutua secum relatione arctissimoque vinculo devinciri. At enim cum de illa, tum proinde etiam de ista ex sola ecclesiae auctoritate ac testimonio constare nobis debet, ut certitudine fidei utramque teneamus. Alioquin quemadmodum de librorum canonicitate, quae authenticitatem et veracitatem complectitur, ita pariter de eorum inspiratione anxii incertique haerere deberemus. Monumenta historica ope critices quantumvis accurate excussa non omnem prorsus dubitationem amovent, nec unquam

î4) Nonnullae paries librorum proto-canonicormn lingua chaldaica conscriptae sunt: Dan. II. 4 -7, 28; I. Esdr. IV. 8; VII. 19; VIH. 11—27; et Jereni. X. 11. Aut igitur linguae hebmicae nomine significant adversarii linguam hebraicam proprie dictam, et in hae hypothesi e censu Scripturae inspiratae deberent partes has omnes expungere: aut late sumunt pro lingua etiam Chaldaica, aut syrochaldaica sive aramaea, prout passim hebraicae linguae nomine linguae illae designantur in N. T., et in hac altera hypothesi nulla ratio est, quarc hoc idem criterium ad significandos libros divinitus inspiratos non debeat aliis libris deutcro-canonicis hac lingua exaratis applicari, quin immo, uti diximus, libris thalmudicis et paraphrasibus chaldaicis aptari. Adeo imperitum se praebet Monod, dum huic regulae innititur ad discretionem faciendam inter libros inspiratos et non inspiratos !

25) Loc. cit. pag. 114-

queunt fidei nostrae fundamentum suppeditare. Quod et experientia ipsa ostendit, ex qua discimus quavis aetate ab haereticis aliquot fuisse libros rejectos, quamvis et ipsi se monumentis historicis niti profiterentur. Id ipsum contigit, ut vidimus, protestantibus, qui numquam in eo inter se consenserunt, neque modo consentiunt.

143. Nec quidquam proficit Michaelis, dum nititur inspirationem librorum N. T. evincere ex inspiratione apostolorum: tum 1. quia ipsius argumenta labilia sunt, utpote privata et incerta interpretatione verborum Christi suffulta36; tum 2. quia pleraque testimonia ab eo congesta afficiunt collectionem seu universum collegium apostolicum, ac proinde universam ecclesiam, cui Christus infallibilitatem per jugem suam adsistentiam promisit27; tum 3. quia deberet prius in ejus hypothesi certo constare, scripta quae nomina apostolorum non praesefenmt, aut etiam quae praeseferunt, illorum vere esse quibus adscribuntur, quod tamen nonnisi ecclesiae auctoritate certo non constat; idque ex ipso Michaelis exemplo firmatur qui nempe subdubitare ostendit se utrum epistola H. Petri, quae profecto nomen apostoli gerit, authentica revera sit.38 Et illud huc praeterea accedit, quod argumenta quibus hic auctor utitur ad inspirationem librorum N. T. probandam, aut nihil aut non satis ejusmodi inspirationem evincant. Etenim aut Christi verba solos apostolos attingere dixeris, et in hac hypothesi e librorum inspiratorum censu exturbari debent Evangelia s. Marci et s. Lucae una cum Actis apostolicis, prout Michaelis ipse revera praestitit contra unanimem totius antiquitatis consensum; aut ea sese extendere contenderis etiam ad apostolorum discipulos, et nulla tunc erit ratio quamobrem ut inspirata admittantur scripta Marci et Lucae, excludantur autem ab inspiratis epistola s. Clementis romani, epistola Barnabae et *Pastor* Hermae, praesertim cum non defuerint ex antiquis, qui haec scripta uti canonica atque inspirata allegaverint. 29

’6) Sic e. gr. Maith. X. 19, 20. loquitur Christus de fortitudine quam praesulibus coram positi discipuli sui essent patefacturi, atque de sapientia qua sua essent daturi responsa: idem dic de Luc. XII. 11, 12: Marc. XIII. 11; et iterum Luc. XXL 14. 15. Quamvis porro videantur apostoli privilegium de quo est sermo sibi tribuero, alibi tamen, si insistas litterae, videntur sibi denegare, ut I. Cor. VII. 12,40: XIV. 37. 38. quae reipsa loca una cum pluribus aliis nobis objiciuntur a rationalistis ad excludendam divinorum Bibliorum inspirationem. Quapropter secluso ecclesiae magisterio ac testimonio ex adductis testimoniis res confici nequii, ita ut dubium omne tollatur.

*T) Cujusmodi sunt quae leguntur Matth. XVI. 18 seqq: XXVIII. ull.; Joann. XIV. 16- 17. aliaque ejusmodi quibus catholici infallibilitatem ecclesiae a Christo promissam ostendunt.

Loc. cil. pag. 128. Idem dic de epist. Judae, et a fortiori de epist. ad Hebraeos quam Michaelis ab epistolis paulinis adeoque et a censu Scripturarum divinarum juxta suum systema exterminat.

·’) In prop. II. capitis 1. plura testimonia hac de re attulimus. Sed adversus Michaelis opinionem videsis Cellérier qui pariter in sua *ïntrod. au Noua. Test.* Deux, part, divis. I. sect. VIII. illam fuse refellit, ct quae Michaïdisio videntur argumenta validissima, veluti infirma traducit, contra

144. Ad 4. Kc8p. neminem certe ita desipere ut interna argumenta quibus sacrorum librorum divina vindicatur inspiratio, rejicienda esse affirmet: verum aliud est ejusmodi argumenta e medio tollere, aliud asserere illa haud sufficientia per se esse ad nos ea de re certos reddendos, certitudine nimirum fidei et omnimoda, quae omnem errandi formidinem excludat. Argumenta interna optime conferunt ad evincendam *in genere* adversus incredulos revelationis divinitatem, cum resolvantur in ea credendi motiva, quae nos ipsi fuse attulimus ac vindicavimus.30 Ast in praesenti controversia, qua cum haereticis, praesertim vero protestantibus, circa inspirationem *in specie* singulorum librorum canonicorum et cujusque illorum partis manus conserimus, argumenta illa reni penitus non conficiunt, cum infallibili ad hoc opus sit auctoritate, cujusmodi solam auctoritatem esse ostendimus catholicae ecclesiae.31 Haec vero potissima ratio est, cur theologi catholici hac in quaestione vix aut nullatenus ejusmodi argumenta attingant, cum ipsi in ecclesiae judicio tutissime conquiescant; contra vero ea urgeant protestantes, qui propterea semper animo fluctuant ac opinionum veluti undis huc illuc jactantur.

145. Ad 5. *D.* Qui proinde hac ipsa de causa semper incerti sunt et inconstantes, *C.* his innixi fiunt certi, *N.* Quatenus traditio divina cum ipsa identificatur ecclesiae doctrina, ut postea ostendemus, vim certe ad probandum ineluctabilem habet, quia per illam in auctoritatem ecclesiae velabimur: quatenus vero solis ipsa historicis monumentis innititur aut conflatur, atque ut historica mere spectatur, illico obnoxia fit innumeris prope criticis discussionibus, quibus necesse est, ut illi, qui eam sibi veluti unicam ducem quam sequantur, adsciscunt, in diversas distrahantur sententias. Exinde contingit ut quod uni certum est, alteri sit incertum, quodque hodie velut firmissimum statuitur, cras in dubium vocetur, quemadmodum ex diuturno protestantium experimento jam nimis elucet.3* Crescit ex eo difficultas

vero quae eidem infirma sunt, ea Ceilerierio sunt validissima. Eliam Paley anglicanus tredecim tantum genuinas Pauli epistolas admittit in op. Λα *vérité de Phist, de s. Paul,* Paris 1821. Hac porro in concertatione quis judex erit, quis litem dirimet? apud protestantes nullum plane ejusmodi tribunal est. cui partes inter se dissentientes acquiescere teneantur: et en eos in perpetua fluctuatione absque ulla spe exitus cujuscunique.

3°) In tract. *De vera relig.* part. I. cap. 4· prop. II.

Hoc ipsum argumentum evolvunt passim apologetae christianae religionis adversus incredulos: cf. inter ceteros Ant. Casini S. J. *Encyclop. Sacr. Script,* tom. I. disp. 1; Nicolai, *Diss, e Lezioni di Sacra Scrittura Prooem. I',* Bcrgicr, *Traité historique et dogmatique de la vraie religion,* Paris 1784. Tom. V. part. II. chap. 3. art. cinquième §. 1 seqq. et lom. VLH. trois, part.; Th. Mariae Cerboni Or. Pr. *De theologia revelata- lib. tres,* Romae 1768: Valsecchi, *Dei fondamenti della Religione, e dei fonti delP empieta.*

31) In hujus tract, part. I. sect. I. cap. 4. art. 2. prop. I.

32) Plura documenta hujus assertionis dedimus. Sane difficile omnino est duos

quod veteres inter se minime conveniant circa canonicitatom ac proinde inspirationem sacrorum utriusque foederis librorum, nec ullum primitiva ecclesia canonem universalem, quo scilicet ecclesia universa obstringeretur, confecerit ea de re: alioquin nulla circa canonem ecclesiam inter orientalem et occidentalem dissensio, nulla inter diversas particulares ecclesias, neque ipsos inter patres ad invicem extitissot. Quod si protestantes nos provocant ad canonem concilii Carthaginiensis III., nos iterum ipsos sciscitamur: cur igitur libros deutero-canonicos foederis utriusque in illo recensitos minime admittant, sed calviniani solos deutero-canonicos N. T. amplectantur ut vere canonicos et divinitus inspiratos, rejicientes simul deutero-canonicos libros V. T. tamquam apocryphos: lutherani vero utrosque ad tempus saltem repudiarint, nunc vero inter se divisi plane sint? Nonne ista pro lubitu ab haereticis fiunt?

146. Desipiunt porro adversarii dum subdunt: *Scripturae sunt id quod sunt independenter a quovis hominum testimonio;* nam quaestio proprie atque unice hic versatur circa modum quo nobis certo constare possit, utrum Scripturae sint, et quaenam sint id quod sunt, seu quaenam Scripturae divinitus inspiratae censeri debeant, quaenam vero ab hoc censu debeant excludi. Utique Scripturae nihil ex testimonio ecclesiae intrinsecus acquirunt, at nos ex ejusmodi testimonio certitudinem assequimur infallibilem de Scripturis divinitus inspiratis. Pari profecto ratione de quovis lidei articulo ex posito adversariorum principio ratiocinari fas esset. Quaeritur e. gr. utrum Christus sit Deus, an pura creatura? utrum unica in eo sit an vero duplex natura? et ita porro. Atqui posset quisquam reponere: Quorsum ecclesiae auctoritas? Num *Christus non est id quod est independenter a quovis hominum testimonio?* Hoc certe modo dogmata nutarent omnia, prout reipsa penes protestantes nutant, ac omnino penes rationalistas conciderunt. Ita ergo auctoritas ecclesiae quoad sacrorum librorum codicem plane se habet, quemadmodum in ordine ad codices legislationis politicae se habet *promulgatio:* qui nempe tametsi vim suam a legislatoris potestate intrinsece nanciscantur, a sola tamen promulgatione illam obtinent auctoritatem, qua regulam subditorum constituere valeant iisdemque obligationem inducere. [33]

147. Juverit hic demum animadvertere, quod ex principio fundamentali protestantismi de' omnimoda cujusque independentia et libertate examinis deberet quodlibet individuum protestons etiam e faece plebis sibi a monumentis historicis et exquisitioris critices ope certitudinem comparare librorum, qui inspirati habendi sint. Quod si id assequi non possit (et quot demum sunt qui pares tanto muneri existant?), eos ex auctoritate doctiorum admittat

protestantes plane inter se convenire. Vere dixeris proteslanlium baromelron semper signare *varium.'*

sï) Cf. quae scribit Gregoire op. cit. tom. IV. pag. 435 scqq.

oportet. Hinc fit, ut illi qui auctoritatem abjiciunt ecclesiae universae, qua libros aliquos tamquam inspiratos ac divinos habeant, obsequi debeant auctoritati criticorum, qui numquam inter se nec semper sibi ipsis cohaerent. Talis porro est protcstantismi sibi intrinsece repugnantis natura!

148. II. Obj. 1. Quae, spectant, ad «Scripturas, cujusmodi sunt earum existentia, voracitas, authcnticitas, canonicitas ac divina inspiratio, non constituunt dogma aut articulum fidei, sed quaedam veluti praeliminaria sive praeambula fidei sunt, de quibus propterea non ah auctoritate, sed a regulis critices constare debet.[34] 2. Ad eum scilicet modum quo existentia Dei quae fidei praeamhulum est, non ex revelationis auctoritate sed ex philosophicis argumentis a naturali ratione depromptis demonstratur, aut etiam existentia ecclesiae quae pariter quoddam veluti fidei praeamhulum censetur, ex motivis evincitur credibilitatis, aut quemadmodum quoque demum divinitas revelationis: ita plane existentia, integritas, canon, divinaque sacrorum Bibliorum inspiratio aut argumentis internis, aut monumentis, aut etiam utrisque simul vindicari possunt ac debent. Ergo.

149. Resp. Ad 1. AT. Etenim Scripturas divinas et canonicas existere, dogma fidei est sub anathemate a conc. tridentino sancitum, neque unquam de hoc fidei articulo dubitatum in ecclesia catholica est. Si qua viguit in ecclesiis particularibus controversia, haec nonnullos tantum libros in specie, praesertim quos deutero-canonicos vocamus, numquam vero rem ipsam affecit. Hinc Scripturae communiter receptae tamquam divinitus inspiratae in ecclesia habitae sunt juxta divinam traditionem·, idque non ex antiquitatis dumtaxat monumentis, sed ex earum usu in magisterio quotidiano atque ex actis conciliorum probatur. Divina Scripturarum auctoritas ad fidem semper spectavit, adeo ut novatores qui identidem ausi sunt ecclesiam aliquo peculiari libro expoliare ex iis qui communi calculo probabantur, illico tamquam haeretici proscripti fuerunt, ut patet ex gnosticis, valentinianis, alogis, aliisque ejusmodi pestibus.[35] Quod si fideles omnes fide divina libros illos uti canonicos et inspiratos crediderunt, nonnisi auctoritate ac testimonio ecclesiae ducti

Ila Josiah Conder in op. *On protestant non conformity* sen *De non-conformitate protestanlica.* London 1818. Toni. II. pag. 311 seqq.

,J) Cf. Tertullianum turn in lib. *Praescr.* Inin *adversus Valentinien.* et *adversus Marcioneni ;* nec non s. Epiphanium in respectivis *haeresibus:* s.Irenaeum passim: qui non solum haereticis illis exprobrant rejectionem plurium librorum divinorum, verum etiam mutilationes, corruptiones, quod et nos passim animadvertimus. Sed qui sitim suam plene cupit explere, adeat Sixtum senensem in *Bibliotheca- sancta,* lib. III. et VIL in quibus recensentur singuli antiquiores haeretici, qui libros sive Veteris sive Novi Testamenti adorti sunt, comperictque ex parallélisme vix recentiores haereticos excogitasse aliquid hoc de argumento quod antiquiores non praeoccupaverint atque effutierint. Sic enim fert nativa haeroseos indoles. Cf. etiam Bellarmiii. *De verbo Dei,* lib. I. cap. 5 et 6·

eam fidem iisdem adhibuerunt. Quapropter numquam ut simplex quoddam praeliniinare aut praeambulum fidei in sensu adversariorum primi Christiani spectarunt litteras sacras, sed eas tamquam objectum fidei habuerunt omnino, non secus ac reliqua dogmata quae ab ecclesia ipsis credenda proposita sunt. Ecclesia enim, ut toties diximus suoque ostendimus loco 36, praescripsit seu anterior est libris omnibus N. T. quos ipsa probavit, ac uti Spiritu S. afflante conscriptos fidelibus tradidit.

150. Ad 2- Acÿ. paritatem juxta modo dicta. Existentia siquidem Dei est in *subjecta materia* prima veritas quae necessario supponi debet; alioquin enim, illa nondum constituta, absurdum esset de divina revelatione quidquam proferre. Cum igitur ex sola revelatione, quiu *circulus vitiosus* admittatur, ostendi nequeat supremi Numinis existentia, ex argumentis a ratione petitis demonstrari et potest et debet; qua de causa praeambulum fidei recte illa vocatur. Quod vero spectat ad ecclesiam, ut alias pariter innuebamus, ab ipso ortu suo secum illa suas attulit probationes per ea credendi motiva, quae identificantur cum ipsis divinae revelationis probationibus, quibusque divinam originem suam luculentissime declaravit. Accepta enim a Christo divina missione apostoli, qui primam constituerunt ecclesiam, miraculis potissimum et vaticiniis se judaeis atque ethnicis divinitus missos ostenderunt, neminemque in album Christianorum cooptaverunt, quin simul ecclesiae filium efficerent. Porro ceteros inter articulos, quos catechumenis credendos proponebant. fides erat in ecclesiam, ut liquet etiam ex symbolo apostolico : *Credo sanctam ecclesiam.* Quo quidem in articulo implicite continebantur illa omnia, quae ecclesia auctoritate sua credenda proposuisset tamquam divinitus revelata. Hic est analytiens atque, ut ita dicam, *geneticus* processus regulae proximae credendorum, ut nempe prius quasi praeambulum admittatur existentia ecclesiae divinitus institutae per eadem ipsa motiva credibilitatis, quibus existentia adseritur divinae revelationis; deinde, hac evidenter cognita ac comperta, credatur ut fidei articulus eadem ecclesia a Deo ipso fundata cum omnibus praerogativis, quibus se a Christo auctam haec eadem ecclesia profitetur; demum ex infallibili ejus auctoritate et testimonio caetera credantur, quae ipsa tamquam divinitus revelata proponit, inter quae Scriptura canonica divinoque afflante Spiritu exarata praecipuum obtinet locum. Siquidem Scriptura regulam constituit remotam, partialem et inadaequatam credendorum sub ecclesiae ejusdem magisterio. Quaevis alia via a protestantibus excogitata aut incerta aut insufficiens plane est, uti ex hactenus disputatis aperte colligitur. 37

,6) Tum ia tract. *De vera relig.* part. II. prop. I. et Π. turn in hujus tractatus pari. I. seel. I. cap. 1. prop. II.

17) Cf. Bossuet, *instruction sur les promesses de l'église pour montrer aux Réunis, par l'expresse parole de Dieu, <fue le même principe qui nous fait chrétiens nous doit aussi faire catholiques.*

CAPUT III.

DE SACRARUM SCRIPTURARUM INTERPRETATIONE.

151. Duplex sacrarum Scripturarum interpretatio distingui debet, *dogmatica* videlicet et *exegetica*. *Interpretatio dogmatica* ea est, quae *potentate* seu *auctoritate* lit cum obligandi vi pro suoque objecto habet aliquod fidei dogma, seu aliquam veritatem exhibet ad fidem moresve pertinentem, aut quae alio quovis modo ad fidei depositum refertur; *interpretatio exegetica* est quaedam privata, doctrinalis aut scientifica enarratio \el expositio, quae faciliorem praebet sacri textus intelligentiam. Jam vero juxta catholicos dogmatica interpretatio ad solam exclusive pertinet ecclesiam, utpote quae sola a Christo infallibili auctoritate ac magisterio instructa sit ad veram fidem tradendam, omnesque controversias fidei dirimendas; e contra juxta protestantes quilibet e Christianis legitimus esse potest dogmaticus sacrarum litterarum interpres. Interpretatio exegetica uniuscujusque industriae, diligentiae ac studio dimittitur ab ecclesia, dummodo intra fines et regulas ab ipsa praestitutas, quasque rei ipsius natura exposcit, quisque se contineat.

152. Porro praecipua controversia, quam vere *fundamentalem* vocaveris, catholicos inter et protestantes fervescens, interpretationem dogmaticam attingit. Ad proprium systema suum constabiliendum non unam eandemque Aiam protestantes sive veteres sive recentiores inierunt. Nam ad excludendam solius ecclesiae dogmaticam et authenticam interpretationem sacrarum litterarum 1. alii summam praedicarunt Scripturarum in omnibus claritatem 1; 2. alii autumarunt spiritum privatum legitimum esse Scripturae sacrae interpretem; quo nomine nonnulli ex prioribus protestantibus intellexerunt internam illustrationem, quam asserebant unicuique a Spiritu S. communicari, vi cujus infallibiliter quisque certior fieret de vero Scripturae sensu (quam unicam fidei regulam dicebant), independenter ab ecclesiae definitione, aut etiam adversus illam : dum spiritus privati nomine alii intelligerent proprium suum judicium2; 3. alii contenderunt Scripturam ipsam *cum* aut *sine* spiritu privato judicem esse controversiarum, sui nimirum ipsius interpretem existere.

153. Ut igitur ea qua par est claritate fundamentale ejusmodi ever-

Op. cd. cit. tom. XXII. pag. 373 seqq. nec non *Confèrence avec M. Claudef ministre de Charenton, sur la matière de C église,* loc. c.

*) Uli Lutherus, Brentius aliique passim antiquiores protestantes apud Bellarm. *De verbo Dei,* lib. III. cap. 1. Cf. Bonfrerium in *Praeloquiis,* cap. 9. sect. I.

*) Cf. Bellarm. loc. cit. cap. 3. ubi notandum est, cum praetensa ilia protestantium illustratione Spiritus Sancti haud commiscendam esse veram interiorem Spiritus Sancti illustrationem ad salutariter credendum necessariam; item neque confundendum esse spiritum privatum cum recta ratione (aut recto rationis usu), quae numquam divinae contradicit revelationi.

tantus protestandum principium, quod demum resolvitur in libertatem individualem examinis, immunem a quavis auctoritate in sacris interpretandis litteris ac in fide propterea sibi cudenda, tria efficiamus oportet, ac I. ostendi debet Scripturam sacram non adeo in omnibus, praesertim vero in rebus fidei ac morum, perspicuam esse ut non aliquo egeat interprete; 11. interpretem hunc alium non esse, aut esse posse praeter ecclesiam; III. dubium ac fallax necessario esse quodeumque systema a protestantibus tum antiquioribus tum recentioribus invectum ad authenticam dogmaticam ecclesiae interpretationem eliminandam.

Quibus constitutis nonnulla de cxegetica Bibliorum sacrorum interpretatione subjicere praestabit.

In duos proinde articulos caput hoc dispertiemur juxta duplicem quam praemisimus sacrarum Scripturarum interpretationis notionem.

DE SACRARUM LITTERARUM INTERPRETATIONE DOGMATICA.

154. Quidquid in sacris litteris continetur, profecto fidei nostrae objectum est, hoc ipso quod divinitus sit inspiratum. Quo sensu ipsa Scripturae sacrae existentia, uti ostendimus, fidei articulus est ab omnibus omnino credendus. Verum cum sacra Scriptura, ex dictis, sit regula fidei partialis et fons ex quo dogmata peculiaria fidei magna saltem ex parte derivantur, difficultas nobis oritur haud exigua in sensu detegendo et determinando illorum textuum, ex quo peculiaris quaeque veritas sive ad fidem sive ad mores pertinens pendet. Idque multiplici ex capite, uti mox ostendemus, contingat oportet. Scripturae enim, praeterquam quod in pluribus obscurae sunt ac difficilis interpretationis, nuspiam expresse nobis symbolum exhibent aut singularum veritatum catalogum credendarum. Exinde enascitur necessitas alicujus interpretis infallibilis, visibilis, viventis, publica auctoritate jurisdictione instructi, qui non solum absque formidine erroris nos certos ac securos queat efficere de singulis veritatibus in ea Scriptura contentis, sed qui praeterea omnes cogere potis sit ad eas firmiter credendas profitendasque. Ejusmodi porro interpretatio ea demum est quam dogmaticam nuncupavimus, quamque a sola ecclesia proferri posse contendimus, ita ut, hac sublata, actum prorsus de fide sit. Haec autem ut per partes evincamus insequentes statuimus propositiones.

PROPOSITIO I.

Scriptura sacra etiam in iis quae ad fident et mores pertinent, non ita clara est, ut interprete non indigeat.

155. Diximus: *etiam in iis quae ad fidem et -mores pertinent* Scripturam claram non esse, ut effugium protestantibus praecluderemus, qui facile nobis dant litteras sacras in rebus minoris momenti obscuras esse; at ejusmodi obscuritatem sese etiam porrigere ad lidei res ac morum, id vero vehementer negant.

156. Ut igitur in eo insistamus quod proposuimus, ex triplici capite enunciatae propositionis veritatem eruimus; ex auctoritate scilicet, ex intima ipsa rei natura, ac demum ex confessione et experientia ipsorum adversariorum nostrorum.

Atque ut a primo exordiamur, ceteris omissis, nota sunt verba Petri, qui loquens de epistolis Pauli ait: *In quibus sunt quaedam difficilia intellectu, quae indocti et instabiles depravant, sicut et ceteras Scripturas, ad suam ipsorum perditionem.*[1] Agi porro hoc in loco de iis quae ad fidem moresque pertinent, patet ex eo quod qui sic Scripturas depravarent, *perditionem sibi adsciscerent,* quod levioribus de rebus dici profecto nequit. Quo pariter referuntur preces et vota quibus psalmista a Deo legis suae intelligentiam efflagitabat: *Da mihi intellectum et scrutabor legem tuam — Doce me justificationes tuas — Faciem tuam illumina super servum tuum -;* aliaque ejusmodi quibus Psalmi referti sunt. Hisce permotus Hieronymus in epist. ad Paulinum: *Si tantus propheta,* scribebat, *tenebras ignorantiae confitetur, qua nos putas parvulos et pene lactentes inscitiae nocte circumdari?*[3] Quare Christus non solum plures Scripturae textus discipulis suis explanavit[4], sed praeterea *aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas.*[5] Quid porro intererat Scripturarum sensum explanare, vel sensum, mentem nimirum, aperire ad intelligendas Scripturas, idque sane circa praecipuum dogma de divina sua missione, si adeo omnibus obviae sunt Scripturae, quisque ut per sese eas intelligere valeat, atque inde sibi fidei objecta componere?

157. De patrum hac in re sententia verba facere supervacaneum est, cum unanimes plane sint in exageranda Scripturarum obscuritate. Plura eorum testimonia profert ac urget Bellarminus[6] ac longe plura adhuc allegat Bon-

*) II. Petr. III. 16.
') Ps. CXVIII. 34, 68, 135 elc.
') Epist. LVIII. ad Paulin, n. 9. cd. Vallars.
Luc. XXIV. 27.
Ibid. v. 45.
De verbo Dei, lib. HI. cap. 1.

frerius r, qui ad viginti classes revocat diversa patrum effata, quibus ipsi Scripturae praedicant obscuritatem, unde ingens oritur difficultas vel in rebus gravioris momenti, quae fidem moresque attingunt. Nam id imprimis inter cetera adnotant, non aliunde enatas ac succretas haereses esse, quam ex prava Scripturarum intelligentia. 8

158. Verum non est cur in auctoritate urgenda immoremur, cum intima ipsa rei natura id quod proposuimus manifesto ostendat. Duo quippe potissimum conferunt ad obscuritatem Scripturis ingerendam, *res* scilicet et *modus*. *Res* enim qnamplurimae in iis continentur natura sua nobis imperviae, cujusmodi sunt quae Dei naturam, operationes, consilia etc. afficiunt: quae mysteria pro objecto habent, Trinitatem e. gr.. Incarnationem, propagationem originalis noxae, praedestinationem, justificationem, distributionem gratiae. aliaque ejusmodi, in quibus propterea hallucinatio facillima est, et aleae periculosae plenissima: quae item de virtutibus agunt et vitiis, de praeceptis et consiliis, in quibus haud pauca occurrunt intellectu difficilia ita ut prona nimis deceptio sit.9 Quod si attendamus ad *modum* quo res ipsae in Scri-

:i In *Praeloquiis.* cap. IX. sect. II. Cf. etiam Serarium in *Prolegom. Bibl.* cap.22.

s) Inter ceteros s. Augustinus *Tract. XVIII. in Joann,* η. 1. scribit: -Neque enim natae sunt haereses, et quaedam dogmata perversitatis illaqueantia animas, et in profundum praecipitantia, nisi dum *Scripturae bonae intelliguntur non bene, et quod in eis non intclligilur,* etiam temere et audacter asseritur.·· Et ante ipsum s. Irenaeus lib. III. cap. 12. η. 12. loquens de haereticis ait: -Scripturas quidem confitentes, interpretationes vero convertunt;· cd. Massuet. Eadem ratione loquitur s. Cyprianus in lib. *De. unitate eccles.* ed. maur. pag. 198. dum haereticos vocat *interpretes falsos;* aliique passim.

') Exemplo sint, quae leguntur Matth. V. 40. *Ei qui ruit tecum judicio contendere et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium.* Continent ne verba haec praeceptum, an vero solum consilium? Idem dic de iis, quae leguntur Luc. XIV. 33. *Omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus;* et ibid. XII. 33. *Vendite quae possidetis, et date eleemosynam;* aliaque ejusmodi pene innumera, quae quamvis speciatis verbis videantur clarissima, illorum tamen intelligentia absque interpretatione ecclesiae obscurissima est. Haec autem eo poliori jure urgemus adversum protestantes, quod integrae sectae interdum cortici litterae inhaerentes contendunt illicita nonnulla esse, quia ea damnare Scripturae videntur. Ita quackeri recusant juramentum interponere etiam in judicio, quia scriptum est Matth. V. 34. *Ego autem dico nobis, non jurare omnino;* alii autem, quia scriptum est Exod. XX. 8. *Memento ut diem sabbati sanctifices,* ridicule dominicam diem *sabbati* nomine vocant, ne videantur hujusmodi transgredi praeceptum. Nonnulli protestantes huic principio insistentes ulterins progressi sunt; quidam enim ascendebat super domus suae tecta ad praedicandum transeuntibus, quia legitur Matth. X. 27. *Quod in aure auditis praedicate super tecta;* alius vero serio docebat mysteria fidei canem suum, quia Marc. XVI. 15. dicitur: *Praedicate euangelium omni creaturae;* teste vero ipso Loibnitzio in dissert. *De conformit. fidei cum ratione* §. 21. nonnulli fanatici protestantes existimarunt, Herodem reapse in vulpem mutatum fuisse, dum Christus Luc. XIII. 32. verba illa protulit: *Dicite vulpi illi* etc. Hoc vero undenam nisi ex difficultate discernendi quando Scripturae verba metaphorice, quando vero lilteraliter accipienda sint, ut Leibnitzius adnolat?

pturis eifcruntnr, haud minor inde difficultas exsurgit; saepe enim ipsae alludunt ad praeteritas res quae nos latent, ad consuetudines moresque tunc temporis receptos, inveniuntur praeterea crebro apparentes antilogiae; *phraicologia* ipsa ab indole idiomatum nostrorum immane quantum discrepans difficultatem auget 10; *idiotismi* quibus explicandis opus est exquisita linguarum antiquarum peritia11; *sensuum varietas* qui sub cortice litterae 12 delitescunt; *figuratae locutiones;* aliaque pene innumera quae longum esset recensere, quaeque in singulis pene dixerim Scripturarum paginis offenduntur, quibus necessario Iit ut obscurae nobis evadant. 13

159. Demum ipsa adversariorum confessione et agendi ratione res nostra conficitur. Ut enim praetermittamus protcstantium parentem, Lnthcrum, qui omnium primus Scripturarum claritatem proclamavit, postea vero parum sibi consentiens (quod haereticis sane omnibus contingit), profundam earumdem fassus est obscuritatem. 14 Francowitz, *Flaccus Illyricus* nuncupatus, in *Catalogo testium veritatis* 15 centum quinquaginta et unum argumenta ad ostendendam Scripturarum obscuritatem protulit in medium. Irridet ipse Dallaeum, qui in op. *De patrum usu* Scripturarum perspicuitatem populo persuadere nisus est. Bayle ipse quamvis calvinianus idemque incredulus asserit, nulla prorsus ratione cum ignaros tum doctos certo sibi comparare genuinum posse

Carlostadius in disciplinis theologicis Luthcri professor 1. catholicus *puro verbo Dei* innixus. 2. lutheranus effectus est, 3. anabaptiste, 4. sacramentarius, 5. deinde uxorem duxit, 6. demum se pistoris arti addixit, quia scriptum est Gen. III. 19. *ht sudore vultus lui vesceris pane.* Cf. Andin, *Histoire de la vie de Luther,* nouv. edit. Paris 1841. Tom. I. pag. 19 seq. et pag. 37. Plura alia possem exempla adducere, sed ne taedio sim, ista sufficiant. Cf. Milner *Excellence de la relig. calhol.* Paris 1825. Tom. I. lettr. 9.

,B) Cf. *Prolog, ecclesiastici.*

"1Apud Milner epist. cil. Episcopius voluisset ut chrisliani omnes addiscerent linguas hebraicam et graecam, ut possent sacra Biblia in linguis suis originalibus perlegere. Cf. etiam Th. Moore in *Voyages d'un jeune Irlandais,* trad, de Γ angl. Paris 1836. pag. 380. cum adnot. ex Jercm. Taylor. pag. 426 seq.

'-j Huc enim spectant quae de duplici Scripturarum sensu interpretes tradunt, de quo argumento paulo post agemus. Interim

Perrone, Praelectiones tbeolog. 111.

cf. Bonfrerium in *Praeloquiis,* cap. 21. sect. 1 seqq.

13) Cf. ibid. cap. 9. sect. 1 seqq. Serarium in *Prolegom. Biblic.* cap. 22; Bellarm. *De verbo Dei,* lib. III. cap. 1.

'<) Etenim in *Symposiacis,* cap. 1. fol. 2, 6· »In Scripturis, ait, vix scimus .4. *B. C.* et adhuc non recte;" et fol. 3- ..Dei verbum est inscrutabile. Unicum sacr. Scripturae verbum perscrutari, et e profundo eruere, omnino *αδύνατον* est. Nego eruditos et theologos, ut vel maxime velint, id posse. Quia enim Spiritus Sancti verba sunt, ideo supra homines sunt . . . Volui aliquoties Decalogum meditari, et quando prima illa verba: *Ego sum Dominus Deus tuus,* offendi, coepi haesitare in pronomine illo *Ego:* et hoc *Ego* nondum recte possum intclligcre." Ex Lutheri sectatoribus alii priorem ejus sententiam de claritate Scripturarum secuti sunt, alii posteriorem de carumdem obscuritate; utrorumque catalogum exhibet Nic. Serarius op. et loc. cit. quaesi. VI.

1*) Francofurti 1672.

librorum sacrorum sensum.16 Moshomins historicus protestautismi *κατ' ^ξο/ην* dictus, disserens de socinianis, quorum principium est, sacras litteras esse juxta rationis lumen interpretandas, respondet, quod si regula isthaec invalesceret, tot plane religiones haberentur quot capita. 17 Jam vero in disceptationibus cum socinianis inticiabitiir nemo, de praecipuis agi dogmatibus fidei. Paulo ante verba attulimus Wegscheideri asserentis Scripturam sacram argumentum continere *multis in locis ambigue et obscurissime expressum,* item *Scriptorum sacrorum sensum haud raro inventu difficilem,* 18 ex quo ipse inferre contendit libros sacros minime fuisse divinitus inspiratos. Lockius fatetur quod quamvis studuerit Pauli epistolis, perinde ac Scripturis ceteris, compererit tamen se eas minime intelligere; loquitur autem de rebus, ut ejus verbis utamur, doctrinae ac discussionis. 19 Macknight plures detexit fontes obscuritatis quae reperitur in Pauli epistolis, quos inter loquendi formas recensuit quibus apostolus usus est. 20 Boyle praeter stylum quo utitur apostolus, aliam aperit obscuritatis causam, quod Paulus scilicet, pluribus in locis, quamdam inducat taciti dialogi speciem, qua factum est, ut *saepe* velut argumenta assumpta fuerint quae apostolus nonnisi uti objectiones evidenter attulerit. 21 Jeremiae Taylor celebris inter anglicanos protestantes pluribus data opera ostendit summam difficultatem recte sacras litteras interpretandi.22 Adeo ut visi hac aetate protestantes sint omni ope propugnare Scripturarum obscuritatem adversus primores protestautismi parentes.

160. Agendi vero ratio adversariorum apertam veritatem consignat; etenim si Scripturae sacrae eam praeseferrent perspicuitatem quam tantopere non ita pridem crepabant protestantes, in iis praesertim quae ad fidem ac mores pertinent, qui fieri tandem potuisset ut adeo inter se in illarum interpretatione discreparint? Notae sunt Lutheri, Zwinglii, Calvini eorumque gregalium interpretationes verborum Christi: *Hoc est corpus meum·,* ita ut

lT) *Institution. Hist, christianae recendederit.* is etiam concedat necesse est, toi des mystères qui, quelque bien qu'ils soient exprimés, ne sont pas faciles à sais'r? cl (lu* seront toujours obscurs et inintclligibles pour notre conception bornée. Enfin les moyens ordinaires d'interpréter les écritores, tels que l examen des originaux, le rapprochement de divers passages, la parité de raison, l'analogie de la foi sont tous douteux, incertains et très faibles. Dc tout cela il suit que les plus sages, et par conséquent ceux qui paraissent devoir le plus probablement découvrir le vrai sens, méritent néanmoins peu de confiance. Ces causes d'erreurs sont comme autant dc raisons de douter qu'au milieu dc tant de mystères et de difficultés ils aient rencontré juste.-

*·) In op. *De libert. prophetandi,* sect. IV. ejus verba ex anglica in linguam gallicam conversa ita se habent: ‚Ou y trouve

biscentmn recenseantur. 23 *Vigihti* èodem tempore opiniones de *satisfactione* viguisse penes confessionis nugustnnae asseclas, quae omnes Scripturis innitebantur, affirmat Osiander; *sexdecim* praeterea recenset sententias diversas circa *peccatum originale;* tot vero asserit de Sacramentis extitisse quot sectae inter se dissidebant. 24 Denique ne prolixiores simus, tot sunt obscuritatis Scripturarum testes, quot extiterunt et adhuc existunt sectae sectarumque portiunculae a cerintbianis et gnosticis initio ducto usque ad methodistas, quae numerari vix possunt. 26 Omnes siquidem sectae, praesertim quae post Lutherum ortae sunt, eandem originem habuerunt, quod nempe earum parentes sibi visi sunt clare peculiarem suam interpretationem contineri in Scripturis, seu Scripturas sacras clare uniuscujusque praeconceptum placitum seu potius inventum praeseferre. Cum vero sectae omnes sibi invicem adversentur, hoc ipso patet, Scripturas haud claras esse, sed sacra veluti quadam caligine obductas, qua factum est ut tumidi isti scrutatores majestatis opprimerentur a gloria, totidemque se *factis* praeberent testes illius obscuritatis quam dictis scriptisque negabant.

161. Porro si Scriptura ea claritate non fulget, quam protestantes fingebant, aut dicendum Deum verbum suum in has terras jecisse, ut illud, perinde atque hoc universum, traderet disputationi hominum: aut interprete certo ac tuto ipsum providisse, quo homines verum ejus sensum assequerentur, in iis praesertim quae ad fidem moresque spectant. Cum vero prius illud absque impietate dici nequeat, ut posterius affirmemus necesse est. 26

Sive igitur ex auctoritate, sive ex intima ipsa rei natura, sive demum ex confessione agendique adversariorum ratione constat quod ostendendum proposuimus, Scripturam sacram in iis etiam quae ad fidem et mores pertinent non ita claram esse, ut interprete non indigeat.

DIFFICULTATES.

162. I. Obj. Utriusque Foederis paginae collineant in adstruenda Scripturarum claritate praesertim circa fidem ac mores. Et 1. quidem ex V. T.

23) Cf. Bellarm. *De Eucharist.* lib. I. cap. 8. ». 2. Duae hae vocellae *Hoc est* 1res factiones seu sectas genuerunt, luther.inam, calvinianam, zwinglianam. Harum quaelibet subdivisa est in sectas alias, *panerariain, accidentariam, corporariam, arrhabonariam, tropistam, metamorphislam, iscariotistam, schicenhfelditam* etc.

;4) Cf. apud Moore op. cit. pag. 384.

'*) S. Augustinus in lib. *De haeresibus* enumerat 90 diversas haereses, quae post Christi adventum ortae sunt ad reformandam ecclesiam. Ab aetate s. Augustini usque ad Lutherum aliae 180 haereses apparuerunt. A Luthero ann. 1517. ad ann. 1595. Staphylus, Hosius, Puteolus aliique scriptores alias 270 novas sectas enumerarunt; quoad sectas ortas ab illa aetate ad nos usque satis est percurrere quinque prolixa volumina Grégoire, *Histoire des sectes religieuses,* nouvelle edit. Paris 1829.

26) Cf. Milner op. cit. tom. I. *Lettr.* VILI, ei IX.

notissima sunt Deuteron. XXX. 11. verba: *Mandatum hoc, quod ego praecipio vobis hodie, non supra te est, neque procul positum.* Quibus concinens David Ps. XV11I. 9. ait: *Praeceptum Domini lucidum, illuminans oculos* et Ps. CXVIII. 105. *Lucerna,* inquit, *pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis:* et iterum v. 130. *Declaratio sermonum tuorum illuminat et intellectum dat parvulis.* Ilis congruit quod legitur Prov. VI. 23. *Mandatum lucerna est, et lex lux;* 2. ex Novo autem Testamento id ipsum patet ab apostolo Petro scribente II. ep. I. 19. *Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facilis attendentes, quasi lucernae lucenti in caliginoso loco.* 3. Quod si alicubi obscura praedicatur Scriptura, non absolute et in se, sed relative, ad pravam scilicet legentium dispositionem id accipiendum esse declarat apostolus Paulus II. Cor. IV. 3. 4. dicens: *Quod si etiam opertum est cvangelium nostrum, in iis, qui pereunt est opertum, in quibus Deus hujus saeculi cxcaccavil mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio evangelii gloriae Christi.* Ergo.

163. **Resp.** *N.* .4. Objecta enim Scripturarum testimonia hanc ipsam quam adversarii propugnant Scripturarum claritatem eliminant, Etenim ne unum quidem ex illis est quod eo sensu intelligendum sit, quo ea adversarii exponunt, ut ex responsione ad singula evidenter patebit.

164. Ad 1. *D.* Mandatum de quo agitur non est, Dei gratia opitulante, ad observandum impossibile, *C.* facile aut difficile ad cognoscendum, rV. Nec enim hic agitur de intelligentia, sed de observatione divinorum mandatorum, ut liquet ex orationis serie.27

165. Sic verba Psalmistae et Proverbiorum continent legis, seu mandatorum divinorum commendationem. *C.* exhibent claritatem Scripturae sacrae universim, ⁂ Addo legem facilem aeque ac difficilem intellectu dici posse; facilem quidem quoad verborum, ut ita loquar, corticem quibus expresse quidquam vel praecipitur vel vetatur; e. gr. cum dicitur, *non occides,* quisque intelligere potest quodlibet interdici homicidium voluntarium et injustum: difficilem vero si spectentur illa quae implicite sub quolibet praecepto continentur. Atque ut in allato insistamus exemplo, obscurum sane est utrum praecepto illo, quemadmodum homicidium, sic odium, ira. rixae etc. interdicerentur prout reipsa Christus exposuit, et Judaei minime intelligebant. 28 Multo vero magis lex. prout vox isthaec in amplissima sua significatione usurpatur, complectens videlicet non praecepta solum moralia, verum judicialia quoque et caeremonialia, difficilis censenda est, quatenus

« Cf. Bellann. *De verbo Dei,* lib. IU. cap. 2. n.2,3; Becan. *Manuale eonlroc.* lib. 1. cap. 1. quaesi. 4. n. 7 et 8. Ipse protestans Knappius in *Diatribe* in loc. paulinum ad Rom. X. 4—11. et mosaicum Dent. XXX. 11 — 14. eandem exhibet interpretationem. Cf. ejus *Scripta carit argumenti,* ed. see. Hallae 1823. pag. 552 - 563.

,βI Cf. Becan, loc. cit.

typica erat et reconditiores sensus includebat. Hac ratione, recte simul componuntur, quae sibi invicem adversantia primo veliiti intuitu de illa praedicari videntur. Interdum enim, ut ex adductis patet testimoniis, lex dicitur *lucida, lucerna, lux, lumen;* ex altera vero parte propheta *lucem* ac *lumen* a Deo flagitat ad ejus legem scrutandam. Quae quidem apprime inter se congruunt si dicatur, legem in litterae cortice, et prout expresse aliquid praecipit aut vetat, lumen ac lucem esse, immo lucidam prorsus et planam: prout vero implicite aliquid includit, et quoad multiplicem sensum ac mysteria quae sub littera delitescunt, obscuram existere. et ad ejus intelligentiam vel interiori illustratione, vel interprete opus esse.[29]

166. Ad 2. iV. Sane claritatem Scripturarum non evincit locus ex Petro allatus, qui et ipse obscurus est ita, ut protestantes dum verum ejus sensum assequi nituntur, in varias abeant sententias.[30] Loquitur porro s. Petrus non de tota Scriptura, sed omnino de vaticiniis quibus praenunciabatur Christus, quaeque post ejus adventum majorem sunt claritatem et firmitatem adepta eo ipso quod eventus responderit vaticiniis. Verum enimvero nec post eventum vaticinia illa eam claritatem obtinuerunt, ut interpretatione non indiguerint. Patet id ex Christo qui Luc. XXIV. 27. illa interpretatus est duobus discipulis euntibus in Emmaus: ac praeterea apostolis sensum aperuit ut intelligerent Scripturas, ibid. 45: Joannes fatetur se et Petrum nondum *scivisse Scripturas,* quia oportebat Christum a mortuis resurgere (Joann. XX. 9·). Post hunc etiam eventum interrogatus eunuchus a Philippo Act. VIII. *Putasne, intelligis quae legis? Qui ait: et quomodo possum si non aliquis ostenderit mihi?* Attamen de quonam agebatur nisi de prophetia Isaiae? in qua sermo habetur de Christo? Patet praeterea ex insequentibus verbis adducti testimonii, ubi Petrus pergit: *Donec dies elucescat, et lucifer oriatur in cordibus vestris: hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia Scripturae propria interpretatione non fit. Nec enim auctoritate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu Sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.* Ex quibus discimus neque omnino claras esse prophetias, ut facile

[29]) De praeceptorum decalogi difficili ac profundo sensu et interpretatione argumentum ineluctabile suppeditant tot tractatus, qui ab institutoribus theologiae moralis ad illorum explanationem in lucem editi sunt, qui tamen in pluribus non conveniunt inter se.

[30]) Integra huc refertur *Prolusio in loc. ll. Petr. 1. 19 — 21.* cit. Knappii, quae tenet primum locum inter *Scripta varii argumenti,* ex qua patet quam obscurus sil horum verborum sensus. Sic etiam Rosenmüller in suis comment, in hunc loc. praeterquam quod adoptat expositionem Knappii quam adducit, subdit: «Vaticinia V.T. doctrinae prophetarum comparantur (a s. Petro) cum lucerna, quia monstrabant quidem viam salutis, sed obscure tantum. *Αυχμηρό τόπο* est *locus siccus, siticulosus, desertus."* Plura item cf. apud Pott in hunc lôc. in *Novo Test. Graece perpetua annotatione illustrato,* edit, koppianae vol. IX. fasc. II. Gollingae 1810. pag. 203 seqq. ubi refert etiam aliorum protestandum expositiones, quae non parum inter se discrepant.

intelligi queant (ac propterea tenui lucernae lumini comparantur ab apostolo), neque ex proprio sensu eas esae intelligemlas. sed eodem Spiritu, quo editae fuerunt auctore. ”

167. Ad 3. Aep. suppositum, quod scilicet apostolus de Scripturis ibid, loquatur: etenim eo loci disserit de tide in Christum, quam *evangelii,* seu praedicationis evangelicae nomine significat. Nec aliud hic sibi vult apostolus. quam causam aflerre quare Judaei praeposteris abrepti judiciis non crediderint in Christum, quamvis et antiqua vaticinia in ipso impleta essent, ac tot in divinae ipsius missionis confirmationem miracula fuissent patrata.

168. Π. Obj. Non haec stetit patribus men hi enim passim miram Scripturae sacrae claritatem commendant; 1. exemplo sint s. Joann. Chrysostomus et s. Augustinus. Horum prior Hom. III. *de Lazaro* comparationem instituens inter philosophorum scripta, et scripta prophetarum et apostolorum ita scribit: *Apostoli vero et prophetae omnia contra fecerunt, manifesta claraque quae prodiderunt, exposuerunt nobis, velut communes orbis doctores: ut per se quisque discere possit, quae dicuntur, e sola lectione;* [33] et iterum *Hom. 111. in Π. ad Thessal. Quid enim,* inquit, *opus est sermone? Omnia sunt dilucida et recta, quae sunt in divinis Scripturis; manifesta sunt quaecumque sunt necessaria. Sed quoniam estis auditores delectationis, propterea haec etiam quaeritis.* ** Posterior vero lib. II. *de Doctr. Christ,* c. VI. *Nihil fere,* scribit, *de illis obscuritatibus eruitur, quod non plenissime dictum alibi reperiatur.* Quod et patres reliqui exemplo suo confirmarunt, dum probarunt sententias suas ex Scriptura: 2. nec enim probari potest quod notius est ex minus noto: cum igitur patres suas ex Scripturis assertiones probaverint, planum fit ex

11] Cf. Pott loc- cit. pag. 206 seqq. ct Knappium pariter loc. cit. qui fuse de hoc disserunt.

33) Cf. Estium *comm,* in hone loc. ubi ad rein nostram scribit: »Nec vero sentit apostolus Scripturam sacram solis infidelibus ac reprobis obscuram esse: fidelibus autem et electis manifestam, id est, ad intelligendum facilem ac perviam; quod ex hoc loco sectarii quidam docere conati sunt. Neque enim de Scripturis intelligendis aut interpretandis hic agitur, sed de Evangelio palam praedicato, quud reprobi non recipiunt, sed electi, aut si recipiunt illud reprobi quidam, non ita tamen ut oportet, quia non ei acquiescunt faciendo quae lex Evangelii praecipit, aut si sic aliquando recipiunt, non id faciunt perseveranter. Itaque sensus est: quod si adhuc velatum est quibusdam evangelium, quod praedicamus, dumlaxat iis qui pereunt, id est, reprobis, velatum est et occultum; ac si dicat: non ideo frustratur aut ministerium nostrum, aut intentio nostril- non enim propter reprobos sed propter electos praedicamus." Neque ah hac expositione abludunt pleriqiic interpretes protestantes, ut videro est in *Criticis sacris·,* tom. Vil. col. 1263 seqq.

33) N. 3· *Ctl* δi ft.-rd^roAoj *καί οί προ<ιήται τουναντίον άπαν (ποίησαν· σα<ρή γάρ καί δήλα τα παρ' εαυτών κατέστησαν απασιν, άτι κοινοί τή οικουμένη όντι διδάσκαΧοι, ινα έκαστο καί δι' έαυτοϋ μαν^άνιιν δϋνηται Ικ τή άναγνώσεω μόνη τα λεγάμενα.* Opp. edit. maur. tom. I. pag. 739.

11j N. 4. *Λιά τί γάρ όαιλία χρεία; πάντα σαγή καί εύ^έα τα παρά ταϊ 3είαι ■νραφαί · πάντα τα αναγκαία δήλα. αλΧ Ιπιιδή τέρ^ειώ Ιστέ άκροαταί, διά τοϋτο καί ταϋτα ζητείτε.* Ibid. tom. XI. pag. 528.

ipsorum mente clariores adhuc Scripturas suis ipsis commentariis existere. 35 3. Sane quorsum dedisset Scripturam obscuram hominibus Deus, nisi ut inter oos jaceret aleretque discordiarum facem? Ergo.

169. R. Al. *A.* Quid enim senserint patres unanimiter, superius exposuimus. Ad 1. prob. *I).* fn *subjecta* quam exponebant *materia, C.* absolute et ad mentem adversariorum, A'. itaque s. Joann. Chrysostomus in primo textu commendat apostolorum et prophetarum claritatem ob simplicem illam ac voluti nativam styli rationem quam in scriptis suis exarandis adhibuere, quatenus alienos se praebuerunt a tumida verborum pompa qua suas philosophi affectabant efferre sententias: 36 minime vero quoad profunditatem doctrinae et sententiarum, quam s. Doctor in Scripturis admiratur et praedicat. Ceteris enim omissis *Hom. XL1. in Joann,* haec scribit: *Neque dixit* (Christus) *legite Scripturas; sed scrutamini Scriptaras, quia ea, quae de ipso ibi dicuntur, multa opus habent investigatione. Sub umbra enim quaedam occulta veteribus erant. Ideo illos accurate fodere jubet, ut in profundo posita reperire possint; neque enim in superficie, vel in conspectu jacent, sed quasi thesaurus quispiam profunde admodum recondita sunt.* 37 In altero autem textu ut excutiat fidelium torporem in sacris evolvendis Scripturis illarum obscuritatem obtendentium, quadam amplificatione utitur, affirmans plura in iis clara esse, cnjusmodi sunt historiae, ut ibid, subdit. Ceterum Joann. Chrysostomus tum in Hom. cit. de Lazaro, concedit plura in Scripturis obscura reperiri, tum alibi causas aperit quare Deus voluerit eas esse obscuras. 38

170. S. Augustinus in objectis verbis significare voluit vaticinia quae ante eventum obscuriora videbantur, lucem ex eventu fuisse adepta; sic etiam allnsiones Novi Testamenti explicatas esse in textibus et historiis Testamenti Veteris, et vicissim figuras quae in foedere antiquo continebantur, in N. T. fuisse adimpletas. Huc referuntur formulae passim ab evangelistis usurpatae: *Ut adimpleretur quod dictum est; ut adimplerentur Scripturae etc.*39 Talem fuisse mentem s. Doctoris aperte patet ex notissimis ejus testimoniis, quibus

,J) Ita Lutherus apud Bellarm. loc. cit. cap. 2. n. 2.

J6) Id patet ex contextu; praemiserat enim immediate ante objecta verba: ..Siquidem ii qui sunt a Christo alieni, dicendi artifices, rhetores, ac librorum scriplores, non quod in commune conducit quaerentes, sed illud spectantes ut ipsi sint in admiratione, etiamsi quid utile dixerint, hoc quoque quemadmodum in caligine quadam, consueta sibi, occultarunt obscuritate. Apostoli vero etc.“

,7) N. 1. *Οὐ γάρ εἰπεν, αναγινώ&κετε τά yparpâf αλλ', ἐρευνατε τά γραγά . ἐπειδή γάρ τά περί* αυτού *λεγάμενα πολλή ἰδεΐτο τή ἰπιμελεία · συνεβκίαβτο γάρ ἀνωθεν συμγερόντωί τοΐ τότε. Λιά* τούτο *και διαβκάπτειν αυτού μετά ακρίβεια κελεύει νυν, ἰ'να τά Iν τ<'> βάȝει κείμενα δυνη^ώσι εύρείν. Ουδέ γάρ ἐπιπολή ε'ίρητο, ουδέ υπέρ την ἰπκράνειαν ἴρριπτο. Ἀλλ' ω πίρ τι θησαυρό ἰν* πολΛω *τ<.ϊ βά^ει κατέκειτο.* Ibid. tom. λ7111, pag. 243.

3S) Cf. Hom. XXXII. in *Genes,* n. 1. Hom. XV. al. XIV. *in Joann,* n. 1. et alibi passim.

39) Cf. Bellarm. lib. III. *De verbo Dei,* cap. 2. n. 14 et scq.

profitetur magnam in Scripturis reperiri obscuritatem. Satis hic sit ea afierre quae scripsit s. Doctor in eodem libro *de Doctrina Christ.* c. VI. qui nobis objicitur: *Sed multis,* inquit, *et multiplicibus obscuritatibus et ambiguitatibus decipiuntur qui temere legunt, aliud pro alio sentientes: quibusdam autem locis quid vel falso suspicentur non inreniunt, ita obscure quaedam dicta densissimam caliginem obducunt.* Qui propterea de seipso jamdiu in Scripturis exercitato profitetur: *In ipsis sanctis Scripturis multo nescire plura quam sciat.* 40

171. Nunc vero juxta praemissam distinctionem addimus, etsi interdum patres ut fideles ad sacras perlegendas Scripturas allicerent, illarum variis in partibus claritatem commendarinr, numquam eos id in sensu adversariorum praestitisse. Siquidem protestantes ideo Bibliorum claritatem depraedicant, ut dogmaticum ac juridicum excludant interpretem, cum singuli fideles debeant. in eorum systemate, ex illorum lectione et privata interpretatione sua fidem sibi seu fidei articulos cudere; contra vero patres in principio auctoritatis asserendo, ac omnimoda fidelium subjectione interpretationi ecclesiae catholicae commendanda continenter insistunt.41

172. Ad 2. *D.* Probari non potest quod notius est a minus noto, si sermo sit de majori vel minori notitia in eodem ordine, *C.* in diverso ordine, Λ. Porro Scriptura notior est commentariis patrum ea notitia, quae dicitur *certitudinis,* cum notiora sint quae in sacris litteris occurrunt, in quibus scilicet nullus subesse potest vel minimus error, quam ea quae in scriptis habentur patrum, quae quidem tali certitudine non fruuntur. Notiora vero scripta patrum sacris litteris sunt ea notitia, quae consistit in *perspicuitate* verborum ac sententiarum, quibus illi obscura Scripturae eftata explanant. Sic sophisma dissolvitur *Megalandri,* ut Lutherum sunm protestantes appellare delectat.

173. Ad 3. *D* Nisi Deus hominibus providisset interprete legitimo, infallibili ac jugiter vivente, *C.* si providit, A'. Itaque homines superbi ac tumidi ii sunt, qui sibi ex eo ipso mortem et exitium consciscunt quod illis datum a Deo est ad vitam ac salutem. Recte accommodaveris Scripturae sacrae oraculum Simeonis de Christo: *Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum.* 42 Resurrectio enim seu vita est Scriptura filiis obtemperantibus matri suae. ecclesiae videlicet: ruina e converso ac mors iis omnibus

40) Epist. LVI. *ad Januar.* cap. 21. n. 38. Quatuor libri *De doctrina Christiana* a s. Augustino conscripti huc referuntur, ad exponendam scilicet difficultatem in intclligendis sacr. Scripturis et regulis tradendis ad rectam earundem intelligenliam, praesertim lib. III. ubi explanat septem regulas Tychunii.

41) Cf. inter ceteros s. Augustinus lib. L *De morib. eccles.* cap. 1. »Qnis enim, scribit, mediocriter sanus non facile intclligat, Scripturarum expositionem ab iis petendam esse, qui earum doctures se esse profitentur?" Loquitur porro de ecclesiae pastoribus.

) Luc. II. 34.

perduellibus et pervicacibus, qui omnia sibi clara et perspicua in Scripturis esso jactant, seque propterca sibi solos sufficere, quovis ecclesiae magisterio superbe repudiato. M

PROPOSITIO II.

Solius étfëleside est dogmaticam praebere Scripturae sacrae interpretationem.

174. Dogmatica Scripturarum interpretatio, ex praemissis, in sui notione uon objectum modo dogmaticum, res nempe fidei ac morum complectitur, verum etiam auctoritatem ex parte illius qui eam edit, adeo ut in suo conceptu dogmatica interpretatio sit etiam *juridica}* debet enim qui illam proponit eo cogere fideles posse, ut intellectum suum subjiciant atque assentiantur. Jam vero solius ecclesiae esse ejusmodi praebere Scripturarum interpretationem multiplici ex capite facile vindicatur. Ac I. ex ipsa rei de qua agitur natura: etenim natura hujus interpretationis exigit, ut qui eam praebet, certa possit atque infallibili ratione de vero Scripturarum sensu judicare, ac omnes praeterea compellere ad huic assentiendum judicio. Haec duo videlicet requiruntur, *infallibilitas* et *auctoritas:* ubi harum conditionum alterutra desit, nequit dogmatica dari interpretatio. Tolle siquidem infallibilitatem in germano dogmatico sensu assequendo Scripturarum; nullum jam reliquum est jus ad ejusmodi edendam interpretationem eo ipso, quod errori obnoxia sit. nec nisi majori minorive probabilitate aut verisimilitudine inniti queat. Tolle auctoritatem; et jam nemo adigi ad illam admittendam posset. Porro ecclesiam solam binas hasce praeseferre conditiones ex iis, quae in superiori hujus tractationis parte disputavimus ', apertissime constat, ac proinde heic demonstratum assumimus; ergo, concludimus, ex ipsa rei de qua agitur natura liquet, ad solam ecclesiam spectare dogmaticam exhibere Scripturae sacrae interpretationem.

175. II. Idipsum evincitur ex missione quam ecclesia habuit a Christo. Etenim ecclesiae commisit Christus non ministerium dumtaxat praedicandi evangelium, doeendique omnes gentes, sed insuper magisterium illi juge, infallibile atque perpetuum contulit, quô sartum ipsa tectumque inter fideles doctrinae illius seu revelationis depositum sibi ab eo traditum conservaret. Hac de causa suam ei *adsistentiam* pollicitus est et praesidium, iliisque eam

u) Cf. Nic. Spedalieri, *Analisi dell' esame critico det signor Nic. Frerct* cap. 11. ari. 4. ubi ad dissolvendam hanc ipsam difficultatem objectam ab incredulis invicte ostendit, revelationem necessario involvere et exposcere ideam tribunalis viventis quod eam exponat. Cf. praeterea Bonfrerium et Serarium loc. cit. qui varias causas ex doctrina patrum assignant, quare Deus voluerit Scripturas obscuras esse.

') Part. I. sect.I. cap. IV. art. II. prop. I. et art. ILI.

dotibus communivit quas ei suo loco vindicavimus.2) Ergo hoc ipso eidem pariter commisit interpretationem dogmaticam Scripturarum. Nam antequam Christi doctrina litteris consignaretur, eandem integram una cum recta ejus intelligent!» jam tenebat ac possidebat ecclesia: quando propterea illa, ex parte saltem, scriptis edita est atque vulgata, rectam ejusdem intelligentiam seu verum sensum ecclesia ipsa conservavit ac retinuit. Quo iit ut si qua moveatur quaestio circa alicujus loci Scripturarum sensum, ecclesiae solius sit, vi propriae missionis dogmaticam earum praebere interpretationem.

176. III. Ex necessitate sopiendi seu dirimendi controversias quae circa legitimum Scripturarum sensum exoriri possunt, eadem veritas elucescit. Nam Scriptura ex praecedenti propositione in iis etiam, quae ad fidem moresque pertinent, obscura saepe est pluribusque sensibus obnoxia, quapropter opus est interprete infallibili et auctoritate pollente, qui controversias illas dirimere valeat, verum ac legitimum sensum suppeditando. Alioquin enim nullus umquam controversiarum exitus haberetur, et ancipites fideles animo esse deberent circa genuinum Scriptjirae sensum, ex quo veritas in fidei dogmatibus aut moribus pendet. Num enim, ut rem exemplis illustrem, ex legitimo Christi verborum sensu: *Hoc est corpus meum,* fides non pendet in realem ejus praesentiam in Eucharistia aut solum in ejus figuram? Num ex legitimo sensu verborum Jacobi: *Infirmatur quis in vobis* etc. non pendet fides in sacramentum, aut in nudum ritum? Atque ita porro. Cum vero sola ecclesia utraque illa polleat conditione, infallibilitatis scilicet et auctoritatis, aperte inde consequitur, illam solam posse dogmaticam Scripturarum interpretationem legitime edere.

177. IV. Hoc demum ipsum conficitur ex perpetua ejusdem ecclesiae praxi. Vix enim exorta aliquando controversia est circa germanum Scripturae sensum qui fidei depositum quoquomodo attingeret, illico ecclesia suam apposuit interpretationem ad eam dirimendam. Ita se gessit cum docetis, qui ea quae Scriptura de vera Verbi incarnatione ac reali carne, passione ac resurrectione habet, interpretabantur de incarnatione fictitia, de carne umbratili et apparente, de apparente morte ac resurrectione, turbas undequaque cientes. Ecclesia vero eadem exposuit de rei veritate, illosque veteratores anathemate protrivit. Ita se gessit cum cerinthianis. qui verum sensum invertebant illorum Scripturae locorum, in quibus vera Christi divinitas praedicatur. Ita cum gnosticis, manichaeis, sabellianis, arianis. iisque omnibus qui subsecuti sunt novatoribus. Quare nisi asserere velimus aut ecclesiam illegitimam sibi usurpasse auctoritatem, aut Lutheri ceterorumque protestantium aetate ab illa plane excidisse, fatendum est facto ipso usuque perpetuo

2) Turn loc. cit. Ium in tract. *De revu relig.* pari. 11. prop. III.

ecclesiam ostendisse, sibi soli competere facultatem dogmaticae edendae Scripturarum interpretationis.

178. Hic vero omitti nequit magni momenti animadversio, ex eo agendi modo petita quem quovis tempore tenuerunt novatores, et quo assertio nostra mirifice confirmatur. Quoties enim actum est vel de haereticis sibi anterioribus vel de haereeibus suae contradictoriis, toties libenter agnoverunt novatores ecclesiam esse legitimum Scripturarum interpretem: tunc vero solum ejus auctoritatem recusarunt, cum eam erroribus suis seu privatae suae interpretationi adversantem experti sunt. Sic. e. gr. ariani tamquam rectissimum probavere, judicium quod ecclesia tulit adversus praeposteras gnosticorum et sabe.llianoruni Scripturae interpretationes; nestoriani prono animo amplexi sunt ecclesiae sententiam in arianos prolatam; pelagiani rata omnia habuerunt, quaecumque contra nestorianos atque eutychianos sanxisset ecclesia; protestantes denique fassi sunt, ecclesiam legitimum Scripturarum sensum opposuisse arbitrariae illorum omnium haereticorum interpretationi: atque ob auctoritatem ecclesiae dogmata tenuerunt de Trinitate, de Incarnatione, de gratiae necessitate, aliaque ejusmodi.

179. Verum quemadmodum ariani, nestoriani, pelagiani negarunt ecclesiam, quoad sua ipsorum placita singillatim legitimum esse dogmaticum interpretem, ita plane protestantes cum se ab eadem ecclesia privatis suis interpretationibus circa justificationem , purgatorium, sacramenta, aliaque id genus damnatos cernerent, ecclesiam haud esse legitimum Scripturarum interpretem conclamarunt, eidemque spiritum uniuscujusque privatum, interiorem Spiritus S. illustrationem, Scripturam ipsam, et si quod aliud commentum est, suffecerunt. Ex qua demum agendi novatorum ratione colligitur, illos eodem ipso tempore quo impugnabant, solius ecclesiae esse dogmaticam praebere Scripturae sacrae interpretationem, eandem tacite aut expresse ecclesiae praerogativam fuisse professos. Ast id semper quoad alios, numquam vero quoad se: ita nempe sibi semper novatores consistunt !3

') Hoc argumentum egregio evolvit Mohler in cit. *Symbolique* ed. cit. tom. II. §. 39. pag. 49. ubi inter caoleras hanc adjecit observationem: «Les siècles disparurent et les sectes avec eux. De nouveaux temps virent naître de nouvelles hérésies; mais toutes érigèrent le même principe fondamental, savoir que l'écriture est la seule source de la vérité chrétienne, la seule régie de foi. Ce dogme commun à tous les sectaires, le même chez les gnosliques dn deuxieme siècle, et chez les vaudois du douzième, par les ariens comme par les nestoriens; ce dogme enfanta les doctrines les plus contradictoires. Qu'y a-t-il en effet de plus opposé que le gnosticisme el le pélagianisme, que le sabellianisme el l'arianisme? Or la seule considération que ce principe, toujours un, sans cesse le même, a sanctionné toutes les croyances, tous les égaremens, toutes les monstruosités; celle seule considération, disons nous, devait faire voir, qu'il recèle quelque profonde erreur, qu'il creuse un abîme immense entre l'écriture el Γindividu."

DIFFICULTATES.

180. **Obj.** 1. Non pauca Scripturarum effata excludunt ecclesiae magisterium ejusque interpretationem. Sic Matth. XXIII. 8. alloquens Christus discipulos suos ait: Vos *autem nolite vocari rabbi: unus est enim magister vester . . . nec vocemini magistri: quia magister vester unus est Christus;* et Joann. V. 34. *Ego non ab homine testimonium accipio;* et ibid. VII. 17. *quis voluerit voluntatem ejus facere: cognoscet de ddctrina, utrum ex Deo sit;* ct rursum ibid. X. 27. *Oves meae vocem meam audiunt . . . et sequuntur me.* Quapropter Actus apostolici XVII. 11. nobis exhibent eos, qui incolebant Beroeam: *Quotidie scrutantes Scripturas, si haec ita se haberent;* uti nempe cis praedicabat Paulus. Quomodo vero haec aliaque his similia non pauca consistere cum dogmate de suprema ecclesiae auctoritate possunt in interpretatione Scripturarum? 2. Accedit quod in hypothesi catholicorum ecclesia esset supra Scripturam: 3. fideles non verbo Dei, sed verbo hominum inniterentur dum fidei actum elicerent, cum tamen doceat apostolus nos superaedificatos esse *super fundamentum apostolorum et prophetarum* non esset amplius purum verbum Dei regula nostra: 4. verbum Dei robur ac firmitatem suam a verbo hominum acciperet: quae quidem absurda sunt omnia. Ergo.

181. **Resp.** Ad 1. vel A', vel *D.* Juxta privatam protestantium interpretationem, *C.* per se. Λ'. Prius scilicet protestantes, non secus ac haeretici reliqui, talem Scripturarum testimoniis sensum affingunt qui sibi magis arrideat, deinde vero juxta gratuito confictam interpretationem ea pro se adversus catholicos allegant. Hoc semper vitio laborent uecesse est protestantium interpretationes. Ceterum nec unum est ex objectis testimoniis quod aliqua ratione impetat catholicam dotrinam. Si enim excipias quod ex Actis apostolicis opponitur, in reliquis nuspiam aut de Scripturis aut de Scripturarum interpretatione fit sermo, ut ex perbrevi singulorum examine facile patefiet.

182. Christus enim Matth. XXIII. ut liquet ex orationis serie, tantum uigistri denominationem, quam affecta-

in non dixisset: *Qui vos audit, me*

is se non indigere Joannis Baptistae

comprobandam, quam Pater tot signis

stat huic adjuOgerc interpretem proleslantem, scilicet Kuinoelium, qui objecta verba ila exponit: »Non haec dixi tamquam cu-

184. Joann. VIL paritor loquitur Christus de divina missione sua, deque caelesti origine doctrinae suae, suoeque provocat auditores ad experientiam per executioncrti divinae voluntatis, ex qua deprehendere possent, doctrinam quam eis proponebat esse divinam, non autern ex arbitrio, atque humano sensu confictam.7 Jam vero quid hoc, commune habet cum Scripturarum interpretatione?

185. Joann. X. significat Christus oves dociles, quae sibi scilicet obtemperant, cumque tamquam pastorem praeeuntem sequuntur agnoscendo in persona sua Messiam.8 Hae porro interpretationes ab ipsis recentioribus exegetis protestantibus datae sunt; ex quibus patet, eos jam deserere expositiones illas quibus ipsorum antesignani nitebantur excludere interpretationem dogmaticam ecclesiae, ut ei sensum privatum seu privatam interpretationem subrogarent.

186. Beroeenses porro de quibus agitur in Actis apostolorum, nondum fideles erant cum scrutarentur Scripturas; dum vero eas excutiebant, non ad inquirendum hunc alterum ve controversum Scripturae sensum id praestabant, sed ad motiva expendenda credihilitatis ut Christianam religionem profiterentur. Cum enim apostolus cetera inter motiva et illud proponeret quod ex vaticiniis in Christo adimpletis exurgit, Scripturas idcirco scrutabantur quo certiores fierent, si *haec ita se haberent*·. In hoc porro commendatione digni erant.

187. Ex levi hoc specimine elucet quot contorsionibus et cavillationibus subsit Scriptura, si privatorum hominum relinquatur arbitrio; et quomodo consistere possint tum objecta loca, tum alia quaelibet Scripturarum testimonia cum thesi quam tuemur, cum eam ne leviter quidem attingant.

188. Ad 2. A7. Non magis enim supra Scripturam est ecclesia, cum praebet authenticam ac juridicam dogmaticam interpretationem, quam judex supra legem sit. cum ejus sensum authentice et juridice in iis qui occurrunt casibus ad litem qua de agitur dirimendam declarat. Saepe namque, ut vidimus, Scriptura obscura est: fieri proinde facile potest, ut nos in vero ejusdem sensu assequendo, praesertim in rebus fidei decipiamur, sic ut privatum

pidus honoris, quciii humana laudatio praebet. *Non cupio hominis ullius,* neque adeo Joannis a vobis repudiati *testimonium, set! haec diri,* testimonii Johannaci mentionem feci, *ut vos servemini,* ον *μαρτυρίαν λαμβάνω -αρὰ άν3ρώ~ον, non* aucupor commendationem humanam.·' Quidquid porro sit de ejusmodi frigida expositione, ad rem nostram quod attinet, patet, saltem Christi verba nihil cum Scripturarum interpretatione haber· commune.

") Cf. AA. citu Kuinoel item sic enarrat objectum hunc locum: ..Affirmaverat Jesus v. 16. suam doctrinam esse divinam. Jam duo hanc in rem argumenta affert, alterum *internum* ex ipsius doctrinae indole et praestantia petilum; v. 17. alterum e.r*ternum,* suam ipsius agendi rationem, qua doceat, se non suae, sed Dei tantum gloriae prospicere.··

s) Haec pariter est interpretatio Kuinoelii. Eandem sequitur Rosenmüller.

ac subjectivum sensum seu humanae mentis nostrae conceptum auctoritati divinae surrogemus. Itaque ne in gravi adeo negotio huic deceptioni subdamur. ecclesia infallibilitate a Christo praedita suppeditat nobis dogmaticam Scripturae interpretationem: sicque certi efficimur nos purum Dei verbum sequi, iliique obtemperaro in aliquo, quod ab illa pendeat, dogmate profitendo. Quo fit ut per dogmaticam interpretationem ecclesia quidem sit supra quamlibet privatam cujusque nostrum interpretationem, in qua labi possumus ac decipi, minime vero supra ipsum verbum Dei, quod absonum esset ac absurdum. Attamen protestantes stultam ejusmodi difficultatem serio adhuc urgere non desinunt!

189. Ad 3- *Neg.* ex modo dictis, ex quibus potius colligitur vere protestantes in eo. quod tuentur systemate, hominum verbo inniti dum privata ac fallibili interpretatione unice suffulti, aliquod putant fidei dogma profiteri. Cum enim elementum humanum elemento divino facile substitui possit, dum rentur se credere ex auctoritate divina, reipsa nisi ex auctoritate humana non credunt. Ab hoc autem periculo prorsus catholici liberantur, ac certi sunt se fundatos esse *super fundamentum apostolorum et prophetarum:* dum protestantes vereri jure optimo debent ne sint fundati super fundamentum Lutheri, Calvini, Zwinglii, Socini, Wesleyi, aliorumque ejusdem furfuris hominum, qui duces sese caecorum constituerunt.

190. Ad 4. pariter A' Sed nos robur accipimus ac firmitatem ex verbo Dei: de cujus vero sensu certissime per dogmaticam ecclesiae interpretationem liquet. Ecclesiae quippe infallibile magisterium semper et unice exercetur quoad nos. Scriptura altero. siquidem verbum Dei, incapax est intrinseci incrementi auctoritatis cum totam, qua pollet, auctoritatem habeat ex sese: verum non ita se res habet quoad nos, qui nempe regula proxima certa atque infallibili indigemus. qua certi efficiamur quaenam Scripturae sint quae contineant verbum Dei, et quinam verus ac genuinus ejusdem sensus existât. Hoc porro illud est quod praestat ecclesia ejusdem custos et interpres a Deo ipso constituta ne in errorem dilabamur.

PROPOSITIO ni.

Protestantes, abjecta ecclesiae auctoritate. numquam certi esse possunt de dogmatica Scripturarum interpretatione.

191. Haec propositio ex praejacta notione de interpretatione dogmatica, et ex disputatis praecedenti propositione, suo veluti ex germine efflorescit.

Etenim si dogmatica Scripturarum interpretatio illa est quae non solum pro objecto habet veritatem aliquam ad fidem moresve spectantem, sed in suo praeterea conceptu involvit juridicam et infallibilem auctoritatem quae

dubium quodvis excludat, ac vim habeat illos, quibus proponitur, cogendi ad assensum praebendum, cum praeter ecclesiam talem vindicare auctoritatem sibi possit nemo, necessario infertur, protestantes qui auctoritatem abjiciunt ecclesiae, numquam posse certos esse de dogmatica Scripturarum interpretatione.

192. Neminem porro praeter ecclesiam sibi juridicam illam ac infallibilem posse auctoritatem tribuere, qua se aliosque ad certo assentiendum privatae interpretationi adducere queat, facile evincitur sive ipsam rei naturam expendendo, sive systemata a protestantibus singillatim excogitata, sive demum perpetuam ipsam adversariorum agendi rationem.

193. Ut autem a primo incipiamus, evidens est, neminem privatum id sibi arrogare, unquam posse quod toti denegat ecclesiae: nam si ecclesia universa decipi potest in vero Scripturarum sensu assequendo, profecto qui stultus et amens plane non sit, fateri debet, multo magis quodlibet individuum falli posse. Idem de auctoritate dicas oportet: nam si neque ecclesia ipsa in aliquem potest exercere auctoritatem juridicam, ita ut hic subjici ejus dogmaticae interpretationi teneatur' multo eam minus exercere privatum quodlibet ejusdem ecclesiae individuum valebit. Quare jure optimo Rousseau sic perstringebat genevensis coetus pastores: „Demonstretur mihi, meam auctoritati cuicumque rationem subjicere me debere (in fidei negotio), et cras catholicus ero.“ | Vel ipse nimirum communis hominum sensus hoc dictat. Quod si nemo sibi arrogare infallibilitatem et auctoritatem potest, jam sequitur nemini certo constare posse de qualibet dogmatica Scripturarum interpretatione, ita ut quodvis dubium tum a se tum ab aliis amovere queat; immo nec ipsa quidem dogmatica interpretatio fingi ac concipi animo valet.

194. Neque id minus evidenter colligitur, si rite expendantur singula a protestantibus invecta systemata circa dogmaticam Scripturarum interpretationem. Haec enim, ut vidimus, sunt aut Scriptura ipsa, aut solus spiritus privatus seu, ut modo loqui adamant, individualis ratio, aut spiritus privatus per interiorem illustrationem a Spiritu S. unicuique communicatam edoctus, vi cujus certus quisque efficiatur de vero sacrae Scripturae sensu independenter ab ecclesiae definitione, aut etiam adversus illam. Haec praecipua sunt systemata ad quae caetera, si quae sunt, revocari facile possunt.

195. Porro minime talem esse Scripturam posse patet 1. ex eo quod ipsa mortua sit, nec sententiam dicere valeat, si qua circa rectam sui intelligentiam controversia exoriatur, Patet 2. ex eo quod controversiae omnes praecise versentur circa ejusdem Scripturae sensum, cum nullus unquam

*) En ejus verba: ..Qu'on inc prouve quo je dois soumettre ma raison a une autorité quelconque, et dès demain je suis catholique.“ Apud auet. opuse. cit. *Le utinistre* etc. pag. 81.

haereticus extiterit qui non appellas erit ad Scripturam, quam sibi aperte adstipulari pro certo sumpsit.·' Sane lutherani, anabaptistae, calvinistae, et zwingliani ad unum omnes solam Scripturam controversiarum judicem statuerunt: harumque sectarum quaelibet proferebat in medium testimonia, ut sibi quidem videbantur clarissima ad proprios errores adstruendos. Attamen in perpetuo semper conflictu secum inter fuerunt circa praecipuos doctrinae articulos de reali Christi praesentia in eucharistia, de baptismo infantium, de justificatione, praedestinatione aliisque non paucis, donec doctrinam aliquam positivam sectae istae retinuerunt. 3 Quod vero diximus do hujusmodi sectis, affirmandum pariter est do sectis quae iis praecesserunt, aeque ac de protestantismi innumeris ut ita dicam frustulis, quandoquidem eadem apud eas omnes agendi ratio ubique se prodidit. Si igitur nonnisi absurde ille statui veluti interpres seu judex posset qui litibus ipse causam praebuisset, apertum est nonnisi absurde affirmari, posse Scripturam solam esse suimet-ipsius interpretem judicemque controversiarum. Patet denique 3. ceteris omissis ex quadam inter religionem et politicum regimen analogia. Qui enim in regimine politico, dum lis agitatur, solam contenderet legem seu codicem esse interpretem et judicem sui, ac propterea sese magistratuum sententiae subjicere velle abnueret, is omnium consensu amens ac stolidus censeretur. Haud alia porro est amentia et stoliditas protestantium qui solum ac purum Dei verbum scriptum sui ipsius interpretem, fideique controversiarum judicem esse conclamant. 4

·) Apposite jam aetate sua de haereticis scribebat s. Augustinus epist. CXX. *ad Consentiunt.* n. 13. -Omnes enim haeretici, qui eas (Scripturas) in auctoritate recipiunt, ipsas sibi videntur sectari, cum potius suos sectentur errores: ac per hoc non quod eas contemnant, sed quod eas non intelliganl, haeretici sunt:' et clarius adhuc lib. VII. *De Genes, ad Utt.* cap. 9. n. 13: .Neque enim, inquit, non omnes haeretici Scripturas catholicas legunt; nec oh aliud sunt haeretici, nisi quod eas non recte intelligentes, suas falsas opiniones contra earum veritatem pervicaciter asserunt.·' Antiquus vero anonymus auctor apud Th. .Moore op. cil. ..Unam, scribit, perpetuo Scripturam clamitant; sed ubi ventum est ad eam, auditis quomodo legunt. Tam aperta sunt verba; in omnibus evangclislis sunt eadem. Omnia tamen pervertunt, omnia ad haeresim suam trahunt. Pag. 78. 79.

') Dixi: *donec doctrinam aliquam po suivant sectae istae retinuerunt;* nam exploratum est nunc demum in desperationem actas nonnisi negativam profiteri, quae scilicet consistat in rejectione catholicae doctrinae: atque exinde profluxit illa omnium sectarum externa saltem confoederatio qua inter se convenerunt sub generali protestanlismi denominatione adversus ecclesiam catholicam: in hoc consistit ipsarum vis, in negatione nempe fidei catholicae ejusque oppugnatione; in celeris unaquaeque pacifice sectatur *opinionem* suam; nec enim amplius agitur *de fide.*

4) Cf. Becan. *Manuale eontrov.* lib. L cap. 5. Si quis quaereret a Lulhcro quare ipse monachus cum fuerit cl voto continentiae adstriclus duxerit in conjugium Catharinaiu Boream sanctimonialem, responderet, uti reipsa respondit, quia scriptum est Gen. II. 18. -Von *est bonum esse hominem solum.* Si quis ab anglico consilio procerum *(parlamenlo* seu *camera)* sciscitaretur quare sanxerit divortium Henrici VIII. cum Catharina, reposuisset, quia scriptum

196. Neque vero spiritus privati seu rationis individualis systema felicius est praecedenti quod excussimus. Etenim non modo interpretatio quae n spiritu privato seu ratione individual! proficiscatur, dogmatica esse non potest, quia intrinseca destituitur infallibilitate et necessaria auctoritate: sed praeterea 1. religionem scindit, cum unusquisque diversa fere ab alio ratione, prout aniino *subjective* affectus est, eandem rem videre deque ea judicium ferre soleat: ex quo tot necessario interpretationes oriuntur quot capita existant5; 2. dubium et inconstantiam promovet in eodem subjecto, ut experientia apertissime docet; pronum quippe homini est sententiam mutare, quodque sibi hodie videtur certum, cras ut falsum repellere. Atque hujus sane inconstantiae haud pauca praebuit exempla Lutherus, dum ejusmodi systematis vestigiis inhaesit6, atque ut silentio praetereamus quae de Melanchthone aliisque protestantibus sive antiquioribus sive recentioribus possent afferri, qui in perpetua veluti aestuosi maris fluctuatione versati siint atque adeo versantur, satis sit exemplum petere ex Wesleyo methodistarum parente, qui nimirum sexies dogmata sua immutare non dubitavit7; 3. recta ducit ad

est, I. Reg. L 5. ..Quia Annam (Boleyn) diligebat;* et ita porro.

s) Id paulo ante vidimus admissum a Moshemio ipso cujus verba dedimus. Sane exinde profluxerunt quackcri, purilani, anabaplislae, baptistae, arminiani, gomarislae, antilapsarii, postlapsarii, superlapsarii, nonconformistae, terministae, scrvelistac, bissacramenlislae, collegiales, congregationistae, communicantes, episcopales, presbyteriani, dissentientes, laicocepbali, trisacramenlarii, pastoricidae, uncti, pajonislae, majoristae, syncrctislae, synergislae, abecedarii, patelislac, adiaphorili, osiandriani, antidophorislac, hcrrnhulistae, moravi, gabriclislac, anabaplistae sanguinarii, monasterienses, nudipedi, venatores hollandici, cornharistae, dissidentes poloni, infernales, davidistae, georgiani energislae, familistae, hotlmanislae, adrianislae, ambrosiani, heussusiani, amdorflani. antinomii, boreclitae, arrhabonarii, archontici, borignonistae, parliculalarislae, islcbiani, ubiquislae, confessionistae, philippistae, melhodislae, unitarii, rationalisée, mythici, etc. etc.

*) Lulherum Scripturis innixum in omnibus fore doctrinae articulis sententiam mutasse notissimum est ex controversiis Bellamini, qui passim has mutationes eidem exprobrat, nec dissimulant ejus asseclae. Ast Lutherus inconstantiam quidem suam prodit et principii a se adoptati falsilalem, nunquam tamen hanc suam agendi rationem in principium evexit; verum aetate hac nostra Schleicrmacher Lulheri discipulus ac professor berolinensis adslruxit Scripturam mulari singulis quindecim annorum periodis; quod et exemplo suo ostendit, siquidem ann. 1820 juxta ipsum ea docebat divinitatem Christi Jesu; anno vero 1835 juxta eundem Scriptura docet Christum Deum non esse. Haec leguntur in ephem. quae ab Humann professore Hallensi, et Umbreil professore Heidclbergensi editur cui lit. *Studia et critica.* Cf. Mohler *Symbol.* torn. Π. §. 42. pag. 80 cum nola interpr. Celebris vero De Wette in op. *Theologia et Religio,* pag. 274 scribit: «Ce serait rétrograder d'une manière dangereuse, que de vouloir imposer à l'église protestante un corps de doctrines *stationnaires* tel que celui de l'église catholique. Un tel projet serait aussi contraire à l'esprit du siècle; d'ailleurs, il n'est exécutable *que sous un chef de toute Γéglise protestante* apud *ministre* etc. pag. 130.

') Wcsleyus methodistarum parens prius fuit fervens anglicanus, deinde fluctuans incertus, postea fere papisla, ut ipse loquitur, a Petro Bohler deinceps moravianismo

socinianisnium ac rationaltemum; nant seinel ac ratio individuals fit Scripturarum interpres, eas sibi omnino subjicit, et ad nonnam suam subjectivam exigit, quo fit ut quidquid supernaturale est vel rejiciat, vel naturali modo interpretetur aut ad mythos amandet.R Sane sociniani mysteria omnia sustulerunt de medio; rationalistae praeterea omnia miracula et vaticinia, ac notionem denique ipsam revelationis atque inspirationis penitus evellerunt; 4. demum nihil tam absurdum et impium est circa principia sive speculativa sive practica, in quod ejusmodi systema suapte natura non perducat, ut historia protestantismi luculenter ostendit. ex qua discimus alios docuisse Deum esse auctorem peccati: alios Deum pro lubito suo homines ad aeternam perditionem condidisse: alios bona opera non solum inutilia existere ad salutem, sed omnino noxia: alios ad justitiam prodesse peccata9: alios Christum fuisse veteratorem10, immo christianismi tantum *ideam* fuisse cujus Paulus extitit *realitas* ", aliaque sexcenta impia et blasphema errorum portenta effutivisse. quae vel referre taedet ac pudet. Porro haec omnia aliaque ejusmodi ex systemate interpretationis per spiritum privatum seu rationem individualem praestandae ita profluxerunt ac profluunt, ut ejusdem systematis vi argui falsitatis numquam possint, ac omnia propterea protestantisme ipsi tribui par sit. 12

197. Postremo quam fallax systema sit de Spiritus S. interiori illustra-

addictus; factus moravus vaticinatus est se in perpetuum in hac professione mansurum; attamen paulo post professus est calvinisnium antinomianum, demum aetate provectus invenit speciem methodismi: in his porro perpetuis transitionibus semper innixum se profitebatur Scripturarum seu verbi Dei puri auctoritati. Cf. Dan. O'Connell, A *full Report of the procedings of the great catholic meeting of the catholics of London held at the Free Masons Hall on the* 15. *day ofJuly* 1839. Published by Thomas Jones n. 63; seu *Plena relatio eorum quae gestu sunt in mayno catholico congressu catholicorum londinensium, habito in aula liberorum moratoriorum nuncupata* etc.

liocinenlur apud hunc auctorem: ..D'apres la lot du développement et de la progression arithmétique le premier terme d'une série ne pouvant être plus grand que celui qui la termine, l'idée évangélique a dû être nécessairement inférieure dès son début à celle des intelligences actuelles. Conséquemment nous sommes forcés d'admettre, que le christianisme, d'abord Γ oeuvre de Jésus, a été travaillé par les évangélistes, puis par s. Paul et les évêques des premiers siècles. Or comme un homme ne peut mieux faire qu'un Dieu; et que Paul, apôtre, en fondant réellement le christianisme, a fait plus que Jésus; donc Jésus n' est pas Dieu. Il est l'idée, et Paul la réalisation." Cf. etiam Moore pag. 423.

s) De hoc argumento ex professo agemus in tertia parte hujus tractatus.

') De his omnibus documenta dedimus tum in tract. *De vera relig.* part. II. prop. IX. tum in hujus tractat, part. I. cap. 3· prop. II. η. 243 seqq. el not. appositis.

,0) Cf. Roselly de Lorgues *De la mort avant l'homme,* Paris 1841. pag. 40.

|·) Ibid. pag. 38. En quomodo isti ra-

*-) Jam alias animadvertimus hoc discrimen interponi inter errores catholicorum individuorum et errores protestantium, quod illi numquam tribui *possint* catholicae doctrinae, quae tota innititur principio auctoritatis; isti semper tribui *debeant* protestanlismo, qui totus innititur principio individuals discussionis et examinis. Illi propterea a regula corrigi possunt, isti nequaquam.

tione atquo interpretatione dogmatica Scripturarum sacrarum illius ope praebenda, pluribus persequi opus non erit. Etenim experimento ipso constat ejusmodi systema homines in apertam animorum conflictationem inducere, fovere *enthusiasmuni;* ut vocant, ac fanatismnm, ad infanda quaeque scelera propellere, ac demum ad ipsam Scripturam explodendam. Et sane 1. pertrahi homines ab hoc systemate in apertas conflictationes liquet ex eo, quod ii omnes qui sese Spiritu S. illustratos in Scripturis exponendis jactabant, contradictoria docuerint, eidem licet Scripturae innixi; lutherani e. gr. propugnabant paedobaptismum, eundem exeerabantur anabaptistae; lutherani item contendebant omnes indiscriminatim, ne daemone quidem excepto, sacramentorum esse administros posse, calviniani Scripturis pariter Spiritu Sancto, ut sibi blandiebantur, inspirante intellectis, arcebant faeminas a collatione baptismi etiam ubi instaret necessitas; lutherani *suo* Spiritu Sancto docente, absolutam tuebantur baptismi necessitatem ad salutem, calviniani eodem Spiritu illustrati eandem negabant quoad filios fidelium, et ita porro. Igitur non Spiritus S. qui *Spiritus veritatis* est, sed homines fallaci hoc systemate obcaecati sibi tribuerunt Spiritum S. ad errores omnigenos comminiscendos ac invehendos. 2. Animi item furorem seu fanatismum ejusmodi systemate in primis foveri, protestantismi abunde docet historia. Quanta enim eapropter sectariorum copia ex ipso protestantismi sinu veluti crabronum agmina pullularunt, a quibus ille in totidem veluti frustula misere scissus est! Cui non noti Storchius, Stfibnerus, Miinzerus, Cellarius sectae anabaptisticae antesignani13; Menno Simonis item auctor mennonitarum sectae14* Georgius Fox sectae quackerorum parens, aliique pene innumeri quorum longum nimis foret catalogum texere ? 15 Jam vero hi omnes Spiritu S., ut ipsi sibi facile suadebant. edocti, perduellionis vexillum adversus protestantismum quem primitivum dixeris, erexerunt, bellumque mutuum et atrox inter se concitarunt, quamquam cuncti a Spiritu S. in Scripturis interpretandis agerentur. 3. Impelli hac ipsa persuasione ad infanda crimina exinde liquet, quod tali non pauci furore correpti interdum sese a Deo excitatos proclamarint ad populos a servitutis, dominationis nimirum politicae, jugo eripiendos16, ad regnum

13) Cf. Môhler *Symbol,* livr. second. ubi documenta plurima invenies. Sane §. 54. *Inlrod.* tum chap. 1. *Les Anabaptistes ou les Mennonites,* §. 55. ubi de illis fanaticis scribit: ..Dans tous leurs crimes ils se croyoient les instrumens du saint Esprit.«

»<) Ibid. §. 62.

,4) Ibid. §. 64 seqq. praesertim vero §. 65. *Système des quakers - lumière intérieure;* et §. 66. *Effets de la lumière intérieure.*

·*) Cf. Milner, op. cil. tom. 1. lettr. VI. J. Bockholt se proclamavit regem Sionis, Monasterii potitus est, undecim simultanée uxores duxit, quas omnes postea interemit sub inspiratione Spiritus Sancti; Hermann a suo Spiritu S. impulsus se declaravit Messiam, clamans auditoribus suis: *occidite sacerdotes; occidite magistratus in mundo; poenitentiam agite, appropinquat redemptio vestra;* David Georgius persuasit multitudini, doctrinam V. et N. Testa-

Messiae, sen quintain in terris monarchiani fundandam, se novos prophetas dictitaverint, ut hominibus suaderent se liberos esse a proprietate, ut vocant, bonorum, proprietate uxorum, et proprietate superstitionis eum iis, quae indidem promanant, turpissimis consectariis. r 4. Postremo homines induci ad Scripturam omnem abjiciendam consequitur ex eo, quod si Spiritus S. docet interius homines veritatem necessariam ad salutem, quid ullo amplius exteriori adminiculo opus erit, cum hoc vim atque efficaciam suam ab ejusmodi inspiratione unice mutuetur? Sane anabaptistae rejecerunt Scripturam, quae nempe cum erroribus eorum conciliari non poterat, vehit apocrypham.[18] Eadem se gessit ratione Swedenborgins. qui non alios libros sacros admisit praeter Evangclia et Apocalypsim. vocavitque regnum Christi *regnum tenebrarum*. [19]

198. Ex levi hac veluti adumbratione consectariorum, quae ex principio de interiori 8piritus S. illustratione tamquam Scripturarum dogmatico interprete ac fidei regula proficiscuntur, non solum hujus doctrinae absurditas patet, verum etiam causa facile eruitur illius agendi rationis cui sectarii in fidei negotio inhaerent, prout postremo loco expendendum suscepimus. Cum enim protestantes compererint. immo penitus senserint quaelibet ejusmodi a se invecta systemata rem minime conficere quam sibi proposuerant, constituendi videlicet regulam firmam, certam ac infallibilem, qualis ad gignendam fidem plane requiritur, numquam in eodem statu constiterunt atque consistunt.

sectantur; modo domum cum rationalisas et mythicis omni prorsus supernaturalismo valedicunt. Nempe quo se vertant, seu verius, dolenter dico, ubi corruant nesciunt.'10

199. Ut igitur paucis, quae fusius pro rei gravitate disseruimus, complectamur: omnes conveniunt fidem theologicam absque regula aliqua proxima et infallibili cui sese homines subjicere debeant, haberi haudquaquam posse. Jam vero sublata seu rejecta ecclesiae auctoritate haec nuspiam apparet, non in Scriptura sola, non in sola individual! ratione, non in spiritu privato a Spiritu S. illustrato; ergo aut ecclesiae admittenda auctoritas, aut absque fide in perpetuo religioso scepticismo fluctuandum21; seu quod idem est, protestantes abjecta ecclesiae auctoritate numquam certi esse possunt de dogmatica Scripturarum interpretatione, quod demonstrandum assumpsimus.

DIFFICULTATES.

200. 1. Obj. 1. Non alia regula in Scripturarum interpretatione admitti par est praeter eam quam Deus ipse praescripsit: porro Deus constanter in controversiis homines ad legem ipsam remittit, ut Is. VIII. 20. ubi dicitur: *Ad legem magis et ad testimonium;* Christus ad Scripturas pariter pharisaeos provocat dicens Joann. V. 39. *Scrutamini Scripturas.* 2. Ratio vero in promptu est; siquidem constat Scripturam esse infallibilem, utpote verbum Dei, contra vero homines errori obnoxios existere. dicente apostolo Rom. III. 4. *Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax.* Ergo Scriptura, eaque sola sui interpres est, ac propterea controversiarum fidei judex.

201. Resp. Ad 1. A. *min.* Sed ad pontificem ac sacerdotes Deus remittit in controversiis, quae inter Hebraeos exortae fuissent, ut patet ex Deut. XVH. 8 seqq. 5? *difficile et ambiguum apud te judicium esse perspexeris ---- surge et ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad sacerdotes levitici generis, et ad judicem qui fuerit illo tempore, quaeresque ab cis judicii veritatem. . . Qui contempserit, nolens obedire sacer-*

îO) Scilicet protestantes, eorum pace sit dictum, vivam atque expressam illorum imaginem referunt, qui in campo Sennaar turri Babel aedificandae operam dabant. Putandusnc Deus sapicnlissimus ac misericors paler talem dedisse hominibus religionem qualem protestantismus profitetur! Hoc mihi videtur omnium paradoxorum maximum.

”) Cf. Opusc. Frid. Lucas *Reasons* etc. Seu *Motiva ad amplectendam fidem catholico-romanam exposita societati amicorum* (seu quackerorum), Lond. 1839. pag. 32 seqq. His enim motivis quae ibi ingenue studioseque evolvit, expergefactus optimus iste vir, ac veritatem sincero animo diligens quackerorum societatem cui adhaerebat deseruit, seque in quietum catholicae ecclesiae portum recepit in quo demum pacem quam hactenus frustra quaesierat, plenissimam nactus est. Plura hujus generis exempla, eaque perillustria, divina aspirante gratia, nobis affert nunc temporis Anglia, majora in dies, ut confidimus, allatura!

*dotis imprrio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo. et decreto judicis, morte morietur ille.*22 Sic etiam Christus edixit: *Qui vos audit, me audit..,. Qui ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.* 1,1

202. Itaque in ohjccto Isaiae loco prohibentur Judaei ne consulant pythonissas et hariolos contra legis vetitum ad futuros eventus cognoscendos, sed sacerdotes et prophetas adeant.24 Argumentum idcirco protestantium in hoc resolvi potest: Deus ex Isaia prohibuit populum suum ne ad futura «agnoscenda eventa consulerent hariolos et pythones; ergo Scriptura est interpres sui et judex controversiarum!

203. Christus vero de divina sua agens missione, cum tribus jam testimoniis, Joannis videlicet, miraculorum ac Dei Patris eam ostendisset, demum idipsum in objecto loco conficit Scripturarum testimonio, nam: *et illae sunt.* subdit, *quae testimonium perhibent de me.*35 Ergo non ad solam Scripturam pharisaeos Christus remittit, tamquam ad supremum judicem, neque eam solam dogmaticum interpretem constituit, sed ad Scripturam, quam Christus ipse eis explanabat, verum ejus sensum quem ei tribuebat comprobans, tum ex testimonio Joannis, tum ex testimonio miraculorum, tum ex testimonio Patris, a quibus difformes esse non poterant Scripturae rite intellectae. Hac de causa ut verum sensum assequerentur, non solum dixit *legite,* sed *scrutamini* Scripturas ad inveniendam veritatem, Nunc autem quoad nos omnibus iis testimoniis ad dogmaticam scripturarum interpretationem supplet infallibilis ecclesiae auctoritas.26

204. Ad 2. *D.* Homines sibi relicti errori obnoxii sunt, *Tr.* vel *C.* homines divina *adsistentia* suffulti, cujusmodi ecclesia est, N. Nam hoc ipso quod Christus commiserit ecclesiae suae magisterium, se ei adfuturum spopondit, ne unquam in errores dilaberetur dicens: *Euntes docete ... et ecce ego vobiscum sum* (docentibus) *usque ad consummationem saeculi.* Nemo

Absque dubio penes Judaeos eontroversiae quae apud ipsos exortae fuissent, praesertim majoris momenti, a synedrio ac summo sacerdote qui eidem praeerat, dirimebantur. Hoc expresse testatur Joseph Flavius qui in lib. II. *coni. Appion.* n. 23. ed. Havcrc. de sacerdotibus loquens haec habet: -Iis tamen unum semper aliquem praeesse genere principem, qui «cum aliis sacerdotibus Deo sacrificet, leges custodiat, si *quid erit controversum. arbitrio definiat* ---- ei qui minus paruerit, poenam huic luendam esse quasi adversus Deum impie iecerit.·' Opp. tom. 1L pag. 485. "Nondum enim stolidum istud protestantium commentum de Scriptura suimetipsius unica interprete cujusquam mentem incesserat. Cf. etiam Becanum *Manuale conlrov.* lib. I. cap. 5. n. 43 seqq.

-') Luc. X. 16; Matlh. XVIII. 17.

') En verba immediate praecedentia: ..Et cum dixerint ad vos: quaerite u pythonibus et a divinis, qui strident in incantationibus suis: numquid non populus a Deo suo requiret, pro vivis a mortuis? Ad legem magis etc." Cf. Sancliura tum in paraphrasi, tum in comment, in hunc loc. n. 36 seqq.

ai) Loc. cit.

îe) Hunc pariter textum egregie expendit card. Wiseman in op. cit. *Confer. /X.*

quidem inficiatur Scripturam quoad se et in ee infallibilem eeso et veritatem continere; difficultas tota est ex parte nostra, quoad rectam nimirum ejus intelligentiam. Hinc optime Bellarminus observat propositionem fidei tali syllogismo concludi: Quidquid Deus revelavit in Scripturis est verum; hoc Deus revelavit in Scripturis; ergo hoc est verum. Prima propositio certa penes omnes est, secunda apud catholicos est etiam firmissima; nititur siquidem testimonio ecclesiae, de qua habemus in Scripturis apertas promissiones quod errare non possit. Ast quoad haereticos nititur solis conjecturis, vel judicio proprii cujusque spiritus, qui plerumque videtur bonus, et est malus; et cum conclusio sequatur debiliorem partem, fit necessario, ut tota haereticorum fides conjecturalis sit et incerta27, seu in labyrintho opinionum perpetuo haeretici circumvolvantur. Quod si contendant protestantes, soli Scripturarum litterae inhaerendum esse, necessario in absurda eos dilabi necesse est, iidemque a Scriptura ipsa defectionis arguuntur. In Scriptura enim legimus diem sabbati sanctificandam, ipsi tamen recedunt a littera, ut sanctificent dominicam diem; legimus: Vos *debetis alter alterius lavare pedes,* quod ipsi tamen negligunt; Christus Matth. V. 39. ait: *Ego dico vobis, non resistere malo ... et ei, qui vult tecum judicio contendere, et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium,* quod nescio, an ipsi servent; haec porro aliaque ejusmodi pene innumera in Scripturis leguntur, de quibus tamen ne cogitant quidem protestantes.28 Cur nam? Quia non litteram, quae occidit, sed sensum et spiritum sequi se profitentur, seu juxta interpretationem quam ei affingunt; verum si ita est, ergo non sola Scriptura, sed ipsi sunt interpretes et judices.

205. II. Obj. Atqui Scriptura supponit in omnibus indiscriminatim

5:) Lib. III. *De Verbo Dei,* cap. 10. n. 28; cf. in hoc caput vindicias Ebermanni ■idversus Amesium, nec non Milner op. cit. *Excellence de la relig. catholique,* tom. I. lettr. IX. pag. 102 seqq. qui observat post SchelTmaclierum, numquam posse protestantes ex propriis principiis elicere actum fidei. Etenim .Col acte, *scribit ipse,* étant, d'après votre grande autorité, l'évêque Pearson, un assentiment aux articles révélés, *avec une persuasion certaine et entière* de leur vérité révélée *(in symb·* pag. 15.), ou, pour me servir des expressions de votre primat Walke: Quand je donne mon assentiment â ce que Dieu a révélé, je le fais non seulement avec une assurance *certaine* que ce que je crois est vrai, mais encore avec une *sécurité absolue qui ne peut être faux (Princ. relig. Christ,* pag. 27). Or le protestant, qui ne peut compter que sur ses propres talons dans l'interprétation des livres de l'écriture, surtout avec toutes les difficultés et les incertitudes qu'il doit éprouver . ... ne peut jamais atteindre à cette *assurance certaine,* et à celle *sécurité absolue,* relativement à tout ce qui est révélé dans récriture. Le plus qu'il puisse dire est: *le sens des passages que je vois me parait à présent tel et tel.* et, s'il est de bonne foi, il ajoutera: *mais peut-être changerai-je mon opinion après une plus ample considération, et après avoir comparé ce passage avec tC autres.* Combien il y a loin d'une pareille opinion simple â la certitude de la foi!"

1S) Recolantur superius dicta, el Milner loc. cit.

jus esse proprio judicio interpretandi sacras litteras; 1. enim apostolus I. Thess. V. 21. fidelibus omnibus scribit: *Omnia probate, quod bonum est tenete.* 2. Quod quidem monitum congruit indoli rationis humanae, quae indita nobis a Deo est ad ea intelligenda, quae sive voce sive scriptis nobis communicantur; 3. iisdem propterea hermeneuticae regulis quibus veterum quorumcumque auctorum scripta exponimus et interpretamur, exponere et interpretari aequum est auctores sacros, qui hominibus humano more scribebant. 4. Perabsurde proinde faciunt, qui librorum divinorum interpretationem, humano, ut pontificis romani, arbitrio subjiciunt.[29] 5. Sane nisi haec humano ingenio tribuatur facultas sacras litteras interpretandi, actum de scientia biblica esset, omnisque scientia concideret, cum satis foret pronas auctoritati ecclesiae aures praebere. Ergo.

206. Resp. *Neg. Subsumpt.* Ad 1. prob. *D.* Scribit apostolus probanda a fidelibus esse dona gratuita de quibus hic loquitur, *C.* probanda fidei dogmata per privatam Scripturarum interpretationem, *A* De his ne verbum quidem eo loci habet apostolus qui, cum ageretur de concilii hierosolymitani decreto, non *probandum* illud, sed *custodiendum* fidelibus tradebat.[30] Agit autem, ut patet ex toto contextu, de donis illis gratuitis quibus per eam aetatem abundabant fideles, nec omnibus fidendum monet, qui ea praeseferebant, sed caute ac prudenter de iisdem esse judicandum. [31]

207. Ad 2. *D.* In iis quae intra rationis fines continentur. *C.* in iis quae eam superant, vel illos limites excedunt, *A'* Talis porro est divina revelatio in suo complexu spectata, quaeque in sacris litteris continetur. Numquam illam Deus solius humanae rationis interpretationi subjecit, sed voluit omnino, ut humana ratio fidei subderetur; alioquin, uti ostendimus, actum prorsus de revelatione esset ac fide. Profecto rationalistae qui haec nobis objiciunt, non intelligunt verba apostoli IL Cor. X. 5. *Et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* Aliud autem est intelligentia Scripturarum exegetica sub debita subjectione ecclesiae auctoritati, de qua heic non pertractamus; aliud vero interpretatio dogmatica de qua loquimur, et ex

i9) Ila Ernestius in *Institui, interpret. N.* F. apud Wegscheid. §. 25. not. 6.

'°) Act XVL 4.

31 j Cf. quae praeclare in hunc loc. scribit Estius, qui ostendit hac apostoli sententia dupliciter abuti haereticos, et quoad *res* et quoad *personas,* atque utrumque *absurdissimum* esse affirmat, nec alio tendere quam ut in doctrina fidei nihil iifiquam certi sil, dum *omnia omnium* esamini et judicio semper relinquuntur. Vel ipse Grotius in Annotait, in hunc locum excludit suorum protestanlium interpretationem, scribit enim: »Hoc perlinet ad *διακρίσειl -νευμάτων (discretiones spirituum).* I. Cor. XIL 10: XIV. 29. Sic I. Joann. IV. I. *δοκιμάζετε τά πνεύματα (probate Spiritus).* Ergo *πάντα (omnia)* hic restringendum est ex antecedente ad ca, quae dicuntur ab iis, qui se prophetas dictitant.- Opp. ed. Amslelod. 1679. Tom. II. vol. IL pag. 946.

qua pendent fidei nostrae objecta. Ab hac vero solum Spiritus privati, eeu rationis individually interpretationem secludimus, ad quem certe finem naturalis ratio nobis a Deo minime indita est.

208. Aii 3· *I).* Si sermo sit de expositione exegetica seu scientifica, *Tr.* de hac enim postea: si de interpretatione dogmatica, A'. haec enim eodem Spiritu divino facienda est a quo Scriptura ipsa nobis est data; alioquin vere auctoritas Dei humano subjiceretur arbitrio, quod ex dictis repugnat.

209. Ad 4. *I).* Ac propterea perabsurde faciunt protestantes et rationalistae, *C.* catholici quibus auctoritas ecclesiae et rom. pontificis infallibilis est, A'. Ex catholica doctrina, dum sese fideles in interpretatione dogmatica Scripturarum ecclesiae subjiciunt, non humano judicio aut *arbitrio,* ut adversarii loquuntur, sed judicio omnino divino se subdunt, quod quidem patefit per auctoritatem infallibilem, praesenti nempe Dei praesidio jugiter suffultam. Contra vero, qui in interpretatione dogmatica sive proprium, sive alterius cujuscumque demum individui judicium sequuntur, vere subjiciunt se judicio et arbitrio suo vel alieno, ac propterea nec fidem habere unquam possunt, omnique vento doctrinae circumducuntur.

210. Ad 5. AT. Restat siquidem humanae industriae atque ingenio interpretatio exegetica et scientifica. ut paulo post declarabimus.

211. III. Obj. Esto neque Scripturam solam, neque expositam a spiritu privato aut a ratione individual! posse regulam esse certam ac infallibilem credendorum; 1. negari tamen nequit talem esse per interius testimonium Spiritus Sancti. 2. Nam passim Scripturae insinuant internum ejusmodi magisterium Spiritus Sancti, quo homines certi fiunt de veritate, ac proinde de recta Scripturarum intelligentia. Decretoria sunt Christi promissa Joann. XIV. 26. *Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia, quaecumque dixero vobis:* et v. 16. *Ego rogabo Patrem, et alium paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum. Spiritum veritatis;* et alibi saepe. 3. Eas porro promissiones omnes et singulos fideles, non ecclesiam vero solam in universum respicere, nedum ex verbis ipsis liquet, *docebit vos, suggeret vobis, maneat vobiscum,* quae distributiva sunt, sed constat praeterea ex collatione cum reliquis Scripturarum textibus; 4. apostolus enim I. Cor. II. 15. *Spiritualis,* inquit, *judicat omnia, et ipse a nemine judicatur;* 5. Joann. I. ep. II. 27. sic scribit ad omnes fideles: *Non necesse habetis, ut aliquis doceat* cm; *sed sicut unctio'ejus docet vos de omnibus, et verum est, et non est mendacium. Et sicut docuit vos, manete in eo.* 6. Quae quidem congruunt cum iis quae pollicitus est Deus per Jeremiam XXXI. 33. in Novo Testamento complenda: *Dabo legem meam in visceribus eorum, et in corde eorum scribam* fam ... *et non docebit ultra vir proximum suum . . dicens: cognosce Dominum; omnes enim scient me a minimo eorum usque ad maximum.* 7. Hoc

porro Spiritus Sancti testimonium. sive haec interior inspiratio atque illustratio. ut subdit Barclayus, evidens est, ac intellectum apte dispositum invincibiliter permovet ut ei assentiatur, eo plane modo quo axiomata mentem inclinant ad veritatum naturalium assensum; id non solum *utile*, sed plane *necessarium* est ad actum fidei eliciendum, cum nemo possit dicere *Jesum nisi in Spiritu Sancto*.[32] 8. Nec quidquam obstat, quod ejusmodi inspiratio incerta sit: aliud quippe est aflirmare revelationem seu inspirationem Spiritus S. certam esse et infallibilem, aliud vero hoc vel illud peculiare individuum eam omnino tenere; prius a nobis adstruitur. minime vero posterius, in quo fatemur decipi utique homines carnales posse atque illudi. 9. Facile autem veritas aut falsitas inspirationis secernitor, si illud prae oculis habeas, testimonium Spiritus S. haud unicam esse medium, seu non dari ad exclusionem mediorum externorum, Scripturae videlicet rectaeque rationis: quapropter si contigerit quempiam obtrudere inspirationem, et quidquam docere quod Scripturae rectaeque rationi adversetur, illico deprehenditur eundem fuisse illusum et sua omnino dare, non autem divina inspiratione moveri. Qua quidem de causa jure merito gnosticorum antiquiorum recentiorumque anabaptistarum commenta vehit impia explodantur. 10. Ceterum ex eo quod nonnulli interiore hac Spiritus S. illustratione abusi sint, ejusmodi velle testimonium utpote fallax ac incertum profligare, perinde esset ac contendere humanam abjiciendam esse rationem, immo et Scripturam ipsam, eo quod aliqui utraque pessime abusi fuerint ad incautos decipiendos.[33] Ergo.

212. **Resp.** Ad 1. *D.* Nobis certo manifestatum per ecclesiae oraculum, C. prout cuilibet individuo subjective innotescit, A'. Nos enim non inficiamur, immo contendimus, opus esse testimonio Spiritus S. ut Scripturae rite intellectae infallibilem nobis pariant certitudinem: neque in hoc ulla occurrit controversia. Verum in eo tota quaestio versatur, utrum hoc testimonium nobis per ecclesiae auctoritatem, cui pollicitationes de divino eoque jugiter praesenti praesidio factae sunt, innotescere debeat, an vero per assertionem cujuslibet e privatis hominibus, quos omnes illusioni ac deceptioni obnoxios esse quis dubitet? Itaque si quidpiam doceatur ab iis quod ecclesiae doctrinae refragetur. certissimo id est argumento eos fuisse deceptos. Nec enim testimonium Spiritus S. sibi repugnare unquam potest.

213- Ad 2. *D.* Quae afficiant totam ecclesiam, *C.* singula ejus membra, vel N. vel *subd.* quatenus eidem, seu ejus magisterio subjecta sunt, C. absque ejusmodi subjectione, A'. ob rationem in superiore responsione allatam. Scriptura enim in eo perpetuo est ut unitatem fidei et caritatis, obedientiam et subjectionem iis qui legitime praesunt inculcet: hinc fieri nequit ut abs-

[32]) I. Cor. XII. 3. [33]) Ita apud Frider. Lucas op. cit. pair.

que ejusmodi imitato et subjectione possint alicui competere illae pollicitationes: quandoquidem utraque unitas penitus scinderetur. Deberent praeterea adversarii ostendere, penes se solos roperiri ejusmodi inspirationes, quas confidenter jactant, non autem etiam apud catholicos, quod ipsi quonam praestituri sint pacto, vehementer expectamus.34 Itaque in adductis testimoniis alloquitur Christus universos apostolos, ac in illis ecclesiam universam docentem.

214. Ad 3. A; Collectiva enim sunt Christi verba, et si unum excipias Petrum, nemini in particulari quidpiam Christus promisit. Quod si per qnandam voluti extensionem ad quemlibet referri posse dicantur, adeo ut fideles singillatim de iisdem quodammodo participent, id eo semper sensu intelligendnm est, quatenus iidem unum sunt cum ipsa ecclesia, ac praeterea juxta mensuram quae unicuique congruit, ut ex ministerio ac magisterio ecclesiae proficiant.

215. Ad 4. *D.* Spiritualis seu perfectus solidusque Christianus interiore lumine illustratus judicat, id est, discernit omnia, terrena nempe et divina, ad propriam aliorumquo aedificationem, *C.* judicat judicio definitivo et dogmatico, A'. Hoc enim absonum est et ab apostoli mente imprimis remotum, qui loc. cit. unice contendit, animalem hominem judicium de iis ferre non posse quae supernaturalia sunt atque divina, cum divino ad hoc lumine opus sit; qui vero divinitus mente sunt collustrati, non divina solum possunt, sed terrena etiam judicare atque cognoscere. Hi semper profecto fuerunt, sunt atque adeo erunt in vera Christi ecclesia divinis charismatibus praediti.35 Attamen unquam ipsi sibi judicium dogmaticum aut dogmaticam Scripturarum interpretationem arrogare ne cogitarunt quidem, sed judicio e contra et interpretationi ecclesiae toto animo adhaeserunt. Accedit nos latere qui ejusmodi homines vere spirituales sint, aut saltem nobis de iis certitudine fidei non constare. Quid? quod nec semper omnia cognoscunt, et cum Deus iisdem non omnia revelet, in pluribus labi queunt.36

216. Ad 5. *D.* In iis, quae jam ab apostolis didicerunt, *C.* universim et absolute, *N.* Totus hoc loco apostolus est ut fideles a seductione haereticorum avertat, quos seductores vocat et antichristos, quique sub obtentu accuratius fideles instruendi falsis illos doctrinis illudebant. Ut igitur ab istorum

34) Ecquis dicet tot sanctos viros qui quavis aetate in ecclesia floruerunt catholica. et scriptis caelesti plane -unctione refertis eam aedificarunt, ut auctor *Imitationis Christi,* s. Theresia, s. Franciscus Salesius, Bellarminus in suis libris asceljcis, Fenclonius, aliiqne pene innumeri, quis, inquam, affirmare audebit omnes fuisse Spiritu divino destitutos, ac solos Lutherum, Calvinum, Zwinglium, aliosque pessimos homines, aut Barclayum, quackcrns. methodistas solos divino Spiritu agi? An vel ipse communis sensus ab hoc affirmando non refugit?

3') Cf. Bernard, a Picon. *Tripler exposit.* in hunc loc.

J6) Cf. Bellarmin. *de verho Dei.* lib. III. cap. 10. n. 15.

luporum faucibus Christianos illos eriperet Joannes, eosdem monebat uti praecaverent se ab illorum doctrina et seductione, cum omnia scitu ad salutem necessaria comperta haberent. ..Quomodo, inquit Bellarminus, si catholicus aliquis scriberet catholicis, qui ab haereticis obsiderentur et perturbarentur. non necesse habetis, nt aliquis lutheraniis vel calvinista doceat vos doctrinam Christi: omnino enim quae vos scire oportet jam didicistis et tenetis ex praedicatione ecclesiae, adjuvante unctione Spiritus Sancti.37 Sane paulo ante objecta \erba sic Joannes ait: *Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem. sed quasi scientibus eam:* et: *\'os quod audistis al> initio, in vobis permaneat, haec scripsi vobis de iis, qui seducunt vos. 38*

217. Ad 6. *D.* Pollicitus est Deus per Jeremiam gratiam uberiorem ad servandam legem, et pleniorem cognitionem unius Dei. *C.* magisterium internum ad interpretandas Scripturas, externo magisterio nempe ecclesiae secluso, A' Nam de hoc in objecto loco ne verbum quidem occurrit. 39

218. Ad 7. *D.* Ejusmodi Spiritus S. inspiratio movet ad assentiendum fidei nobis ab ecclesia propositae per pium credulitatis affectum, ad quem etiam necessaria est, *C.* ad assentiendum privatae uniuscujusque interpretationi, aut ad fidem sibi propriam excudendam. iV. Duo haec male permiscet adversarius quae vehementer inter se dissita sunt, inspirationem videlicet, quae necessario requiritur ad assensum fidei veritatibus nobis ab ecclesiae magisterio propositis praestandum, atque inspirationem illam qua quis sibi peculiare suum fidei systema pro arbitrio efformat ac fingit. Porro Spiritus S. inspiratio, seu testimonium certissimum in se est ac infallibile, immo et necessarium ad eliciendum actum fidei supernaturalern, ut suo loco docuimus40; cum tamen Deus juxta ordinariam providentiae suae rationem statuerit mediis exterioribus, magisterio nimirum ecclesiae, fidei nobis objecta credenda proponere, magisterium suum internum cum externo magisterio conjungit, ut in salutarem fidei actum erumpamus. Ex utriusque proinde magi-

3S) I. Joann. II. 21—25.

'') Si quis vellet hunc textum urgere, sequeretur vel ipsam Scripturam abjiciendam esse vduti superfluam ac ihutilcm. cum Deus ipse nobis ingerat cognitionem sui. Itaque juxta probatiores interpretes post s. Augustinum et Aquinatem objecta verba exponuntur de abundanliori gratia, quam pollicetur Deus se daturum iu N. T. ad practicam legis observationem. Cf. Sanctium in Jcrem. XXXI. 33. ubi fuse et eleganter, ut solet, totum hunc textum explanat, nec non Esliuin in comm, in epist. ad Hebr. VIII. 7,8,9: et X. 16- Rosenmüller, ulpole bonus rationalist», nulla ratione habita ad. apostolum, qui in loc. citt. hanc praedictionem refert ad Novum Testamentum, expunit de ampliori Dei cognitione, ac legis studio dandis judaeis reducibus a captivitate babylonica. Verum etiam ex hac expositione nihil extunditur quod proteslanlibus faveat. Mirum proinde est, Vinei in suo op. *Essai sur les manifestations des convictiones religieuses,* Paris 1842, adhuc huic inniti testimonio, ut excludat ecclesiae magisterium. Sed quo non ducunt anticipata sectae judicia?

*) In tract. *De gratia,* part. I. cap. I. prop. I el II.

sterii conjunctione certi nos, immo infallibiles efficimur circa vemm fidei objectum, cum nos fallere nequeat Spiritus Sanctus dum nos inclinat ad certe consentiendum; nec fallere nos possit ecclesia in vero lidei objecto nobis proponendo. Dempto autem exteriori ecclesiae magisterio numquam certi efficimur de vero lidei objecto, cum decipi facile possimus assumendo proprium sensum tamquam Dei inspirationem. Certo autem illudimur ac decipimur, si feramur in objectum aliquod aut doctrinam doctrinae ecclesiae adversantem, eum Deus sibi contrarius esse non possit. Quod si Deus proposuisset unumquemque singulatim interius veram lidem docere, neque nobis dedisset Scripturam, neque instituisset ecclesiam, neque prophetas et apostolos, immo nec Filium suum ad nos edocendos misisset; quae quidem omnia cum facto pugnant, ac proinde evincunt Deum noluisse homines ad lidem adeoque ad salutem per solam interiorem inspirationem perducere.41

219- Ad 8. **Resp.** immo valde obstare; nec enim dubium versatur circa inspirationem *in se* seu *objective* spectatam, sed prout excipitur in *subjecto.* Nam si certi semper essemus de vera inspiratione divina, jam nulla superesset controversia; verum in eo difficultas est, quod de illa inspiratione plane simus incerti.

220. Ad 9. In sensu adversariorum, A'. Nec prosunt criteria, quae ipsi proponunt, ad secernendam inspirationem veram a falsa. Etenim non prodest Scriptura, cum ex inspiratione, posito adversariorum principio, deberemus in primis libros divinos a non divinis secernere; deinde germanam illius intelligentiara pariter ab inspiratione deberemus assequi. Quapropter qui pro certo haberet se a divina agi inspiratione, et tamen aliquid animo imbibisset quod Scripturae adversaretur, is profecto aut Scripturam ex ea saltem parte respueret, aut talem ei affingeret interpretationem, quae cum suo praeconcepto errore conciliaretur, id quod haereticis omnibus semper solemne fuit.42 Nec quidquam melius praestabit recta ratio: quis enim unquam persuadebit haeretico errores ejus rectae rationi adversari? Immo pugnabit ipse contendetque opiniones ac placita sua eidem plane congruere, prouti contende-

4I) Tantam porro vim habuit hoc argumentum in animum egregii Friderici Lucas qacm nuper laudavi, ut profiteatur se eo maxime permotum esse ut societatem *amicorum,* nempe quackerorum, desereret, atque ad ecclesiae catholicae veritatem confugeret. Cf. cit. ejus opusc. pag. 31 seqq.

41) Sane Lutherus ex praeconcepla sententia de inutilitate bonorum operum ad justificationem ac de sola fide justificante, non solum rejecit uti *stramineam* epistolam s. Jacobi, quae e diametro adversatur huic haeresi, sed praeterea in sua editione Bibliorum adjecit verbis apostoli Rom. III. 28. vocem *solam:* cum vero hac de re monitus esset, respondit: *Sic volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas.* Cf. Becan. J/«-*nuale controv.* lib. I. cap. 15. quaest. 4. n. 3. Ita se se gesserunt antiquiores haeretici , quos propterea patres, ct in his s. Irenaeus et Tertullianus vocant *Scripturarum corruptores :* ita rccentiores, ut Bcza, aliique passim, ut paulo post ostendemus. Interim cf. Barth. Germonium S. J. *De veteribus haereticis ecclesiasticorum codicum corruptoribus,* Paris 1713. Lib. I et II.

bant et antiquiores gnostici, et recentiorcs anabaptistae ac swedcnborgiani. Si propterea semel admitteretur adversariorum principium, nulla amplius suppeteret via qua ipsi possent ab erroribus revocari. M

221. Ad 10. *Nep. Conseq.* Ex proposita enim difficultate hoc tantum iegitime inferri potest, explodendum nimirum esse adversariorum systema, quod reipsa fallax ct incertum est. Siquidem non testimonium aut inspiratio Spiritus Sancti *in se* et *objective* fallax est et incerta, sed uti superius diximus. prout *in subjecto* recipitur, quod falli quidem ac decipi potest. Sic certe nec Scriptura nec recta ratio ob earum abusum rejici debent, sed corrigendus abusus promanans ex homine qui legitimam auctoritatem et magisterium ecclesiae repudiando, tum *depravat Scripturas ad suam perditionem,* tum ratione ipsa ad falsa sua systemata confingenda pessime abutitur.

ARTICULUS II.

DF. EXEGETICA SEU SCIENTIFIC. SCRIPTURARUM DIVINARUM INTERPRETATIONE.

222. Quamvis exegetica seu scientifica Scripturarum sacrarum expositio proprie ad theologum non pertineat, cum hanc provinciam sibi vindicent saerarum litterarum professores, quorum est etiam ex instituto agere de critica biblica, uti monuimus, ac de hermeneutica, de archaeologia sacra, aliisque ejusmodi argumentis, cum nihilominus protestantes in ecclesiam catholicam conflent invidiam ex principio auctoritatis in interpretatione dogmatica Scripturarum, cogimur vindicias ecclesiae etiam ex hac parte suscipere. Protestantes namque solent ecclesiam catholicam incusare, quod sacrorum Bibliorum studia retardet, ac scientiam sacram arctis nimis veluti vinculis constringat, dum suam sequi interpretationem, aut saltem non recedere interprêtes jubet ab unanimi sanctorum patrum expositione. Protestantes praeterea recentiores eas regulas ac principia in critica, hermeneutica atque exegesi biblica statuunt et consectantur, quae Scripturam ipsam labefactant, ac omnem ei pene religiosum *valorem* adimunt. Verum enim vero quod magis sincero cuilibet catholico dolendum, illud est, nec defuisse neotericos, qui presse nimis protestantium vestigia prementes viam in scientia biblica inierint, quae vix aut nullatenus cum germana catholica doctrina consistere valeat.

223. Quoniam tamen, ut praemisimus, neque nostri instituti est haec data opera persequi, neque omnino praetermittenda esse putamus, ne auditores nostri praesentem hujus scientiae statum penitus ignorent, mediam sectabimur viam, nullam instituendo peculiarem propositionem, paucis rcfel-

4Ï) θi· (luae Aversus nuperos qui cum quackeris hac in parte conveaiunt, scribit Arigler in sua *pietistas biblica generali,* Viennae 1813, in *parte Isagogica* §. 17. *De lumine interno.*

Iere contenti calumniam a protostantihus ecclesiae impactam, ac simul ostendere quid tridentinae synodi decretum demum importet dum vetat, ne quis sacras Scripturas interpretari audeat, contra eum sensum quem tenuit ac tenet ecclesia, vel contra unanimem patrum consensionem.[1] Exinde eruemus essentialia discrimina, quae necessario interponi debent inter criticam, hermencuticam et exegeticam biblicam catholicam, et protestantem. Demum nonnullas complectemur regulas quibus sese regat catholicus theologus necesse est, si quidem a sincera catholica norma in expositione et interpretatione sacr. Scripturae cum suo caeterorumque damno nolit desciscere.

224. Ac I. quidem quam injusta sit accusatio in ecclesiam catholicam per protestantes intorta, perinde ac si illa dum tale sanxit decretum, studiorum biblicorum incrementis detrimentum inferret, patet ex eo, quod ipsa non rectum usum, sed abusum dumtaxat interpretationis decreto illo coercere sapienter intendat. En ipsa decreti verba: „Ad coercenda petulantia ingenia decernit (synodus), ut nemo suae prudentiae innixus, in rebus fidei et morum, ad aedificationem doctrinae Christianae pertinentium, sacram Scripturam, ad suos sensus contorquens, contra cum sensum quem tenuit et tenet sancta mater ecclesia, cujus est judicare de vero sensu et interpretatione Scripturarum, aut etiam contra unanimem consensum patrum, ipsam Scripturam sacram interpretari audeat.“[2] Ex his porro verbis intelligimus Tridentinum non aliud sibi proposuisse, quam limites certos figere ultra quos progredi catholico interpreti fas non sit. Hi limites praestituuntur a sensu ecclesiae unanimique patrum consensu in iis, quae pertinent ad *fidem et mores,* atque *ad aedificationem Christianae doctrinae.* Quo quidem nihil aequius excogitari potest: cum enim .Scriptura in *gratiam* religionis data nobis a Deo sit, et in Christianae seu catholicae fidei praesidium, aequum erat ut interpretes certis ut ita dicam cancellis continerentur, immo et apte regerentur in Scripturis exponendis, ne proprio sensui plusquam par est indulgerent in catholicae ipsius fidei detrimentum. Quemadmodum enim si flumina intra alveum suum contineantur, valde prosunt, ac publicis privatisque commodis opportune inserviunt: contra vero si extra alveum erumpant alluviones undequaque important et vastitatem; ita plane si interpretes sacri verum Scripturae spiritum consectentur, qui ex sensu ecclesiae sanctorumque patrum exurgit, fidei ac religionis causam promovebunt: si secus fecerint, maximo eidem erunt nocumento.

225. Ceterum praeter ea quae ad fidem moresque pertinent, plura sunt

') Quod *negative* heic conc. tridentinum statuit, ne scilicet quis interpretetur sacram Scripturam contra unanimem patrum consensum, in professione fidei edita a Pio IV. *positive* exprimitur, cum in ea quilibet profiteatur numquam se interpretaturum eandem Scripturam nisi juxta unanimem ss. patrum consensum, in his videlicet quae ad fidem et mores perlinent.

a) Loc. cit.

in quibus possunt catholici expositores ingenium suum naviter exercere. Critica enim, philologia, quae supponit aut requirit antiquarum notitiam linguarum. chronologia. geographia, historia, archaeologia, aliaquo peno innumera latissimum catholico exegetae campum aperiunt in (pio semper proficere possit. Quid vero dicendum de inquisitionibus in multiplicem Scripturae sensum, in iis quae conferunt ad penitiorem sibi doctrinae dogmaticae ac moralis cognitionem comparandam, atque ad ampliorem illorum locorum illustrationem quibus Christiana doctrina fulcitur, prout ecclesiae patres et interpretes catholici quovis tempore praestiterunt pro ingenti quo erga catholicam fidem amore tenebantur, licet plenam in ecclesiam subjectionem animo atque ore profiterentur?

226. Sane experientia constat nulla obesse ratione tridentinum decretum catholicis interpretibus biblicae exegeseos incremento. Quot enim ab illa inde aetate in ecclesia catholica interpretes atque exegetae doctissimi floruere, vix ut numerari possint P Qui tamen omnes et mirifice Scripturam quaquaversus illustrarunt, et optime simul de re catholica meriti sunt. Quibuscum si conferas exegetas protestantes, habes unde mireris ingens inter utrosque discrimen. Nam isti ut plurimum aridi sunt, sicci, inconstantes, verba, ac phrases grammaticales vix non unice consedantes, quos propterea verius philologos quam interpretes ac expositores vocaveris. Illud vero quam frequens in ipsis, ut dum auctores nostros gravi supercilio notant, et contemptui habere se ostendunt, complura ex iis exscribant, caute tamen ac suppresso nomine, ne se catholicorum copiis ditatos prodant. 4 Catholici vero Scripturarum expositores magna ex parte uberrimi veluti fontes exundant, ita ut non mentem solum, sed et legentis animum suavissime pascant, pietatemque

s) Horum census videri potest apud Calmet, qui in sua *Bibliotheca sacra,* quam praemisit volumini primo *Dictionarii historici etc. Sacrae Scripturae,* omnes recenset interpretes catholicos et protestantes qui sive in universam Scripturam, sive in singulos utriusque Testamenti libros aut speciales eorum partes commentaria usque ad aetatem ejus ediderant. Ex hoc catalogo cui uon minima fieri posset additio, colligimus nec numero, nec praestantia catholicos interpretes protcstanlibus inferiores esse, immo utroque longe istos superare, etiamsi ab aetate concilii tridentini eos recenseamus. Nathanael Sotuellus in *Bibliotheca scriptorum Soc. Jesu,* quam perduxit usque ad ann. 1675 supra lercentum commemorat sacr. Scripturae expositores e sola Societate. Nicolaus Antonius in *Bibliotheca hispanica nova* supra quingentos hispanicos recenset. Jam vero quot addi possent elencho Sotuclli et Nicolai Antonii! Quis recenseat tum aliorum religiosorum ordinum, tum aliarum gentium interpretes? Cf. Andres S. J. *Dell' origine, progressi e stato atluale di ogni letleratura,* Roma 1817. Tom. VII. *Scienze ecclesiastichc, della scienza biblica.* cap. 3. pag. 510 seqq.

4) Nos identidem hujuscemodi protestantium agendi rationis exempla dedimus, sed cf. J. B. Glaire, *Introduction historique et critique aux livres de l'Ancien et du Nouveau Testament,* Paris 1839. II. *append.* au chap. 6. II. pari. 5. pag. 517 seq.

nutriant augenntquo.5 Injusta proinde ac falsa est «catholicorum incusatio quod ecclesia quoquomodo sacrarum litterarum studia retardet ac elanguescere sinat, quum potius summopere commendet ac provehat. Huc certe spectat quod ab eadem tridentina synodo statutum est: *Ne caelestis iUe sacrorum librorum thesaurus, quem Spiritus Sanctus summa liberalitate hominibus tradidit, neglectus jaceat, statuit et decrevit,* ut constituerentur ubique locorum, qui idonei essent *ad sacrae Scripturae expositionem et interpretationem* populo faciendam, et cathedrae de Scriptura sacra in gymnasiis erigerentur. 6

227. II. Quod vero ad essentialia discrimina spectat, quae necessario intercedere debent catholicos inter et protestantes circa criticam, hermeneuticani et exegesim biblicam, ea quidem sua veluti sponte profluunt ex contrariis principiis quibus utrorumque institutio innititur. Etenim catholici ex principio auctoritatis quae catholicae professionis fundamentum constituit, integrum ab ecclesia sacr. librorum canonem accipiunt, ab eademque dogmaticam interpretationem, vcrsionem. ac normam denique exegeticae expositionis mutuantur. Quare non admodum solliciti sunt de critica et hermeneutica biblica; quibus nempe tantum impendunt studii quantum opus est ad rationem de ecclesiae doctrina circa ejusmodi articulos reddendam, ad eamque tuendam vindicandamque ab impugnationibus adversariorum. Ipsi, ut verbo dicam, jam habent aedificium absolutum sane ac perfectum, in cujus possessione firme ac secure consistant, nec nisi titulos propterea legitimae hujus possessionis defendunt.

228. Contra vero protestantes ex opposito principio liberi examinis 'debent in primis aedificium ipsum e solo, ut ita dicam, erigere, immo materiam ipsam quae tantae huic moli aedificandae necessaria est, quoad singulas suas partes conquirere et congerere; prius nempe inquirant oportet utrum existât Scriptura sacra, quibusnam libris constet, utrum omnes libri in singulis suis partibus integri et absque ulla interpolatione ad nos usque pervenerint, quinam insuper canonici ac divini sint censendi. Age vero, debent deinde verum ac nativum sensum determinare, ac fidei demum articulos sibi exinde componere. Haec autem omnia ex genuino protestantismi systemate quilibet ex sese praestare et efficere tenetur, idque sane tali certitudine, quae fidem theologicam *subjective* gignere valeat, omnemque propterea errandi formidinem

5) Satis est specimen sumere ex commentariis super prophetas Gasparis Sanclii, ei comment, v. Bellarmini in psalmos et P. Berthier pariter in psalmos, Bernardini a Piconio in epistolam s. Pauli, aliorumque passim, qui pietatem ubique el unctionem plane coelestem spirant. Si quis hos conferat cum expositionibus Semleri, utriusque Rosenmfilleri, Kuinoelii etc., deprehendet tantum illos inter et istos discrimen intercedere quantum intercedit medullam inter et ossa, spiritum et corpus, caelum et terram. Ecquid aliud expectes ab iis qui nonnisi terrena sapiunt? Cf. Glaire op. et loc. cit. pag. 507 seqq.

6) Sess. V. in decreto de Reform, cap. 1.

tollat. Diximus *quilibet sese efficere haec omnia tenetur,* quippe essentiale principium protestanusmi de libertate examinis, quae plena ac generalis esse debet, id postulat omnino: secus enim si rudes ex aliorum sive plurium sive pauciorum auctoritate omnia et singula quae recensuimus amplecti deberent, jam in ipsum catholicae ecclesiae principium quod est principium auctoritatis relaberentur, et principio quod profitentur liberi examinis, apertissimo adversarentur. Quo fit. ut necessario fateri debeant protestantes religionem Christianam plerisque ex humano genere imperviam existere, aut admittere saltem quoad istos plerosque principium ecclesiae catholicae, eam sibi ipsis arrogando auctoritatem quam ecclesiae universae denegare non verentur. '

229. Porro primi protestantes, quin id adverterint, ab ecclesia catholica sacros acceperunt libros quos uti canonicos et divinos adhuc retinuerunt[8], simul cum magna dogmatum parte, e. gr. Trinitatis, Incarnationis, divinitatis Christi, peccati originalis aliorumque ejusmodi quae cum eadem ecclesia professi sunt. Idque sane, ut patet, peregerunt manifeste refragantes principio quod veluti fundamentum omnium extulerant, et sine quo numquam protestantismus pullulasset. Nihilo tamen minus ne ab ecclesia catholica in recensitis articulis pendere viderentur, coeperunt fundamenta critica expendere quibus innixi rationem redderent de discretione ab se facta inter libros canonicos et non canonicos, et quoad singulas uniuscujusque libri partes: quod quidem opus ad haec ferme tempora strenue sunt prosecuti. Postea novae hermeneuticae et exegeseos biblicae 9, quas adhuc impense promovent, jecerunt fundamenta. Demum *epicrisin* adjecerunt seu *discretionem* ac veluti delectum quemdam credendorum, sive articulorum fidei qui admittendi essent aut respuendi: nec vero diffitendum, ingens protestantes in hasce inquisitiones studium contulisse, magnosque in iis exantlasse labores.

230. Ast non solum exiguo admodum successu *semper discentes, et numquam ad scientiam veritatis pervenientes 10,* sed ordine plane retrogrado ipsos processisse, recentiorum protestantium experimentum abunde nos docet. Etenim tametsi primi pseudo-reformatores vixdum e catholica religione emersi, nonnisi ancipiti timidoque animo nativum protestantismi principium evolverent,

') Cf. Milner op. cit. tom. I. *lettre* V. pag. 36; et *lettre* VIII. pag. 64 seqq.

**) Id fatetur vel ipse Beausobre. *Hist, du Manichéisme,* tom. I. pag. 14!. Cf. Grégoire, *Hist, des sectes,* tom. IV. pag. 434.

') *Hermeneulica* perinde valet ae *ars* seu *facultas interpretandi;* est ab *Ιρμηνιόω interpretor, explico* etc.; latiori tamen sensu interdum hermeneutica accipitur pro *Exegesis* vero *explicatio, enarratio* ab *i&)γίομαι, narro, expono, explico, interpretor.* Duo haec vocabula proinde interdum promiscue usurpantur ob significationis affinitatem : attamen proprie hermeneutica ad interpretationem ac versionem vocabulorum refertur; exegesis vero ad expositionem sententiarum.

•°) IL Timoth. III. 7.

ac etiam a conspectu abyssi quam sibi foderant 11 perterrefierent, postea tamen illorum successores audaciores effecti destructionis opus paulatim persequi institerunt, ita ut Christian! totius aedificii lapidem super lapidem vix demum reliquerint.

231. Nam sua illa critica biblica eo ipsos sensim pertraxit ut Pentateuchum Moysi abjudicarent, plerosque historicos V. T. libros rejicerent, suppositionem demum illustriora vaticinia decernerent,12 Eadem critices effrenata licentia in libros N. T. causa fuit ut et quatuor Evangeliorum authenticitatem abolerent 13, ac plerasque epistolas s. Pauli, ut de reliquis libris taceamus, exploderent. 14

232. Nec diversas subiit vices doctrina de sacrorum inspiratione librorum, quam, ut vidimus, prius ipsi ita extenuarunt, nt ad solam immunitatem ab erroribus constrinxerint; deinde ad immunitatem ab erroribus gravioribus; demum et hanc ipsam abjicientes, tum erroribus haud levibus scatere libros sacros effutierint, tum omnem supernaturalis praesidii in iis conscribendis ideam penitus exterminarint. 15

233. Eundem progressum cernere est apud protestantes, quoad hermeneuticam et exegesim sacram; nam ab initio pluris adhuc faciebant traditionis sensum: non dedignabantur patrum scripta consulere, ac primitivae ecclesiae doctrinam recolere. At enim non hic diu res stetit; sed cuncta illa adminicula deinceps spernentes sibi solos duces esse maluerunt. Exinde canones illi biblicae hermeneuticae quibus omnia ad interiora revocant argumenta, ad usum loquendi, quem praecipuum et exclusivum vocant rite Scripturas interpretandi medium, quem tamen usum non ex patribus qui proxime apostolicae floruerunt aetati, sed ex auctoribus profanis arcessere imprimis amant. Hinc perpetua illa comparatio inter dictiones et phrases scriptorum sacrorum auctorumque profanorum, quo nil magis in istorum emicat scriptis.16 Ad parallelismum provocant continenter locorum, ad parallelismum poeticum, quamvis nondum satis firmas constituerint regulas ad ejusmodi parallelismos

11) Cf. Bossuet, *Hist, des variations,* livr. V. §. 31.

12) Cf. quae superius diximus, nec non quoad vaticinium Danielis IX. quae scripsimus in tract. *De Incarnatione*, part. I. cap. II. prop. III. §. 2.

13) Huc referuntur quae de Urevangelio, seu Evangelio aramaeo, ac de auctore Evangelii Joannis paulo ante disseruimus.

14) Cf. Bar. de Starck, *Entretiens philosoph.* pag. 133 seqq.

15) Cf. superius dicta, turn Glaire op. cit. tom. I. pag. 535 seq.,

16) Perpetua fere est comparatio quae in protestantibus interpretibus cernitur inter phrases scriptorum profanorum et scriptorum sacrorum, adeo ut vix paginam percurras quin tibi ejusmodi comparationes magno numero occurrant, quasi nempe apostoli et evangelistae a Platone, Homero, Aeschine, Demosthene phrases suas mutuati fuerint, ita ut ad illas suae ipsorum exigi debeant. Nec vero reprehendimus absolute ejusmodi verborum aut phrasium parallelismos, sed illorum abusum, cum praesertim horum obtentu ecclesiae interpretationem excludere contendant novi isti interpretes et exegetae.

detegendos, utrum scilicet in verbis, an in sententiis, aut in utrisque simul sit reponendus: item ad principium quod *accommodationis* appellant quoad applicationem veterum vaticiniorum ad Christum17, non ex parte dumtaxat apostolorum et evangelistarum, sed et Christi ipsius.18 Ad praeconceptas demum opiniones judaicas et pharisaicas Pauli, ac reliquorum apostolorum se convertunt.19 Quid proinde mirum si his aliisque ejusmodi canonibus unice recentiores exegetae protestantes instructi, iisque plane conlisi eo commentariis suis devenerint, ut omnino esset exoptandum easdem ab iis regulas in sacris exponendis litteris servari, quas in profanis illustrandis scriptoribus consectantur? Numquam sane in commentandis Livio ac Tacito eam sibi libertatem permitterent, qua in exponendis evangeliis, aliisque scriptis sacris impune debacchantur. Quoties enim aliquid in iis offendunt quod cum opinionibus suis non congruat, lacerant, detorquent per violentas interpretationes, ita ut vel Straussius ipse illos irrideat.20

234. Pronum hinc est inferre cujusnam modi fides protestantium esse queat, qui Scripturam unicam illius regulam esse clamitant. Primi protestantes qui tropice intellexerunt verba consecrationis, ne cogerentur admittere realem Christi praesentiam in eucharistia, obtendentes ejusmodi dogma pugnare cum recta ratione, viam aperuerunt socinianis ad tropice intelligenda illa omnia loca in quibus traduntur mysteria Trinitatis, Incarnationis, satisfactionis Christi et quaelibet alia mysteria, idque ex eodem protestantium principio. His successerunt rationalistae, qui eidem principio innixi abjecerunt omnem actionem Dei immediatam, ac propterea revelationem, inspira-

*') Cf. Starck, *Entretiens philosoph.* pag. 155 seqq.

18) Uti Wegscheider passim, praesertim §. 121 et 199.

1°) Apud Starck op. ciL pag. 133 seq.

5°) Vie *de Jesus,* tom. I. *Introduce* §. 8. 9, 10. Speciminis gratia nonnulla describam ex §. 10. .Mais ce qu'il y a de plus criant en fait de contradiction, c'est ce qu'on lit dans une mythologie du Nouveau Testament, comme celle de Bauer: l'idée du Mythe est si peu comprise que, par exemple, il admet réellement chez les parents de Jean-Baptiste un mariage demeuré stérile: qu'il explique l'apparition de l'Ange à la naissance de Jésus par un météore enflammé; qu'il suppose à son baptême un éclair et un coup de tonnerre, en même temps que le vol fortuit d une colombe au-dessus de sa tète: qu il donne un orage comme fondement de la transfiguration, et que, des anges sur le tombeau de Jésus resuscité, il fait des linceuls blancs. Kaiser, lui qui se plaint que tant d'explications naturelles soient si peu naturelles, assure cependant que ce serait ne voir qu'on côté des choses que de vouloir interpréter tout le merveilleux du Nouveau Testament d'une seule et unique manière: et à l'aide de celte remarque il laisse subsister l'explication naturelle à coté de l'explication mythique. Pour peu que l'on connaisse, dit-il, que le vieil auteur a voulu raconter un miracle, l'explication naturelle devient souvent alors admissible: elle est tantôt physique, comme dans le lépreux dont Jésus *prévit sans aucun doute* le prochain rétablissement: tantôt psychologique, la renommée de Jésus et la confiance en lui ayant eu, chez plusieurs malades, la plus grande part à la guérison etc.·· pag. 55 seqq. Sed velum adducamus super ejusmodi impietates.

tionem, miracula, vaticinia, et quidquid demum supernatural redolet. Donec hos exceperunt mythici, qui primum in V. T., deinde in Novo non deprehenderunt nisi mythos historicos, aut poeticos, aut morales, aut mixtos in plerisquo sacris narrationibus. Sic historia creationis hujus universi est mythus primus, paradisus terrestris mythus secundus, casus angelorum et protoparentum mythus tertius, et ita porro historia diluvii, turris babelicae et confusionis linguarum, historia Ahrahami, Isaaci, Jacobi, Josephi, Samsonis etc. 21 In Novo «autem Foedere praeter mythum conceptionis et ortus Joannis Baptistae, historia Annunciationis exhibet mythum primum, ortus et infantia Christi mythum secundum, et ita de reliquis historiae evangelicae et apostolicae partibus. 22 Tandem deismum professi non pauci ex protestantibus, larva sibi detracta, docuerunt philosophi munus esse totam ex proprio fundo religionem sibi effingere, ac Scripturam et religionem positivam, seu christianismum historicum non-philosophis relinqui debere. 23 Talis et non alius erat exitus expectandus ab illis criticis et exegetis, qui profiteri non erubuerunt grammaticam esse fundamentum unicum suae ipsorum theologiae, fulcrumque firmissimum, immo ecclesiae lutheranae seu protestanticae sectae *palladium*. 24

235. III. Itaque catholicos, qui neque in critica, neque in hermeneutica aut in grammatica fundamentum ac basim fidei suae collocant, sed fidem et omnia, quae sive ad eam referuntur sive illam supponunt, ab ecclesia tutissime accipiunt ac tenent, contrariam plane viam inire oportere in studiis biblicis persequendis apertum est. Rata illi, ut hominis catholici est, firma ac immobilia profitentur quae circa fidem et mores in aedificationem Christianae doctrinae ab ecclesia semel constituta ac sancita sunt; ideoque circa Scripturarum canonem et inspirationem sacrorum Bibliorum, eorumque dogmaticam interpretationem, eo dumtaxat ferri debent illorum conatus, eo dirigi studia, ut catholicam doctrinam illustrent, amplient ac tueantur.

236. Criticae proinde biblicae, quae theologum catholicum decet, id muneris esse debet, investigare ct expendere instrumenta, quae vocant, quibus ecclesia innixa canonem suum probavit, nobisque proposuit; nec non lectiones quas admisit, librorumque partes quas retinuit aut rejecit; inquirere in historiam sacri textus tum quoad fontes, ut ajunt, originales, tum quoad antiquas versiones; lectiones praeterea comparare et variantes quae sive in codicibus sive in veteribus monumentis et patrum scriptis occurrunt; recen-

”) Cf. Glaire op. cit. tom. I. pag. 528.

*’) Ibici. Circa Scripturarum abusum ex parte Lutheri, eorumque asseclarum, qui primi reformatores fuerunt cf. *Histoire de la nie de Luther* par M. Audin, ed. cit. tom. L chap. 22. pag. praesertim 380 seq.

21) Quod hic vix innuimus, plenius evolvemus in tertia hujus tractatus parte.

ǂ Ita Georg. Bened. Winer in *Grummut. idiomatis N. T.* Lips. 1825. Tom. I. in dedicat, ct in praef. pag. XI.

siones item et emendationes codicum quae identidem a viris doctis factae sunt. Et haec quidem omnia in eum finem dirigere debet, ut semper inde ecclesiae judicium confirmetur adversum intemperantes criticos illos, qui vix aliquid intactum reliquerunt.

237. Nec alio spectabit hermeneutica et exegesis catholicorum Scripturae cultorum, quorum scopus praecipuus esse debet dogmaticas praesertim ecclesiae interpretationes defendere ac tueri adversus profanas haereticorum et incredulorum novitates et aggressiones. Certum enim ratumque cum omnibus catholicis sit. ecclesiam errare in definitionibus suis non posse; quamvis subinde interpretes difficultates experiantur, quae molestiam creent, hac tamen eorum frangere animum nullatenus debent, cum veritas veritati nequeat esse contraria, atque oppugnari quidem possit, expugnari non possit. Acuere potius difficultates debent ingenium, studium promovere, diligentiam exstimulare in latebris omnibus perquirendis, ac momentis sive intrinsecis, sive extrinsecis quibus illae solvantur consectandis. Nec vero de felici horum laborum exitu ambigere quisquam potest. Experientia quippe tot saeculorum ostendit, ecclesiam numquam in decisionibus suis a veritate vel minimum deflexisse: nec raro protestantes ipsi fateri demum coacti sunt, se deceptos fuisse etiam in iis quae uti inconcussa ab initio posuerant ad catholicae ecclesiae doctrinam oppugnandam. 25 Plurimum porro conferent catholico interpreti ad verum Scripturae sensum statuendum non loquendi solum usus, aut parallelismus, sed potissimum ac praecipue sensus traditionalis, sanctorum patrum scripta, usas et praxis ecclesiae, quae, ex catholico principio auctoritatis, primum in Scripturis rite interpretandis locum obtineant opus est. Numquam patiantur catholici interpretes abripi se ab apparentibus et speciosis novatorum theoriis, quae temporis lapsu vanae ut plurimum ac fallaces deprehenduntur. Ad summum si quid illa boni continent, adminiculo esse possunt: ast fundamentum conficere hermeneuticae catholicae numquam debent.

238. Demum in exegesi sua catholici Scripturae cultores animum intendant oportet ad analogiam fidei, itemque ad finem in quem nobis a Deo Scripturae datae sunt. Deus porro largitus nobis non est Scripturas aut ad otiosam quamdam animi curiositatem pascendam, aut ad inutiles fovendas disquisitiones, sed ad mentem iis quae credere oportet uberius informandam, animumque excitandum in amorem sui; ad opera praestanda, quibus sancti

Pluribus exemplis id ostendi posset. nisi ageretur de re omnibus explorata. Ecquis enim nunc inter protestantes *orthoiloros,* quos vocant, docet bonis operibus injuriam irrogari meritis Christi? Omnia infidelium ac peccatorum opera totidem esse peccata? Justum peccare in omnibus operibus suis ita ut mereatur aeternam damnationem? Fures, fornicarios, homicidas, adulteros sola externa imputatione meritorum Christi aeque sanctos esse ac beatam Virginem? Deum impellere ad peccatum, aliaque ejusmodi sexcenta quae cum Luthcro et Calvino antiquiores protestantes profitebantur veluti firmissimas veritates?

efficiamur eique grati; ad fovendam denique pietatem, ac omnimodam perfectionem consectandam. Quod quidem praeclare significavit apostolus II. Timoth. III. 16. dicens: *Omnis Scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus;* quibus verbis quatuor praecipua doctoris Christiani officia complexus est, ad quae utilis est Scriptura. Haec nempe sunt primum *docere* veritatem fidei; secundum *refellere* errores fidei adversantes; tertium admonitionibus et correptionibus *depravatos mores redintegrare;* quartum *instituere ad justitiam,* ad vitae videlicet sanctimoniam. 26 In commentariis proinde suis haec potissimum prae oculis habebit catholicus exegeta, ad quae facilius ac praeclarius obtinenda praesto ipsi ernnt veluti opportuna subsidia tum antiquiorum linguarum notitia quibus libri utriusque foederis exarati sunt, cum valde hae conferant ad verum Scripturarum sensum assequendum 27; tum assidua sanctorum patrum lectio, nec non potiorum interpretum et expositorum crebra evolutio; morum et consuetudinum hebraici populi non secus ac aliarum antiquarum gentium cognitio; notitia chronologiae et geographiae sacrae; libri etiam thalmudici et rabbinici, qui pluribus Scripturarum textibus lucem afferre possunt, praesertim in allusionibus ad effata, ritus, consuetudinesque judaici populi; demum multiplex sacrae Scripturae sensus.

239. IV. Et ad hos quidem varios Scripturae sensus speciatim quod attinet, non me fugit, nonnullos ex recentioribus etiam catholicis se jam difficiles praebere, in illis admittendis. 28 Verum in hoc quoque, quemadmodum et in aliis omnibus discretione opus est, adeo ut usum debeamus ab abusu secernere. Qui enim absque delectu ac sufficienti fundamento, aut ex arbitrio etiam hos sibi confingunt, adeo ut tribuant Scripturae sensum, qui pro-

,e) Cf. Bernard, a Piconio in hunc loc.

îT) Cf. Corn, a Lapide in *Prooemio et eiteomio s. Scripturae* sect. I. Cf. etiam Serarium in *Proley. Biblic.* cap. 21.

3!>) Jahn in *Enchiridio hermeneutieae generalis tabularum Veleris et Novi Te-Huinenii,* Vienn. 1812. §. 14, 15 cl 16. quamquam admittat duplicem sensum, *immediatum* seu litteralem et historicum, ac sensum *mediatum* seu symbolicum; coarclat tamen nimis istius usum, ac sensum mysticum quem patres consectati sunt, videtur plane excludere; inimo quaedam habet quae parum abludunt a protestanlium placitis. At ulterius etiam progressus est Arigler in *Hermeneutica Biblica generali,* Vienn. 1813. qui non solum sensum mysticum omnino videtur rejicere, sed §. 10 et seqq. argumenta evertere nititur quibus ille adstrui solet; insuper hac illae nonnulla interjicit quae cum sana doctrina haud consistere possunt. Salis hic sit speciminis gratia exscribere, quae habet §. 12. «Addiscant *rationi supremas paries deferre,* qui effata ejus (Scripturae) numquam a se ipsis, sed ab aliena semper, et sublimiori quidem auctoritate suspendi vellent.u Haec porro dure nimis dicta videntur; taceo quae de sensu scribit tridcnlini decreti circa sacr. Scripturarum interpretationem, quae de accommodatione V. T. Scripturarum ab evangelislis et apostolis Christo facta habet: talia quippe sunt ut a sincero catholico admitti nequeant. In omnibus est modus servandus, alioquin scopulis foede impingere opus est.

prius tantum eorum est, eunt procul dubio succensendi. Qui vero solidis rationibus innituntur, dummodo certo utantur temperamento, commendandi sunt dum varios Scripturae sensus detegunt et exponunt. Christus enim ipse et apostoli non uno in loco hujusmodi interpretandi rationis viam nobis aperuerunt. Cum typica siquidem fuerit antiqua lex : non solum apertis praedictionibus et vaticiniis Christum ejusque ecclesiam praenunciavit, verum etiam variis ritibus gestisque praefiguravit. 39

240. Distinguitur autem sensus in litteralem, qui etiam tropicus et metaphoricus est, et in mysticum seu spiritualem, qui rursum dividi consuevit in allegoricum, tropologicum, et anagogicum, qui tritis illis versibus comprehendi solent:

Littera gesta docet: quid credas allegoria:
Moralis quid agas: quo tendas anagogia.30

241. Nostrum non est haec particulatim persequi; hoc tantum monemus, sensum litteralem illum esse qui immediate oritur ex verbis ipsis Scripturae in nativa sua significatione acceptis, seu quem verba immediate exprimunt;

1#) Hoc vel ipse Jahnius loc. cil. fatetur. Cf. etiam Glaire op. et loc. cit pag. 339 seqq.

30) Nonnullis partitio haec sensuum biblicorum adductis versiculis expressa non uno ex capite peccare videtur; ac 1. quod unum sensuum biblicorum genus cum alterius generis speciebus simul numeretur; cum nulla ratio sit cur nomina *tropologicum* et *anagogicum* diversis speciebus sensus spiritualis significandis unice usurpentur. Scripturae siquidem etiam secundum sensum litteralem intellectae nobis ea exhibent quam saepissime, quae ad *mores* spectant, atque ad *aeternam beatitatem i* 2. quod praeter vitia loti propositioni communia recensiti versiculi alia habeant sibi particularia. Male quippe *littera* delinitur quae *gesta docet,* veluti si historiae dumtaxat, non autem et *leges* quoque et *morum praecepta,* atque ipsae admodum *prophetiae* litteralem sensum haberent. Neque *allegoria* ea solum est quae docet *quid credas:* allegoria enim *biblica,* quae permisceri non debet cum allegoria *rhetorica,* est series, ut ita loquar, *metaphorarum* biblicarum, eventuum scilicet ac rerum, quae aliud significabant praeter id quod erant, ut ex verbis Pauli mox edicendis patebit. Porro, quamvis delur gesta haec fidei materiam objectumque esse, plura tamen horum gestorum ad spem excitandam quoque valere, et ad mores informandos ambigi nequit.

Celerum quadruplicem hanc biblici sensus partitionem putarunt aliqui primo ab Augustino fuisse excogitatam, qui in lib. L *De Gen. ad litter,* cap. 1. scribit: »In libris omnibus sacris intueri oportet, quae ibi *aeterna* intimentur, quae *facta* narrentur, quae *futura* praenuntientur, quae *agenda* praecipiantur." Ast s. Doctor his verbis nequaquam diversos Scripturarum sensus commemorat, sed lotam illarum materiam dispertii. Eucherius lamcn lugdunensis, qui paulo post Augustinum, codemque saeculo V. floruit, non modo partitionem illam habet, sed ipsa nomina usurpat secundum eam notionem, quae etiam modo nominibus hisce inest, in Praef. in lib. *Formulae. spiritualis intelligentiae,* ubi haec habet: .Corpus Scripturae sacrae, sicut traditur. in *Utera* sive *historia* est: anima in morali sensu, qui *tropicus* dicitur: spiritus in superiore intellectu, qui *anagoge* appellatur.· *Bibi. PP.* Col. Agripp. tom. V. part. I. pag. 741. Non meminit Eucherius, ut patet ex adductis verbis, sensus allegoric!, at hunc commemorat s. Paulus Gal. IV. 24. ita scribens de historiis Isaaci ct Ismaelis: *Quae sunt per allegoriam dicta; haec enim sunt duo testamenta.*

sensum voro spiritualem esse mediatum, qui nempe ex rebus significatis eruitur.31 Omittentes porro quaestionem utrum unus idemque Scripturae textus duos possit sensus litterales pati 32.* uti pinres nec fortasse immerito contendunt 13, nos cum communi theologorum et interpretum sententia dicimus, solum litteralem sensum eum tandem esse qui argumenta praebere theologo possit ad dogmata evincenda ac vindicanda.

242. Et haec quidem generalia veluti monita nobis attigisse satis sit de exegetica seu scientifica Scripturarum interpretatione. Nam quod ad apparatum spectat eorum quae ad rectam Scripturarum intelligentiam requiruntur, nec non ad peculiares canones et regulas, quae prae oculis haberi debent, ut germana habeatur expositio sive Veteris sive Novi Testamenti, et ad libros singillatim sumptos, nos ne in alienam messem, ut praemisimus, immittere falcem videamur, auditores nostros ad probatos auctores remittimus, qui de hisce data opera scripserunt. 34

CAPUT IV.

DE SCRIPTURAE SACRAE VERSIONIBÜS.

243. Quae de sacrarum litterarum versionibus a theologis dicenda sunt, afficiunt potissimum vulgatam versionem latinam, ac versiones vernaculis linguis confectas. Hoc enim eorum postulat munus, tuendi nimirum quae ab

31) Aliqui paulo diversam notionem utriusque sensus litteralis et spiritalis exhibent; ita ut sensum *litteralem* dicant id quod in Scripturis *directe* ac *proxime* Spiritus Sanctus exprimere voluit, et verba *directe* pracseferunl sive propria sive figurata in quantum figurata sunt; sensum vero *spiritalem* id vocant, quod in Scripturis *directe* quidem, quamvis *remote* exprimere voluit Spiritus S., *oblique* tamen verba praescierunt ex *typis* promanans atque in sensu *litterali* delitescens.

32) Lulherus omnium primus unitatem sensus litteralis tuitus est, de quo scribit Millerus Georg. Augustae professor dogm. .Immortaliter meritus fuisse censendus est Lutherus noster, qui exploso pontificiorum de pluralitate sensus verbo lubrico, et subdolo commento, constanter unicitatem sensus litteralis asseruerit."

3I) Cf. Cornel, a Lap. can. XXXVI. *in Pentateuch.* Qui huic adstipulanlur sententiae duces sibi sumpserunt s. Augustinum qui *Confess,* lib. XII. capp. 18, 25, 26, 31 ct 32. et lib. III. *De Doctr. Christ.* cap. 27. cl alibi duplicem ejusmodi sensum adstruil; nec non s. Thomam I. pari, qu. I. ari. 10. in corp. Cf. quae in hanc rem scile animadvertit Czuppon op. cit. *Vindiciae vulgatae lat. edit. Biblior.* tom. I. sect. I. §. 7. pag. 24 seqq. Cf. tamen etiam Estium in *Oratione, an ejusdem Scripturae plures sint sensus litterales?*

34) Consuli inter ceteros possunt s. Augustin. *De Doctr. Christ,* lib. III. Salmeron , *Proleg.* VII — XX. Serarius, *Proleg. Biblic.* cap. 21. Bonfrerius, *Praeloq. in tolam Scriptur.* cap. 20. Vasquez *in s. Thom.* I. p. qu. I. a. 10. Huetius, *Demonst. Evang.* prop. VII. §§. 1—6. *Biblia latino-gallica* vulgo *De Vence, preface gêner, sur les lior, de i Ancien Testam.* Paris 1827. Tom. I. pag. 248. Glaire op. cit. tom. I. chap. 6. pag. 336 — 401 et iterum in append, au chap. 6. pag. 470 — 493.

ecclesia sunt constituta. Cum vero ecclesia authenticam declarant vulgatam latinam, pluraque de versionihus in lingua vulgari decreverint romani pontifices. consequitur theologi esse horum vindicias sumere adversus ecclesiae detractores, qui ingentes ea de causa clamores excitarunt. Quod enim attinet ad antiquarum versionum sive orientalium sive occidentalium recensionem, singularumque pretium, epocham. auctores, nec non ad recentiores versiones, editiones, earumque decora aut vitia, ea sibi sacrarum litterarum institutores referre, er expendere veluti proprium objectum assumunt.

244- Porro quoad vulgatam latinam Bibliorum versionem non paucae motae sunt controversiae: ac primo, quonam sensu a Tridentino declarata authentica sit. utrum scilicet cum textuum originalium detrimento, quod phires haeretici, non ita pridem, ut ecclesiam catholicam criminarentur, obtenderunt; an vero tantum comparate ad ceteras, quae circumferebantur, latinas versiones: secundo, an per suum decretum tridentina synodus intenderit vulgatam versionem non a quovis solum errore circa fidem ac mores immunem declarare, sed etiam a quolibet alio vitio, quod sive res et sententias sive ipsa verba attingat, ita ut ab omnibus mendis libera plane sit; tertio, utrum vulgata censeri debeat inspirata, ut nonnulli existimarunt', necne; quarto, utrum denique editio communis a Sixto V. et Clemente VIII. edita ita pura a mendis sit, ut ulteriori nequeat subjici emendationi.

245. Fere omnes ejusmodi quaestiones magna olim animorum contentione atque aestu agitatae obsoleverunt: nemo ut jam inter protestantes reperiatur qui hanc Tridentino mentem et consilium in suo decreto edendo fuisse contendat, vulgatam nempe versionem supra textum ipsum primigenium efferre, aut prohibere quominus quisquam ad ipsos, si opus fuerit, fontes originales accedat, uti plures iique gravissimi catholici auctores ostenderunt.2

*) Inter ceteros Petrus Sutor in op. *De translatione Dibliae,* cap. 10., Titclmanus in *Disput. pro editione vulgata,* adjecta comment, in epist. ad Rom.. Mariana in *Dissert, pro edit, vulgata,* cap. 22 et seq., Morinos, *Exercitat. Eibl.* lib. I. cap. 12.

') Cf. card. Pallavicini. *Storia dei cone, di Trento,* lib. VI. cap. 17. ubi ostendit ntimquain mentem concilii fuisse vulgatam versionem supra textus hebraicum et graecum efferre, aut impedire quominus scriptores ad eos textus recurrant, cum opportunum judicaverint ad pleniorem sensus intelligenliam. Sane Salmeronius qui ipsi concilio interfuit, haec habet *prol.* III. edit. Colon. Agrip. 1602. pag. 24- ..Postremo accessit concilii tridentini approbatio, quod videns nostri saeculi haereticos palam contemnere Vulgatam, sive veterem Hieronvmi editionem, novasque pro suo arbitratu quemque producere, tale condidit decretum. . . Jam secuudo loco ostendamus, non ita fuisse Vulgatam Hieronymi editionem probatam, ut propterea rejecta sint intelligenda vel graeca. vel hebraica volumina: quod uon est difficile ostendere. Nihil enim ibi de exemplaribus aut graecis aut hebraicis agebatur; tantum inter tot editiones latinas, quot nostra saecula parturierant, quaenam ex illis praestaret, sermo erat. . . Liberum autem reliquit omnibus, qui Scripturas profundius meditantur, fontes graecos aut hebraeos. quatenus opus sit, consulere etc." His consonant quae adversus Calvinum et Philippum Melanchlhonem scripsit Andreas Vegas alter concilii theologus

Sic nemo ex catholicis est, qui nunc inspirationem tueatur in latina vulgata adornanda, aut qui adhuc existimet ita eandem esse vulgatam editionem a quibusvis librariis aut typographies mendis immunem, ut nequeat ulteriori subjici emendationi, id quod auctor ipse praefationis ad lectorem in editione Clementis VIII. fatetur.3 in eo tarnen, unanimi prorsus sensu, catholici conveniunt omnes, nullum vulgata in editione errorem contineri in iis saltem quae ad fidem moresque spectant, aut etiam quae alicujus momenti sint in rebus atque sententiis.4 Quo sensu affirmant authenticam declaratam esse vulgatam latinam a Tridentino, cujus nimirum decreto factum est, ut latina haec versio originali textui plane conformis dijudicata fuerit, atque extrinsecam praeterea auctoritatem nacta sit: uude nos ex publico ejusmodi ac. solemn! ecclesiae judicio certi efficimur de ea conformitate atque intrinseca consonantia, quam habet cum fontibus ipsis, ita ut ejus respui auctoritas a

lib. XV. *De Justif.* cap. 9. Colon. 1572. pag. 692. ubi cum praemisisset concilium approbasse Vulgatam latinam expurgatam a mendis chalcographorum, nec eam tamquam a caelo delapsam adorari voluisse, aliaque ejusmodi, subdit: ..Et hanc fuisse mentem synodi, nec quidquam amplius statuere voluisse, ex verbis ipsis, et ex aliis consuetis approbationibus concilii poles colligere. Et ne dubites de hoc, verissime possum tibi (Calvine) allegare pro his amplissimum et observantissimum Dominum Sanctae Crucis cardinalem . . . qui illi sessioni et aliis omnibus praefuit, ac pridie quidem, quam illud decretum firmaret, et postea, non opinor semel, mihi testatus est, nihil amplius voluisse patres firmare. Itaque nec tu, nec quispiam alius propter hanc approbationem vulgatae editionis impedit, quo minus, ubi haesitaverit, ad fontes recurrat, et in medium proferat quidquid habere potuerit, quo juventur et locupletentur latini, et vulgatam editionem ab erroribus repurgent, et quae sensui Spiritus S. et ipsis fontibus sunt magis consentanea, assequantur.·1 Post haec supervacaneum puto ea adjicere quae scribunt Bellarminus in eundem sensum lib. II. *De verbo Dei,* cap. 10. Rugerius Secretar. Aposlol. lib. *De Script, canonic,* cap. 44. aliique bene multi. Hos magno numero recenset Humfr. Hodius oxoniens. in op. *De Bibliorum textibus* etc. Oxon. 1705. Lib. III. cap. 15. Hic autem ubique infensissimum se praebet rom. ecclesiae. Contrarium tamen contendit Melchior Canus, *De locis,* lib. II. cap. 13 seq. cum aliis, quibus a fortiori adstipulantur qui Vulgatam inspiratam censuerunt.

3) Cujus auctor, ut mox videbimus, ipse Bellarminus est. Sane satis est oculos conjicere in alterum ex duobus libellis quos Lucas brugensis card. Bellarmino obtulit, in quo specimen correctionum in IV Evangelia exhibet quae in textu Vulgatae fieri possent. Opp. ed. Antwerp. 1606. Tom. IL pag. 1056. Item in duobus aliis libellis, qui ad calcem *comment.* Du-Hamel recusi sunt.

Q Quoad errores qui rei substantiam non attingant, utrum reipsa nonnulli in Vulgata editione reperiantur, affirmant alii, alii vero negant. Negant immunem omnino esse a levibus erroribus editionem vulgatam inter ceteros Cabassutius in *Diatriba ecclesiastica circa Trident, decretum de Vulgata Biblior. editione,* in *Notitia conc.* item Bellarm. in *Dissert,* quam ex Mss. ann. 1749. in lucem protulit Windenhofer; Simeon de Muis lib. *De auctor, textus hebr.;* Serarius in *Proleg.* cap. 21.; Bonfrerius in *Praelog.;* Joann, de la Raye in *Proleg. ;* Nat. Alex. saec. IV. diss. XXXIX ; Bossuet in *Projet de l'union,* etc. Affirmant alii, inter quos novissime Jos. Zama Mellini prof, bononiens. in *Institutionib. Biblicis.* Bonon. 1833. Part. I. diss. II. cap. 3. art. 3. qu. 1. pag. 162.

nemine possit. Nos ipsis adstipnlamur; atque hoc sensu, reliquis jam obsoletis controversiis praetermissis, authenticam adstruimus adversus protestantes vulgatam latinam versionem.

246. Ne vero in obscuritate versemur, juverit heic verba ipsa praemittere tridentini decreti sess. IV. quae ita se habent: ..Eadem sacrosancta synodus considerans non parum utilitatis accedere posse ecclesiae Dei, si ex omnibus latinis editionibus, quae circumferuntur, sacrorum librorum, quaenam pro authentica habenda sit, innotescat; statuit et declarat, ut haec ipsa vetus et vulgata editio, quae longo tot saeculorum usu in ipsa ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, praedicationibus, et expositionibus pro authentica habeatur, et ut nemo illam rejicere quovis praetextu audeat vel praesumat."

247- Quod vero spectat ad recentiores versiones Bibliorum vernaculas, duo sunt apprime distinguenda, *versiones* videlicet in se, et illarum *leclio.* Nullo unquam tempore prohibuit ecclesia quominus Scriptura sacra in linguas vernaculas verteretur: et sane vel ab ipsis ecclesiae incunabulis et insequentibus saeculis plures ejusmodi versiones sive in Oriente, sive in Occidente prodierunt, quin sese illis opposuerit ecclesia, immo quandoque eis usa est, ut constat de versionibus Aquilae, Symmachi ac Theodotionis.5 Nemo praeterea est, qui inficietur plurimum utilitatis in criticam biblicam, hermeneuticam et exegesin ex antiquis versionibus syriacis, arabicis, coptica, armena, persica etc. promanare, potissimum vero ex versione graeca alexandrina, seu ut dicitur LXX interpretum6, quoad libros V. T. quam ecclesia adoptavit ac suam fecit. Attamen ecclesia numquam non invigilavit fidelitati versionum, praesertim postquam haeretici coeperunt sacram Scripturam in

s) De quibus inter ceteros cf. Hodium op. cit. lib. IV. cap. 1. qui fuse et erudite de ipsis peragit, nec non Jac. Le Long, *Bibliotheca sacra.* Paris. 1723. Tom. I. cap. 3. sect. 1.

Innumera prope sunt eruditorum tum catholicorum tum prolestantium de hujus versionis origine, auctore, sive auctoribus, aetate etc. sibi adversantia judicia. Magna ex parte ea collegit Hodius op. cit. qui praemissa historia Aristeae graece et latine, toto lib. I. refert ac expendit auctorum utriusque communionis de hac versione varia placita; lib. II. suam profert sententiam de tempore, modo, ac ratione qua eadem confecta est, concluditque cap. 7 seqq. a judaeis hellenistis alexandrinis solius Pentateuchi versionem adornatam fuisse; demum acriter impugnat Isaac. Vossium qui in libello *De translatione LXX interpretum* illam versionem probaverat. Richard. Simon in *Disquisitionibus criticis de variis Bibliorum editionibus* (perperam Lud. Cappello a nonnullis adscripts), Londini 1684. cap. 15. censet nomine LXX hanc versionem fuisse insignitam, quod probata fuerit a synedrio quod constabat LXX aut LXX1I membris. Eadem jam scripserat in *Hist. erit. Vet. Test.* lib. II. cap. 2. Sic alii passim. Attamen nondum lis finita est; siquidem doctus De Magistris in sua edit. *Daniel secundum LXX interpretes,* quam ipse primum ex Chisianô codice vulgavit Romae 1772. vol. in fol., Hodio cetcrisque septuagintaviralis versionis osoribus apologiam opposuit, quam quinque prolixis eruditissimisque dissertationibus complexus est, eamque strenue tutatur. Eum adisis.

linguas vulgares vertere, seu potius corrumpere ad suos populis errores propinandos7; improbavit enim ejusmodi versiones, earumque lectionem fidelibus interdixit, interim cum in dies hic morbus ingravesceret, postremis hisce temporibus, postquam institutae societates sunt vulgo *biblicae* nuncupatae, quarum scopus est Biblia in omnes linguas, quae nunc vigent, translata ubique disseminare, ingenti Christianae et catholicae fidei jactura, romani pontifices iteratis decretis eas societates biblicas proscripserunt. Inter hos eminent Pius VII. et Leo XII.8, qui episcoporum zelum excitarunt ut fideles sibi creditos ab ejusmodi moliminibus tutarent ac praemunirent. Contra vero protestantes, societatum harum architecti et inventores eas passim ad sidera tollunt, pecunia, industria, opera et qua demum cumque possunt ratione fovere ae disseminare satagunt, romanesque pontifices, qui eas improbarunt, ceu tenebrarum patronos atque humani ingenii progressus inimicos et hostes traducunt.

248. His ita expositis, superest ut accedamus ad vindicandum tridentinae synodi decretum de vulgata latina editione, et rom. pontificum de societatibus biblicis judicium. De lectione autem Scripturae sacrae in lingua vernacula agemus in cap. insequenti. Heic enim ea dumtaxat complectimur quae ad versiones spectant. Sit igitur

PROPOSITIO I.

Merito tridentina synodus ex omnibus latinis editionibus quae circumferebantur sacrorum librorum, veterem vulgatam editionem pro authentica habendam esse statuit et declaravit.

249. Duo, ut paulo ante innuebamus, hoc suo decreto tridentina synodus effecit, dum vulgatam versionem prae reliquis quae circumferebantur latinis editionibus, authenticam statuit ac declaravit: nempe testata est ejus intrinsecam conformitafem cum textu primitivo non solum in rebus fidei ac morum, verum etiam in ceteris, saltem quoad substantiam; eique contulit praeterea extrinsecam quandam auctoritatem, quam reliquis non contulit,

Waldcnses omnium primi fuerunt ex sequioribus haereticis, qui in Galliis Biblia in linguam vernaculam verterint, ac proinde corruperint: horum versionem damnavit Innocentius III. initio saec. XH1. epist. 142. lib. Π. epist. edit, baluzianae pag. 432- Hanc altera excepit Novi Test, translatio in linguam vernae, seu gallic, adornata a sacerdote lugdunensi Stephano de Ansa, vel de Emsa, studio et impensis Petri Valdensis post ann. 1170 aut 1180. Cf. Le Long op. cit. tom. I. cap. IV. part. II. art. I. pag. 312 seqq.

8) Pius VII. epist. datis ad archiepisc. gnesnensem die 29. Jun. 1816 el ad Stanislaum archicp. mohiloviensem die 3. Sept, ejusd. anni; Leo XII. in Encyclica ad omnes Patriarch. Prim. Archicp. et Episc. die 3. Maj. 1824.

immo nec contulit alieni textui originali sive hebraico sive graeco.[1] Cum autem *de hoc* aperto constet ex decreto ipso, non est cur in hoc probando insistamus.

250. Conformitatem vero intrinsecam vulgatae editionis latinae cum textu primitivo, in sensu exposito, ita evincimus. Versio illa textui originali seu primigenio conformis censenda est, quae longo saeculorum usu in ecclesia obtinuit; quae tulit ab adversariis ipsis suffragium; quae denique falsitatis et erroris nedum circa fidem et mores, sed et quoad cetera quae attingunt substantiam, argui numquam potuit. Talis porro est versio vulgata latina a tridentina synodo probata.

251. Nam de usu ecclesiae latinae longo saeculorum tractu res testatissima est, atque constat ex ipsa vulgatae editionis historia. Norunt siquidem eruditi viri ab ipso fere aevo apostolico latinam versionem adornatam fuisse ex V. Testamenti graeca versione septuaginta interpretum[2], et ex graeco textu Novi Testamenti.[3] Haec porro versio primatum semper obtinuit in ecclesia, quam s. Hieronymus *communem* et *vidgatam*[4], s. Augustinus *italam*[5], s. Gregorius M. aliique *veterem* nuncuparunt, ut eam ab innumeris prope latinis versionibus secernerent, quae per illam aetatem a privatis hominibus prodierant.[6] Hanc translationem summis ecclesiae patres praeconiis

[1]) Ex hac distinctione inter authenliam *intrinsecam* et *ertrinsecam* videtur omnino sublata controversia de praelatione a Tridentino data vulgatae editioni supra textus, aliasque versiones. Etenim concilium fontes antiquasque versiones non attigit, sed et illos et has reliquit in *statu quo,* ut loqui mos est, dimjsitque eruditis de illis, istarumque intrinseco valore disceptare, cum ipsis decreto suo, ut testatur card. Pallavicinius loc. cit., ulla ratione detrahere noluerit. Contulit propterea editioni vulgatae latinae authenliam extrinsecam, qua certi efficeremur nihil in ipsa reperiri sive ad fidem sive ad mores aut sententias pertinens, quod dissentiret a fontibus primigeniis.

[2]) Cf. Michaelis, *Introduci, au Nouveau Testam,* lora. II. première part. sect. XXIV et XXV. qui hoc ostendit non solum ex argumentis externis, verum etiam ex internis; nec non Serarium *ProLeg. Diblie.* cap. 19. qu. 8. et Brianura AValtonum *PolygL.* Proleg. X. n. i.

[3]) Cf. Millium, *Novum Testam. Proleg.* Oxon. 1707. pag. 41 seqq. In eo tamen nobis hic auctor a vero abludere videtur, prout alias animadvertimus, quod nonnisi initio saec. II. statuat Novi Test, versionem sub s. Pio L, in quo non indulge! nisi conjecturis; contrarium tenet Michaelis loc. cit. Cf. etiam Sabatier, *Sacr. Dibl. antiquae vers,* seu *Vetus Italica,* praef. tom. I. pag. XI seq.

[4]) *Comment,* in cap. 13. s. Matth. v. 35. et in epist. CVL ed. Vall. ad Sunniam et Fratelam n. 2.

[5]) Lib. II. *De doclrin. christ,* cap. 15. Cur vero *Hala* nuncupata fuerit, juxta Ferrandum diaconum in *Summa liiblica,* lib. HL cap. 1, ideo est quia patres praesertim itali ea utebantur. Cf. item Sabatier op. et loc. cit. pag. XXXI.

[6]) Etenim s. August, lib. II. *De doclr. christ,* cap. 11. η. 16. -Qui Scripturas, inquit, ex hebraea lingua in graecam verterunt, numerari possunt, latini autem interpretes nullo modo. Ut enim cuique primis fidei temporibus in manus venit codex graecus, et aliquantulum facultatis sibi utriusque linguae habere videbatur, ausus est interpretari.·

extulerunt, praesertim vero s. Augustinus qui earn etiam reliquis omnibus co nomine praeferendam censuit, quod esset *verborum tenacior cmn perspicuitate sententiae.*7 Atque ita quidem se res habuit, donec s. Hieronymus novam ex bebraico fonte librorum V. T. versionem adornavit, quae cum in dies principem sibi locum vindicaret, apud Gregorium M. *vulgatae novae* denominationem nacta est, comparatione illius veteris vulgatae, seu italae versionis.8 Verum et haec ipsa nova vulgata *veteris vulgatae* nomine a Tridentino est insignita, eo quod et ipsa vetus evaserit, intervallo plus minus tum concilium defluxerant: eo vel magis, quod ex non usu vetus illa Itala vix oblivioni data non fuerit. 9 Editio vulgata, a Tridentino probata, maximam partem constat ex versione hieronymiana, et ex libris illis, quos idem sanctus saltem recensuit et castigavit. 10 Licet porro vulgata versio identidem a viris doctis ad verae, lectionis integritatem revocata fuerit, et a mendis, quae ex librariorum oscitantia irrepserant, expurgata11, tamen aetate concilii tridentini pluribus iterum maculis scatebat, quapropter concilium eadem sees. IV. decrevit et statuit, ut in posterum vulgata haec editio *quam emendatissime imprimeretur.*

252. Nihil intentatum reliquerunt rom. pontifices, praecipue vero Gregorius XIII. Sixtus V. Gregor. XIV. et Clemens VIII., institutis ad id muneris congregationibus, ut vulgata editio ad mentem concilii emendatissima

') Lib. II. *De doctrina christ,* cap. 15.

') Cf. Jos. Blanchinium op. cil. *Praef. Gener,* pag. XXVIII.

9) Doctus Sabatier monachus maurinus ex codicibus Mss., ex veterum patrum auctorumque ecclesiasticorum scriptis, Missalibus, Breviariis, aliisque monumentis in quibus veteris hujus interpretationis fragmenta et laciniae extabant, incredibili studio et patientia integram pene collegit et vulgavit, sex volum. in folio, Remis 1743. Idem praestitit magna saltem ex parte Blanchinius in *Vindiciis.*

,0) Cf. *Praefat. ad led.* editioni Clementis VIII. Si enim excipias Psalterium, Baruch, Sapientiam, Ecclesiasticum, duosque libros Machabaeorum, qui juxta antiquam versionem latinam retenti sunt, ceteri libri spectant ad versionem hieronymianam, quam integram exhibent Martianacus et Vallarsius in *Bibliotheca divina* ejusdem Sancti.

·') Nam praeter Cassiodorium qui saec. VI. (obiit enim magnus hic vir juxta verisimiliorem sententiam ann. 575). Biblia recensuit, cujus etiam complexiones vulgavit Marchio Maffejus; Alcuinus ann. 802. novam recensionem suscepit; item Lanfrancus ann. 1089; Stephanus II. abbas cisterciensis ann. 1109; nec non card. Nicolaus diaconus s. Damasi ann. 1150; Patres Dominicani parisienses ann. 1236 suum ediderunt celebre *Corredorium,* de quo fuse agit Fabricy Ord. Praed. in op. *Des titres primitifs de la révélation,* Rome 1772. Tom. IL pag. 122 seqq. Postea vero alii id laboris sibi sumpserunt, praesertim card. Ximenes qui ann. 1517. vulgavit suam Polyglottam, deinde Roberlus Stephanus, qui ann. 1528 et 1542. novas dedit \7ulgalae editiones; demum Lovanienses ann. 1547; emendatiorem editionem vulgarunt, quae posterioribus curis magis adhuc expurgata est. Cf. cl. Brunati diss. III. *Del nome, dell' autore, de' correttori, dell' autorità della versione volgala* inter *Dissertationes Biblicas,* quas vulgavit Mediolan. 1838. pag. 59, 60.

prodiret in lucem, uti reipsa factum est. Cum igitur vulgata latina versio in usu fuerit tot saeculorum lapsu in ecclesia occidentali, ac summis ss. patrum laudibus celebrata 12, cum eam adhibuerint oecumenica concilia, cum tot doctorum virorum curis ad hebraica et graeca exemplaria exacta fuerit, ac saepius adeo a mendis tum librariorum, tum chalcographoruin fuerit castigata, ac romanorum demum pontificum auctoritate prodierit, quin desipere velimus, fateamur necesse est, eam plane non in iis modo quae ad fidem moresque pertinent, sed in iis etiam, quae saltem substantiam afficiunt, conformem esse fontibus primigeniis, seu originali textui, eidemque plene congruere.

253. Atque hinc illud accidit singulare quod protestantes, qui adversus decretum tridentinum tot ab initio tantosque motus exciverant, primo illo deinceps animi aestu defervescente, coeperint decretum illud commendare, et vulgatam editionem laudibus prosequi, ceterisque versionibus anteponere. Longus nimis essem, si omnia, quae in hanc rem extant doctissimorum inter protestantes testimonia adducere hic vellem, Conradi Pellicani, utriusque Osiandri, patrie scilicet ac filii, Theodori Bezae. Isaaci Casauboni, Hugonis Grotii, Joann. Drusii, utriusque Buxtorfii, Ludov. De Dieu, Waltoni, Millii, Boisii, aliorumque passim.13 Satis propterea nobis hic sit unum aut alterum in medium afferre: „Annotavi autem, inquit Grotius, quae annotanda duxi ad latinam versionem, pridem receptam, quam semper feci plurimi, non modo quod nulla dogmata insalubria contineat, verum etiam quod multum in se habeat eruditionis, quamvis in dicendi genere satis horrido14;" et iterum:

”) Inter hos eminent s. Gregorius M. in *Ezech.* lib. I. *Hom.* X. n. 6. et in *Job. Moral.* lib. XX. η. 62. ubi, posteriori nempe loco, scribit: »Longe ab hac sententia vetus translatio dissonat. . . Sed tamen quia haec nova translatio ex hebraeo nobis arabicoque (Jobi) eloquio cuncta *verius* transfudisse perhibetur, credendum est quidquid in ea dicitur: et oportet, ut verba illius nostra expositio subtiliter rimetur;· s. Isidores hispalensis *Etymolog.* lib. VI. cap. 4. n. 5. ed. Arevali: -Presbyter quoque Hieronymus, scribit, trium linguarum peritus, ex hebraeo in latinum eloquium easdem Scripturas convertit, eloquenterque transfudit, cujus interpretatio merito ceteris antefertur. Nam est et verborum tenacior, et perspicuitate sententiae clarior, atque, utpole a Christiano interprete, verior;· et lib. I. *De Officiis,* cap. 12. n. 8. praeterea haec habet: »De hebraeo in latinum eloquium tantummodo Hieronymus presbyter sacras Scripturas convertit. Cujus editione *generaliter omnes ecclesiae usquequaque utuntur,* pro eo quod verior sit in sententiis et clarior in verbis;" alios plures cf. apud maurin. edit. opp. s. Hieronymi in Prolegom. in *Divinam Biblioth.* Prol. Π. ubi ostenditur ipsum s. Augustinum, qui prius novae vcrsioni infensum se praebuerat, postea summis laudibus eam extulisse, ac in usum suum deduxisse.

·') Hos magno numero collegit Brunatus in cit. Dissert, pag. 73 seqq., alios quoque profert vel ipse Hodius op. cit. lib. III. cap. 16 et Czuppon op. cit. *Vindiciae Vulgatae latinae edit.* tom. L pag. 33. et iterum pag. 89.

’⁋ In *praef.* seu monito ad lectorem praemisso comment, in libros V. T. *Opp. Theolog.* Amstel. 1679. Tom. I.

..Tutissima omnium iis qui nec hebraice nec graece didicere, est vulgata versio, quae nullum habet malum dogma, sicut tot saeculorum et gentium consensus judicavit.'· 15 Waltonus de doctis suis acatholicis scribens, ait: ..Vulgatam ceteris latinis hodiernis in hoc praeferendam existimant, quod omnibus antiquior, et in ecclesia occidentali per mille annos publice recepta Bit, unde merito magni facienda est, nec temere rejicienda, ut postea fusius ostendemus.·· 16 Item Millius suffragium suum suffragio Boisii conjungens scribit: ..Joannes Boisius nostras scripsit tractatum longe doctissimum . . . in quo versionis veteris (vulgatae) agit vindicias, ejusque loca quamplurima cum Bezae aliorumque versionibus collata recte omnino se habere demonstrat.'·17 Demum Joann. Dav. Michaelis: ..Praeiverat, inquit, Vulgata male deinceps ab aliis neglecta, cum sit versionum una omnium praestantissima... Ipsi enim auditores mei tam protestantes, quam pontificii, facile recordantur, quantopere ego Vulgatae usum tum criticum, tum exegeticum commendem, ejusque contemptum vituperem.“18 Haec quidem doctiores protestantes veteres et recentiores, quibus plures alii addi possent: cum his vero si compares quae nonnulli neoterici catholici incaute ac. temere de vulgata versione scripserunt, patebit quo ferant amor novitatis, cunctaque innovandi inconsulta lubido.19

254. Ex his jam sequitur quod tertio loco proposuimus ad decretum tridentinum vindicandum, scilicet argui numquani potuisse aut posse hanc versionem alicujus erroris nedum in doctrina de fide et moribus, sed neque in iis quae rerum in ea contentarum substantiam attingant. Quod tum *positive,* ut ajunt, tum *negative* facile ostendi potest. Etenim id primum conficitur *positive* ex aperta protestantium confessione quos adduximus, qui palam

15) Cit. edit. loin. III. pag. 674. in Γo/o *pro pace ecclesiastica.*

,e) *Proley.* X. n. 10. pag. 72. col. 1. Eadem repetit et inculcat in fine ejusdem prolegoineni pag. 74. coi. 2.

lT) *Proleyom. in Nov. Test.* edit. cil. pag. CXXXVIII. Eadem fere scribit ib. pag. CLXII. cl pag. LXXX.

,s) *Snpple/n. ad lex. hebraic.* part. III. pag. 992. et *Biblioth. Orient,* torn. XXL n. 311. Quae idem auctor scripserit in Inked. ad Nov. Testam, postea afferemus.

19) Inter quos dolemus recensendum esse Hug, cujus verba in gallicam linguam conversa exhibet Cellérier op. cit. *Introduction* etc. pag. 200 seqq. quae paulo post expendemus. Item connumerandi Jahn *Introd, in lib. Sacr.* §. 65 et seqq. qui inter cetera commemorat Salmerouem qui *cum Bellarmino* interfuit concilio tridentino, etsi Bcllarminus longe post Salmerouem floruerit, nec unquam concilio interfuerit; et Georg. Hermes qui *Einleituny* etc. seu *fntrod. in Theol. christiano-catholicam* pari, altera, pag. 437, falso tradit Decretum tridentinum legem disciplinarem fuisse, quae tantum per id temporis obligationem infe-

rebat: idque hac ratione confirmat: «Etenim hoc sensu acceptum (decretum illud) erat ordinatio quaedam ac medium illi tempori peropportunum in quo mutua conflictatio inter plures latinas versiones periculum orthodoxae doctrinae afferebat; ac proinde cessabat ipsa per sese statim ac ea conflictatio (atque haec quidem jamdiu desivit) et consequens inde verae christianac doctrinae periculum sublatum esset.

profitentur nullum circa dogmata in Vulgatam errorem irrepsisse, quos inter Millius eo usque progressus est, ut scribere non dubitaverit: „Certe tantum abest, nt ad textum graecum excusum quemcumque (Vulgatam Novi Testamenti) reformatam velim, ut contra optime cum ea actum existimem, si manuscriptorum exemplarium diligenter collatorum ope, talis apud posteros prodeat, qualem eam edidit Hieronymus." 10 Et sane si ex dictis constat de hujus versionis cum textibus primigeniis conformitate, fieri nequit, ut ipsa quidpiam contineat, quod illorum substantiae adversetur. Id ipsum praeterea probatur ex usu constanti ejusdem versionis per annos plus minus mille in universa occidentali ecclesia. Qui enim acciderit ut ecclesiae pars nobilissima, praesertim vero romana. tot usa saeculis fuerit versione vitiosa iu rebus substantialibus? Quod quidem vidit Ludovicus ipse Cappellus, qui quamvis heterodoxus haec luculenta sane protulit: ..Non est passus Deus in translationes quibus ecclesia sua usa est, et etiamnum hodie ubique utitur, gliscere varietatem seu alterationem momentosam, quae doctrinam ipsam immutet, atque corrumpat."21 *Negative* autem quod intendimus demum evincitur ex solutione difficultatum quas acatholici adversus Vulgatam identidem opposuerunt, quarum nulla est, ut ex inferius dicendis patebit, quae substantiam ipsam afficiat.

255. Sive igitur spectetur versionis vulgatae per tot saecula in ecclesia usus, sive adversariorum ipsorum suifragium, sive denique impossibilitas quidpiam in ea reperiendi quod argui erroris queat in rebus fidei aut morum, aut quod substantiam quoquomodo attingat, patet quod evincere proposuimus, nihil videlicet in ea contineri quod textui primigenio plane conforme non sit: adeoque, quod consequens est, merito a synodo tridentina latinam vulgatam editionem pro authentica habendam esse, statutum fuisse ac declaratum.

256. Verum et illud praeterea lucri ex Tridentino habemus, quod haerere haud amplius debeamus circa genuinam versionem, prout haerere necessario debent protestantes; qui cum noluerint agnoscere uti authenticam versionem vulgatam, fluctuant incerti in electione tot inter versiones, quae apud ipsos prodierunt.22 Et quamquam ipsi huic incommodo occurrere sategerint tum in synodo dordrechtana 23, tum in synodo lipsiensi cui subscripse-

Proley. in N. T. pa?. CXLLL

Critica sacra, Lutet. Paris. 1650. lib. VL cap. 5. §. 10. pag. 403.

®) Sane licet innumerae prope a protestantibus versiones turn ex hebraicis cum ex graecis fontibus adornatae fuerint, nulla tamen est apud ipsos communis versio, et quoties adhuc ab ipsis commentaria eduntur in Scripturam, toties novam exhibent versionem a se factam, ut patet ex editione koppiana, ex *Scholiis* utriusque Rosenmülleri, ex *Commentar.* Kuinoelii, ex *Opusculis* Knappii, aliisque passim ipsorum operibus.

”) Cf. J. B. Branca, *De sacr. libror, latinae vulgatae editionis auctoritate,* Mediol. 1781. vol. L lib. П. cap. 3. pag. 203 -205.

nuit Melanchthon, Pomeranius, Major aliiqne[34], res tamen infecta est, aliis protcstantibus obsistentibus, cum nulla ad id cogi auctoritate possent. Quo fit ut nondum convenerint in ulla admittenda communi versione, et adhuc de varietate et infidelitate versionum suarum conquerantur.[25] Immo de genuino textu adeo certi non sunt, ut nondum inter se convenire potuerint in textu primigenio assignando, atque in vera determinanda lectione sive textus hebraici quoad Testamentum Vetus, sive textus graeci quoad Novum, post tot scilicet exantlatos labores, post tot criticas recensiones![26]

DIFFICULTATES.

257. I. Obj. 1. Obstupuerunt exteri, inquit Sarpius, quum acceperunt a conventu paucorum episcoporum, qui neque in theologia valde versati erant, definitum adeo gravem articulum fuisse.[27] Nimis sane inconsulto ac leviter ejusmodi decretum editum esse constat ex ipsa rei qua de agitur natura. 2. Etenim vulgata latina versio non una, sed multiplex est: conflatur scilicet ex plurium antiquarum versionum mixtione quarum auctores ignorantur.[28] 3. Quod si Hieronymo auctore emendata est ad fidem graecorum exemplarium, cito depravata fuit ejusmodi recensio et permixta ex versione antiqua corruptissima[29], 4. adeo ut in plurimis adhuc differat versio haec vulgata a versione, quae est in Bibliotheca divina s. Hieronymi.[30] 5. Quamobrem recte illam vocaveris centonem quendam ex diversis laciniis consutum, quin tuto affirmari possit ad quamnam antiquarum versionum pertineat[31] 6. Sed praeterea detrita est, cum in locis minime paucis a textibus primigeniis tum hebraicis tum graecis dissentiat; ac in nonnullis abundet, in aliis vero desit, ac saepe 7. differat ab antiquis orientalibus versionibus praesertim vero syriaca Peschito, quae purissima omnium censetur.[32] 8. Satius proinde fuisset tridentinae synodo illorum obtemperare consilio, qui hujus-

Cf. Bellarm. *De verbo Dei,* lib. II. cap. 10. n. 1.

Cf. Branca op. cit. loc. cit. Sane vel ipse Grotius in *Voto pro pace* opp. edit. cit. pag. 674. haec de protestandum versionibus scribit: »De versionibus Bezae et Piscatoris, quorum eruditionem ego magni facio, et aliorum, quorum eruditionem non tanti facio, saepe eas detortas ad privatos ipsorum sensus monuere multi .. . et dc genevensi versione, quae tamen in locis non controversis non est spernenda, rex Jacobus etc."

“) Inter tot editiones criticas a protestantibus editas sive in Germania sive in Anglia, sive in Galliis tum Veteris tum Novi Testamenti a Beza el Roberto Stephano usque ad Michaëlisium, Griesbachium et Lachmann, nulla est quae cum altera plene consentiat, diversaeque lectiones, interdum etiam non parvi momenti reperiuntur, nec textus communis omnibus adhuc habetur.

27) *Storia del cone. di Trento,* lib. II. coll. Pallavicini *Isloria* etc. lib. VI. cap. 17.

“) Cf. Michaelis *Intr. an Nouveau Test.* tom. IL première part. chap. 7. sect. 29.

Ibid.

30) Ibid, et sect. 28.

3‘) Ibid.

M) Peschito idem ac *simplex, pura, litteralis.*

modi incommodis permoti proposuerant, ut nova e fontibus versio fieret, quae authentica declararetur. u Duplex exinde emolumentum percepissemus, alterum nempe, quod versionem elegantiorem possideremus, totque iis carentem barbarismis quibus Vulgata scatet, uti sperandum erat saec. XVI. quum graecae ac latinae litterae, maxime florerent: alterum vero quod liberi essemus ab innumeris prope aucupandis variantibus lectionibus, quae reperiuntur ex collatione vulgatae versionis cum codicibus Mss. quibus abundant bibliothecae nostrae. Ergo.

258. Resp. Ad 1. *D.* Obstupuerunt haeretici et quidem immerito, *C.* catholici, A'. Huc pariter referenda sunt, quae adversus hanc ipsam difficultatem, quam Sarpius excitarat propter decretum a concilio editum de sacr. librorum canonicitate, alibi reposuimus: sed et illud adjicimus episcopos Germaniae datis litteris suam aperuisse mentem, quae plane conformis erat iis quae deinceps in concilio constituta sunt.14

259. Resp. Ad 2. Esto: nec enim ex auctore, vel auctoribus vulgatae versionis de ejus dotibus judicium ferendum est, sed ex ejus fidelitate, seu intrinseca cum textibus primigeniis conformitate, atque ex diuturno plurium saeculorum usu qui publice obtinuit in ecclesia, illam facto ipso probante, iliique auctoritatem conciliante, quicumque demum sint qui eam confecerint.

260. Ad 3. *D.* In privatorum codicibus. *Tr.* vel *C.* in codicibus qui publico ecclesiarum usui inserviebant, *subd.* Qui tamen identidem emendati sunt a naevis, quos labente tempore contraxerant. *C.* secus, A', Fieri certe non potuit in tanta exemplarium multitudine et varietate, ut quaedam vitia vel librariorum incuria et oscitantia, vel privatorum audacia aut imperitia non irrepserint in vulgatam editionem. Ast numquam defuerunt in ecclesia viri apprime docti, qui eam revocaverint ad suam integritatem, prout praestiterunt, ut paulo ante scripsimus Cassiodorius. Beda, Alcuinus, Lanfraneus aliique subsequentibus aetatibus.35 Nulla fortasse versio est, quae tot recensiones et castigationes obtinuerit uti Vulgata, cujus puritati rom. pontifices consuluerunt donec eorum cura prodiit nova emendatio, quae in praesentibus editionibus cernitur.

261. Ad 4. *D.* Quia ecclesia noluit exclusive cujusvis peculiari versioni ita se addicere, ut si opportunum duceret uni potius quam alteri lectioni

M) Ita Saqnus loc. ciL

Cf. Branca op. cit. lib. I. cap. 3-§. 14.

") Cf. etiam Ccllcricr *Introduction* etc. pag. 199. nec non cl. Ungarelli e Cleric, s. Pauli in diss. *Collectio Vulgatae latinae editionis correctionum juxta ss. concilii Tridentini decret, per summos Pontifices Sixtum* Vi, *Greg. XIV. et Cievient. VIII. praestitarum. Prolegomena* quae edita sunt in *Annali delle sciende religiose,* vol. IV. num. 10, 11 ac 12. Ex egregiis viri multiplici eruditione ac veterum linguarum peritia praestantis laboribus haud parum fructus in rem hanc nostram derivavimus.

adhaereret, *C.* alio sensu, *N.* Quamvis enim ecclesia adoptaverit generatim versionem ac recensionem hieronymianam, non ea tamen ratione adoptavit, ut si judicaret in nonnullis retinendam esse antiquam lectionem, quam bonam aut meliorem esse deprehenderet, deberet eam abjicere, sicut reipsa fecit. Ecclesia siquidem vera depositaria est ac custos sacrarum Litterarum, et verae lectionis judex. Ex hoc intelligimus non caeca ratione ecclesiam se gessisse in electione versionis suae. Ceterum ejusmodi varietates nec multae sunt, nec magni momenti, uti ex Bibliothecae divinae s. Hieronymi collatione cum Vulgata nostra cognosci facile potest.36

262. Ad 5. *D.* Id est, constat Vulgata latina diversis antiquarum versionum partibus quae legi consueverunt in ecclesia, *C.* informi et inconsulta collectione, *N.* Uti jam animadvertimus, vulgata editio majore sui parte, itnino praecipua ex versione s. Hieronymi coalescit, et ex versionibus quas ipse emendaverat ac recensuerat, nonnullis variantibus exceptis. Qua igitur ratione posset illa dici cento quidam ex diversis laciniis consutus? Elucet potius in illa summa puritas, ita ut meliores versiones antiquae, praesertim syriaca, et recensio occidentalis alexandrina ac palaestinensis maxime eidem congruant: quo fit ut Michaëlis ipse haud affirmare dubitet, versionem latinam cunctis versionibus occidentalibus basim ac fundamentum constituisse.37

263. Ad 6. *D.* Differt vulgata versio a textibus primigeniis, et quidem prout nunc habentur, in nonnullis accidentalibus, *Tr.* vel *C.* in iis quae ad substantiam pertinent, *N,* Has varietates seu differentias jamdiu collegerant Bellarminus 38, Bukentop39, Goldhagen40, Czuppon41, aliique passim.42 Ostenderunt porro auctores isti non solum in doctrina, sed neque in substantialibus rebus ullam reperiri discrèpantiam inter versionem vulgatam ac primigenios textus, quod jam fatentur protestantes ipsi, quorum testimonia paulo ante attulimus aut indicavimus, iisdemque alia plura adjici possent, si opus esset. Hic praeterea omitti nequit nonnullos veluti discrepantem a textibus primigeniis versionem latinam eo nomine traduxisse, quod minime

M) Cf. Prolegomena in Biblioth. divinam s. Hieronymi Martianaei et Pougel quae in edit, parisiensi habentur vol. I. et in edit. Vallarsii tom. IX. Cf. eliam Jos. Blanchinium, *Vindiciae* etc. *Divina Bibliotheca, seu variantes lectiones* V. *T. juxta hebraicam veritatem translati, et Novi graecae fidei redditi a s. Eusebio Hieronymo.*

Introduci, tum. II. chap. 7. sect. 21. Cf. eliam tom. I. chap. 7. sect. 2 suiv.

MJ *De verbo Dei,* lib. II. capp. 12, 13 et 14.

”) In op. cui lit. fecit “ΠΝῺ seu *Lux de luce.*

40) *Spicilegium Apolog. praecipuor. N. T. locorum quos novatores nostra in Vulgata accusant.* Ad calcem suae catholic. graeci N. T. edit, cum variantibus lectionibus, quae demonstrant vulgatam lalinam ipsis graecis N. T. codicibus hodiedum authenticam. Mogunt. 1773.

Vindiciae vulg. lai. sect. III. pag. 386 seqq.

Morinus *Exercitation. Biblic.,* Blanchinius *Vindiciae* etc.

haec conveniat cum codicibus sen codicum familiis quae ipsi secuti sunt. Ast hi meminisse deberent versionem latinam pluribus saeculis vetustiorem esse codicibus omnibus quos adhuc possidemus: et codices hodiernos comparari haud posse cum antiquioribus quos prae manibus habuerunt antiqui interpretes, in quibus diversae lectiones inveniebantur a reeentioribus discrepantes43, eaedemque judicio ecclesiae veriores. Quamobrem non semel de vera lectione a versionibus illis quaeri debet ac statui. 14 Ad summum dici potest editionem vulgatam nondum esse numeris omnibus absolutam, ita ut in rebus levioris momenti aliquot adhuc naevis aspergatur, quae ulteriori castigatione opus haberent, prout nonnulli etiam docti catholici fassi sunt, immo eam efflagitarunt.45 Quod quidem a sola publica ac legitima auctoritate, nempe rom. pontificis, minime vero a quopiam privato individuo praestari posset, ut ipsa rei qua de agitur natura exposcit.

264. Ad 7. *D.* Id est, non convenit in omnibus vulgata editio cum quolibet peculiari codice, aut etiam cum qualibet singillatim familia, quae primitivum codicem repraesentet, *Tr.* non convenit cum iis simul sumptis, aut

4J) Hoc luculenter patet ex iis, quae scribit s. Hieronymus ad Damasum, in quibus cum commemorasset codices lucianacos et hesychianos quos reprobat, profitetur se Evangelia ad *reteres* codices emendasse scribens: »Igitur haec praefatiuncula pollicetur quatuor tantum Evangelia .... codicum graecorum emendata collatione, sed *reteram;* quae ne multum a lectionis lalinae consuetudine discreparent elc.“ Isti autem veteres codices sunt palaestinenses, quos collegerat et emendaverat Origencs, ut ipscmet profitetur Comment. in Matlh. XXIV. 36. et in epist. ad Gal. III. 1. ubi subdit: »Hoc quod in exemplaribus Adamandi non habetur, ŏmisimus; quique rcperiebantur in bibliotheca caesareensi a s. Pamphilo collecta. Porro tum Veteris tum Novi Testamenti codices Mss. qui adhuc asservantur, si excipias vtticanum el alexandrinum seu londinensem, qui tamen Hieronymo posteriores sunt, pauci admodum ascendunt ad saee. VII. vol VIII. reliqui omnes posteriores sunt. Cf. Czuppon op. cit. tora. I. pag. 114 seqq. in nota.

u) Quod nec diffitetur ipse Miehaëlis *Introd.* tom. I. chap. 7. sect. 13. et alibi. Sane hanc regulam secutus est s. Hieronymus ad repudiandos codices lucianaeos et hesychianos. ut legitur in cit. epist. ad Damas. -Quum multarum gentium linguis Scriptura ante translata, doceat falsa esse quae addita ŝunL Certe plures paries in N. T. reperiri in quibus Vulgata veriorem exhibeat lectionem quam textus ipse graecus, eruditi critici agnoscunt, praesertim in Aciis apostolicis. adeo ut in his non Vulgata ad textum graecum sed graecus textus ad latinam vulgatam exigendus sit.

n) Inter quos J. Bernardus De Rossi qui in *Introduzione alia sacra Scrittura,* Parma 1817. §. 78. quum plura disseruerit de vulgata editione quam, prout prodiit per Sixtum V. et Clementem VIII., etsi emendatiorem esse affirmet cunctis anterioribus editionibus, haud tamen dissimulat naevos quibus adhuc infecta est, concluditque: E dunque da desiderarsi, e vivamentc desideriamo per decoro e splendore della religione, e della Volgala medesima, ch‹· sorga un nuovo Ponteficc, il quale ce ne dia una nuova più correlta, e più accurata edizione, e renda più compito e più perfettu il henefizio di que'due suoi prodecessori. Qual nuovo titolo di gloria non sarebbe questo per ťui! Jam retulimus Lucam brugensem loca collegisse in quibus optabat Vulgatam emendari, quae non minus 400 sunt.

saltem cum iis quos prao oculis habebat *a.* Hieronymus, deinde vero Cassiodorius, Ar. Difficile est reperire in Vulgata lectionem aliquam in qua discrepet a textu communi, cujus fundamentum non occurrat in aliquo aut pluribus etiam codicibus, aut in allegationibus patrum antiquissimorum, aut in versione aliqua pervetusta. ui Ope profundioris studii critici deprehenderunt demum non pauci recentiores, protestantes nimis leviter et audacter vetustiores aliquos criticos aut sustulisse, aut in dubium revocasse plura loca, quae abundare videbantur in Vulgata. 47 Syriaca porro Peschito, de qua nondum controversia absoluta est48, in plerisque prae ceteris congruit cum Vulgata, etsi in nonnullis, ut fit, discrepet ab ea; verum semper prae oculis habendum est, versionem latinam ceteris esse omnibus anteriorem.

265. Ad 8. *N.* In hac enim hypothesi destitueremur versione critica, eaque antiquissima tot publico saeculorum usu probata. Si concilium morem gessisset paucis illis, qui novam versionem e fontibus fieri consulebant, non effugisset censuram horum ipsorum, qui nunc eidem crimini vertunt id, quod veluti sapientem deliberationem doctiores ipsi protestantes celebrarunt. Inter quos Drusius: „Non male, inquit, meo judicio, patres concilii tridentini receperunt in scholis interpretem vulgatum; nam utut errores aliquot habeat, habent et alii suos, longe fortasse plures quam illi." 49 Huic Buxtorfius adstipulatur. 50 Praetereo autem innumeras pene difficultates, in quas se con-

*6) Ne quis suspicetur exaggerata haec a nobis esse, testes assertionis dabimus auctores protestantes, scilicet Bezam, qui sicErasmum arguit: «Quam immerito Erasmus mullis locis veterem interpretem reprehendit, tamquam a graecis dissentientem. Dissentiebat, fateor, ab iis exemplaribus (graecis N. T.), quae ipse nactus erat. Sed non uno loco comperimus aliorum codicum et quidem vetustissimorum auctoritate eam interpretationem nili, quam ille reprehendit: quin etiam aliquot locis animadvertimus veteris interpretis lectionem, quamvis cum nostris graecis exemplaribus non conveniat interdum, tamen multo melius quadrare, nempe quod emendatius aliquod exemplar secutus esse videtur," apud Rich. Simon. *Hist, critique du Nouv. Test.* chap. 25. ci Morin. *Exerc.* IL cap. 3. n. 3. Sic etiam Isaac Casaubonus de quo Walton *Prol.* X. in Polygl. num. ult. pag. 74. scribit: nNolis suis ad Evangelia et Acta saepe vulgatam editionem graeci textus hodierni lectioni praefert, et cum antiquis graecis Mss. Vulgatam convenisse ostendit.·' Satis etiam est ad hoc cognoscendum conferre Vulgatam cum pluribus lectionibus quae consonant cum iis quae offenduntur apud Irenaeum, Tertullianum ac Cyprianum, quae tamen dissentiunt a lectione quae reperitur in graeco textu vulgato, aut in variantibus lectionibrts quas subjecit suae editioni oxoniensi Joann. Gregorius ann. 1703 et longe copiosiores Griesbachius.

^T) Ex his maxima ecclesiae prudentia elucet, quae non obstantibus tot criticorum clamoribus intactum textum suum conservavit. Si ipsis auscultasset, quoties immutare ac restituere quae abstulerit, debuisset?

,s›) Cf. Bengel *Introd. in Crisin N. T.* Ridley, *Ife syriacis versionibus* apud Michaelis opp. cit. *Introd.* tom. L première part, ubi etiam idem auctor illorum sententias discutit chap. 7. sect. 3 et 4.

'") *Annot. in lib. Num.* cap. 159. apud Joann. Buxtorfium fil. *Anticritica seu Vindiciae veritatis kebraicae.* Basileae 1653. part. I. cap. 8. pag. 143.

A0) Ibid, subscribere enim se profitetur

jecisset concilium, si illorum sententiae obtemperasset: debuisset enim prius textum tum hebraicum tum graecum authenticum determinare, quod in tanta lectionum varietate difficile admodum esse patet ex trium saeculorum sive catholicorum sive protestandum laboribus, inquisitionibus, systematibus, quin tamen adhuc pertingere metam potuerint. Deinde in locis obscuris et ambiguis verum sensum debuisset eligere, quod pariter operosum est, ut eruditi norunt; neque sic tamen plurium offensionem declinasset. Adeo verum est faciles haud esse aures praebendas iis, qui praeter superficiem res non intuentur!

266. Ad primum autem emolumentum quod adversarii jactant, reponimus non tam de elegantia, quam de veritate ac fidelitate versionis nos sollicitos esse debere. Si neque Deus ipse hanc a scriptoribus quos inspiravit, requisivit, cur hanc nos curiosius consectabimur? Hoc plane esset a fine aberrare ob quem Deus nobis Scripturas dedit, ad nos videlicet instruendos et emendandos, non autem ad emulcendas aures nostras. Quotquot proinde cum fidelitatis dispendio saec. XVI. et seq. elegantiam in versionibus biblicis aucuparunt, infelicem exitum sunt experti, cum nemini arriserint.31 Quamquam et illud addendum est. si in nonnullis Scripturae partibus barbarismi offenduntur, in maxima tamen parte non deesse latinae linguae puritatem. En quomodo de Vulgata Steuchus Eugubinus trium linguarum apprime gnarus disserat: ..Tanta est, inquit, nostrae interpretationis elegantia, tanta proprietas, tam mirabili prudentia vitat hebraismum, seseque nostrae phrasi accommodat, ut alterius esse, quam eruditissimi Hieronymi minime ut credam adduci possim. ... Si quid in hac nostra editione diversum ab hebraica veritate invenitur, perleve certo est, et quod uno apice resarciri possit. . . . Hanc quoties cum hebraica veritate contulimus, toties in magnas ipsius interpretis laudes erupimus, admirati tantam majestatem, tantam in transferendo prudentiam, tantum judicium, tantum leporem, tantam perspicuitatem etc.“ 32 Nec diversa ratione de lingua Vulgatae judicium tulerunt celebres protestantes.

267. Alterum vero quod praedicant emolumentum nullius pariter momenti est, tum quia variantes ipsae lectiones conferunt ad criticam et exegeticam, ac utiles proinde sunt33: tum quia incurreremus in aliud incom-

judicio Drusii quem summopere commendat.

5l) Cf. Czuppon *Vindiciae etc.* qui tom. IL sect. 5. omnes ad suam usque aetatem catholicorum et acatholicorum versiones ab hebraicis ac graecis fontibus recenset et expendit una cum criticorum judicio, conchiditque nullam hactenus effectam esse, quae cum Vulgata comparari possit ob innumeras exceptiones quas patiuntur non modo ex parte catholicorum, verum etiam heterodoxorum.

w) Praef. ad lect. op. *Veteris Testam, ad veritatem hebraic. Recognitio,* Venet. 1829. et in op. *Vulgata editio an sit Hieronymi,* 1534. apud Brunati diss. cit. pag·. 81.

“) Hodius op. cit. *De Biblior. textibus original,* etc. lib. III. cap. 16. comme-

modum; quandoquidem nova ejusmodi versio componi haud posset cum tot variantibus lectionibus textuum tum hebraici tum graeci, novaeque controversiae pullulassent.

268. II. Obj. Si historiam recensionis Vulgatae consulamus, quam imperfecta haec sit magis deprehendemus. Vix enim Tridentinum de vetere et vulgata editione *emendatissime* imprimenda decretum emisit, ut rom. pontifices ad sese illud negotii revocaverint, quod lovanienses theologi perficere coeperant.[51] Pius IV. et Pius V. congregationibus ad id institutis correctionem maturandam tradiderunt; ast Sixti V. fervens alacritas omnis morae impatiens, ut cito absolveretur, effecit, et exitum evulgavit per constitutionem editam kal. Mart. 1589. Typographiam in palatio vaticano instituit, et ipsemet emendationi mendorum typographicorum operam dedit: ..Nostra, inquit, nos ipsi manu correximus, si quae praelo vitia obrepserant.“ Prodierunt haec. Biblia sic emendata ann. 1590. Ast festinatus hic labor, qui venerationis sensum in omnibus conciliare debuisset, tum catholicorum, tum protestandum in satyras et criticam statim offendit. Innumeris siquidem prope mendis scatebat haec editio, quae chartulis obductis, vel calamo celare nisus est pontifex, sed perperam. Sixto interea perfuncto Gregorius XIV. novam emendationem Bibliorum suscepit; ast morte praereptus, haec publicata non fuit nisi paucos post dies a coronatione, quam vocant, successoris ejus, Clementis VIII. Ast quomodo honori consulere Sixti V. et auctoritati pontificiae? Bellarminus hunc modum invenit, mediante praefatione typographi ad lectorem, quam ipsemet confecit, in qua menda omnia typographo adscriberentur. Haec praefatio causa potissima esse debuit *canonizationis* Bellarmini.[55] Clementina haec editio quae pluries recusa est ac novus semper emendationibus aucta, cum in non paucis editioni adversaretur sixtinae, occasionem praebuit James vulgandi libellum cui tit. *Bellum papale*[36], et Amamae suum *Antibarbarum Biblicum*.[37] Ex praefatione porro Bellarmini

morat Albericum Gentilem ex catholico protestantem, gente italum atque in univers, oxoniensi jurisprudentiae professorem, qui libellum edidit: *De latinitate Veleris Biblionun versionis male accusata.* Obiit porro infelix hic apostata ann. 1608. Michaelis tom. II. chap. 7. sect. 24. ostendit haud exiguam utilitatem criticum cx verbis aut phrasibus latinae linguae, quae in Novi Testamenti versionc reperiunlur, haurire posse atque concludit: /II n| est aucun motif pour traiter avec mépris la Vulgate, que je préférerais à la Bible de Castelio, pour la raison que je viens de dire. «T ai souvent parlé de ce sujet avec le célèbre Gesncr, qui avait coutume de dire que la Vulgate était pour lui un livre classique, non qu'il pût apprendre d'elle un latin élégant, mais parce qu’elle lui donnait les moyens d’embrasser le latin dans toute son étendue.“

51) Cone, tridentinum decretum suum edidit die 8. April. 1546. Prima vero editio lovaniens. prodiit ann. mox insequenti 1547.

") Ita Hug apud Cellérier op. cil. *Introduction* etc. pag. 210 seqq.

*) De quo fuse scribit Hodius op. cit. pag. 504 seqq.

*’) Ibid, et pag. 494.

videtur ex una parte fixum pontificibus fuisse restituero veterem *communem d vulgatam* editionem, ex altera autem sibi proposuisse recensionem bieronymianam tantum emendare, ut versio ecclesiastica esse posset, quamque *reipsa* censores uti basim emendationis elegerunt. Quae cum ita se habeant. ecquis est qui non \ideat informem adhuc esse vulgatae versionis emendationem ? Ergo.

269. Resp. *D. A.* Si consulamus historiam recensionis vulgatae editionis prout fingitur, *C.* juxta rei veritatem. JV.

270. Nam I. ideo ad se rom. pontifices totum hoc emendationis negotium revocarunt, quia solius publicae auctoritatis est id proponere quod communi ac publicae utilitati et commodo inservire debet; alioquin numquam posset litibus, quae forte excitarentur, finis imponi. Talis porro est editio emendatae Vulgatae. Privati possunt laboribus suis conferre ad faciliorem rei exitum, non autem definitive rem ipsam proponere.

271. II. Si ratio habeatur consilii Sixti V. in emendandis Bibliis, et canonum quos sequendos sibi et congregationi huic operi perficiendo institutae proposuit, patebit non inconsultae festinationi, aut morae impatientiae, sed aliis prorsus causis esse adseribendum, quem perperam adversarii malum exitum vocant, sixtinae editionis. Quae ut intelligantur, sciendum est, a praecedentibus pontificibus, praesertim vero a Gregorio XIII. jamdiu institutam fuisse congregationem ad Bibliorum castigationem, cui praefectus erat card. Caraffa, et canones quinque sancitos fuisse ad quorum normam delecti correctores laborem suum exigere debebant. Sixtus V. eandem congregationem ratam habuit, at alios octo canones suffecit, quibus immutata, ut ita dicam, est correctionis basis. Nam juxta priores canones plus indulgebatur collationi versionis et textuum 58; juxta posteriores plus tribuebatur communi lectioni, quae vigebat in ecclesia, etiamsi in nonnullis a textibus discrepare videretur vulgata editio. 59 Inde factum est, ut *Corrcclorium Caraffianum,* ut vocant, quod ad normam priorum canonum digestum erat, non arriserit Sixto V. ac plures praeterea emendationes omiserit in sua editione, ex iis quae in illo Correctorio notabantur, idque ex lege sibi praescripta. Interim licet nulla diligentia praetermissa fuerit, qua impressio typographica nullo vitio inficeretur, nonnulla tamen irrepserunt sphalmata, quae Sixtus V. emendavit, et chartulis glutine applicitis admonuit quomodo se vera lectio haberet: sunt vero inquit cl. Ungarellius, loca hujusmodi ita correcta non ultra quadraginta. 60

iS) Hos canones exhibet cl. Ungarelli in cit. *Prolegont.* §. 5.

JS) Cf. ibid. §. 12.

w) Ibid. Quod et ego ipse expendi, cum exemplar sixtinae ejusmodi editionis in nosira Collegii Romani bibliotheca habeamus. Si qua·? alia menda in sixtina editione occurrunt, minimi momenti sunt. Notandum adhuc est ex illis XL mendis lypographicis quae Aldo juniori exciderunt, nonnisi

272. Ex his patet neque adeo mendosam ejusmodi editionem evasisse, nt passim traducitur, neque Sixtum earn repudiasse, ut nonnulli vulgarunt, nec pauca adeo exemplaria impressa fuisse, ut vulgo fertur.61 Quod si Sixtus V. cogitavit sub finem pontiiieatus sni praelo iterum subjicere suam editionem, uti Bellanninus in allegata praefatione aliique testantur, non ob defectum correctionis ipsius Vulgatae, sed ob menda quae reipsa eam in editionem irrepserant, id animo consilii revolvit, quod morte praepeditus execution! mandare non potuit. Ceterum numquam Sixtum poenituit correctionis suae, quae adamussim canonibus sibi praestitutis respondit. 62 Rumor autem qui in vulgus spargi coepit, quod Sixtus ante obitum abjecerit castigationem Bibliorum, magna ex parte originem habuit a correctoribus caraffianis, qui aegre tulerunt Sixtum plures ex illis emendationibus quas ipsi proposuerant neglexisse 63, atque ita amplificata sunt menda sixtinae editionis. Haec tamen magis accessit ad antiquam vulgatam editionem quam Clementina, uti testatur Alex. Geddes scribens: ,.Prior (editio Sixti V.) plus antiquae Vulgatae retinere videtur: melius illa Mss. auctoritate suffulta/ 64

273. III. E vivis sublato Sixto V. ann. 1590. VI. kal. Septembr., nec non Urbano VII. eidem suffecto, utpote qui nonnisi tredecim diebus electioni suae supervixerit, ad thronum pontificalem evectus est eodem anno in finem vergente Gregorius XTV. Hic, pluribus urgentibus, novam Bibliorum emendationem suscepit, instituta in hunc finem congregatione cui pariter sui canones traditi sunt ad quorum normam emendatio fieret. 65 Sicque diversa iterum basis per hos canones perficiendae emendationi constituta est. Brevi, e medio impedimentis a pontifice sublatis, Zagarolae ad perfectum res deducta est.66 Editio sic emendata propediem in lucem vulganda erat, cum die 15. Oct. ann. 1591. Gregorius XIV. fatis cessit; quare usque ad novi pontificis electionem impressionis negotium dilatum est. Vix elapsis diebus 14 ab obitu Gregorii, electus est in pontificem Innocentius IX. qui tamen sub finem Decembris ejusdem anni diem suum obivit. Post mensem creatus est pontifex Clemens VIII. qui illico animum convertit ad Bibliorum editionem. Gregorianum

triginta fuisse chartulis obducta, eo quod graviora essent, ac sensum immutare viderentur; decem itaque nec omnia prorsus certa, absque correctione dimissa sunt, ut idem cl. auctor observat §. 15.

*') Cf. ibid. §. 13. et Marchand, *Amoenitates Hier.* pag. 438.

ǂ Hoc fuse ac erudite ostendit Ungarelli loc. cit.

«) Ibid. §. 14.

**) Apud eundem §. 12. Quod el Bern, de Rossi confirmat in cit. *Inlroduzaone ulla sacra Scritlura,* §.78. disserens de criticis qui scripserunt de editione Clementina: »Trovarono che non poche lezioni vi sono nella Sistina molio migliori e piu consentanee ai testi originali di quelle della Clementina. Noi ne abbiamo dati in altra opera nostra degli ĕsempj;' nempe in libro *De praecipuis causis neglectae heb. Utt. discipl.* pag. 93 seqq.

6i) Hos pariter refert Ungarclli §. 16. Sunt autem numero quinque. Subjicit praeterea §. 17. plures observationes circa ejusmodi emendationem.

ǂ Ibid. §. 19.

Correctorium[67] Clemens P. Toleti S. J. juditio commisit, qui septimo vix mense transacto[68] opus sibi demandatum explevit, et exemplar toletanura[69] praelo subjectum est ab Aldo Manutio Aldi abnepote in folio maximo atque iisdem characteribus quibus sixtina Biblia iste jam impresserat, et ante illius anni 1592 finem in lucem prodiit, curante typographical!) correctionem Angelo Rocca ex augustiniana familia.[70] Neque tamen haec impressio suis mendis typographicis caruit[7I], neque item aliae, quae eam proxime subsecutae sunt, videlicet ann. 1593, 1598, et 1624.[72] Interim si quis conferat inter se editionem sixtinam et clementinam, comperiet alteram alteri adjumento fuisse, plures retentas esse correctiones Sixti V. quarum nulla absque fundamento facta est, quamvis in insequenti non omnes fuerint justas ob causas adlectae[73]; comperiet praeterea diversitates inter utramque editionem exigui esse momenti, adeo ut vere scribere potuerit Bukentop: „Nulla est in utroque pontifice repugnantia, nulla in utriusque Bibliis alia credendi aut agendi

*7) Hoc Correclorium Alss. adhuc Romae asservatur in Bibliotheca pp. Augustinianensium, *Angelica* nuncupata, una cum facti narratione Angeli Rocca, quae plurimum juvat ad rei veritatem agnoscendam.

ss) In postrema pagina suarum annotationum quas apposuerat Bibliis sixtinis spatiosis foliis impressis ad utrumque Testamentum usque ad Apocalypsim legitur: -28. Augusti ann. 1592 die sancti Augustini, Clem. VII. (sic) ann. I. perfeci annotationes has ŏmnes.· Apud Üngarelli §. 22.

69) Hoc pariter exemplar manu Sirleti exaratum in bibliotheca vaticana asservatur.

7') Ut liquet ex litteris apostolicis Clementis VIII. quae ita se habent: «Clemens Papa VIII. Hanc Bibliorum editionem juxta correctionem a congregatione praestitam, imprimendam mandamus: et judicio p. Francisci Tuleii e societate Jesu committimus, eique nostram hac in re auctoritatem impertimur: emendationem vero typographicam fratris Angeli Rocchensis Augustiniani a Camerino fidelitati et industriae demandamus. — Clemens Papa VIIL·

') Sane editionis clementiuae principis quae ann. 1592 prodiit, errata typographica octogenarium numerum excedunt, dum vix XL reperirentur in editione sixtina alicujus momenti. Hujus quoque exemplar habemus in bibliotheca Coli. Rom.

n) Nam et ea quae 1593 edita est, teste Le-Long suis erroribus maculatur, et pluribus quam quae fuit anno superiore impressa, quae deinde castigata est editione 1598 in 4. nain. Verum neque haec suis mendis caruit, eo praesertim quod tribus commune est, immo et illi quae ann. 1624 ubi Genes. XXXV. 8. de nutrice Rebeccae legebatur, quod fuerit sepulta ***super*** *quercum* pro ***subter.*** prout recte legitur in editione sixtina. Hic error postea casu *mere fortuito* deprehensus est ac sublatus a lypographis Planlinianis. De illis editionibus prioribus clementinis copiose egit Henricus Bukentop in cit. "flKD "11N seu ***Lux*** *f^e luce,* pag. 487 — 500. qui praeterea comparationem instituit inter lectiones universas sixtinae editionis cum lectionibus editionis clementinae; ex his porro colligitur loca mutata ex sixtina editione in Clementina esse 2134. Egit insuper de clementinis editionibus quae vulgatae sunt ann. 1592, 1593 et 1598, Bonavenlura a Magdalono in op. cui tit. *Triplex /iiblico-critica demonstratio* in tom. I. Venct. 1760. pag. 45 seqq. Notandum denique est editiones Clementinas constanter fuisse editas sub solius Sixti V. nomine. Qu omnium primus in fronte Bibliorum apposuit nomen Clementis VIII. videtur Antonius Laurens, cujus sumptibus prodierunt Lugduni Biblia Vulgata latina fol. ann. 1675, cujus exemplum deinceps ceteri editores sequuti sunt.

7î) Cf. üngarelli in cit. *Proleg.* §. 15.

nulla substantialis diversitas, sed accidentalis *solummodo/* 74 Nempe ita sixtina editio ad clementinam se habet ut minus perfectum ad magis perfectum.

274. IV. Ex his patet insuper 1. perperam James aliosque protestantes inter se utramque editionem commisisse, perinde ac si invicem sibi adversarentur, atque ex solo aestu romanam ecclesiam carpendi eo adductos esse. 75 2. Non ex praepropera festinatione et ex superbo pontificis Sixti ingenio fartum esse, ut mendis inficeretur ejus editio, sed vere ex typographi lapsu illa irrepsisse, quibus emendandis Sixtus chartulas glutine applicuit. 76 3. Si praeter vitia typographica nonnullae lectiones immutatae sunt in Clementina editione, id contigisse ex eo quod diversam methodum secuti fuerint correctores sixtini et gregoriani, postea vero etiam clementini77; quod innuit Bellarminus in praefatione adjecta sacris Bibliis, qui non solum praeli vitia emendata tradit, sed immutata nonnulla praeterea docet in Clementina editione ad instrumentorum fidem et collectionem 78, quique et alia immutata consulto relicta esse admonet. Patet insuper 4. nomine *Vulgatae veteris et communis* Bellarminum significasse reipsa hieronymianam versionem ac recensionem, ut constat ex orationis serie, secus ac insinuet Hug: omnes enim correctores tum sixtinae, tum gregorianae congregationis codicem gothicum Boeticum praeseferentem puriorem hieronymianum textum uti instrumentum praecipuum adhibuerunt. 79 Patet 5. Bellarminum non ut consuleret honori

M) In praefal. ad librum III. op. *Lu.r de luce,* pag. 316.

") Ecquis non deprehendat protestandum furorem in ecclesiam catholicam, dum ob exigui momenti correctiones adeo vehementer in eam insurrexerunt? Qui praeterea insanientes in tridentinum decretum de Vulgata relinenda et emendanda, alii illud *prodigiosum* vocarunt, ut Amama in *Antibarb.* lib. I. cap. 5. pag. 37; alii *temerarium,* uli Hottingerus in *Thesauro philolog.* lib. I. cap. 3. pag. 393; alii *infelicissimam temeritatem,* op. cit. part. IL cap. 14. pag. 488; alii *indignissimum facinus*, ut Pfeiflerus *Criticae sacrae,* cap. 2. η. 5; alii *absurdum* ac *falsum* ut Leusdenus in op. *Philologus hebraeus mixtus* diss. I. n. 6; alii demum *blasphemum* atque *impium,* uti Glassius,· *Philologia sacra,* lib. I. tract. I. edit. Lips. 1705. col. 32. Ad haec quid dicemus? Illud ipsum quod regius Psalles: «Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper."

7β) Attamen Hug ut prolestantibus velificaret, scribere haud dubitavit: ..Mais le Saint-Siège voulait se reserver ce travail: Pie IV. et Pie V. le confièrent à des con- ~ grégations nommées dans ce but. Sixte V. dont la bouillante activité ne pouvait supporter une marche aussi lente, le fit promptement terminer, et annonça ce succès par une bulle du premier Mars 1589." Apud Cellér. pag. 202. Hoc vere est historiam scribere *a priori.* Hic praeterea ibid, subdit: «*L'instruction, la véhémence et l'orgueil de Sixte* rendent assez probable, que plus d'une fois il contraria les correcteurs et changea l'ouvrage brusquement, malgré eux, et de sa propre main." Itane catholicus ?

WJ Cf. Üngarelli in cit. *Proleg.* §. 24.

7S) En ejus verba ex praef. ad leclor. praemissa edit, clementinae: ..Et vero quamvis in hac Bibliorum recognitione, *in codicibus AIss. hebraeis graecisque fontibus, et ipsis veterum patrum commentariis conferendis non mediocre studium adhibitum fuerit;* in hac tamen pervulgata lectione, sicut nonnulla consulto immutata, ita etiam alia, quae mutanda videbantur, consulto immutata relicta sunt."

7') De insigni hoc documento quod pri-

Sixti V. multo vero minus pontificiae *infallibilitati*, uti nonnulli protestantes adjicere solent, permiscentes opus *criticum* cum fidei definitione 80, illam praefationem confecisse, sed ut rationem redderet ipsius editionis.81 Patet 6. tantum abesse, ut haec praefatio causa extiterit canonizationis Bellarmini, ut neque Bellarminus unquam *canonizatus* fuerit, et haec ipsa praefatio occasionem dederit promovendi difficultates adversus illius canonizationem. 82

muni typis vulgavit cl. Blanchinius cf. quae doctissimus hic vir scripsit una cum praefatione Chrislophori Palomares, ex qua disces illud exscriptum esse ex codice Lacinii Boetici, qui sex ad Hieronymum notarios miserat ad scribendum quidquid Hieronymus hactenus in sacras litteras exaraverat, et eodem s. Doclore dictante, fideliter scripserunt. Habet hic codex ad minus ann. 900 antiquitatis et genuinum exhibet versionis hieronymianae textum. Romam rom. pontificum cura advectus, eo deinceps tamquam instrumento praecipuo ad veram lectionem Vulgatae restituendam usi sunt tum correctores sixtini, tum elementini. Attamen vix unquam de hoc codice protestantes mentionem faciunt; ratio est quia continet celebre comma I. Joann. V. 7.

Sic Michaêlis fanaticus admirator *magni* Lulheri, qui magnus non fuit nisi ca ratione qua *magnus* fuit Arius, celerique haeresiarchae *magni* fuerunt. Ceterum Michaelis op. cil. tom. H. sect. XXIX. pag. 31. scribit: «Mais, afin de respecter *I'infaillibilité* du souverain Pontife, on prétendit, que tout cela avait été fait à cause d'un ordre donné par Sixte V.;· et ante ipsum Hodius op. cit. lib. HL cap. 14. n. 10. ut insultet catholicis: .Ne nescius, inquit, sit lector diligens quale fuerit illud inter duos pontifices *infallibiles* bellum etc.;" et ita porro celeri minorum gentium scriptores, quin animadverterint Sixlum ipsum profes-sum esse se evulgare lalinam editionem. *prout optime fieri potuit,* emendatam, ac proinde numquam sibi in crilico hoc opere infallibililatem tribuisse.

81) Juverit integrum textum in medium afferre card. Bellarmini ex commentariolo vitae suae privatae, quod ipsemet conscripsit, diuque raanuseriptum delituit, donec publicis typis vulgatum est, ex quo deprehendimus ejus consilium, ac ipsum, prout antea diximus, auctorem fuisse praef. Typographi ad lectorem, quae in Bibliis clementinis habetur. Sic igitur ipse scribil: .Anno 1591 cum Gregorius XIV. cogitaret. quid agendum esset de Bibliis a SixtoV. editis, in quibus erant permulta perperam mutata, non deerant viri graves qui censerent ea Biblia esse publice prohibenda: sed N. (Bellarminus) coram pontifice demonstravit, Biblia illa non esse prohibenda, sed esse ita corrigenda, ut salvo honore Sixti V. pontificis, Biblia illa emendata ederentur: quod fieret, si quam celerrime tollerentur quae male mutata erant, et Biblia recuderentur sub nomine ejusdem Sixti, et addita praefatione, qua significaretur, in prima editione Sixti prae festinatione irrepsisse aliqua errata vel typographica, *vel aliorum.* Placuit consilium N. Gregorio pontifici, et jussit ut congregatio fieret ad recognoscendam celeriter Bibliam sixtinam *(sic),* et revocandam ad ordinariam Bibliam, praesertim lovanienscm. Id factum est Zagarolae, in domo Marci Anton. Columnae, praesentibus cardinali ipso Columniensi, et Alano cardinali Anglo, nec non magistro sacr. palatii apostolici, ipso N. et aliis tribus vel quatuor: et post obitum Grcgorii et Innocentii, Clemens VIH. edidit Bibliam recognitam sub nomine Sixti, cum praefatione, *quam idem* :V. *composuit."*

") Cf. *Relationem Caroli Alberti card. Cavalchini ponentis in causa beatificationis et canonizationis ven. servi Dei Roberta card. lïeUarmini*, Romae 1753, pag. 175 seqq. Quod nec dissimulavit Leander Van-Ess, qui et hanc causam assignat qua Bellarmini canonizatio difficultatem experta sit. Attamen, si credimus Cellërier loc. cit. pag. 205- *Hug donne en note les preuves de cette double assertion,* quod scilicet Bellarminus fuerit auctor praefationis, *et haec causa ejus canonizationis!*

275. Si modo oculos conjiciamus in editiones vulgatae versionis quae ante Tridentinum prodierunt, easque comparemus cum editionibus quas deinde accepimus post tot. rom. pontificum curas a s. sede, fateamur necesse est, *in multis beneficiis, quae per sacram tridentinam synodum (et sedem apostolicam) ecclesiae suae Deus contulit, id in primis numerandum, quod ita emendata hac editione fruamur.*

PROPOSITIO II.

Jure optimo romani pontifices societates biblicas nuncupatas veluti noxias et perniciosas iteratis decretis improbarunt.

276. Jure optimo romani pontifices societates biblicas improbasse veluti noxias et perniciosas dicendi sunt, si tales reipsa et earum origo ac natura, et spiritus qui in iis dominatur, atque finis ipsis praestitutus, effectus denique qui ex iis profluunt, aperte illas patefaciunt. Jam vero ejusmodi esse societates biblicas a rom. pontificibus improbatas sic per partes ostendimus.

In sinu protestantismi vel anglicanismi prima biblica societas instituta est, in Anglia scilicet ann. 1804. Cum enim fructus invido oculo cernerent protestantes et anglicani quos ubique locorum missionarii, quos vocant, catholici, ingentes sane referebant, quamvis antea vel hos spernerent, vel etiam proselytismi notam illis inurerent, coeperunt et ipsi de gentium conversione serio cogitare. Illico flagrarunt desiderio ad Christum, ut ipsi dictitabant, adducendi idololatras ac infideles ceteros, judaeos scilicet et islamitas. In hunc finem publica societas biblica Londini est instituta ad Biblia translata in linguas vernaculas singulorum populorum sine commentariis ac sine notis ubique disseminanda.[1] In hanc societatem cooptatae deinde sunt aliae prope innumerae in utroque hemisphaerio institutae, quae et pecuniariis subsidiis, et versionibus Bibliorum societati primariae ad opus perficiendum adjumento essent.[2] Hae omnes societates coalescunt ex membris omnium sectarum protestantismi, ex lutheranis videlicet et calvinistis orthodoxis, ut appellant, wesleyanis sive methodistis, anglicanis, socinianis, arminianis, moravis, anabaptistis, quackeris etc.[3] Harum sectarum quaelibet in peculiari quam adornat versione, Scripturam ad opiniones seu verius ad errores suos accommodat, ac ei opus sit foede corrumpit, ut sic professionem fidei uniuscujusque propriam incautis propinet.[4] Talis est societatum biblicarum origo, talia membra.

') Cf. Grégoire, *Hist, des sectes,* livr. VII. chap. 9. tom. IV. ed. Paris 1829. pag. 402.

*) Centenae immo et millenae pene numerantur ejusmodi societates coalescentes ex omnibus sectis; cf. ibid. pag. 427 seq.

3) Cf. Milner op. cit. lettre XXX. pag. 399.

4) Cf. ibid, et Grégoire pag. 407.

talia denique elementa quibus constant, atque instrumenta quibus ad rei Christianae propagationem, ut ipsae proclamant, utuntur.

277. Spiritus porro qui in ipsis dominatur, spiritus oppositionis est adversus ecclesiam catholicam, linis vero sive scopus, ejusdem destructio ost ac eliminatio. Ne vero hasce societates calumniari videamur, juverit documenta afferre, quibus utraque assertio adstruatur. Sane spiritum hostilem adversus catholicam ecclesiam biblicis societatibus inesse fatetur ipsemet Ol Collaghan auctor protestans, qui reperit in harum societatum institutione *spiritum oppositionis adversus Romam,* seu adversus ecclesiam catholicam.5 Quidam minister cognomento Cottarel in publica concione habita ann. 1813 in conventu cujusdam harum societatum significavit sperare se fore ut Bibliorum distributio plurimum conferat ad evertendam auctoritatem papalem.6 Distributio ipsa Bibliorum absque explanationibus ac notis scopum patefacit efficiendi, ut praevaleat principium princeps ac fundamentale protestantismi de interpretatione privata, ac rejectione omnium dogmaticarum traditionum7: hoc autem vel ipse furor declarat quo sectae omnes protestantismi istud promovent institutum nullis parcentes sumptibus8, nullis laboribus, incommodis, translationibus, impressionibus Bibliorum, ita ut in conventu novionensi ann. 1828 societas gloriaretur quod viginti quinque annorum tractu Evangelium translatum fuerit et impressum nonaginta septem novis idiomatis, dum longa octodecim saeculorum anteactorum periodo, nonnisi in quadraginta septem linguas fuerit conversum ac typis deinde vulgatum.9

278. Quod vero ad finem spectat quem sibi proponunt ejusmodi societates, tum ex hactenus dictis patet, tum ex modo quo ipsae Biblia sic translata seu potius corrupta diffundunt. Nam non solum inter infideles aut ido-

5) Ila in op. *Thoughts on the tendency of Bible societies as affecting the established church,* by lhe Rev. O'Collaghan. London 1817. pag. 33.

6) *'The Orthodox journal.* Oclob. 1813. pag. 179.

7) Cf. Grég. loc. cit. pag. 425.

8) Recol. quae scripsimus in tract. *De vera relig.* pari. II. prop. X.

Cf. Grégoire op. el loc. cit. pag. 442. Ex illo tempore ulteriores jugiter progressus fecerunt biblicae societates; ex ephemer. asiatica eruimus collectam societal, in sola Anglia ann. 1838 pervenisse usque ad ingentem summam 846,316 libell. sterlin. nempe 21,000,500 circiter libell. gallican. Qui plus contulerunt, fuerunt methodistac qui dederunt 83,648 lib. sterl., Missio eccles. anglicanae libell. sterl. 83,447, Missiones *cognitionum christianar.* 84,052, Missionarii londinenses lib. sterl. 70,255, reliquum tribuerunt aliae sectae. Cf. *Joitrtt. de Liège,* tom. V. 1. Mars. 1839. Proventus societatis biblicae ann. 1838 ascendit ad 1,000.600 lib. st. nempe supra 40,000,000 lib. gallic., quarum Anglia contulit 10,000,000, provinciae Foeder. Americae 10,000.000, reliquum contulerunt coloniae anglicae in quatuor mundi partibus, atque regiones protestantes in Europa. Cf. *Arni de la relig.* 6. Juin 1840. Ann. 1839 numerabat societas 5,000 missionaries, 50 typographies, 300 adjutores missionaries ac ludimagistros, plura centena indigenarum ministrorum. Missionarii proprie dicti recensebantur in' Africa 128, in Indiis 168, in insula Ceylan 28, in Archipelago Indico 81, in Indiis Occidental. 118.

lolatraa ea disseminant, sed inter catholicos in Germania, in Galliis, in Hispaniis, in Lusitania, in Italia aliisque regionibus ad catholicos seducendos ac pervertendos. 10 Patet praeterea id ipsum ex innumeris pene libellis, tractatibus, impiisque lucubrationibus quas una cum Bibliis aut gratis aut modico pretio inter opifices, villicos, plebeculam studiose distribuunt. Quandoque nec veriti sunt pseudepigraphis incautos decipere, libros ipsius christianismi eversivos porrigendo ”, ut silentio praetereamus artes fraudesque omnigenas quibus ad subvertendos neophytos catholicos utuntur in regionibus infidelium12; persecutiones ac vexationes quas ubique locorum excitare satagunt biblici adversus missionarios catholicos; adeo ut illos vere lupos esse dixeris ad dissipandum mactandumque dominicum gregem immissos. 13 Talis est spiritus, talis finis seu scopus ejusmodi societatum.

279. Fructus demum qui exinde dimanant apprime naturae ac indoli conspirantium istarum societatum respondent. Cum enim nusquam dixerit Christus: *Euntes distribuite Biblia,* sed *euntes docete . . et praedicate,* cumque

I0) Societas biblica instituta est, ut diximus, ann. 1804, ab hoc anno ad ann. 1840, id est spatio 36 ann. distribuit supra 12,000,000 exemplaria Bibliorum quae versa sont in 148 idiomala. Ann. 1839 in solis Galliis distributa sunt 137,000 exempl. Conquerebatur *Caballerus* anglicus praefectus a societate distribuendis Bibliis quod Hispania, Italia et Austria solae regiones essent per quas circuire non poterat *opus divinum:* ast tandem aliquando nunc Hispania et ipsa feliciter invenitur in circulo nationum *liberarum.* Cf. Univers 6. Mars 1841. Sane cito profecerunt biblici melhodistae in Hispania; etenim a mense Sceptembr. ad mensem Januar. 1841 distribuerunt 100,000 exemplaria Biblior. in linguam hispanicam translat. Vid. *Voce della Veritu* 20. Genn. 1841. Immo officina typoarraphica Barcinonac instituta est ad ea imprimenda. De Austria nihil certi scio; quod vero attinet ad Italiam prae manibus habeo varia exemplaria Bibliorum, quae italicc impressa sunt et quidem corrupta ac mutila ex versione Diodali, hominis, ut videbimus, lue calviniana infecti, quaeque distributa sunt in his regionibus a viatoribus protestantibus.

“) Ut plurimum tractatus mysticos qui una cum Bibliis diffunduntur in acceptis referre debemus faeminis, quae oblitae fusi ac fili digitis suis apprehenderunt calamum. Inter has eminet Ducissa de Broglie orta ex Staël, apologeta adulterii atque suicidii, abnepos boni illius Neker cui debitores sumus op. *Balionalité du Deisme.* Alias non commemoro ne invidiam subeam. Cf. opusc. cil. *Le ministre protestant aux prises avec lui-même,* pag. 13. Adeo progressi sunt protestantes in ejusmodi impietatibus, ut ad decipiendos villicos ex titulo veriti non fuerint distribuere *vita?/» Jesu Christi* doctoris Strauss qua ipse evertitur christianismus. Vid. *Ami de la relig.* n. 2947 – 2948. 31. Mars 1838. Vid. ibid. 6. Août 1840. qua ratione impresserint Biblia sub nomine Vulgatae a Clemente VIII. recognitae, mutila tamen atque corrupta de more, attamen uti *authentica* vendiderunt. Talis est *sincera prolestantium fides J*

l#) Cf. *Annali della propaga-zione della fede,* vol. IL pag. 417 seqq. Quoniam ejusmodi annales omnium manibus teruntur, ideo brevitatis gratia contentus ero indicare fasciculos quibus quae affirmo iunituntur.

’⅋ Cf. *Annali* etc. fasc. LVI. pag. 204 — 206. ibid. 209 — 235; fascic. LVII. pag. 258 — 262; fasc. LVIII. 372 seq. ibid. pag. 375 — 400; fasc. LIX. pag. 424 seq.; fasc. LXI. pag. 75; LXII. pag. 95, 149, 154; LXIV. pag. 310; LXV. pag. 512-514, 530—532 etc. etc.

fides sit er *auditu,* ut loquitur apostolus, factum est ut tanta diffusione immo et prodigalitate Bibliorum nullum hactenus alicujus momenti societates biblicae vel apparentem felicem exitum attulerint. 14 Ad haec accedit profanatio cui ubique gentium exposuerunt atque exponunt hae societates sacra Biblia, quae usibus plane indignis ut plurimum saltem inserviunt 15; et irrisioni infidelium qui cachinnis quae non intelligunt, excipiunt.16 Verum exigua haec adhuc sunt, si cum zelotypia exterorum regiminum politicorum comparentur, qua factum est ut identidem harum societatum imprudentia saevissimae excitatae fuerint insectationes in christianos qui pace fruebantur, cum turbatione quae indidem mota est animorum, qui ejusmodi Bibliorum distributione graviter offensi sunt cum scandalo quod integri aliquando populi ex sacrae Scripturae lectione passi sunt, quam adeo contrariam praeconceptis suis opinionibus ac ritibus repererunt. Quamobrem pluribus in provinciis ac regnis inconsulta haec Scripturae sacrae diffusio animos magis aversos ab amplectenda religione Christiana effecit. t8

280. Quae cum ita se habeant: si nempe spectata societatum biblicarum origine, natura, elementis, instrumentis: si perpenso hostili ipsarum spiritu ac fine aut impediendi progressus religionis catholicae, aut etiam, si quidem fieri posset, ejus evertendae, quocumque id demum medio, malis artibus ac fraudibus obtineri posse ipsis videatur: si ratione habita pessimorum fructuum qui ab eis producuntur, luce ipsa meridiana profecto clarius apparet in perniciem eas cedere verae religionis, scilicet ecclesiae catholicae, quae unice vera religio Christiana est, cui plane quaquaversus exitiosae societates biblicae sunt ,9: recte concludimus rom. pontifices quibus munus divinitus incumbit intemeratam incolumemque illam servare, jure optimo biblicas societates tamquam noxias ac perniciosas improbasse atque damnasse, Leonemque XII. epistola encyclica ad patriarchas, primates, archiepiscopos et episcopos data die 8. Maj. 1824. proscriptionem illam rite iterum sancivisse et confirmasse.

281. Nunc coronidis gratia adjicimus non solos rom. pontifices, sed ex ipsis protestantibus et anglicanis haud paucos extitisse, qui, omnibus per-

“) Rccol. tract. *De vera relig.* loc. cit.

u) Ibid. Cf. praeterea Grégoire op. cit. pag. 443. et Milner lettre XXX. pag. 394- Vid. eliam *Univers.* 28. Octob. 1841.

*·) Cf. *Annuli* etc. fasc. XIIL cui tit. *Delle bibliche società e delle missioni groteslanti nelC Indie,* ubi referuntur epistolae D. Du-Bois.

’-) Cf. ibid. fasc. LIX. pag. 462; LXIII. pag. 200. 202, 220; LXV. 390. 395 etc. In imperio sinensi non ita pridem saeva persecutio in christianos excitata est ex Bibliis lingua sinica projectis ad maris oram.

,s) Cf. cil. fasc. XUL

*9) In secundo supplemento ephem. *Univers* 7. Avril 1841 exhibetur *Mémoire sur l'état actuel de l'église Grecque-catholique dans le Levant ;* ex hoc porro documento deprehendimus unionem *turearum, graecorum, schismaticorum, anglicanorum, russorum* et *hebraeorum* adversus catholicos; istius unionis societatem biblicam animam veluti esse, biblicosque non esse nisi conspirationem generalem permanentem con-. tra ecclesiam catholicam.

pensis, biblicae societates improbarunt, eisqne obstiterunt. Tales fuere episcopi *Pretlisman* et *Carlisle* in Anglia.[20] Talis cleri anglicani pars, quae conquesta est, quod cooptati in societatem bihlicam fuerint *dissentientes* cnjusvis communionis.[21] Anno praeterea 1826. Herbert Marsh episcopus anglicanus Novi Eboraci *(New-York)* in provinciis foederatis Americae documentum pastorale edidit, quo *episcopales* a cooptandis in societatem biblicam alterius communionis hominibus deterreret.[22] .Jam vero si anglicani reprobant societates biblicas, ne extremam afferant perniciem ecclesiae anglicanae ob principium, ut ita loquar, dissolvens, quod ipsarum ope protestantismus spargit atque diffundit[23], quanto eas magis improbare debent rom. pontifices ob damna, quae inde adversus religionem catholicam promanarent? Attamen adversarii crimini vertunt romanis pontificibus, quod eas proscripserint, alte vero silent de anglicanis praesulibus, qui eadem sese ratione gesserunt.

DIFFICULTATES.

282. Obj. 1. Nonnisi commendatione dignus zelus habendus est, quo flagrant biblicae societates deferendi *bonum nuncium* barbaris populis idololatris aut infidelibus, qui in tenebris et in umbra mortis sedent: 2. qui saltem per Bibliorum lectionem desiderium possunt animo concipere inquirendae ulterius veritatis, etiamsi Biblia per se conversionis opus perficere nequeant. 3. Credibile porro non est, eos omnes, qui pecuniam in opus adeo salutare erogant et impendunt, ab alio permoveri fine, quam ad lucrifaciendas Christo Domino tot miserorum animas: 4. quod et de translatoribus et distributoribus Bibliorum, seu missionariis intelligi pariter debet. 5. Quamobrem spes magna affulget integre mores emendatum iri tum in Christianorum, tum in infidelium regionibus ejusmodi Bibliorum distributionis subsidio. 6. Sane Deo pergratum esse biblicum institutum haud obscure ex felici ejusdem successu patescit- census enim annuus biblicae societatis eadem proportione auctus est, qua in eam insectationes sunt excitatae.[25] 7. Soli igitur tenebrarum patroni, romani videlicet pontifices, ejusmodi societates improbare possunt ac *pestis* nomine infamare ut Pius VH. in *Brevibus* datis die 29. Jun. 1816 ad archiep. gnesnensem, et die 3. Sept. 1816 ad archiep. mohilowensem, 8. in quo etiam prohibenda praecipitur versio Scripturae sacr. polonica, jussu Gregorii XIII.

Apud Grégoire loc. cit. pag. 421.

21) Ibid. pag. 422.

M) Ibid. pag. 426. Hac dc causa ad eundem episcopum Marsh epistolas gratulatorias dedit sacerdos catholicus Gandolphy ita inscriptas: A *congratulatory letter to the Rec. Herbert Marsh* etc. by the Rev. P. Gandolphy in 8. London 1812. el A *second letter,* ibid. 1813.

“) Certe vel ipse Hook anglicanus evidenter ostendit magnum protestantismi principium presse in praxim deductum allaturum plenam ecclesiae anglicanae dissolutionem. Cf. apud Milner loc. cit. pag.

2’) Ita Clark apud Milner, ibid.

Ita Gisborne, ibid.

confecta, quaeque approbanto Clemente VIII. Cracoviae ann. 1599 in vulgns jam prodierat; Brevia ista *ad hanc pestem avertendam* sancivit Leo XII. opistola encyclica die 3. Maj. 1824. 26 Ergo.

283. Resp. Ad 1. *D.* Si zelus iste esset secundum scientiam, atque ex fine deferendi *bonum nuncium* ortus reipsa esset, *Tr.* si contra inconsultus est, ex odio in rom. ecclesiam profectus, et ex solo fine impediendi fructus quos referunt catholici, A' Talem porro esse spiritum quo institutae suut ejusmodi societates, talem sibi finem eas praestituisse paulo ante luculenter ostendimus. Profecto si zelo illo quem jactant reipsa flagrarent sodalitia biblica, impense foverent missiones catholicorum qui et ipsi deferunt *bonum nuncium;* cum autem ubique locorum eos exturbare adnitantur: cum principes populosque ad ejiciendos catholicos missionarios impellant27: cum turbas cieant, et omnia moliantur ad eorum labores evertendos; evidens est non *boni nuncii* deferendi causa, sed iniquo prorsus animo ac invidentia illa permoveri. 28 Deinde curnam infideles versiones catholicis obtrudunt ac detruncata Biblia 29, qui *bonum nuncium* longe melius quam istae societates noverunt? Eccur a catholica religione eos avertere tanto studio, tantoque molimine, impensis ac laboribus satagunt? Demum, ceteris omissis, sciscitari merito possumus a quonam suam hanc missionem acceperint: *Quomodo praedicabunt,* interrogat apostolus, *nisi mittantur?* multo vero minus missionem habuerunt distribuendorum Bibliorum, cum Christus numquam medium istud elegerit. Profecto olim et isti sectarii illud audient: *Numquam novi vos... Non mittebam eos, et ipsi currebant.* 30

284. Ad 2. A' Vidimus siquidem ab experimento animos infidelium amoveri potius a religione Christiana, Bibliorumque lectione graviter offendi. Cum enim Biblia nullum religionis integrum systema offerant, fieri nequit ut rudes et efferati inde aliquid percipiant emolumenti. Attamen anglicani vellent ut illi exinde XXXIX articulos ecclesiae anglicanae eruerent, methodistae suum

ïβ) Ita Wegscheider 45. not. g.

2') Hac ratione sese gesserunt in insulis Sandwich, Gambier etc. seu ubicumque influxum aliquem exercere potuerunt; satis est ad haec cognoscenda oculos conjicere in singulos prope fasciculos *Annalium propagationis fidei.*

-ft) Cum ministri novae Angliae satagerent pervertere Hurones et Iroquenses, aliosque silvestres populos ad religionem catholicam conversos, hoc ab illis acceperunt responsum: ..Vos numquam verbum nobis annunciastis cum adhuc infideles essemus; nunc autem cum simus christiani, quaeritis nos christianismo privare.·· Cf. Milner loc. cit. pag. 396.

En quomodo scribat Moulinié minister protestans in op. cit. *Notice sur les licres apocryphes,* pag. 6. ..Les uns pour atteindre leur but ont travaillé pendant longtemps à éplucher chaque livre, chaque chapitre, et pour ainsi dire, chaque verset, chaque mot, pour voir tout ce qu'il serait possible d'amoindrir, pour l'accommoder à *leur point de vue,* et ils ont ébranlé le christianisme par où ils espéraient raffermir. . . . L'esprit particulier et exclusif se couvre du manteau du zèle.·

30) Matth. VII. 23. col. Jerem. XXHL 21.

enthusiasmum› quackeri spiritum interiorem, swedenborgiani somnia sua, et ita porro.3' Praeterea quomodo isti biblici suadebunt tartaris, iroquensibns, indis etc. librum, quem porrigunt, divinitus esse inspiratum, ita ut ei iidem auscultent, concipiantque desiderium ulterius inquirendae veritatis, cum nec ipsi huic inspirationi credant?

285. Ad 3. *D.* Qui bona fide pecunias erogant, *C.* qui eas nempe emungunt ad pravos commemoratos lines, Al. Neque illud dubitem plures certo reperiri, qui decepti ac circumventi a concionatoribus suis putent obsequium se praestare Deo, atque ex sincero desiderio proximorum suorum saluti prospiciendi ad erogandas eleemosynas permoveri sumptusque faciendos; plurimi ex infima praesertim plebecula, cujusmodi sunt opifices, bajuli, famuli, ancillae non alium sibi finem praefigunt. Deus benevolentem istorum animum non despiciet. Verum de his nullus hic sermo; loquimur de societatum primoribus, qui bona illorum voluntate ac optima animi comparatione abutuntur, et contra illorum vota congestam pecuniam dilapidant, atque in pravos aut saltem inutiles usus convertunt. Qua de causa interdum ab ipsis protestantibus *fures* ac *latrones* appellati sunt. 32

286. Ad 4. Eadem esto distinctio. Etenim cum non pauci Bibliorum interpretes sint mercatores aut mercatoribus addicti, fieri utique potest, ut inter ipsos nonnulli inveniantur qui bonum sibi finem praestituant. Distributores vero ad victum sibi comparandum Biblia diffundunt. Ignorantia proinde excusari possunt.

287- Ad 5. *D.* Id est promittunt sibi absque fundamento successum quem neque habuerunt nec habere possunt, *C.* vera reipsa spes de felici exitu affulget, Al. Istorum spes haud absimilis ab illa est, qua se decipiunt qui phthisi laborant, dum hac spe freti moriuntur. Si ex successibus, quos hactenus biblici obtinuerunt, conjicere licet id quod in posterum futurum sit, tuto affirmare haud veremur, nullum unquam fructum cos esse laturos. Verum dicta haec sint in istorum hypothesi; ceterum doctor Hook documentis ostendit tantum abesse ut societates biblicae Londini, aut alibi institutae, emendationem morum obtineant, ut immo crimina ab institutione societatum septem annorum lapsu fuerint duplicata; ac deinceps usque ad anu. 1817 ea triplicata fuisse adductis pariter documentis ostendit episcopus Milner. 33 Ex his patet satius longe esse, si nullum omnino fructum ejusmodi societates producerent. Ecquos enim fructus nisi fructus mortis ac interitus exitialis protestantismus unquam protulit, aut proferre aliquando poterit?

288. Ad 6. *D.* Permisit scilicet Deus, ut ad tempus ejusmodi societates prosperarentur ad majorem ecclesiae suae gloriam atque triumphum, *C.* ad

Jl) Cf. Grég. loc. cit. pag. 426. Recol. quae scripsimus in tract. *De vera relig.* loc. cit.

33) Tabulam progressivam confectam ab ipso D. Hook et ex *chronaca londinensi* exhibet Milner op. cit. pag. III. 1.

patefaciendum sibi eas pergratas esse, zV. Interdum permittit Deus, ut inferorum portae novum adversus ecclesiam suam (nempe catholicam) excitent conflictum, ut ostendat potentiam suam in ea regenda tuendaque, dum ad nihilum omnes illarum machinationes redigit. Duo sane haud exigui pretii emolumenta in rem catholicam ex societatibus biblicis provenerunt: alterum videlicet, ut ex comparatione inter uberrimos fructus, quos romanae ecclesiae apostolatus cunctis destitutus subsidiis quovis tempore, et hac praesertim aetate, superatis tot obstaculis, edidit, et omnimodam sterilitatem sectarum, seu haereticorum omnium in unum conspirantium, discrimen patefieret ingens, quod inter opus Dei inanesque hominum intercedit conatus34; alterum vero est institutio societatis *a fidei propagatione* nuncupatae, quae paucis ab hinc annis inter catholicos orta est, et angusto temporis lapsu copiosissimam protulit messem. In dies ipsa succrescit ac floret sub praesulum auspiciis, praesertim vero romanorum pontificum, qui eam indulgentiarum thesauro ditarunt. Dum haec floret, societates biblicae languescunt, ita ut problema jam fuerit a protestantibus ipsis propositum, magis ne expediat illas dissolvere. 35 Neque vero alium exitum quispiam de illis sibi polliceri poterat.

289. Ad 7. *D.* Id est fidei assertores, qui nullo aptiori vocabulo poterant ejusmodi societatum indolem designare, *Tr.* vel *C.* secus, AT. Nam cum romani pontifices a Christo ipso custodes ac fidei assertores constituti sint, munere suo functi sunt dum tantae animorum stragi se se opposuerunt, quod nisi effecissent, defuissent muneri procul dubio suo. *Pestis* autem nomine jure-merito ejusmodi societatum molimina donata sunt, utpote quae cedant in animarum perniciem et exitinm non secus ac pestilentia in corpora grassatur, iisque interitum affert. Nec enim sola, ut ita loquar, materialis Bibliorum distributio attendenda est, sed omnia insuper adjuncta spectanda et Bibliorum adulteratio, quae detruncata atque corrupta porriguntur, et pessimi tractatus

34) Nulla comparatio institui potest inter fructus, seu potius illusiones biblicae societatis, cl fructus uberrimos quos quavis aetate tulit ecclesia catholica. Etenim praeter viros sanctitate conspicuos quos ubique efformavit, quot martyres ejus gloriam non cumularunt? In imperio siuensi. in regnis Abyssiniae, Siam, Tunquini, Cocincinac etc. vel a postremo saeculo plura centena ac millena martyria sive indigenorum, sive europacorum numerantur. Cf. *Mémoires pour servir à Γhist, eccles. du XVIII. siècle;* Butler, Vies *des saints,* 5. Févr. In sola Japonia ex persecutione excitata per calvinistas Hollandiac, qua et christianismus illic extinctus est, juxta Bercastel *Hist. de Céglise,* tom. XX. 2,000,000 martyres numerantur, et heu quae martyria sustinuerunt! absque animi commotione et horrore legi haud possunt, adeo ut nil tale appareat iu ipsis persecutionibus Persarum aut Romanorum. Cf. Bartoli, *Storia della Compaguia di Gesù nell' Asia,* part. II. *Il Giappone,* lib. IIL seqq. Quandonam haeretici pro fide asserenda apud infideles, aut eorum proselyti guttam sanguinis effuderunt? Oh strenuos milites! Nunc vero isti sunt qui contendunt *bonum nuncium* afferre.

3Λ) Cf. *Annali della propagez.* etc. fasc. LXVIL Nov. 1839. pag. 660 seq.

qui uua cum illis distribuuntur, et linis qui intenditur, et effectus qui exinde promanant, quae omnia recensent romani pontifices, dum *pestis* nomine eas societates infamant. 30

290. Ad 8. Ar. IIoc enim putidum mendacium est: nusquam id praecipitur a Pio VII. qui solum praecipit archiepiscopo gnesnensi: „Ut quam primum mittas, inquit, Biblia, quae commentariis subjectis edidit polonica lingua Jacobus Wieckius, recentemque ipsorum (Bibliorum) editionem, quae sublatis adnotationibus, quae ex sanctis ecclesiae patribus, vel ex doctis catholicisque viris desumptae erant, in vulgus prodiit, et quid de ea sentias, proponas, ut ita ex ipsorum collatione, ac re mature perpensa, dignoscatur, *quinam errores insidiose ibidem obtegantur, et nostrum demum judicium ad rectae fidei incolumitatem pronuntiemus."* 37 Judicet nunc lector quid de hujusmodi homi-

Jd) Speciminis gratia nonnullos tractus heic subjiciam ex Brevibus Pii VII. et ex Encyclica Leonis XII. Itaque haec habet Pius VIL in Bçevi ad Ignatium archiep. gnesnensem: ..Horruimus sane vaferrimum inventum, quo vel ipsa religionis fundamenta labefactantur, adhibitisque in consilium, pro rei gravitate, venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, quaenam pontificiae nostrae auctoritatis remedia ad eam pestem, quoad fieri possit, curandam delcndamque opportuniora futura sint, omni adhibito studio et sollicitudine deliberavimus." Et in Brevi dato ad Stanislaum archiep. mohiloviens. ..Magno, inquit, et acerbo dolore confecti sumus, ubi accepimus exitiosum consilium haud ita primum susceptum, quo sacratissimi Bibliorum libri novis ac praeter saluberrimas ecclesiae regulas editis interpretationibus, iisque *callide in pravos sensus contortis,* vernacula qualibet lingua passim pervulgantur. Namque ab aliqua jam ex perlatis ad Nos hujusmodi versionibus animadvertimus, eam in purioris doctrinae sanctitatem parari perniciem, ut facile fideles ex iis fontibus leLlialc ebibant venenum, ex quibus haurire debuissent aquas sapientiae salutaris. . . . In id proinde pravas deterrimasque machinationes suas conferre in more habuerunt haeretici, ut editis vernaculis Bibliis (de quorum tamen varietate, ac discrepantia ipsi se invicem accusant et carpunt), suos quique errores sanctiori divini eloquii apparatu obvolutos per insidias obtruderent." Leo vero XII. «Non vos latet, W. FF., scribit, societatem quandam dictam vulgo *biblicam,* per lotura orbem audacter vagari, quae spretis ss. patrum traditionibus, et contra notissimum tridentini concilii decretum, in id collatis viribus, ac modis omnibus intendit, ut in vulgares linguas nationum omnium sacra vertantur, vel potius *pervertantur* Biblia. Ex quo valde pertimescendum est, ne sicut in aliquibus jam notis, ita et in caeteris *interpretatione perversa de Euangelio Christi hominis fiat Evangelium, aut quod pejus est, diaboli* (s. Hieron. in cap. 1. ep. ad Galal.) . . . En, VV. FF., quo haec spectet societas, quae insuper ut impii voti fiat compos, nil intentatum relinquit. Non enim tantummodo versiones suas typis edere, verum etiam per omnes urbes cursitando in vulgus per se spargere sibi plaudit. Quin innuo ut alliciat simplicium animos, qua venditare curat, qua dono dare insidiosa libcralitate gestit." His praedecessoribus suis rora, pontificibus se adjecit in damnanda biblica societate immort. Gregorius XVI. cujus Encyclicam referi *Ami de la relig.* in fasc. 24. Octob. 1840. n. 3350.

37) Sane ob oculos habeo exemplar hujus versionis polonieae probatae ab apostulica sede; verum ad singula capita subjiciuntur notae, quae textum explanent. Cf. de hac versione P. Alegambe, *Biblioth. scriptorum Soc. Jesu.* Anlverp. 1643. pag. 214 seq.

nibus sentiendum sit, qui per summam impudentiam publica ac solemnia documenta corrumpere eorumque sensum invertere haud verentur, ut rom. pontifices inter se committant. Si talia audent in publicis documentis quae omnium manu teruntur, quid non audebunt dum Biblia vertunt in peregrina idiomata, et in quibus longe facilius fraus furtive obrepere, securiusque obtegi potest? Ast protestantes biblici ejusmodi scrupulis non anguntur. 38

CAPUT V.

DE SACRAE SCRIPTURAE LECTIONE IN LINGUA VERNACULA.

291. Omnibus indiscriminatim fidelibus necessariam sacrae Scripturae lectionem ad salutem esse novatores saec. XVI. autumarunt, qui propterea in linguas vernaculas conversam summo studio eam propagare adnisi sunt. 1 Eos sequuti sunt janseniani. qui pariter ejusdem lectionis necessitatem praedicarunt, praesertim vero Quesnelus, cujus propositiones LXXIX, LXXX, LXXXI, LXXXII, LXXXIII. LXXXIV, LXXXV. damnatae sunt in quibus vigentem ecclesiae improbat disciplinam, perinde ac perniciosum ac noxium sit, Christianum velle a Scripturae lectione retrahere, ac fidelibus Christi os obturare, atque efficere, ut filii lucis quandam patiantur excommunicationis speciem. 2 Quesneli vestigiis, ut moris est, institit synodus pistoriensis, cujus propositio LXVII. his verbis expressa: ..Doctrina perhibens a lectione sacrarum Scripturarum *nonnisi veram impotentiam excusare,* subjungens ultro se prodere obscurationem, quae ex hujusce *praecepti* neglectu orta est, super primarias veritates religionisa Pio VI. damnata est, uti *falsa, temeraria, quietis animarum perturbativa etc.*

292. Neque his contenti novatores, ecclesiam calumniantur catholicam, quod subtrahat e fidelium manibus divina eloquia, ne ex eorum lectione ipsi detegant errores quibus maculatur.3 Ad incautos vero decipiendos inter-

3M) Scripserunt etiam de hoc argumento T). Rubichon in op. *De faction dit clergé,* el com. De Maistre in *Soirées de St. Pétersbourg,* Soir. XL

') His novatoribus jam praeiverat hac in sententia Erasmus, cujus articulos damnavit facultas sorbonica ann. 1527 die 17. Decembr. In articulo XII. qui est *de traductione sanctarum Scripturarum in linguam vulgarem,* excerptae sunt cx praei, in Matth. et damnatae insequentes propp. 1. *Sacras litteras cupiam in omnes verti linguas.* 2. *Exclamant indignum fucinus, si mulier, vel coriarius loquatur de sacris litteris.* 3. -Ve *auctore sacros libros leget agricola, leget faber, leget latomus.* 4. *Neque Ezechielis prophetae, neque Cantici Cantic..* aut cujusquam librorum V. T. *lectionem ulli homini interdico.* 5. *Indecorum vel potius ridiculum videtur, quod idiotae et mulierculae psittaci exemplo psalmos suos et precationem Dominicam immurmurent, cum ipsi, quod sonant, non intelligant.*

') Nonnullas ex his inferius dabimus.

3) Ita inter ceteros stolidus ac furiosus minister genevensis Dost, quem in superiore hujus tractatus parte, sect. H. cap. 1.

rogaro passim solent rudes catholicos: *Cur ecclesia vestra interdicit vobis sacra, BibUa?* ‘ Imitantes videlicet serpentem sciscitantem ab incauta muliere: *Cur praecepit vqbis Deus ut non comederetis de omni ligno paradisi?*5

293. **It** igitur viam praecludamus omnem ecclesiae catholicae osoribus, eorumque depellamus calumnias, duo nobis praestanda sunt, *primo* evincere debemus sacrarum Scripturarum lectionem cunctis promiscue fidelibus haud necessariam ad salutem esse ; *secundo* numquam ecclesiam absolute ac indiscriminatim prohibuisse filiis suis sacrorum Bibliorum etiam in lingua vernacula lectionem. Quae ut obtineamus sit

PROPOSITIO I.

Sacrae Scripturae lectio Christi fidelibus indiscriminatim omnibus minime necessaria est ad salutem.

294. Ut ex ipsa propositionis enunciatione liquet, de solis iidelibus hic loquimur, minime vero de pastoribus ecclesiaeque ministris, quibus onus incumbit alios instruendi, quibus potius dictum est: *Labia sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore ejus.*1 Timotheo vero apostolus inculcat: *Attende exhortationi et doctrinae2;* ac innumerae pene ecclesiasticae sanctiones eam illis injungunt.3

295. Jam vero nulla teneri necessitate fideles ad legendas Scripturas, sic ostendimus. Si ejusmodi eos urgeret necessitas, ea oriretur aut ex ipsa rei de qua agitur natura, aut ex aliquo praecepto positivo divino vel ecclesiastico. Ex neutro porro capite talis oritur necessitas.

296. Non exsurgit in primis ex ipsa rei natura. Etenim per priora viginti ab orbe condito saecula potuerunt homines salutem adipisci absque Scripturarum lectione, cum illae nondum extarent; a Moyse deinde ad Christum

num. 498. not. 123. commemoravi, qui in cit. opusc. *Du Pouvoir de St. Pierre dans ťéglise,* Genève 1833. pag. 58. more suo ila scribit: ..Prêtres de Rome! je vous le conseille: *continuez de cacher les écritures au peuple.' Entravez les sociétés qui les propagent.'* Empêchez Γ instruction des hommes, et renversez les écoles! Car, vous le voyez vous-mêmes, il suffit de savoir lire la Bible pour ne plus croire à vos plus importantes traditions.”

<) Ut passim legitur in *Ami de la religion.*

s) Genes. III. 1.

‘) Malach. II. 7.

2J I. Timoth. IV. 13.

’) Constitutiones et decreta conciliorum sive oecumenicorum sive particularium, incipiendo a conc. hipponensi ann. 393. celebrato usque ad narbonense celebratum ann. 1609, nec non decreta rom. pontificum ab Agapcto ann. 530 usque ad Clementem VIII. ann. 1596, quibus clericis et monachis sacrae Scripturae lectio praecipitur, exhibet eruditus P. Cherubiuus a s. Joseph Carmelita discalceatus in *Apparatu biblico,* Bruxell. 1704. Tom. I. *Disseri, prooemiali,* quaest. III. art. V. sect. 3. pag. 120 seqq.

usque, absque eadem lectione potuerunt pariter salvari quotquot in ethnicismo ope fidei sibi ex antiqua traditione comparatae et divina opitulante gratia legem naturalem servaverunt, justeque vixerunt, qui fortasse pauci non sunt. Id ipsum dicatur de primis fidelibus post Christi adventum toto illo tempore, quo nondum scripta N. T. fuerunt exarata. Postquam vero libri sive V. sive N. Testamenti in lucem prodierunt, absque illorum lectione tot potuerunt obtinere salutem quot rudes et illiterati extiteruut et existunt, et ex quibus major semper constat generis humani pars, aut in quorum manus hi libri minime pervenerunt. Omissis porro judaeis, de Christianis barbaris ac rudibus, qui sine Scripturis fidem tenebant atque ad ejus normam mores suos componebant, notum est s. Irenaei testimonium quod alibi exscripsimus.[4] Absurdum autem est innumeris ejusmodi fidelibus viam praecludere salutis hac una de causa, quod nequiverint aut nequeant Scripturas sacras legere. Hoc semper erit argumentum a quo numquam poterunt adversarii se expedire. Crescit vero ejusdem vis ex iis quae paulo post ostendemus, scilicet neque Scripturas ipsas *absolute,* ad fidem atque salutem necessarias esse. Nam si Scripturae ad fidem salutemque *absolute* necessariae non sunt, quanto minus necessaria erit earundem lectio? Huc accedit quod si Scripturae lectio omnibus prorsus necessaria esset, ideo foret, quia ad fidem, pietatem, sanctitatemque in animis gignendam, fovendam, promovendaraque lectio illa *absolute* requireretur; jam vero in hunc finem Scripturae lectio necessaria minime est, cum fides sit *ex auditu,* foveri autem proraoverique possint pietas ac sanctitas tot aliis subsidiis quibus fideles abundant, instructionibus videlicet, exhortationibus, concionibus, tot libris asceticis, quibus ad omnimodam sanctitatem tuto informantur.

297. Restat proinde ut necessaria adstrnatur .Scripturarum lectio alicujus praecepti divini aut ecclesiastici vi. Nuspiam porro ejusmodi praeceptum reperiri, ex ipsa liquet adversariorum agendi ratione, qui licet saepe adeo provocati fuerint ad illud proferendum, hactenus, tametsi maxime voluerint, exhibere non potuerunt; quod melius adhuc patebit ex difficultatum solutione. Deinde si ejusmodi praeceptum alicubi existeret, certe pia antiquitas, ut adversarii loquuntur, illud comperisset; ast tantum abest, ut agnoverit, ut vel contrarium omnino supponant ecclesiae patres, atque concilia etiam aperte omnino id excludant. Contrarium quippe supponunt tot illis exhortationibus, quibus adnitebantur fideles inducere ad Scripturae sacrae lectionem, quin unquam praeceptum commemorent aut insinuent quidem *;

') Ex lib. III. *Coiit. haeres,* cap. 4. n. 2. quod etiam iterum inferius dabimus cum sermo erit de traditione.

4) Patrum tum graecorum tum latinorum. qui exhortationes habent ad lectionem sacrorum Bibliorum, et doctorum qui eos secuti sunt, duplicem pariter copiosissimum indicem, adductis etiam singulorum verbis, similiter confecit P. Cherubinus op. et loc. ciL art. V. sect II et III. in-

aperto voro excludunt eorumdem Bibliorum testimoniis. Ex innumeris prope quae adduci possent unum, aut. alterum seligemus. **Tertullianus:** *Fidei tua,* inquit, *te salvum fecit, non exercitatio Scripturarum. Fides in regula (symbolo) posita est.*[h] Quid senserit s. **Irenaeus** paulo ante diximus. S. **Augustinus** scribit: *Homo fide, spe, et caritate subnixus, eague inconcusse retinens, non indiget Scripturis, nisi ad alios instruendos. Itaque multi per haec tria etiam in solitudine sine codicibus vivunt.*[7] Quomodo porro haec aliaque his similia, quae passim in patrum, scriptis occurrunt conciliari possent cum aliquo sive divino, sive ecclesiastico praecepto, si hoc reipsa existeret?[8] Quod vero attinet ad concilia, satis est percurrere eorumdem acta, ut quisque intelligat non semel in lingua vulgari Bibliorum lectionem vetitam fuisse. Ejusmodi sunt inter alia concilium tolosanum, narbonense, camera-cense, mechlinense, de quibus inferius agendum nobis erit.

298. Cum igitur neque ex rei natura, neque ex praecepto aliquo necessitas legendi Scripturas, quam novatores ac jansenistae obtrudere vellent, quaeque omnes indiscriminatim adstringat, habeatur, concludendum est sacrae Scripturae lectionem Christi fidelibus indiscriminatim omnibus minime esse ad salutem necessariam, prout ostendere nobis assumpsimus.

DIFFICULTATES.

299. Obj. Ex utroque capite exsurgit lectionis Scripturarum necessitas, quae omnes ac singulos obliget Christi fideles. Sane ipsam rei naturam ejusmodi inducere necessitatem ex multiplici capite patet, ac 1. ex fine quem Deus sibi praestituit in leganda Scriptura hominibus, ut nempe suam eis patefaceret voluntatem; jam vero omnibus ac singulis munus incumbit hanc Dei cognoscendi voluntatem·, 2. ex obligatione qua omnes tenebantur judaei audiendi Moyseu atque prophetas ipsos Dei nomine alloquentes, et qua adhuc tenerentur Christiani Christum si nobiscum adhuc conversaretur, et apostolos si et ipsi nobis concinnarentur, audiendi; quae obligatio profecto non cessavit, cum et Christi doctrina et. apostolorum praedicatio libris sacris consignata sit; 3· ex consolatione quam nobis comparare ex Scripturarum debemus lectione, uti loquitur apostolus dicens: *Ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus.* Rom. XV. 4. Resp. Ex his omnibus nullum reipsa existere praeceptum, quod omnes ac singulos obligaret, ex dictis patet. Ad 1. Deus quidem sibi praestituit, ut hominibus suam patefaceret voluntatem, sed non ut omnes ac singuli Scripturas legerent, sed ut ecclesiae pastores, quibus ipse Scripturas tradidit, eas legerent, et ex iis populo praedicarent. Ad 2. Judaei quidem tenebantur audire Moysen et prophetas, quia Deus ipse per eos loquebatur, sed non tenebantur legere Scriptur

solationem Scripturarum, spem habeamus[9], 4. ex persuasione in qua erant judaei quod in Scripturis vita haberetur aeterna, seu medium ad salutem a qua Christus eos minime abduxit, sed potius confirmavit illis verbis: *Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam aeternam habere.*[10] 5. Neque eximuntur ab hac necessitate rudes ac illitterati, quibus idcirco onus incumbit ejus lectioni adesse in templis ubi lingua vernacula ipsis legi debet; 6. aut saltem dicendum cum synodo pistoriensi eos excusari ex sola impotentia, ut in pluribus aliis accidit. 7. Nec demum suppletur huic necessitati aut concionibus, aut libris asceticis, cum in his non praebeatur purum verbum Dei, sed immisceatur verbo hominum, nec raro per ineptas, quandoque vero etiam contortas ac absurdas Scripturarum expositiones. Ergo.

300. **Resp.** Λ'. Λ Ad 1. prob. *D.* Si nulla alia ratio suppeteret cognoscendi voluntatem Dei hominibus patefactam praeter Scripturarum lectionem, *C.* si plures aliae rationes praeterea suppetant, *N.* Has porro assignavimus in probationibus.

301. Ad 2. *D.* Tenentur homines Christum et apostolos audire sive immediate sive mediate, *C.* immediate, iV. Hoc enim absurdum est. Ceterum cum Christus generatim dixerit: *Qui vos audit me audit*[11]; et *Ecce ego vobiscum sum* docentibus *omnibus diebus usque ad consummationem saeculi*[12]*,* apertum est, eos omnes Christum et apostolos audire, qui legitimos apostolorum successores docentes praedicantesque audiunt. Christus enim jugiter vivit in ministris suis, ac per eos divina sua missio perennis fit, dicente apostolo: *Pro Christo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos: obsecramus pro Christo.*[13] Eo vel magis quod non omnis Christi et apostolorum doctrina per solam Scripturam ad nos pervenerit, verum etiam per traditionem, uti paulo post ostendemus.

302. Ad 3. *D.* Si Scriptura unica via esset ad patientiam et consolationem capiendam, *Tr.* si plures aliae praesto sint, *N.* Addimus motiva, quae ad homines salvandos et ad patientiam informandos conferunt, viva voce exponi posse, ac tutius per legitimos Christi ministros, ut diximus, a fidelibus percipi.

îU

303. Ad 4. *D.* Quatenus in Scripturis, ex parte saltem, divina revelatio continetur ad viam salutis hominibus commonstrandam, *C.* quatenus ex sola Scripturarum lectione ab unoquoque immediate illa hauriri debeat, A' Responsio patet ex dictis; neque unquam judaei in hac persuasione fuere.

304. Ad 5. *N.* Etenim si omnes prorsus et singuli ejusmodi necessitate adigerentur, omnes omnino etiam rudes ac illiterati ei parere deberent, ac propterea ad removenda obstacula quae ipsos impedirent quominus ei muneri

') Rom. XV. 4.
10) Joann. V. 39.
") Luc. X. 16.
Matlh. XXVIII. 20.
*3) П. Cor. V. 20.

satisfacerent, obligarentur. Nam qui ad finem tenetur, et quidem absolute, tenetur pariter ad media sine quibus necessarius finis nequit obtineri. Neque huic obligationi satisfieret per auditionem, cum juxta adversarios necessitas sit de lectione ipsa. Suspicari praeterea semper possent rudes ne in publica illa lectione non deciperentur aut per versionem infidelem, aut per mutilationem textus, aut alia demum ratione. Quod vero adjicitur de onere legendi Scripturas in templis lingua vernacula, quomodo id adversarii ostendunt? Nihil ejusmodi in Scripturis occurrit, quae juxta ipsos solam constituunt credendorum et agendorum regulam.

305. Ad 6. *D.* Cujus propterea synodi propositio, utpote erronea, damnata est, *C.* probata atque admittenda, *N.* Accedit, quod haec sit glossa omnino gratuita, cujus nullum in Scripturis fundamentum habetur aut traditione, et in eum finem invecta, ut ab absurdis, quibus premitur adversariorum doctrina, se subducerent.

306. Ad 7. vel *N.* vel *D.* Nonnulli, *Tr.* omnes, Al. Jam vero numquam desunt in ecclesia operarii, ut vocat apostolus, *inconfusibiles,* qui rite graviterque enarrent verbum Der, episcopi excubant, ut concionatores suo recte fungantur officio. Sic numquam desunt libri ascetici ac mystici vero Dei Spiritu conscripti, quibus fidelium animi ad pietatem omnigenam mire excitantur, ac promoventur ad sanctitatem, sententiis ex sacris Litteris oportune et apte depromptis.14 Si quid vero inutile aut minus grave sive concionibus sive libris illis inseritur, non ideo omnia vitiata dicenda sunt, sed in tanta qua illorum versamur copia, potest quispiam illos seligere, quos magis idoneos experitur, ac sibi magis accommodatos.

307. **Inst.** Saltem tenentur fideles ad sacrarum litterarum lectionem ex praecepto. Nam 1. Dent. VI. 6. de mandatis Domini dicitur: *Ligabis ea quasi signum in manu tua: eruntque et movebuntur ante oculos tuos, scribesque ea in limine et ostiis domus tuae.* 2. Christus vero Joann. V. hoc ipsum iterum inculcavit dicens: *Scrutamini Scripturas:* et apostolus praecepit Colossensibus ut epistolam legerent, quam scripserat ad Laodicenos, ac vicissim

H) Praetermissis siquidem numquam satis commendatis asccIicis operibus *de imitatione Christi, Philothea* s. Francisci Salcsii, *De gemitu columbae, De arte bene moriendi, De ascensione mentis in Deum* v. card. Bellarmini, nec non tot eximiis operibus Bossueti, Fenelonii, card. Bonae, qui solide non minus quam pie animant Christianam ad pietatem perfectionemque perducunt; si quis oculos conjiciat in scripta s. Catharinae senensis, s. Theresiae, s. Alphonsi, fieri non potest ut ex unctione quam ubique spirant, non sentiat Dei Spiritum in illis dominari, ac cor suum in Deum rapi immo et trahi. Haec speciminis gratia commemoravi, ceterum innumera prope suht in ecclesia catholica ejusmodi opera, quae animum in Deum accendunt, quae frustra quaeras in proteslantium scriptis quae glaciem potius adducunt. Sed in ecclesia est vita. Non semel factum est, ut protestantes rite dispositi ex illorum lectione commoverentur ac se reciperent in ecclesiae sinum.

R
«

nt Laodiceni eam legerent, quam direxerat ad Colossenses: *Et cum leda fuerit apud vos epistola haec, facite ut et in Laodicensium ecclesia legatur: et eam quae Laodicensium est, vos legatis.* 15 3. Ex his praeterea discimus fideles omnes praecepto adigi ad legendas epistolas quas scripserunt ad eos apostoli: quorsum sane epistolas illi scripsissent, si fideles non tenerentur eas legere? Quod vero dictum est de epistolis, de reliquis Scripturarum libris Novi praesertim Testamenti intelligi per analogiam debet, cum juxta s. Gregorium M. ac reliquos patres Scriptura sacra aliud non sit quam Dei epistola ad homines data. 4. Hinc Christus generarim dixit: *Quaerite et invenietis:* perinde ac si dixisset: *quaerite* in Scripturis veritatem et *invenietis* eam.16 5. Quibus permotus s. Joann. Chrysostomus: *Audite,* inquit, *obsecro saeculares omnes, comparate vobis Biblia, animae pharmaca; si nihil aliud vultis, vel Navum Testamentum acquirite, Apostolorum Acta, Evangelia* etc.17; ac demum concludit: *Non potest fieri, ut quisquam salutem assequatur, nisi perpetua versetur in lectione spirituali.* 18 6. Merito proinde vel ipse Van-Ess parochus catholicus ac professor in universitate marburgensi affirmavit propagationem sacrorum Bibliorum inter omnes indiscriminatim fideles unicum medium esse efficiendi, ut denuo Christiana religio efflorescat. 19 Ergo.

308. Keep. A'. *A.* Ad 1. prob. *D.* De praeceptis decalogi, *Tr.* universae legis mosaicae. *N.* Absurdum siquidem esset asserere legem universam seu Pentateuchum scribi in liminibus et ostiis domorum, aut ferri quasi signum in manu. Sane pbarisaei qui ad litteram allegata verba ex Deuteronomio intelligebant, in phylacteriis et vestis fimbriis nonnullos perpaucos legis mosaicae locos exscriptos deferebant; ad hunc autem morem alludens Christus Dominus: *Dilatant enim,* inquiebat, *phylacteria sua, et magnificant fimbrias*20, ad ostentationem videlicet. Ceterum objecta verba figuratam locutionem praeseferunt qua Hebraeis praecipiebatur, ne unquam oblivioni traderent divina praecepta. Materialis interpretatio pharisacismum sapit et rabbinismum. Perperam igitur afferuntur verba Deuteronomii pro adstruendo praecepto de Scripturarum lectione.

’5) Coloss. IV. 16.

*6) Ita Monod apud cil. opusc. *Le ministre* etc. pag. 15 seqq.

*") *Ἀκούβατε, παρακαλώ, -arrtf οἱ βιωτικοί, καί* KrâffSt *βιβλία, φάρμακα τήί* ψυχήί, *d μηδέν ἴτερον* βούλίσΒί, *την γοῦν καινήν κτήσασ^ε,* τών αποστόλων τἀίπρα-Stti, τά *εναγγέλια. Hom. IX. in epist. ad Coloss.* η. 1.

*8) *Ούκ εΟτιν,* ουκ *ΪΟτι τινά δωβήναι μή ὕυνεχώί ἀναγνώδεωί* απολαύοντα *πνευματική . hi Lazar,* cone. ΙΠ. η. 2.

*9) Apud Grégoire. *Hist, des sectes.* Tom. IV. pag. 412.

50) Maith. XXILL 5. Cf. in hune loc. Joann. Lighlfoolum, opp. edit. Ullraject. 1699. vol. IL pag. 356 seq. qui recenset locos a pharisaeis descriptos in fimbriis seu observatoriis, et vestium fimbriis; sunt autem 4iae quatuor legis periochae. Exod. XIII. 3-10; ibid. v. 11—16; Deut. VI. 5-9; ibid. XI. 13 — 21. Cf. quoque Ign. Weilenauer S. J. in celebri *Lexica biblico* saepius recuso ad vocem *Phylacterium.*

309. Ad 2. *D.* Et in hypothesi quod objecta Christi verba praeceptum contineant, solos pliarisaeos seu legis doctores ac sacerdotes afficiunt, *C.* indiscriiinatim omnes, *N.* In primis dubium admodum est utrum imperandi aut indicandi modi sit verbum *iptuvùrt, scrutamini,* ut inter ceteros s. Cyrillus alex, contendit.21 Verum dato etiam, quod modi sit imperandi, non ad omnes promiscue Christus verba sua direxit, sed uti colligitur ex v. 33. eos alloquebatur, qui miserant ad Joannem, quique erant sacerdotes et levitae (Joann. I. 19—24).22 Jam vero etiam nunc ecclesia sacerdotibus ac ministris suis eadem verba ingeminat: *Scrutamini Scripturas;* fidelibus vero ac populo illa Ecclesiastici ingerit: *Altiora te ne quaesieris, et fortiora te ne scrutatus fueris: sed quae praecepit tibi Deus, illa cogita semper. . . Non est enim tibi necessarium, ea quae abscondita sunt, videre oculis tuis. . . . Multos quoque supplantavit suspicio illorum. Et in vanitate detinuit sensus illorum.*

310. Ad 3. *D.* In publico coetu et sub magisterio ministrorum ecclesiae, *C.* ab unoquoque privato et absque ulla subjectione, *N.* Haud inficiamur quandoque esse utilem posse publicam lectionem sive Epistolarum, sive Evangelii, aliorumve sacrae Scripturae librorum, prout ecclesia semper facere consuevit. Verum ut omni periculo via praecludatur, tractus seligendi sunt, qui omnium aedificationi inservire possint, et si qua alicubi difficultas in his deprehendatur, explananda est ab ecclesiae ministris, uti fit in ecclesia catholica per enarrationem Evangelii, aut epistolae, ac etiam ab iis, qui e suggestu lectiones habent ac explanationes Scripturarum.24 Numquam sane

5I) Vadem damus hujus expositionis vel ipsum Kuinoelium qui in Joann. V. 39. haec scribit: «*Ερευνάτε* permulti interpretes, neu*liquant tamen idoneis de causis,* imperandi modo accipiunt, et verbum ipsum *Ιρευνάν* explicant, *aliquid cum* maxima *ακρίβεια, animi attentione, et magno animi conatu quaerere* . . . . sed *Ιρευνάτε,* ut jam Cyrillus vidit, indicandi modo accipiendum est, *vos inquiritis, scrutamini.* . . . Hunc enim modum orationis series flagitat, cum v. 40. sequatur καὶ οὐ *5-έλετε Ιλ^εϊν κ. τ.* λ., cum infra v. 45. Jesus concedat Mosen ab iis magni fieri, sed frustra legi; atque in praecedentibus etiam indicativi modi legantur.“

”) Cf. eundem Kuinoelium ibid, ad v. 33-34.

M) Ecclesiastici III. 22, 23, 26.

”) Ut pateat quanta sollicitudine caverit concilium tridentinum ut sacrae Scripturae lectio et explanatio vernacula lingua fieret populo Christiano, satis est legere ejus decreta, quae sub Paulo III. ann. 1545, sess. V. *De reform,* cap. 1. edita sunt: ..In ecclesiis, dicitur, in quibus praebenda . . . aut quovis nomine nuncupatum stipendium pro lectoribus sacrae theologiae deputatum repcrilur, episcopi, archiepiscopi. primates, et alii locorum ordinarii, eos . . . qui stipendium hujusmodi obtinent, ad ipsius sacrae Scripturae expositionem, et interpretationem, per seipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneum substitutum ab ipsis episcopis . . . eligendum, *compellant.* De caetero vero praebenda aut stipendium hujusmodi nonnisi personis idoneis, et quae per seipsos id munus explere possint, conferantur." Et aliis omissis, quae alias retulimus, sess. XXIV. sub Pio IV. ann. 1562. *De reform,* cap. 4. statuitur de episcopis et parochis, ut «saltem omnibus dominicis et solemnibus diebus festis; tempore autem jejuniorum quadragesimae et adventus Domini quotidie, vel saltem tribus in hebdomada diebus, si ita oportere

mens fuit apostolis, ut fideles absque subjectione praepositis suis epistolas aliaque ipsorum scripta legerent, eadetnque privato sensu interpretarentur. Ecquis enim fidelium absque erroris formidine legeret ac interpretaretur epistolam ad Romanos? Quod et de ceteris pariter diei opus est. Atque hinc responsio patet ad id quod adjicitur de universa sacra Scriptura, quae a s. Gregorio M. aliisque patribus merito vocata fuit epistola Dei ad homines.[23]

311. Ad 4. *D.* *Quaerite* orando, *C.* legendo Scripturas, X Evidens est ex toto contextu agere hic Christum de necessitate atque efficacia orationis, cum dicat: *Petite et accipietis, quaerite et invenietis, pulsate et aperietur vobis;* in quibus nec verbum occurrit quod vel innuat praeceptum de Bibliorum lectione. Sed ita est; haeretici prius contorquent ad proprios sensus litteras sacras, deinde vero juxta privatam suam interpretationem eas catholicis obtrudunt, ut quod contendunt, quaquaversus evincere videantur.[26]

312. Ad 5. *D.* Adhortando et quidem non absque aliqua amplificatione, *C.* presse praecipiendo, X. Ut enim omittam non esse in unius tantum patris potestate praeceptum inducere quo omnes obligentur fideles, scopus ipsius est fideles a ludis, spectaculis profanorumque librorum lectione retrahere, eosque ad sacrae Scripturae lectionem excitare, ut paulo post ostendemus. Quod ut obtineat, utitur interdum hyperbole et amplificatione, prout clare patet ex altero testimonio ab adversariis objecto, Fieri ne potest, ut s. Joann. Chrysostomus sibi persuaserit rudes omnes ac idiotas qni duxerint, sacras Scripturas, divinamque legem annuntient." In quos locos ef. Joann. Gallemart. Haec vero execution! mandari tum ex publico facto constat, tum ex Scripturae lectionibus, quae vernacula lingua ad populum habitae sunt ac deinceps ingenti populi fructu typis editae; atque ut in Italia nostra sistam, ecquis ignorat lectiones sacras Zucconi, Calini, Cattaneo, Nicolai, Rossi, Granelli, Roberti, Pellegrini, Martinelli, Barolti, Cesari, quique horum agmen claudit cl. Franc. Finetti, cujus decem jam volumina hac de re prodierunt.

25) Cf. Fontana op. cit. in prop. LXXII. Quesneli cap. 4 et 5. pag. 996 seqq.

Vere quadrant adversariis nostris quae Tertullianus scribit de sui temporis haereticis, qui et ipsi, sicut saec. XIX. novatores, obtrudebant istud *quaerite et invenietis;* sic, inquam, scribit in lib. *De praescript.* cap. 14. ..Itaque tu qui perinde quaeris, spectans ad eos qui et ipsi quaerunt, dubius a dubiis, incertus ab incertis, caecus a caecis in foveam deducaris necesse est. Sed quum decipiendi gratia praetendunt se adhuc quaerere, ut nobis (catholicis) per sollicitudinis injectionem tractatus suos insinuent: denique ubi adierint ad nos, statim, quae dicebant quaerenda esse, defendunt: jam illos sic debemus reputare, ut sciant vos non Christo, sed sibi negatores esse. Cum enim quaerunt adhuc, nondum tenent: cum autem non tenent, nondum crediderunt, non sunt Christiani. Et cum tenent quidem et credunt, quaerendum tamen dicunt ut defendant: antequam defendant, negant quod confitentur se nondum credidisse, cum quaerunt. Qui ergo non sibi sunt Christiani, quanto magis nobis? Qui per fallaciam veniunt, qualem fidem disputant? Cui veritati patrocinantur, qui eam a mendacio inducunt?“ edit. Rigalt. Quam bene, quam graphice paucis his verbis omnium haereticorum cujusvis aetatis agendi ratio exponitur!

litteras non didicerint, assequi salutem non posse? Hoc neque adversarii contendunt.[27]

313. Ad 6. *D.* Si privatorum individuorum judicium rom. pontificum, immo et ecclesiae universae judicio esset praeferendum, *C.* secus, *N.* Quid magis ad religionis Christianae prosperitatem conferat, melius certe noverunt rom. pontifices, quibus illa ex divina institutione commissa est, aut, si lubet, ecclesia ipsa universa, quam privati homines qualescumque. Cum vero rom. pontificibus et cum illis universae ecclesiae constiterit non solum non expedire ad religionis christianae incrementum aut nullo modo conferre, verum etiam maxime obesse inconsultam ejusmodi Bibliorum propagationem, nonne hominis tumentis est, ac intolerabilis arrogantiae illam propugnare tamquam unicum medium, quo Christiana religio efflorescat? Hinc est quod juremerito plures Van-Ess castigaverint ejusque retuderint audaciam.[28]

f

PROPOSITIO H.

Numquam ecclesia aut romani pontifices universim prohibuerunt fidelibus sacrae Scripturae lectionem in lingua vernacula, sed modo improbarunt, modo probarunt, prout temporum, locorum aut personarum adjuncta ac fidelium utilitas exposcere videbantur.

314. Hanc adstruimus propositionem tum ad vindicandam agendi rationem, quam diversis temporibus ecclesia ac rom. pontifices adhibuerunt circa lectionem sacrorum Bibliorum in lingua vulgari, tum ad repellendam protestantium, jansenistarum illorumque neotericorum calumniam, qui ecclesiam ac rom. pontifices incusant, perinde ac si universim prohibuerint lectionem Scripturae sacrae in lingua vernacula, ut hac ratione fidelibus os Christi obstruerent, atque eis modum adimerent illam intelligendi. Praemonemus porro heic agi de re disciplinari, quae propterea accommodari potest, immovero et debet diversis temporum, locorum ac personarum adjunctis, cum exploratum sit nonnulla alicubi et quadam aetate saluberrime constituta fuisse, quae, rerum adjunctis immutatis, tamquam noxia postmodum abrogata sunt, atque etiam vetita.[1]

315. Quibus praemissis, ita accedimus ad thesim nostram evincendam.

v) Cf. Bellarm. *De verho Dei,* lib. II. cap. 16.

28) Inter ceteros eminent Lienhard argentoratensis et Kisleinacker theologus monasteriensis de quibus etiam loquitur Grégoire loc. cit.

') Plura hujus diversae agendi rationis pro diversis temporum ac personarum adjunctis congessit tum ex sacris litteris, tum ex historia ecclesiastica Spiritus Roterus in sua lucubratione hoc de argumento edita ann. 1548. cap. 30. quibus plura alia adjecit Fontana op. cit. in propos. LXXXIII. cap. IV. col. 848 seqq. quae illic recoli possunt.

Ecclesiam antiquitus Scripturae sacrae lectione in vulgari lingua non interdixisse fideles ex iis liquet, quae paulo ante praemisimus de Scripturarum versionibus in omnes ferme linguas tunc temporis vigentes, quasque ecclesia numquam improbavit, quod et adversarii ipsi ultro fatentur immo et contendunt. Insequentibus vero saeculis, cogentibus haereticorum fraudibus in vitiandis sacris litteris sub versionum vernacularum obtentu, sacrorum Bibliorum lectio in lingua vulgari interdici coepit fidelibus in Galliis a conc. tolosano ann. †229. Huic synodi constitutioni jam praeiverat Innocentius III. qui eadem de causa lectionem Scripturarum vulgari idiomate dioecesis metensis fidelibus interdixit.3 Verum ejusmodi constitutiones locales fuerunt ac temporariae, Res ita se habuit, donec exortis haereticorum lutheranorum, zwinglianorum, calvinistarum innumerarumque illorum propaginum factionibus, qui ad unum omnes necessitatem proclamarunt legendi ab omnibus et singulis fidelibus sacra Biblia idiomate vulgari, quique certatim suis sacros codices versionibus corruperunt, ut malo imminenti occurreret Pius IV. prodiit ejus jussu regula quarta Indicis, qua sacrorum in lingua vernacula Bibliorum promiscua lectio severe interdicitur. Ast neque ob regulam istam omnibus Christi fidelibus ejusmodi lectio universim ac indiscriminatim prohibetur, cum ea relativa seu respectiva sit: siquidem quibus proficua esse deprehenderetur sacrae Scripturae lectio, iis judicio episcopi aut inquisitoris, de istorum consensu illa permittitur.4 Ex nimia tamen hanc concedendi facultatem facilitate, qua haud pauci abutebantur, factum est ut Clemens VIII. eam facultatem ad sacram Indicis congregationem revocarit. 5

*) Can. XIV. ..Prohibemus etiam, ne libros V. T. aut N. laici permittantur habere, nisi forte Psalterium vel Breviarium. . . . Sed ne praemissos libros habeant in vulgari translatos, omnino prohibemus." Apud Coletum in collect. Veneta concilior, tom. XIII. col. 1239. Celebratum porro hoc concilium est ann. 1229 mense Novemb. prout etiam habetur ex Sirmondo, Dacherio, Martenio, non autem ann. 1129 uti scribit Wegscheider, qui adducit auctoritatem Mansi. Ast Mansi in suo *ad concilia Veneto-Lubaeana supplemento,* torn. Π. col. 963. nec refert quidem hujus concilii acta, sed solum pacta inter regem Francorum et Raymundum comitem tolosanum inita, statuitque hoc concilium pariter ann. 1229. Haec observanda erant circa epocham, ut pateat hanc prohibitionem factam esse adversus albigensium machinationes.

*) Hanc referi Fontana op. cit. coi. 591 seq. ubi etiam aduolat Innocentium importuno Metensium desiderio aliquas Scripturae partes minus difficiles permisisse.

*) En verba reculae IV. Indicis: »Cum experimento compertum sit, si sacra Biblia vulgari lingua passim sine discrimine permittantur, plus inde, ob hominum temeritatem, detrimenti, quam utilitatis oriri, hac in parte *judicio episcopi aut inquisitoris stetur, ut cum consilio parochi vel confessorii.* Bibliorum a catholicis versorum lectionem vulgari lingua eis concedere possint, quos intellexerint ex hujusmodi lectione non damnum, sed fidei et pietatis augmentum capere posse." De hac regula Indicis prolixe egit P. Cherubinus op. cit. tom. IV. part. IV. pag. 489 – 558. adversus Arnaldum.

4) Sunt autem hujus tenoris quae jussu Clementis VUL addita sunt Regulae IV. Indicis. ^Animadvertendum est circa supra-

316. Ubi nutem Scripturae sacrae lectio in lingua vernacula utilis visa est, non modo rom. pontifices eam non prohibuerunt, immo vero et promoverunt; cum scilicet certiores effecti sunt de versionum fidelitate, atque difficilioribus in locis eam opportunis notie explanatam compererunt. Sic Gregorius XIII. auctor fuit P. Wieckio S. J. ut in linguam polonicam Biblia verteret, ejusque versio Clemente VIII. probante Cracoviae prodiit.6 In Germania praeter antiquiores, quae jamdiu a viris catholicis vulgatae erant7, nova adornata est ab Emsero8; in Anglia in usu est versio catholica duacensis, quae edita fuit ann. 16099; in Galliis Fenelonius versionem gallicam N. T. plurimum provexit10; in Italia, ut antiquiores versiones silentio praetereamus'', celebris admodum est versio cl. Martini archiepiscopi florentini,

didam regulam quartam Indicis fel. record. Pii Papae IV., nullam per hanc impressionem et editionem de novo tribui facultatem episcopis vel inquisitoribus aut regularium superioribus, concedi licentiam emendi, legendi, aut retinendi Biblia vulgari lingua edita; cum hactenus mandato et usu sanctae rom. et universalis inquisitionis sublata eis fuerit facultas concedendi hujusmodi licentias etc."

6) Cf. Alegambe in *Biblioth. Script. Soc. Jes.* loc. cit.

') Etenim Otfriedus Wissenburgensis ann. 870. Novum Testam, ac Psalmos metrice lingua teutonica reddiderat; Rab. Maurus et Walafridus universa Biblia in linguam germanicam verterant; versiones biblicae augustana et nürembergensis prodierant saec. XV. Cf. Audin, *Hist. de la vie de Luther,* cd. 2. tom. I. pag. 14. Quod tamen heic dicit Audin de versione germanica Rabbani Mauri et AValafridi *totius* scripturae ab aliis in dubium revocatur. Cf. *Apparatum biblicum* Cherubini vol. IV. pag. 151 seq. Immo germanica versio quae jam typis prodierat ann. 1466. *sexdecim* vicibus edita est ante lutheranam versionem ann. plus minus 1534. Cf. *Versions of the Scripture,* in Dublin Review, vol. I. July 1836.

s) De hac versione Emseri agunt Cochlaeus in *Actis adv. Lutherum,* ann. Dorn. 1522, Serarius in *Proleg.* pag. 130, Possevinus in suo Apparatu tom. I. Cf. Cherubinum op. ct loc. cit.— Emserus non vertit nisi Novum Teslamentum, Eckius addidit versionem T. Veteris de qua praeter Gretzerum in Vindic. Bellarmini agit Rich. Simon in *Append,* pag. 532. Juxta Sixlum senens, lib. VI. *Bibl. sanctae* Eckius ulrumque transtulit Testamentum ann. 1540. Cf. tamen Le-Long *Biblioth.* tom. I. pag. 307—382 seqq. Edit. 1723.

9) Vid. O'Connell op. cit. A *full Report of the Proceeding* etc. pag. 41 seqq. Haec versio quadraginta annorum labore adornata est a doctissimis viris et omnium praestanlissima habetur.

,0) Sic enim ipse scribit in epist. 2. ad March, de Seignelai ex *Tremblade* 26. Febr. 1686 circa missiones *Saintogne:* «J'oubliais de vous dire, qu'il nous faudrait une très-grande abondance de livres, surtout de Nouveaux-Testamens, et des traductions de la Messe avec des explications: car on ne fait rien, si on n'ôte les livres hérétiques; et c'est mettre les gens au désespoir, que de les leur ôter, si on ne donne à mesure qu'on ôte;" e in ep. 3- ad eund. »11 faudrait aussi répandre des Nouveaux-Testamens *avec profusion.* . . Si on leur ôte leurs livres sans leur en donner, ils diront, que les ministres leur avaient bien dit, que nous ne voulions pas laisser lire la Bible de peur *qu on vit la condamnation de nos superstitions, et de nos idolâtries,* ct ils seront au désespoir;« et alibi in ep. data ex Rocella: „Je ne saurois vous dire le nombre de Nouveaux-Testamcns dont on auroil besoin etc." Cf. *Correspondance de Fènë Ion,* ed. Paris 1827. Tom. L

") Cujusmodi sunt, Nie. Malermi, Ant. Brucioli, aliorumque de quibus agit Le-

quae omnium pene fidelium manibus iisuque conteritur12, quamque etiam Pius VI. commendas it appositu lire vi dato 17. Mart. 1778 in quo inter ce-tera de sacris libris haec leguntur: „.IIIi enim sunt fontes uberrimi, qui *cuique patere debent* ad hauriendam et morum et doctrinae sanctitatem etc.11 Quod et de nationibus reliquis dici debet, adeo ut vix aliqua sit, quae ver-sione sua non utatur.14

317. Sed et ante ita dictam reformationem longe lateque sacra Biblia disseminata erant. Quae primum vulgata sunt a celebri Faust post typogra-phicam inventionem, fuere sacra Biblia juxta versionem vulgatam, nempe ann. 70 antequam lutherana factio foras erumperet. Notandum porro est ea aetate, quotquot pene legere scirent, linguam latinam calluisse. Per idem tempus 800 plus minus editiones Bibliorum, aut N. T. ante reformationem prodierant; ac per universam Europam catholicam circumferebantur, antequam vel *protestantis* nomen agnosceretur. Et ex his 200 versiones in linguis ver-naculis diversarum gentium, penes quas vulgatae erant. omnium manibus libere versabantur.15

318. Hisce ab historia depromptis jam constat de facti quod asserui-mus veritate, numquam videlicet ecclesiam aut rom. pontifices universim et absolute sacrae Scripturae lectionem in lingua vernacula fidelibus indiscrimi-natim omnibus interdixisse. Nunc sane doctiores inter protestantes aperte fatentur, calumniari catholicam ecclesiam illos, qui adhuc ab ea interdici scripturarum lectionem fidelibus affirmant.16 Nunc praestat, paucis jus ad-

Long in cit. *Biblioth.* tom. I. Sisto in ver-sione Joann. Diodati lucensis, qui fuit mi-nister calvinianus genevensis, quique para-phrasten potius quam interpretem agit in sua versione, ac nihil non ad suae sectae placita pertrahit, quam versionem propler-ea suam fecerunt genevenses. Porro haec versio ea est cujus jam plures editiones societas biblica vulgavit atque inter nos disseminat ad deferendum *bonum nuncium.* Egregii homines! Historiam hujus versio-nis fuse praebet P. Cherubinus a s. Joseph in *Appar. Bibl.* tom. IV. pag. 127 seqq. Nihil dixi de vers. Jac. de Voragine, quia critici eam in dubium revocant. Cf. Le-Long.

n) Mirum est Glaire nullam hujus ver-sionis mentionem fecisse, cujus tamen su-pra viginli editiones prodierunt; atque illud etiam notandum quod cap. 5. quaesi. 10. §. 25 et 27. loquens de versione gothica Ulphilae, asserat ad nos non pervenisse istius versionis nisi Evangelia, et aliquot fragmenta epist. ad Rom. quae edita sunt a Kniltel ex *codice rescripto.* Attamen no-tissimum eruditis est ex palimpsestis biblioth. ambrosianae curis eminentissimi dociissimi-que viri Angeli Mai, qui eas primum re-perit, et Caroli Octav. Caslillionaei vulga-tas esse epistolas fere omnes apostoli Pauli una cum textu gothico, ejusdemque gothici textus versione latina una cum glossario ab ann. 1819 ad ann. 1839. typis medio-lanensibus. Refellit porro Castillionaeus in non paucis Hug. cujus meminit Glaire.

*') Cf. in edit. Rom. 1784. Tom. I.

,1) De quibus agit Le-Long op. cit.

,5) Cf. O'Connell loc. cit.

l6) Sane ceteris praetermissis celebris Dr. Leo protestans scriptor haec habet in rem nostram: nPrétendre que l'église ca-tholique refuse à ses adhérents la lecture de la Bible, *c'est la calomnier;* là du moins où elle trouve la simplicité et la fi-délité chrétienne, elle ne le fait jamais, mais elle s'efforce de prévenir les recherches

struere, nempe ostendere prudenter omnino ecclesiam romanosque pontifices sese gessisse, dum pro opportunitate promiscuam illam lectionem fidelibus vetuerunt.

319. Duae sane cumprimis rationes concilia romanosque praesules ad avertendos fideles a vulgari Scripturarum lectione perpulerunt: periculum scilicet perversionis et adulteratio sacri textus in versionibus haereticorum. Hasce singillatim expendamus oportet.

320. Ac primd quidem perversionis periculo quod fidelibus instabat, permota fuisse concilia romanosque. pontifices ad illa decreta edenda, patet 1. ex aetate qua tolosanus canon XIV. editus est. Eruperant tunc temporis albigenses ac waldenses, qui duce Petro Waldo contra clerum sese extulerant, et versione Scripturarum in gallicam linguam utebantur ad pervertendos catholicos quorum plures in dies decipiebantur ex perperam intellectis nonnullis Scripturarum oraculis: quapropter debuit concilium, prout jam praestiterat saltem ex parte pontifex Innocentius III., contrahere facultatem laicis legendi Scripturam lingua vernacula, quo malum illud compesceretur. 17 Id pariter insequentibus annis renovari debuit ex occasione beguardorum et beguînarum,

de pure curiosité, les doutes de pure critique, la lecture non approfondie. Sans doute ce soin pourrait bien cà et là être poussé trop loin : certains confesseurs pourraient bien être là dessus d'une pratique trop rigide; mais en face des émissaires anglais, qui semblables à des oiseaux de proie, vont semer la discorde partout, sans considérer l'homme tel qu'il est, ne respectant dans leur orgueil anglais aucune convenance, cette sévérité et ses soins craintifs des prêtres catholiques pour leurs ouailles doivent paraître plaineinenl justifiés alors même qu'ils n'obtiendraient pas notre assentiment.·' Ita quidem ipse in responsione ad Nalhusium Hallensem. Vido *Annales calhoi. de Genève.* IV. livr. Mars 1853.

,T) Hie me cohibere nequeo ab afferendis verbis auctoris, tempore quo haec scripsit, protestantis, nempe Hurler, qui in vita Innoc. III. ed. cit. tom. III. lib. XIV. pag. 36- agens de haereticis illius aetatis qui typi fuerunt haereticorum insequendum, scilicet protesianlium, haec ad rem nostram praedare scribit: nL'expérience avait appris que les hérétiques citaient quelquefois l'écriture sainte pour appuyer leurs opinions, non seulement l'interprétaient selon leur système, mais la traduisaient en langue vulgaire, et la communiquaient aux autres, sans s'inquiéter si la traduction en rendait fidèlement le sens. Si ceux dont la vie était consacrée à la science avaient été obligés de se livrer avec persévérance à beaucoup de travaux, de recherches et de méditations suivies, pour faire connaître exempte de toute erreur la vérité révélée, telle qu'elle est renfermée dans les saintes-écritures. combien ne devait pas paraître dangereuse Vidée de placer entre les mains de. tout le monde, sans avoir égard à la capacité et à la droiture de volonté de chacun, un livre qui peut conduire Γhomme aussi facilement à l'erreur que dans le chemin du salut? Une foule d'hommes et de femmes imitèrent a Metz ce que Waldo avait fait à Lyon: on leur traduisit la plupart des écrits du Nouveau-Testament, et plusieurs de ceux de l'Ancien - Testament. et ils en firent le sujet de conférences dans leurs réunions. Ils regardaient avec dédain ceux qui ne voulaient pas y prendre part, méprisaient les avertissemefis des prêtres, cherchaient à se justifier par les sentences sacrées. Si un ecclésiastique s'entretenait avec eux des choses sacrées, ils lui répondaient: *Nous les connaissons mieux que vous.* '

wicleffitarum ct hussitarum, alianimque magno numero sectarum, multo vero magis lutheranorum, calvinistarum una cum Ibecunda sobole ah illis progenita, qui ad unum omnes eadem arte utebantur ad errores suos in populum serendos propagandosquo.18 Patet 2. ex adulteration»» quae inducebatur, prout etiamnum inducitur sacri textus ab omnibus singulisque sectis in ejusmodi vulgaribus versionibus, ut eas accommodarent ad placita sua. Atque ut de antiquioribus sileamus, exploratum est Lutherum, Bezain aliosque plurcs accusatos ab ipsis protestantibus esse de ejusmodi corruptione. 19 In Anglia primae quae post reformationem versiones prodierint, fuere i. Tyndallii, 2. Coverdalei, quae sub Henrico VIII. adornatae sunt, 3. quae *ab .Episcopo* nuncupatur, regnante Elisabetba edita est: ac 60 annos in usu fuerunt. Attamen postea ecclesiae anglicanae ministri supra mille numero, uno animo eas declararunt *erroribus gravissimis refertas, m nonnullis locis absurdas, in aliis detrahentes aliquid verbo Dei, pervertentes, obscurantes, vitiantes.* 20 His propterea alia successit versio, quae a Jacobo I. *authentica* declarata est; porro gravissimi theologi protestantes seu anglicani Lowth, Newcombe, Wescefield, Bellanti praeter plures alios, hanc ipsam versionem traduxerunt veluti pluribus erroribus maculatam, ac proinde inquiebant novam optandam esse versionem. Horne in sua recenti *Introductione ad studium criticum biblicum* illorum confirmat judicium. 21 Cum igitur ingens fidelibus perversionis impenderet periculum ex tot quae magna profusione vitiatorum Bibliorum versionibus fiebant ab haereticis, usa jure suo est ecclesia, dum vulgares ejusmodi versiones prohibuit ad filios a venenatis hisce fontibus amovendos. Patet 3. ex

,s) Innumera prope documenta cf. apud Fontana op. cit. tom. III. in propos. LXXXI. cap.I. col.754. eliterum in propos. LXXXFI. cap. V. col. 800 seqq.

”) Cf. *General Preface to New Testament. translated by George Campbell. James Macknight, and Philip Doddrige, Doctors of the Church of Scotland;* item ejusdem Gcorgii Campbell diss. XI. part. II. pag. 123., Mosheim, *Syntagma dissert, ad sand, discipl. pertinent,* pag. 166. Sed prae celeris cf. eruditum P. Cherubinuni a s. Joseph op. cit. tom. IV. qui ingenti labore versiones Lutheri ceterorumque haereticorum lutheranorum, calvinistarum, socinianorum etc. expendit accurate, prolatis etiam magno numero ipsorum protestandum judiciis, ex quibus evidenter conficitur eos omnes ac singulos qui versiones novas ediderunt, non modo saepissime lapsos esse, sed data opera Scripturas corrupisse. In sola versione Lulheri Hieronym. Emserus ostendit 1400 errores haereticos ac mendacia occultata ab illo haeresiarcha in ea fuisse. Sed ipsum adi Cherubinum a pag. 154 ad pag. 205. Nempe et de nostris haereticis protestantibus iterum ad litteram verum esse deprehenditur, quod de haereticis sui temporis scripserat Tertullianus, in lib. *De praescript.* cap. 38. ..Illic igitur et scripturarum et expositionum adulteratio deputanda est, ubi diversitas doctrinae invenitur. Quibus fuit propositum aliter docendi, eos necessitas coegit aliter disponendi instrumenta doctrinae. Alias enim non potuissent aliter docere, nisi aliter haberent per quae docerent." Ed. Rig.

M) Apud O’Connell opusc. cit., et apud Grégoire, *Hist, des sect.* tom. IV. pag. 407 seqq.

«) Ibid.

malorum congoric quae provenerunt ab ejusmodi vulgaris Scripturae lectione; ut enim premamus silentio, quae anterioribus saeculis orta sunt22, protestantes Clarendon, Grey, Hey falsae Bibliorum interpretationi tribuunt belli civilis dissidia, suppliciumque Caroli I. 2‘ Hume testatur post reformationis initia debuisse ad tempus e populi manibus subtrahi versionem Scripturae in lingua vernacula ob controversias et fanatismum quem ejusmodi lectio exciterai. 24 His alia plura testimonia adjecit D. Milner ex auctoribus protestantibus et anglicanis, qui ingemuerunt ob pravos effectus, ex vulgari Scripturarum versione consecutos.25 »Sane exinde factum est, ut sutores, lanii, pjstores, bajuli, apostatae etiam ac lenones lenaeque prophetarum atque doctorum gesserint partes, seseque adversum proprios suos pastores erigere haud dubitarint. 26

321. Postquam vero furor ille *(bibliomaniam* vocant) ab haereticis excitatus sensim deferbuit, ac minus periculi fidelibus instabat, coepit ecclesia aliquid de hujus disciplinae severitate remittere, ipsique rom. pontifices commendarunt, ut vidimus, versiones vernaculas a piis prudentibusque catholicis viris adornatas, atque opportunis adnotationibus auctas ad difficiliora loca enucleanda.

322. Dum igitur protestantes adhuc sciscitari solent a plebecula: *Cur ecclesia vestra interdicit vos a Scripturarum lectione?* duplex semper omnibus responsio in promptu esse debet, prima quidem: *Ne seducamur a vobis,* seu *ne forte moriamur* 27*:* altera vero: Vros *calumniamini ecclesiam nostram, nunquam enim ecclesia nobis absolute ejusmodi lectionem prohibuit.*

323. Juverit hactenus dicta confirmare confessione docti protestantis, qui haud dubitavit, ecclesiam catholicam apud suos purgare, eam incusantes quod Biblia a cognitione fidelium subtraxerit. „Nos quidem putabamus, inquit Abauzit, plenam super ecclesiam romanam retulisse victoriam, liberam

M) Cf. Fontana loc. cit.

M) Cf. apud Grégoire loc. cit. pag. 415.

14) Dav. Hume. *Hist. de la maison de Tudor.* Lib. II. pag. 246.

1S) Op. cit. *Excellence de la reliy. ea thol.* tom. IL lettre XLVII. pag. 604 seqq. His juverit auctoritatem hominis haud suspecti. nempe Walloni, apponere, qui hactenus dicta confirmat: »Aristarchus, inquit, olim vix septem sapientes in Graecia invenire potuit, et apud nos (ut verbis utar viri docti) vix totidem idiotas est reperire, omnes enim sunt doctores omnes caelitus instructi. Nullus est ex vilissima faece plebis fanaticus aut agyrta, qui non somnia sua pro verbo Dei venditet. Apertus enim videtur puteus abyssi ex quo ascendit fumus qui coelum et stellas obscuravit, et exierunt locustae cum aculeis, *sectariorum et haereticorum* numerosa soboles, qui *omnes antiquas haereses* renovarunt, et plurima opinionum portenta de novo intulerunt; ex quorum vero castris prodierunt, omnibus notum. Hi sunt qui civitates, pagos, castra, domus impleverunt, immo ecclesias et pulpita occuparunt, et populum misere seductum in foveam secum praecipitant.« *Praef. in Polyylotta.*

**) Cf. Poncetium ord. Bened. apud Fontana op. et loc. cit. pag. 728 seqq.

27) Gen. IIL 3.

Ribliis circulationem dando. Verum hanc ipsam habet ecclesia; prohibitio siquidem ejus non *absoluta* est sed *relativa,* Ejusmodi porro prohibitiones relativae nihil aliud unquam fuerunt, quam prudentiae circumspectiones adversus infideles versiones, adversus arbitrariam interpretationem, quae viam aperit ad errores omnigenos, adversus usum se conjiciendi sine directione inexpertae juventuti, intemperantiae corruptae imaginationis, (piae quavis re abutitur, lectioni librorum quorum natura mentis maturitatem cordisque munditiem exposcit, ut possit esse proficua.·4 28 Hactenus ille.

324. Constat ergo ex dictis quod ostendendum assumpsimus, numquam videlicet ecclesiam aut rom. pontifices universim prohibuisse fidelibus etc.

DIFFICULTATES.

325. Obj. 1. Nemini licet eam adimere libertatem, quam Deus omnibus promiscue fecit adeundi haereditatem quam ipsis uti filiis reliquit. 2. Quare abripere e Christianorum manibus Novum saltem Testamentum, est illis Christi os obstruere. 29 3. Interdicere Christianis lectionem sacrae Scripturae, praesertim Evangelii, est interdicere usum luminis filiis lucis, et facere ut patiantur speciem quandam excommunicationis,30 4. Nec refert nonnullos abuti Scripturarum lectione: neoue enim aequum est, ut propter hos sive paucos

o priventur. Quemadmodum igitur non multi vino abutuntur ad ebrietatem, sed non debet interdici lectio quia nonnulli ed horum sacrilegium est serio vindiat eunuchum legentem Isaiam prophe- attendant prophetico sermoni tamquam Paulus utilem docet esse Scripturam rripiendum 34; laudat Timotheum, quod Psalmista beatos vocat, qui scrutantur lervacaneum esset patrum agmina adducitare ad Scripturarum lectionem. Satis pae, qui fideles omnes ita alloquitur: sunt oracula Spiritus Sancti. . . Sumite dilecti, et bene nostis sacras Scripturas, xistis: illa igitur mente et memoria recommendavit, proscripsit Clemens XI.

Act. VIIL 28.

«) IL Petr. L 19.

3<) LL Timolh. III. 16.

") Ibid. v. 15.

M) Ps. CXVIIL 2-

”) Epist. L ad Corinth, capp. XLV. XLVII, LUI.

Ilie jam quaeritur utri tides adjungi debeat? 7. Illusio porro est sibi persuadere quod notitia mysteriorum religionis non debeat communicari foeminis lectione sacrorum librorum. Non ex foeminarum simplicitate, sed ex superba virorum scientia ortus est Scripturarum abusus, enataeque haereses sunt.[38] Ergo.

326. **Resp.** Ad 1. *D.* Si haec libertas absoluta sit, ac prorsus independens, *C.* si ecclesiae auctoritati sit subjecta ac subordinate, *N.* Jam vero, ut omittamus ecclesiam, seu ecclesiae pastores et praelatos immediatos sacri Scripturarum depositi custodes a Christo institutos esse, non autem fideles seorsum sumptos, fidelium libertas cohibite est ex Christi institutione ab auctoritate ecclesiae, quae tamquam provida mater ac tutrix fidelis decernere debet quidnam commodum aut incommodum, utilitatem aut detrimentum filiis suis sit allaturum. Filiorum porro bene moratorum est matris obtemperare praeceptis. Cum autem experientia didicerit ecclesia sive ex temporum calamitate, sive ex prava filiorum animi dispositione periculum fidelibus ingruere ex promiscua in vulgari lingua Bibliorum lectione, quamdiu illud imminere visum est, inconsultam illam libertatem coarctavit: sustulitque, cessante periculo, hanc ipsam coarctationem. In quo miram ejusdem piae matris bonitatem ac prudentiam quis non suspiciat? [39]

327. Ad 2. *D.* Si unica via ad Christum audiendum vulgaris esset Scripturae lectio, *C.* si innumerae prope aliae suppetant, A'. Possunt igitur fideles Christiani loquentem audire Christum in ministris suis, in lectione librorum asceticorum, in interiore ejus inspiratione, in publicis concionibus, Scripturarum explanationibus, aliisque ejusmodi mediis quibus vera Dei ecclesia abundat; alioquin rudibus et illiterates, idiotis ac barbaris, innumeris nempe hominibus, Christi os obstructum plane esset.

328. Ad 3. Eadem esto responsio.

329. Ad 4. *D.* Si privatorum judicio decernendum esset quando expediat propter rei alicujus abusum tollere, seu verius rei ejusdem usum coercere, *Tr.* si a legitima auctoritate, AT. Verum est non semper usum osse adimendum alicujus rei in se innoxiae, immo bonae ac optimae, cujusmodi Scriptura sacra est, ob nonnullorum aut plurium etiam abusum. Ast certum pariter est interdum expedire ipsius usus remotionem, si quidem id rerum adjuncta postulent. Hoc enim vel ipsa regiminum civilium agendi ratio evidenter confirmat. Cum itaque ecclesia, omnibus mature perpensis judicaverit ad tollendos abusus necessariam fuisse ipsius usus coercitionem, non est quod ulterius quaeramus.

38) Ila Quesn. prop. LXXXIII.

M) Cf. egregiam disseri. Spiritus Roleri ord. Praed. *De non vertenda Scriptura sacra in vulgarem linguam,* Tolosae 1548. cap. II. pag. 53 seqq. quae ileruui cusa esi in *Collectione auctorum Scripturae sacrae vulgares translationes damnantium,* ac reperitur pag. 123.

330. Ad 5. *D.* Scriptura hanc lectionem commendat quoad eos, qui rite dispositi fructum et utilitatem percipere possint. *C.* absque debita ab ecclesia subjectione, X Profecto Petrus eam non commendat in ordine ad eos, qui epistolas Pauli ac ceteras Scripturas depravabant ad suam ipsorum perditionem ,0, qui proprie erant *indocti et instabiles,* quos pariter unice arcet ecclesia ab earum lectione, ne illas depravantes exitium sibi consciscant. Numquam enim doctos seu saltem graecam latinamve linguam callentes legere Scripturas ecclesia prohibuit. Hinc concidunt, quae ex Actis apostolicis, Petri ac Pauli monitis objiciuntur, quibus ecclesia semper obsecuta est.[41] Psalmista vero non de speculativa, seu theoretic» scientia aut scrutatione legis divinae loquitur, sed de practica illius custodia, ut patet tum ex contextu. tum ex hebraicae vocis linguarumque affinium, syriacae et Chaldaicae, vi, in quibus habetur: *custodiunt.* [42]

331. Ad 6. *D.* Juxta disciplinam illorum aetate vigentem, *C.* secus, A; Diversa rerum adjuncta diversam disciplinam exposcunt. Si aetate hac nostra illi ipsi viverent patres, in tanta videlicet versionum vulgarium colluvie, quae ab haereticis vitiatae sunt, in tanta plurimorum hominum levitate et arrogantia, qui velut judices insurrexerunt adversus ecclesiam, in tanta demum haereticorum vafritie, qui adulteratis hisce versionibus insidiantur quotidie fidelibus, post tot ecclesiae ac rom. pontificum decreta ad amolienda ejusmodi pericula, profecto patres pro amore quo flagrabant erga catholicam fidem, - alia prorsus ratione et scriberent et loquerentur.[43]

332. Hac ratione optime inter se componuntur s. Clemens I. et Clemens XI. Uterque studebat fidelium utilitati, sed diversa ratione, quia media quae idonea fuerunt primis Christianis sub Clemente I., non solum inepta, immo vero perniciosa evaserunt sub Clemente XI., non quidem in se, sed respectu fidelium, ob adjuncta paulo ante commemorata. Utrique propterea parendum erat, ut filios decet parentibus morem gerere diverso tempore diversa praecipientibus.

") II. Petr. III. 16.

Cf. Fontana op. cl loc. cit. in prop. LXXX. cap. V. coi. 714 seqq.

u) Cf. Polyglotta Walton in quibus hebraica vis exponitur per *custodes,* nempe mandatorum Dei. et in vers, syriaca exponitur per *conservant.* est enim ... participip. in statu constructo. Cf. etiam Tirinum in hunc psalmum.

»]

tt) Cf. Petrum Lizclium in opusc. *De sacris libris in vulgare eloquium minime vertendis;* quod pariter cxlat in cit. *Collect. auctorum s. Scripturae vulgares translationes damnantium,* pag. 27; nec non Aloysium Mozzi S. J. in op. *Il /'also discepolo di s. Agostino convinto di error e,* Venezia 1779. Part. I. cap. 2; item P. Cherubinum a s. Joseph in prolixa dissert. XV. *Circa versiomtm vernacularum lectionem omnibus indifferenter permissam ac debitam,* in *Apparatus biblici* loin. IV. pag. 216 seqq. Sex conlinct paries in quibus haereticorum, jansenislarum, Arnaldi praecipue in his quae apposuit regulae IV. Indicis, aliorumque iliorum fautorum argumenta discutit, ac solvit copiosissime, usque ad pag. 648.

333. Ad 7. A'. Ad prob. *D.* Minus idoneae sunt mulieres ad haereses excogitandas, 7'/·. ad eas, ubi semel imbutae his fuerint, tenacius retinendas ac facilius disseminandas, *N.* Quamvis enim haereses foeminae passim, ut quae ingenii tenuioris sunt, non primae excogitent, attamen illis, ubi semel imbutae fuerint, uti frequens docuit experientia, nihil est ad haereses promovendas magis idoneum. Praetermissis siquidem exemplis a s. Hieronymo commemoratis de nicolaitis, marcionitis, gnosticis, montanistis, arianis, qui constanter foeminis usi sunt ad suos propagandos errores aetate nostra haud pauca suppetunt, quae aperte ostendunt quid foeminae valeant ad errores queis semel imbutae fuerint, pugnaciter animo retinendos disseminandosque. Moniales Portus Regalis numquam dimoveri potuerunt ab erroribus jansenianis.45 Quapropter longe difficiliorem se praebet s. sedes in concedenda facultate contrahendi nuptias cum haeretica, quam cum haeretico viro, quia experimento didicit, frequentius contingere, ut uxor haeretica virum pervertat, quam ipsa ab illo ad fidem catholicam adducatur.

334. Et has quidem difficultates ad abundantiam solvimus ad vindicandam ecclesiae et rom. pontificum agendi rationem, quam haereticis cogentibus, superioribus annis adoptarunt. Ceterum vix nunc temporis aliqua gens est, quae Biblia non habeat in vernaculam linguam conversa, iisque non utatur, probantibus, aut saltem non obnitentibus rom. pontificibus et episcopis, quum certiores facti sunt de versionum fidelitate, atque congruentibus explanationibus, queis perversionis periculum amoveatur.

w) Cf. in epistl. CXXXIII. ad Ctesiphontem n. 4. ed. Vallars.

Cf. Francisci Simonis. *De fraudibus haereticorum,* part. 1. *Fraude VI.* Item lepidas historias quas refert auctor op. cui tit. *Le véritable esprit des nouveaux disciples de s. Augustin,* Bruxelles 1706. praesertim tom. I. lettr. VII, XI, XVI. tom. IL lettr. XVIII, XXIII, XXVIII. torn. III. lettr. XXXIV. Eliam Lulherus commendavit proselylismum cujusdam foeminae Agula nuncupatae, quae, ut refert Seckendorf, *Comm, de Luth.* lib. I. §. 126. se exhibuit Ingulsladii ad publice ex cathedra disputandum circa Scripturam turn latine turn germanice in favorem Lulheri. Cf. Audin, *Hist, de la vie de Luther,* tom. I. pag. 428 seq. Hujus rei luculentissimum nobis aetate hac nostra suppeditavit Rosa Madiai in Etruria carceri mancipata, eo quod emissaria Angliae, ubi 16 annis commorata est. ad faciendum proselylismum, ut ajunt, protestandum, undecim millia exemplaria Bibitorum distribuerit, in quibus Bibliis inventae sunt 1600 corruptiones seu falsificationes in lingua vulgari. Cf. epistola quam de loto hoc negotio scripsit Dr. Cahill strenuus catholicus hibernus ad equitem seu Lord Carlisle anglicanum anno 1853.

335. *Traditionis* nomen amplissimam habet significationem ; complectitur enim institutum quodvis a primaevo aliquo fonte profluens, quod sive scripto, sive viva voce, aut praxi ad posteritatem pervenerit. Exinde partitio traditionis oritur in *scriptam, oralem* et *practicam.* Heic vero traditionis vocem usurpamus ad doctrinam significandam, quae aut fidem aut mores aut disciplinam afficit, ac viva voce, aut praxi etiam primum transmissa est. Si traditio habeat pro objecto fidem aut mores et a Christo atque ab apostolis ceu Evangelii praeconibus originem ducit, *dogmatica* et *divina* nuncupatur; si autem pro objecto habeat disciplinam, et ab apostolis prout fuerunt ecclesiae pastores, aut ab ecclesia repeti debet, *disciplinaris* audit. Res porro disciplinaris diversa ratione proponi cum possit, vel scilicet ut perpetuo vigeat, vel ut ad tempus: tum etiam vel per modum praecepti, vel per modum consilii: tum denique vel ut vim habeat in peculiaribus locis vel ut in ecclesia universa: exinde receptae ac tritae sunt penes theologos disciplinaris hujus traditionis multiplices divisiones. Nam ratione *auctorum* vel apostolica vel ecclesiastica ab iis nuncupatur: ratione *durations,* perpetua aut temporalis: ratione *obligationis,* praecepti aut consilii: ratione demum *loci,* localis aut universalis. *)

*) üt haec exemplis illustremus, ad traditionem *apostolicam* pertinet disciplina circa ritum administrandi baptismum per immersionem, circa observationem dominicae diei substitutae sabbato, jejunium quadragesimale, permixtionem aquae cum vino in calice offerendo, quae etiam per modum praecepti et quidem *perpetui* ac universalis constituta sunt- si primum excipias; *temporalis* habetur exemplum in praecepto de abstinentia a sanguine et suffocato; per modum *consilii* ut professio caelibatus; *ecclesiastica* et *localis* traditio habenda esi observatio e. gr. jejunii in sabbato quae olim Romae obtinebat.

330. Controversia quae catholicos inter ac protestantes fervet, circa traditiones dogmaticas seu divinas versatur. Quamvis enim fateantur protestantes eodem pietatis sensu quo prosequimur Scripturas, excipiendas ac venerandas esse ejusmodi traditiones si existèrent, inliciantur tamen illarum existentiam.[2] Nam pro certo assumunt quaecumque ad fidem ac salutem necessaria sunt, sacris fuisse litteris consignata: cetera vero quae scripta haud sunt, voluti adiaphora saltem spectant.

337. Priusquam ulterius progrediamur, praemittere debemus, secernendam sedulo esse *traditionem* a *mediis* quibus traditio illa primaeva dogmatica et divina ad nos usque pervenit, et quorum ope eam cognoscimus. Prout enim traditionis existentia articulum fidei constituit, ex sola ecclesiae auctoritate, uti de Scripturis diximus, pendet, quae integrum fidei depositum a Christo accepit; ejusque auctoritati velut regulae fidei proximae innitimur, dum et hunc articulum profitemur: ac deinceps eadem traditione utimur uti fidei regula remota ac partiali ad reliqua dogmata probanda, quae per eam accepimus. Prout igitur theologi munus ac partes sustinemus, investigamus et in fundamenta quibus innixa ecclesia decernit admittendas traditiones esse, et in media per quae traditiones de quibus loquimur ad nos profluxerunt, quibusque nobis innotuerunt, ut eas adstruamus adversus protestantes. . . Competimus autem plura haec fuisse, immo et esse sive generalia, sive particularia quae deinceps enumerabimus. Ex his enim mediis ceu totidem quasi canalibus aut rivulis aquam, ut ita loquamur, primaevae traditionis divinae haurimus ac derivamus.

338. Haec propterea methodus erit, quam hac in quaestione consectabimur, ut prius vindicemus necessitatem et existentiam divinae traditionis; deinde investigemus media per quae traditio ad nos pervenit, sive haec generalia sint sive peculiaria. In tria proinde capita sectionem hanc majoris perspicuitatis gratia dispertiemur.

CAPUT I.

DE NECESSITATE ET EXISTENTIA TRADITIONIS.

339. Ut legitimus controversiae, quae agitatur cum protestantibus, status dignoscatur, animadvertendum est ipsos non plane omnes rejicere traditionis Spiritu S. dictante quasi per manus traditas scienter contemnerent, dummodo a quaestione *facti* abstraheretur. Etenim ipsi non *jus* sed *factum* inficiantur, existentiam scilicet negant traditionum de iis quae ad fidem moresque pertineant, quaeque in Scripturis non contineantur.

*) Cf. Bellarm. *De verbo Dei,* lib. IV. cap. 2. et Walenburgicos tract. VI. *De testimoniis sen tie traditionibus,* cap. III. Quarc non abhorrent novalores a definitione concilii tridentini, qua anathema dicitur iis qui traditiones Christi ipsius, ore ab apostolis acceptas, vel ab ipsis apostolis

dones, etiam quas divinas ac dogmaticas vocamus. Siquidem ipsi in primis fatentur ab initio sola traditione orali et praefica univorsam Christi doctrinam in ecclesia viguisse, cum haud ignorent serius divinos esse libros conscriptos. * Distinguunt praeterea duplicem traditionis speciem, etiam post quam sacrorum librorum completus est numerus, traditionem videlicet quam *inhaaivani* vocant, ac traditionem quam *declarativam* appellare consueverunt. *Inhaesiva* ab ipsis dicitur, quae dogmata ipsa eadem tradit, quae in sacris litteris continentur. Nam dogmata, quae sacra Scriptura exhibet, etiam ex communi tidelium sensu innotescunt, qui propterea adhiberi in confirmationem potest veritatis, non quod ille solus sufficiat, sed quod testimonium perhibere queat dogmati in canonicis libris expresso.2 *Declarativa* vero est quae disertius explanat, quod sacrae litterae breviter aut minus perspicue docent.1 Haec traditio declarativa in eo ab inhaesiva discriminatur, quod ista non doceat nisi ipsissima dogmata quae sunt in Scripturis expressa, illa vero sit uberior eorumdem expositio, quae in illis minus perspicue continentur. Jam vero novatores utramque hanc traditionis speciem admittere non abnuunt, cum demum in auctoritatem Scripturae resolvatur, ac subsidio tantum nobis esse possit ad dogmata in Scripturis tradita melius cognoscenda. Respuunt igitur traditionem a verbo Dei scripto *distinctam*, nullamque vim esse contendunt traditioni *per se* inspectae, et a sacris litteris separatae.

’› Hoc fatetur vel ipse Shuttleworth rector novi collegii oxoniensis in op. .Vor *tradition but Scripture,* seu .Vo/i *traditio sed Scriptura,* ed. 2. Lond. 1839. pag. 20., aliique admittunt apud Esslinger in opusc. saepe allegato: *Apologie de la religion eu tbolique par des auteurs protestants* etc.

2- ubi *De Traditione.*

*1 Hujus rei exemplum ponunt in dogmate de Christi resurrectione, quod non solum ex sacris litteris verum etiam ex communi constat fidelium sensu, adeo ut si Scriptura periret, hoc dogma ex sola etiam traditione innotesceret. Hinc facium est, ut ecclesia non sola Scriptura, sed communi quoque fidelium sensu dogmata adstrueret. Nescio an Struussius qui resurrectionem Christi ad mvlhos relegat, huic principio acquiesceret. Celerum Mohler in *Symbolique,* tom. II. §. 38. apte hanc traditionem *subjectivam* appellat. Juverit ejus verba afferre, quae hoc argumentum mirifice illustrant: nCe sentiment commun, *ait ipseJ* cette conscience de l'église est la tradition dans le sens subjectif du mot. Qu’est-ce donc la tradition considérée sous ce point de vue? C'est le sens chrétien existant dans l’église, et transmis par l’église; sens, toutefois, qu’on ne peut séparer des vérités qu'il contient, puisqu'il est formé de ces vérités, et par ces vérités: en un mot, la tradition, c’est la parole de Dieu vivant éternellement dans le coeur des fidèles. C’est â ce sens catholique, qu’est confiée l'interprétation de l’écriture sainte; l’explication donnée par lui forme le jugement de l’église, et voilà pourquoi celle-ci est juge en matière de foi *(judex controversiarum).'*·

Exemplo sit traditio de reali Christi praesentia in eucharistia, qua eorum verborum: *Hoc est corpus meum,* sensus exponitur et determinatur; traditio item de eucharistia parvulis non necessaria, quae verba Christi Joann. VI. -Vût *manducaveritis* etc. ad solos adnltos coarctat, et ita porro.

Imino cam spectant voluti originem praecipuam foecundamque totius corruptelae quae juxta ipsos romanam sive catholicam ecclesiam coinquinat. 4

340. Dum itaque necessitatem et existentiam divinae dogmaticae traditionis adetruimus, de illa disserimus quae distincta est a verbo Dei scripto, eamque ex mente concilii tridentini propugnamus, quod declaravit doctrinam catholicam contineri non solum in libris scriptis, sed *et sine scripto traditionibus, quae ipsius Christi ore ah apostolis acceptae, quasi per manus traditae, ad nos usque pervenerunt* ac deinde anathema in eum dixit, *qui traditiones praedictas sciens et prudens contempserit.* 6 Sit igitur

PROPOSITIO.

Praeter sacram Scripturam admitti necessario debent traditiones divinae dogmaticae ab illa plane distinctae.

341. Complexi sumus in propositionis enunciatione traditionum divinarum ac dogmaticarum *necessitatem* et *existentiam,* cum ab invicem sejungi nequeant, ac probationes utrumque. conficiant. Adjecimus autem vocem *dogmaticae* ad praecludendum illorum protestantium effugium, qui etsi fateantur non omnia in sacris litteris quae Christus, et apostoli Spiritu Sancto inspirante docuerunt, contineri, contendunt tamen ea, quae sacris libris non includuntur, adiaphora esse, minimeque ad salutem necessaria.l Subjunximus praeterea admittendas ejusmodi traditiones *a Scriptura plane distinctas.* ad excludenda relata eorumdem placita circa traditiones mere *inhaesivas* ac *declarativas.* Quibus ita dispositis, sic accedimus ad assertae propositionis veritatem vindicandam.

342. Praeter Scripturas necessario admitti traditiones divinae ac dogmaticae debent ab illis plane distinctae, si absque ejusmodi traditionibus nobis constare nequeat fide divina tum de numero, tum de canonicitate, divinaque sacrorum librorum inspiratione., aut de dogmatico legitimoque eorumdem

') Inter quos eminet Shutlleworlh, cujus verba postea afferemus.

») Sess. IV.

e) Ibid.

') Cum autem vel ipsi intelligercnt litem moveri posse de legitimo Scripturarum sensu, ut huic incommodo occurrerent protestantes, distinxerunt alii inter dogmata *pragmatica* cl *fundamentalia* religionis Christianae, et *secundaria* ac inferiora pragmaticis; priora dixerunt clarissime sacris in litteris exprimi, posteriora vero affirmare non multum abhorrent a traditione *declarativa,* non ut per ipsam dogma adstruamus, sed ut illa utamur tamquam subsidio ad conclusionem ex sacris litteris eruendam. Si vero supersit in legitimo Scripturae sensu eruendo aliqua obscuritas, sinunt quempiam abundare in sensu suo, cum autument ad fidei unitatem sufficere eam quam vocant fidei concordiam in articulis fundamentalibus atque pragmaticis.

sensu. tum de pluribus aliis articulis fidei (pios nobiscum protestantes proli-tentur: si talis praeterea constans fuit totius antiquitatis sensus: si id de-mum natura ipsa rei postulat, haud paucis ipsis doctioribus protestantibus assentientibus; atqui ita se res habet. Sic porro per partes minorem propo-siti argumenti ostendimus.

343. Ac I. quidem protestantes nobiscum sacros libros admittunt, eosque uti divinitus inspiratos et canonicos habent2, immo vero unicum fundamen-tum ac regulam credendorum agendorumque adaequatam illos esse conten-dunt. Porro fieri omnino nequit, ut sine divinis traditionibus certo ipsis ac fide divina constet quinam determinate sint ejusmodi libri, atque utrum fue-rint nec ne divino Spiritu afflanto conscripti, cum neutrum in ipsis libris contineatur, et si alicubi utrumque affirmaretur, nodus quaestionis nondum solutus esset, cum et de hoc ipso libro quaeri semper merito possit, unde certa fide constet eum tum sacrum tum divinum esse. Huic enim defectui suppleri nequit sive ope critices, sive aliis quibusvis humanis adminiculis, ut suo ostendimus loco3, cum humana quaevis auctoritas numquam fidem divinam pariat, quae nulli errandi formidini subjaceat, ut patet ex fluctibus quibus quovis tempore protestantes etiam circa hunc articulum agitati sunt, et nunc maxime agitantur. Verumtamen heic agitur de fidei ipsius princi-pio fundamentali et unico juxta protestantes. 4

344. II. Sed nec minus necessariae sunt traditiones divinae ad sensum sacrorum librorum dogmaticum determinandum. Scriptura enim, ut paulo ante ostendimus5, obscura in quampluribus locis est, etiam in iis ex quibus fidei veritates pendent.6 Nisi proinde in subsidium advocetur divina traditio,

*) Loquimur, ul patet, de proteslanti-bus quos orthodoxos vocant, seu de iis qui adhuc symbolisme adhaerent, siquidem de aliis, quid sentiant, diximus.

*) Sect. I. cap. L propp. I. et II.

'i Sane Newman in op. *Lectures on the prophetical office of the church vie-wed relatively to Romanism and popular protextantism.* scu *Lectiones de officio prophetico ecclesiae spectatu in ordine ad romanismum et ad protestantisunim,* Lond. 1837. «Omnes sectae, scribit lect. I, nobiscum (auglicanis) conveniunt, ac diffe-runt a romanensibus in spectandis Bibliis veluti vexillum appellationis in inquisitioni-bus doctrinalibus, quamvis unaquaeque di-versam viam ineat in materia fidei. Hinc controversia inter protestantes *facilior* est, quoniam ad Biblia revocatur circa quae qui-libet disputare potest: sed non est *certior.* quia duo non inveniuntur, qui secum col-lineent quoad *interpretationem* Bibliorum, quoniam unusquisque interpretatur ea modo suo." Pag. 32 seqq.

*) Sect. I. cap. III. prop. I.

"i Afferamus iterum quae ibid, prosequi-tur Newman: nBiblia, inquit, ea ratione scripta non sunt, ut cogant lectorem ad eorum sensum assequendum : duae non re-periuntur sectae protestantes, quae conve-niant in determinanda interpretatione, quae acceptari debeat; atque in hoc casu quae-libet suapte propriam praefert interpretatio-nem, propriam doctrinam, propriam lin-guam, propriam revelationem. Quo fit ut viri acuto ingenio praediti viderint, ideam ipsam dementarem, quod Biblia sine no-tis aut commentariis sint solus judex *aucto-ritaticus* in fidei controversiis, principium esse in se destructivum, ac practice invol-

nihil unquam certi constabit, controversiae indesinenter vivent, et unusquisque post inanes conatus in sensu suo abundabit, quin possit tum sibi tum ceteris certitudinem comparare. Talis est causa quare sociniani. methodistae, rationalistae. mythici tot inter protestantes nacti fuerint sectatores, cum nulla ipsis reliqua via sit, divinis neglectis traditionibus, evadendi ab illorum argumentis, nec eos unquam convictos ad silentium possint adigere.7 Quod vero hic de dogmatibus Trinitatis, Incarnationis, et satisfactionis affirmatur, de dogmatibus reliquis dici eodem jure debet, cum nulla certa firmaque subsistere queant, nutabitque undique fides nostra, atque reipsa erit, ut ait s. Basilius, *sine traditionibus non scriptis euangelium purum nomen.* 8

345. III. Haud pauca insuper dogmata nobiscum admittunt protestantes, de quibus silent prorsus aut vix aliquid obscure innuunt litterae sacrae: ejusmodi est baptismi valor ab haereticis aut ab infidelibus administrati; item valor paedobaptismi, quem frustra absque traditionum divinarum subsidio adversus anabaptistas propugnare adnisi sunt protestantes: idem dic de ejusdem sacramenti forma9; de cessatione legis quoad abstinentiam a sanguine et suffocato: de dominico die diei sabbati substituto, aliisque non paucis.10

346. IV. Hunc porro semper fuisse totius sacrae antiquitatis sensum in agnoscenda necessitate ac existentia divinarum traditionum, luculenter evincitur et ex patrum effatis, et ex eorum agendi ratione per saecula singula.

347. **Primo** enim **saeculo** divinarum traditionum assertores habemus Ignatium, Hegesippum ac Polycarpum. S. **Ignatius,** Eusebio teste, adhortabatur fideles, *ut sibi a pravis haereticorum opinionibus caverent.....hortatusque est} ut apostolorum traditionibus tenaciter* ***inhaererent.*** **Hegesippus** vero, eodem Eusebio referente, apostolicas traditiones quinque libris

vere conclusionem, quod disputatio sit simul et desperata et inutilis, immo et absurda.l' Exinde ostendit quomodo ex ejusmodi principio saltem practice proveniat dubium generale, libertas illimitala credendi quidquid libuerit, ac vix tenendi divinitatem Bibliorum. Pag. 34, 35.

u Sane protestantismus in Anglia et in America quotidie dilfluit, ac pro recta aut prava animi dispositione plerique ex illius sectatoribus aut ad fidem catholicam se recipiunt, aut ad *unitarismum* seu *socinianismum* declinant, aut, ut in Germania potissimum contingit, in ralionalismum ac mythicismum ruunt.

·) Lib. *De Spiritu Sancto,* cap. 27. n. 66. En ejus verba: »Si consuetudines quae scripto proditae non sunt, tamquam haud multum habentes momenti aggrediamur rejicere, imprudentes evangelium in ipsis *rebus praecipuis* laedemus, *immo potius praedicationem ad nudum nomen contrahemus."* Ed. maur. opp. tom. III. pag. 54.

9) Etenim Christus jussit quidem baptizare in nomine Patris etc., verum haec vaga nimis sunt, neque ex illa Christi jussione colligi per se potest utrum verba adhiberi debeant in collatione baptismi.

10) Cf. Card. Du Perron, *Discours sur Γautorité et la nécessité des Traditions apostoliques,* ed. Paris, tom. I. pag. 522 seqq. ubi plures articulos enumerat ad fidem spectantes, quique nonnisi ex traditione ad nos pervenerunt.

") Hist. Eccles, lib. III. cap. 36. edit. Vales.

comprehendit.12 S. Polycarpus, apud eundem, verba referebat quae dicta a Domino ab apostolis ipse audierat, et de virtutibus ejus et doctrina.11

343. Secundo saeculo divinas et apostolicas traditiones commendat s. Irenaeus praeclarissime scribens: *Traditionem apostolorum in toto mundo manifestatam, in omni ecclesia adest respicere omnibus, qui vera velint videre.*14 Cum vero haeretici nescio quas arcanas traditiones jactarent, traditionem eis opponit publicamque doctrinam ah universa ecclesia receptam; subdit siquidem: *Haec* ecclesia *est enim vitae introitus, omnes autem reliqui fures sunt et latrones, propter quod oportet devitare quidem illos; quae autem sunt ecclesiae, cum summa diligentia diligere, et appréhender»* ***veritatis traditionem.*** *Quid enim? Et si de aliqua modica quaestione disceptatio esset, nonne oporteret in antiquissimas recurrere ecclesias in quibus apostoli conversati sunt, et ab eis de praesenti quaestione sumere quod certicm et re liquidum est? Quid autem si neque apostoli quidem Scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt iis, quibus committebant ecclesias? Cui ordinationi assentiunt multae gentes barbararum, eorum qui in Christum credunt sine charta et atramenta scriptam habentes per Spiritum in cordibus suis salutem, et veterem traditionem diligenter custodientes, in unum Deum credentes fabricatorem caeli et terrae, et omnium, quae in cis sunt, per Christum Jesum Dei Filium.*15 Nec minus luculenter Tertullianus sub finem ejusdem saeculi traditiones commendat, cujus liber de *Praescriptionibus* totus de hoc argumento est: in eo enim provocat haereticos omnes ad doctrinam quae in ecclesia ante ipsus praedicabatur.16

349. Saeculo tertio, Clemens alex, loqnens de haereticis: *Gloriae,* inquit, *tenentur desiderio, qui ea quae conveniunt sermonibus divinitus inspiratis,* ***tradita a beatis apostolis*** *et magistris, voluntarie eludunt per alias argumentationes, humanis doctrinis resistentes* ***divinae*** *traditioni, ut haeresim constituant.* Eodem saeculo Origenes Clementis discipulus certam volens regulam assignare ad secernendam veritatem, provocat discrepantes sectas ad praedicationem : *Cum multi sint,* scribit, *qui se putant sentire quae Christi sunt, et nonnulli eorum diversa a prioribus sentiant, servetur vero eccle-*

*') Ibid. lib. IV. cap. 22.

·') Ibid. lib. IV. cap. 14.

") *Cont. Iiueres.* lib. III. cap. 3.

’3) Ibid. cap. 4. η. 1 et 2.

,6) Cf. potissimum capp. 19, 20, 21, 22. Longum nimis esset hic omnia referre quae invictissime hoc de argumento adversus haereticos sui temporis scripsit Tertullianus, quaeque mutatis nominibus apprime haereticis nostri temporis conveniunt. Cf. etiam eundem in lib. *De corona,* cap. 3 et 4-

K) -Jocpi ὁσο< *τα προσφυή τοι;* Seoirvfvtfrocc Aôyocf *ὑπο* tojp *μακαρίων* αποστόλων ré *και διδασκάλων παραδιδόμενα,* /κόκτii *είναι σαπίζονται, δί ίτίρων παρεγχειρήσεων άν^ρωπείαι; διδασκαλίαι; ΐνιστάμενοι Siia παραδόσει ὑπίρ του την αίρεσιν σνστήσασ^αι. Strom.* lib. VIL cap. 16. edit Potlerii, Vend. lom. IL pag. 896. Integrum caput de hoc argumento est

siastica praedicatio per successionis ordinem ab apostolis tradita, et usque ad praesens in ecclesiis permanens: illa tola credenda est veritas, quae in nullo ab ecclesiastica et apostolica discordat tradition/ IK; et iterum: *Ecclesia ab apostolis traditionem suseepit etiam parvulis baptismum dare.*19 S. **Cypria**nus: *Admonitos,* inquit, *nos scias ut in calice offerendo dominica traditio servetur, neque aliud fiat a nobis quam quod pro nobis Dominus prior fecerit, ut calix, qui in commemorationem ejus offertur, mixtus vino offeratur.*20

350. **Saeculo quarto** nobis sese offerunt divinarum traditionum assertores Eusebius caesariebsis, Epiphanius, Basilius, Joann. Chrysostomus, Ambrosius et Hieronymus. Sane **Eusebius** cum dixisset, Christum in hominum mentibus doctrinam suam descripsisse, subdit: *Ejus vero discipuli... partim litteris, partim sine litteris quasi jure quodam non scripto, servanda commendarunt*21; **Epiphanius** vero: *Traditione quoque,* inquit, *opus est. Neque enim ex Scripturis peti possunt omnia. Idcirco alia scripto, traditione alia sanctissimi apostoli reliquerunt. Quod ipsum ita Paulus affirmat: **quemadmodum tradidi vobis.***22 S. **Basilius** haec praeclare in rem nostram pariter scribit: *Ex asservatis in ecclesia dogmatibus, alia quidem habemus e doctrina scripto prodita, alia vero nobis in mysterio tradita recepimus ex traditione apostolica: quorum utraque vim eandem habent ad pietatem.*2* S. autem **Joann. Chrysostomus** explanans illud apostoli: *Tenete traditiones* etc. ait: *Hinc est perspicuum quod non omnia tradiderint* apostoli *per epistolam, sed multa etiam sine scriptis, et ea quoque sunt fide digna. Quamobrem ecclesiae guoque **traditionem** censeamus esse fide dignam. Est traditio: nihil quaeras amplius.*24 Et haec attulisse sufficiat;

ls) Praef. in lib. i. *Περί αρχών* seu *De principiis,* n. 2. ed. maur. tom. I. pag. 47.

I9l *Comment, in epist. ad Rom.* lib. V. in cap. 6. opp. edit. Paris. 1572. pag·. 352.

M) Epist. LXIII. ad Caecil. ed. maur. pag. 104.

Jl) Οί δίγε αύτοϋ μα^ηταί . . . τά μίν διά γραμμάτων, τά δί δί άγραφων $·εσ^.ών ηλάττειν παρεδίδοσαν. Demonst. Evany. lili. I. cap. 8. ed. Paris. 1638. pag. 29. Ac rursum lib-1, cont. Marcellum ancyrat. cap. 1. mirifice traditionem ecclesiae catholicae extollit, ..quae a fine ad finem terrarum diffunditur, *quae per non scriptam traditionem sacrarum* ***Scripturarum*** testimonia confirmat et ŏbsignat.· Ibid. pag. 9. sec. pari, ejusdem volum.

Λεϊ δί καί παραδόσει κεχρησ^αι, ου *γάρ πάντα άπό τήί S-εία γραφή δύναται λαμβάνεσβαι· διό τά μεν ίν γραφαΐ , τά δί ίν παραδόσει παρέδωκαν* οι *άγιοι απόστολοι· ω φησιν ό άγιοί απόστολοί· ώί παρέδωκα ϋμΐν. Haeres. LNl.* ed. Peiav. cap. VI. quae est *apostolicorum.* Sic enim veteres haeretici se *apostolicos* nuncupare gloriantur. Sed num arbitrariae appellationes poterunt rerum immutare naturam?

23) *Των ίν τή ίκκλησία πεφυλαγμίνων δογμάτων καί κηρυγμάτων, τά μίν εκ τηί εγγράφου διδασκαλία ΐχομεν, τά δί ίκ τή των άποστολων παραδόσεω διαδο^ίντα ήμίν ίν μυστηρίω παρεδεΕ,άμ&α· άπερ άμφότερα την αυτήν Ισχυν ϊχει προ την εύσίβειαν.* Lib. *De Spiritu Sancto* . cap. 27. η. 66. ed. maur. tom. III. pag. 54.

Έντεΰβεν δήλον ôrt ου *πάντα δί ίπιστολη παρεδίδοσαν,* αλλά πολλά *καί άγράφω · ομοίω δί κάκεϊνα καί ταίτα*

reliqua enim testimonia, quae ex Cyrillo hierosolymit. ex utroque Gregorio nazianz»eno et nysseno, Ambrosio, Hieronymo afferri possent, recoli poterunt apud Bellarminum. *'

351. Ex saeculo quinto unum laudamus Augustinum, ne prolixiores simus; sic porro loquitur s. Doctor: *Hia autem quae non scripta, sed tradita custodimus, quae quidem toto terrarum orbe serrantur, datur intelligi vel ab ipsis apostolis .... commendata, atque statuta retineri*26; et alibi passim. Quod spectat ad saecula inaequentia, nec adversarii diffitentur hanc de divinis traditionibus doctrinam obtinuisse. 28

352. Verum non solum verbis sed et factis pia antiquitas commune principium de traditione uti fidei regula patefecit. Ostenditur id apertissime ex patrum omnium provocationibus ad receptam in ecclesia doctrinam, ut haereticorum doctrinas refellerent29, atque ex regula quam constanter synodi oecumenicae secutae sunt dum dogmaticas definitiones insurgentibus haeresibus opposuerunt, inter quas nicaena synodus eminet, quae sic arianos refellit: *Ecce nos quidem a patribus ad paires per manus traditam fuisse hanc regulam demonstravimus*30: eandem regulam sectantur synodus ephesina31, chalcedonensis '2, aliaeque omnes ad tridentinam usque, ut silentio praetereamus synodos particulares, sive nationales sive provinciales.

353. V. Naturam insuper rei. de qua agimus, traditionem veluti alteram fidei regulam postulare, patet 1. ex eo quod Christus et apostoli doctrinam suam viva voce tradiderunt. Quamvis vero apostoli data opportunitate atque a Spiritu Sancto excitati scripta ediderint, nisi evincant adversarii totam plane doctrinam dogmaticam in illis complexos eos fuisse, nihil proficiunt. Jam vero hoc ostendere impossibile ipsis prorsus est, cum nuspiam id habeatur, quin potius contrarium haec eadem apostolorum ac discipulorum scripta supponunt, immo vero declarant. Etenim apostolus Paulus I. Cor.

MU

tffnp *άιιύ~ιθτα. urrt >ai τήν* παραιοιιν *τή Ιηλιρίια àitô.it^Tor ήγώμ&α·* ,ταραδοσύ *Ιστι, μηϋν* .τλίο»· *Ζήτα. Hom. IV. in 11. ad Thesuil.* n. 2. ed. maur. tom. XL pag. 532.

**) De verbo Dei.* lib. IV. cap. 7. Cf. item V alenburgicos tract, cit. *De teslioionils sen traditionibus.* ubi accurate singulorum patrum testimonia expendunt, cap. 6. ncc non Gretzerum in op. *Defensio operum iieUarinini,* edit. Ratisbon. tom. VIIL pag. 838 seqq. *Defensio* capitis VII, lib. IV. *De verbo Dei.*

w) Epist. LIV. ad Januar. n. 1.

K) Praesertim lib. V. *De Bapt. cont. Donalisi>* cap. 23. n. 31. ubi scribit: .Sunt multa quae universa tenet ecclesia, et ob hoc ab apostolis praecepta bene creduntur, quamquam scripta non reperiantnr.

a) Uti Shutlleworth cujus verba paulo infra referemus.

•9) Hoc argumentum egregie evolvit Môhlργ in cit. *Symbolique.* tom. II. §. 29.

M) Apud s. Athanas. in *Epist. de decretis nicnenae synodi,* n. 27. et ibid, in append. *Fides in synodo edita.* Cf. quoque Theodoretum *Hist, eccles.* lib. I. cap. 8. ed. Canlabrig. pag. 30.

1I) Cf. *Acta cone.* IIarduini loin. II. coi. 1354 seqq.

) Ibid. tom. HI. col. 450 seqq.

XI. 2. sic ad lideles Hcribît: *Laudo von, fratres, quod per omnia mei memores estis:* ***et sicut tradidi vobis,*** *praecepta mea tenetis;* et II. Thess. Ii. 14. *State,* inquit, *et tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram.* Qui iterum ita informat Timotheum quem praefecerat eccletdae epheelnae: O *Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates* (I. Timoih. VI. 20.). *Quae audisti a me per multos testes, haec commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere* (II. Timotli. 11. 2.). Eadem habet **Joannes,** qui his verbis epistolam suam 11. absolvit: *Plura habens Vobis scribere, nolui per chartam et atramentum; spero enim me futurum apud vos, et os ad os loqui* (v. 12.). Iisdem pene verbis concludit epistolam III. Idem insinuat, immo declarat in Evangelio, quod postremum est apostolorum scriptum cap. XX. 30. 31. et cap. XXI. 25.

Patet 2. ex eo quod omnis bene instituta respublica, ut ait Tullius, non tam lege scripta, quam non scripta, traditione nempe et consuetudine gubernetur; eo magis quod lex utut perspicue exposita fuerit, in varios sensus facile trahitur, nec nisi consuetudine traditioneque, tamquam viva ac loquente voce, recta ac legitima mutae per se ac veluti mortuae Scripturae interpretatio in republica constat ac conservatur. Exinde enim illa oritur traditio *subjectiva,* seu sensus traditionalis, quo unaquaeque societas ah alia discernitur, et in casu nostro sensum patefacit non solum .Scripturae, verum etiam traditionis *objectivae,* de qua disserimus. 33

354. VI. Demum idipsum agnovisse doctiores, protestantes manifestum est; ut enim antiquiores omittamus Pearsonium 34, Grabiuin35, aliosque non paucos qui intentatum nihil reliquerunt, ut suos adigerent ad traditiones admittendas, nec non Grotium36, Thomam Smith. Jac. Basnagium, aliosque plures (quorum testimonia fuse refert Benedictus Bachinius37 qui Christum

n) Cf. etiam hoc de argumento circa traditionum vim apud Hebraeos Du Voisin *Observationes* ad prooemium *Pugionis fidei* Raym. Martini §. 6. edit. Carpzovii a pag. 6 ad 190; nec non Mohler op. cit. tom. II. §. 38. pag. 40. ubi sic in rem nostram inter cetera scribit: ..Au surplus, quand notre divin Sauveur établit l'église, son organe permanent, il ne fit que sanctionner une loi constante de **1'**ordre moral. Chaque nation porte un caractère distinctif. Enraciné profondément, ce type est empreint dans la vie publique comme dans la vie privée, dans les lois comme dans le langage, dans les sciences comme dans les arts; ce type en un mot sépare tout un peuple de tout autre peuple. C'est le génie tutélaire, l'esprit régulateur qui fut légué des pères aux enfans; c'est ici le souffle vivifiant de tout le corps."

3‘) Cf. ejus *Vindicias epistolar. s. Ignatii* apud Cotelcrium *Patr. Apostol.* tora. II. pag. 238 seqq.

**) Tum *In Spicilegio ss. Patrum et haereticorum /., 11. et 111. saeculi,* Oxon. 1714, tum in *edit. s. Irenaei.*

3ti) In *Adnotatis ad consultation. Cassandri,* opp. *Theolog.* edit. cit. tom. III. pag. 628 el alibi passim ibid.

17) In *Epist. Polemicis,* tom. I. epist. II. §. 12.

ipsum et *apostolos identidem* traditionibus judaeorum allusisse fatontur. quod pluribus exemplis ostendit Richardus Simonins3R; satis nobis erit unum aut alterum ex recentioribus in medium adducere. Itaque Planck: ,.Si reformatores. inquit, id omne praevidissent, quod includebatur in ilio principio, quod Biblia sint fons uniens fidei, omnesque magni hujus principii consecutiones, supnn quod Lutherns statuit systema suum, tam illi quam Luthcrus maluissent ei renunciare.**39 Münscher vero scribit: ..Patet ex omnibus disquisitionibus, quas hactenus fecimus, protestantes, dum se advejsus traditiones declarant, non habere pro se impartiale testimonium historiae. Ecclesia catholica jure merito affirmat traditionem magnam auctoritatem penes primos habuisse fideles. 40 Dellbruck professor bonnensis: ..Paucis, inquit, qui per solum Scripturae textum in ultima analyst determinare fidem contendit, eam talem efficere nititur qualis et juxta naturam suam esse non potest, et juxta Domini intentionem esse non debet, et. prout ipsamet declarat, esse non vult et primis Christianae rei aureis temporibus profecto non fuit.·41 Theremin: ..Duplex hic scopulus (rationalism! et mysticismi) declinari nequit, nisi fortiter ei inhaerendo, quod tamquam veritas divina admissum est primis christianismi temporibus, id est traditioni ecclesiae. 4 4î Sic alii passim magno numero44: potissimum vero universitas oxoniensis cujus plura membra his annis opera ediderunt ad di-

Ag) In *Histoire critique du texte du Nouveau- Testam.* Rotterdam 1689. His pluies alii adjici possent, enjusinodi sunt Scrivcnerus, Jewel, Tborndykc. Collier. Sam. Parker, Bramhal, Dodwell, Waterland, Breveridge, Hareraberg, Jarvis etc. apud Grégoire *Hist. des sectes,* tom. IV. pag. 432 seqq. Klûpfel allegat alios auctores protestantes qui adstruunt traditiones in op. *Institut, theolog. dogmaticae.* Viennae 1807. Tom. L pag. 85. Johnes Hugues iu sua edit, librorum s. Joann. Chrysostomi *De sacerdotio,* Cantabrigiae 1712, ad traditionem confugit ut adslrual adversus presbyterianos praeeminentium episcoporum supra presbyteros, iliorumque necessitatem, quod etiam praestitere alii auctores angli-

eani. Bullus innititur traditioni, ul adslrual consubstantialitatem filii in sua *Defensione fidei nicaenae,* et in peculiari tractatu de divinitate J. C. adversus Dan. Zuickerum. cumque inscripsit: *Primitiva et apostolica traditio dogmatis in ecclesia catholica recepti de Jesu Christi Servatoris Nostri divinitate.* Item in alio op. *Judicium ec-*

clexiue catholicae trium primorum ecclesiae saeculorum de necessitate credendi, quod Dominus noster Jesus Christus sil rertis Deus, contra Sim. Episcopium aliosque, Londini 1703. in qua editione accessere *Adnotata* J. E. Grabe. Item Abraham Calovius lulheranus prof. Willcmberg. in op. *Scripta Anti sociniana,* Irib. volum. Ulmae 1684. traditione pugnat contra *haeresim illam pestilentissimam,* quam tamen progenuit protestaulismus. Casaubunus eo quod traditionem magno in pretio habuerit, male audiit apud suos. Cf. *Perpétuité de la foi.* tom L pag. 49- et tom. II. pag. 23.

”) In *Historia dogmatis lutherani,* vol. VI. pag. 705.

··) *Manuale histor. dogmatis.*

41) In op. *Philippus Melunehthon doctor fidei,* Bonnae 1826-

4î) *De regno Dei.* Berolini 1823.

a) Cf. Esslinger opusc. cil. *Apologie de la religion catholique* etc. §. 2: Ban» de Starck in *ContMo Theoduli;* Moore *Voyages d'un jeune homme Irlandais* etc. Paris 1836. pag. 403 scqq.

vinarum traditionum necessitatem et existentiam propugnandam, et quod consequens est, plura jam vi traditionis ipsius dogmata admittunt, quae non ita pridem veluti pontificia figmenta rejiciebant.

355. Quae cum ita se habeant, jure merrto concludimus necessario divinas dogmaticas admittendas traditiones esse a sacris litteris plane distinctas. prout demonstrandum assumpsimus, quae eandem ac Dei verbum scriptum auctoritatem obtinent, utpote ipsum Dei verbum, quod, diversa a Scriptura ratione, ad nos usque propagatum est.

356. Ne autem difficultatum, quas adhuc nonnulli protestantes urgere solent adversus divinas quas vindicavimus traditiones, numero obruamur, et confusio inde ingeratur, majoris perspicuitatis gratia in classes dispertiemur, easque potissime afferemus quae a nuperrimis protestantibus opponuntur. Ad reliquas enim difficultates quod attinet, praeterquam quod non paucae, ut fieri solet, a recentioribus iteratae sunt impugnatoribus, facile penes antiquiores auctores expensae et disjectae inveniri poterunt.[43]

e Scriptura.

357. Obj. 1. Scriptura sacra traditiones damnat Matth. XV. 3 seqq.; Marc. VII. 8. ubi Christus pbarisaeos arguit, quod reliquerint *mandatum Dei propter traditiones hominum.* 2. Vetat quominus aliquid addatur verbo Dei, ut patet ex Deut. IV. 2. *Non addetis ad verbum quod vobis loquor:* et Apocalyp. XXII. 18. *quis apposuerit ad haec, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto:* ct apostolus Gal. I. 8. *Licet nos, aut angelus de caelo evangelizct vobis praeterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit;* qui propterea ad Coloss. II. 8. his verbis praemuniebat fideles adversus traditiones: *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, et inanem fallaciam, secundum traditionem hominum;* 3. testaturque omnia in sacris libris, quae ad salutem saltem necessaria sunt, contineri, ut liquet ex iis quae ipse scribit apostolus IL Timoth. III. 16, 17. *Omnis Scriptura divinitus inspirato, utilis* (nempe *sufficiens) est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia: ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus*

") Cf. Wiseman. *Dissertatione suito stato uttuale det protestantisme in Inyhilterra.* Rpma 1837. Verum ex eo anno ulterius adhuc anglicani oxonienses progressi sunt, uti jam in prima hujus tractationis parte non uno in loco retulimus.

u) Praeter auctores allegatos consuli possunt card. Gotti, *La vera chiesa di Cristo dimostrata conlro i due libri di Giacomo Picenini,* Bologna 1719. Tom. IL part. I. art. IV. Bossuet, *Défense de lu Tradition et des saints Pères,* opp. cil-edit. Versailles tom. V; Milner, *Excellence de la relig. cathol.* tom. I. letlr. X et XI; Lingard, *Strictures on Dr. Marsh comparative vietv of the church of England and Rome,* seu *Censurae in prospectum comparativum ecclesiae anylicanae. et romanae a Doct. Marsh exhibitum,* Lond. 1815.

bonum instructus. Prolecto, qui solis scripturis *perfectus* evadere potest, et *ad omne opus bonum instructus.* nullo alio subsidio indiget ad salutem obtinendam. Sic etiam s. Lucas I. 3. scribit: *Visum est et mihi, assecuto omnia a principio diligenter, t\r ordine tibi scribere.* 4. Quare tametsi daretur. non omnia prorsus in Scripturis contineri quae Christus gessit aut docuit, illa tamen quae in sacros codices relata sunt, ad ea quae scitu et creditu necessaria sunt, abunde sufficiunt juxta illud Joann. XX. 31. *Haec autem scripta sunt. ut credatis, quia ./esus est Christus Filius Dei: et ut credentes vitam habeatis in nomine ejus.* Ergo.

358- Resp. Ad 1. prob. *D.* Christus arguit pharisaeos eo quod admiserint traditiones humanas, seu potius consuetudines ex falsa Scripturarum interpretatione superinductas, *C.* traditiones divinas ac proprie dictas, quales tuetur ecclesia catholica. Λ'. Id patet ex substrata materia, quae est de tot lustrationibus, quas post babylonicam praesertim captivitatem una cum aliis ritibus frequentare coeperant, Dum vero plus aequo his insisterent, parvi faciebant, aut etiam extenuabant divinum mandatum de honore, quo filii parentes colere tenebantur.46 Quid vero ejusmodi consuetudines et ritus commune habent cum traditionibus dogmaticis, de quibus hic agimus? Traditiones porro in vera sua significatione acceptas supponunt et commendant sacrae litterae tum locis paulo ante allegatis, tum Act. VI. 14; Galat. I. 14. et alibi. Christum praeterea ipsum et apostolos allusisse aliquando traditionibus judaeorum pluribus exemplis, uti diximus, ostendit Richardus Simonius. 47 Hinc Grotius cum Scaligero affirmat: „Si quis se speret legem Mosis intellecturum sine ope traditionum, eum imposturam facere et sibi et aliis.- 18

359. Ad 2. *D.* Id est. vetat quominus sacer textus vitietur quidquam addendo aut detrahendo. *C.* quominus custodiantur traditiones, quas a Deo ipso fideles acceperint. A' Vetat itaque Moses ne quavis ratione divina lex. quam Hebraeis dederat, ab illis unquam vitiaretur, sed praecipit ut eam. prout acceperant, fideliter custodirent intemeratam, ut patet ex verbis immediate insequentibus. Cum vero iu hypothesi traditiones divinae sint ipsum Dei verbum, licet diversa ratione quam per scripta ad nos transmissum, nihil per traditiones eidem adjicitur Dei verbo, sed integrum potius custoditur.49

wi Cf. Maldonalum in loc. cit. Matthaei, nec non Cornel, a Lapide. Hanc eandem interpretationem exhibet Kuinoel *Comm. iu Mattii.* XV. 2. 3. Fuse etiam de hoc argumento egerunt SchoUgcnius, *Horae Hebraicae et Chaldaicae,* Dresdae 1733, in cap. XV. Maith. pag. 136 seqq. et Lighliootus, *Horae hebraicae et tahnudicae* in Evangel, s. Matthaei opp. edit, üllrajecti 1699. vol. II. pag. 330 seqq.

47) Op. cit. praesertim chap. 21 et 22.

'}* *In animadverx. Rireti, opp. Theologic,* edit Amslelod. 1679- Tom. III. pag. 648.

*·) Cf. Calmet in hunc loc. qui hunc textam exponit de exacta legis observatione.

Ner aliue est sensus objecti loci rx Apocalypsi, ut liquet *ex* verbis ipsis. Apostolus autem ad Galatas anathema dicit illi, qui eos doceret *contra* seu *contrarium* aliquid ab eo quod ipse eos docuerat, prout vel ipse exponit Rosenniiiller. In epistola vero ad Coloss. juxta eundem interpretem Paulus eos praemunivit a dortoribus judaizantibus, qui legum ritualium, et consuetudinum pharisaicartim obligationem in religionem Christianam inducere adnitobantur 51

360. Ad 3. Λ. Ad prim. prob, dato quod perperam adversarii assumunt, perinde valere *utlL* ac *sufficiens}* resp. nimis eos allegatis verbis probare: sequeretur nimirum sufficere ad virum perfectum constituendum et ad omne opus bonum instructum Scripturas V. T. de quibus hic loquitur apostolus, ut per se patet, et ex verbis praecedentibus: ait enim: *Et quia ab infantia sacras litteras nosti, quae te possunt instruere ad salutem, per fidem quae est in Christo Jesu.* Jam vero cum Timotheus adhuc *infans* erat, nullae extabant scripturae N. T. Eatenus autem Scripturae virum perfectum efficiunt, et omnia ad salutem necessaria continent, quatenus aut expresse aliqua dogmata tradunt, aut fontes aperiunt ex quibus ea quae in illis non continentur, hauriri possunt. Tales porro divinae sunt traditiones juxta eumdem apostolum II. These. II.

361. Ad alteram prob. quae ex Lucae verbis ducitur, ea haud esse ad vivum resecanda admonet Kuinoel52, quum exploratum sit ex Evangelii Lucae cum Evangeliis reliquis collatione, praecipue vero cum Evangelio Joannis, plura eum praetermisisse ex dictis gestisque Christi Domini. Significat igitur se omnem adhibuisse diligentiam ad accuratam sibi eorum notitiam comparandam, quae erat scripturus, nec disjecta aliqua dicta aut facta, sed continenti serie Christi se vitam et doctrinam esse expositurum, ad illorum discrimen ad quos alludit v. 1. qui memorabilia Christi in commentaria redegerant. quique veris falsa intermiscebant. 53

Idipsum sentit Grotius, qui in *Annot.* in eundem loc. scribit: »lfoc dictum neque traditionibus scriptum interpretantibus, neque praeceptis humanis legem sapientibus repugnat. *Diminuere* est, non facere quod jubetur: *addere,* aliter quam jussum est facere, infra 12, 32.' *In Criticis sacris,* fom. IL

*·) *In schol.* in hunc loc. En ejus verba. *.Παρ' ô* h. 1. non tam *praeter id* (evangelium) quam *contra id, contrarium* ei, h. 1. significat, ut Rom. XII. 3."

5I) En rursum ejus verba: nllocloco *φιλοδοξία* est profunda sapientia, exquisitior scientia, sed vana et fallax, quae falso jactatur. Intelliguntur errores judaizantium doctorum. — *Κατά τ>)ν παράδοΟιν..... Χριστόν, quae continetur traditionibus humanis, et primis rudimentis religionis non Christianae,* vel Christo dignae. . . Doctores illi judaizantes commendabant legem ritualem judaicam, plenam traditionibus, contra quas Christus saepe disputavit, pharisaeos castigans. Ergo non fuit illa vana sapientia conveniens religioni Christianae.·

i2J Cf. ejus *Comm. in lib. hist.* tom. IL in cap. 1. v. 4; cl tom. I. *Prolegom.* in Matthaeum pag. XXI seq.

M) Ibid. S. Ambrosius in *Exposit. in Lucam,* lib. I. n. 2. haec praeclare inter

362. Ad 4. vel .V. vel *D.* Scriptura omnia scitu et creditu necessaria ad salutem commet, sensu exposito, quatenus quae ipsa expresse non exhibet, unde ea sint derivanda patefacit, secus, A. Non aliud quippe significat s. Joannes in allegato textu, quam se plura alia signa quae Christus fecerat, in sua narratione praetermisisse, utpote ea, quae retulerat, sufficerent ad id quod sibi proposuerat obtinendum,-nempe ad probandum tum Jesum esse Messiam ac Filium Dei. tum nonnisi per fidem in ipsum posse obtineri salutem.[54]

363. I. **Inst.** 1. Atqui verissimam est *magnum proltstantismi principium,* Scripturam videlicet absque Traditione sufficientem plane esse ad fidei doctrinaeque regulam constituendam. Nam 1. *universus orbis* sacrorum admittit Bibliorum inspirationem. 2. Porro si Deus solidum supernatural ac prodigiosum medium ad fidei conservationem homini praebuit, debet illud esse sufficiens. 3. Alioquin quaenam securitas de immunitate ab errore posset haberi in sacrarum litterarum studio, si istae non essent nisi *prospectus partialis* sensuum Dei erga homines? 4. Licet enim fateamur ecclesiae existentiam ternpore scriptis apostolicis anteriorem esse, atque christianismi praecones *orali traditione* doctrinam communicasse, exinde tamen inferri nequit eosdem, cum eam scriptis consignarunt, *ex parte* tantum id effecisse, potuisseque Spiritum Sanctum iis incompletum opus dictare. 5- Sane si nos ipsos interrogemus, nonne videmur omnia in Scripturis reperire? 6. Dum vero libros inspiratos nominamus, solos significamus libros *canonicos* in sensu planiore et grammatico, nullo ad sectas aut factiones habito respectu. 7. Accedit. quod Christi religio (illa nempe Dei adoratio in spiritu et veritate) non tam in singularibus articulis, quam in principiis generalibus ac motivis sita sit. lioc intendit Christus Dominus, dum totam legem duobus praeceptis complexus est; hoc s. Paulus dum I. Cor. II. 2. affirmat se non aliud .scire nisi Jesum Christum et hunc crucifixum. 8- Laeditur proinde Deus, dum confugitur ad praesumptarum traditionalium opinionum figmenta, de quorum authenticitate nullum aliud praeter propriam cujusque conjecturam suppetit fundamentum. ·" Ergo.

364. **Resp.** *Xeg. mrn. subs.* Ad 1. prob. *D.* Universus orbis sacrorum admittit Bibliorum inspirationem, *iis excepti* qui eam non admittunt. *C.* iis non exceptis, A'. Jam vero qui sacrorum Bibliorum inspirationem non admittunt, eos non modo non esse catholicos, sed ne christianos quidem, ipsa ratio evincit. Ad 2. *D.* Deus solidum supernatural ac prodigiosum medium ad fidei conservationem homini praebuit, debet illud esse sufficiens, *C.* insufficiens, A'. Ad 3. *D.* Alioquin quaenam securitas de immunitate ab errore posset haberi in sacrarum litterarum studio, si istae non essent nisi *prospectus partialis* sensuum Dei erga homines? *C.* si istae non essent nisi *prospectus partialis* sensuum Dei erga homines, *sed ipsa Dei verba,* A'. Ad 4. *D.* Licet enim fateamur ecclesiae existentiam ternpore scriptis apostolicis anteriorem esse, atque christianismi praecones *orali traditione* doctrinam communicasse, exinde tamen inferri nequit eosdem, cum eam scriptis consignarunt, *ex parte* tantum id effecisse, potuisseque Spiritum Sanctum iis incompletum opus dictare. *C.* exinde tamen inferri nequit eosdem, cum eam scriptis consignarunt, *ex parte* tantum id effecisse, potuisseque Spiritum Sanctum iis incompletum opus dictare, *quia ipsi Scripturae ita loquuntur,* A'. Ad 5. *D.* Sane si nos ipsos interrogemus, nonne videmur omnia in Scripturis reperire? *C.* si nos ipsos interrogemus, nonne videmur omnia in Scripturis reperire, *si ea, quae Scripturae ipsae dicunt, omnia esse dicimus,* A'. Ad 6. *D.* Dum vero libros inspiratos nominamus, solos significamus libros *canonicos* in sensu planiore et grammatico, nullo ad sectas aut factiones habito respectu. *C.* Dum vero libros inspiratos nominamus, solos significamus libros *canonicos* in sensu planiore et grammatico, nullo ad sectas aut factiones habito respectu, *quia ipsi Scripturae ita loquuntur,* A'. Ad 7. *D.* Accedit. quod Christi religio (illa nempe Dei adoratio in spiritu et veritate) non tam in singularibus articulis, quam in principiis generalibus ac motivis sita sit. lioc intendit Christus Dominus, dum totam legem duobus praeceptis complexus est; hoc s. Paulus dum I. Cor. II. 2. affirmat se non aliud .scire nisi Jesum Christum et hunc crucifixum. 8- Laeditur proinde Deus, dum confugitur ad praesumptarum traditionalium opinionum figmenta, de quorum authenticitate nullum aliud praeter propriam cujusque conjecturam suppetit fundamentum. *C.* Accedit. quod Christi religio (illa nempe Dei adoratio in spiritu et veritate) non tam in singularibus articulis, quam in principiis generalibus ac motivis sita sit. lioc intendit Christus Dominus, dum totam legem duobus praeceptis complexus est; hoc s. Paulus dum I. Cor. II. 2. affirmat se non aliud .scire nisi Jesum Christum et hunc crucifixum, *quia ipsi Scripturae ita loquuntur,* A'. Ad 8. *D.* Laeditur proinde Deus, dum confugitur ad praesumptarum traditionalium opinionum figmenta, de quorum authenticitate nullum aliud praeter propriam cujusque conjecturam suppetit fundamentum. *C.* Laeditur proinde Deus, dum confugitur ad praesumptarum traditionalium opinionum figmenta, de quorum authenticitate nullum aliud praeter propriam cujusque conjecturam suppetit fundamentum, *quia ipsi Scripturae ita loquuntur,* A'.

cetera scribit: .Adscculum se non pauca dicit, sed omnia: ct adsecuto omnia visum est scribere non omnia, , sed ex omnibus. Non enim scripsit omnia, sed adseculus est omnia.·· Ed. maur. loin. L coi. 1269.

M) Cf. Maldonatum in h. loc. Hae porro difficultates quas antiquiores adeo masni faciebant, urgebantque plena fiducia adversus catholicos, adeo leves esse deinceps compertae sunt, ut eas recentiores protestantes omnino deseruerint. Adeo verum est Scripturas uniuscujusque interpretationi relictas in omnem sensum detorqueri posse !

S5) Ita Shuttleworth op. cit. pag. 19 seqq.'

mittunt, illi prorsus sunt ad quorum principium appellat adversarius quem impugnamus, nempe recentiores magna ex parte protestantes, rationalistae omnes, omnes mythici. 50 Quodque magis mirum est, eo ipso eam non admittunt, quia rejiciunt divinas traditiones ex quibus *solis* et sacrorum librorum integor canon et inspiratio nobis constare possunt. Ridiculum plane est aetate hac nostra provocare mundum universum ad adstruendam divinam Scripturae sacrae inspirationem, in qua si catholicam excipias ecclesiam, vix est inter sectas, qui eam profiteatur, et si qui adhuc eam profitentur, aut professi sunt, vi principii catholici hunc articulum retinent aut retinuerunt.17 Sublato autem hoc fundamento jam concidunt superstructae ab adversario difficultates.

365. Ad 2. *D.* Debet esse sufficiens ad finem quem Deus in scriptoribus afflandis atque in Scripturis sacris praebendis hominibus sibi praestituit, C. absolute, *N.* Responsio patet ex dictis, atque etiam ex inferius dicendis.

366. Ad 3. **Resp.** nullam prorsus securitatem reipsa habere illos omnes, qui Scripturam tamquam unicam credendorum agendorumque regulam sequuntur, seu quotquot *magnum illud protestantismi principium* 18 proclamant. Innumerae prope sectae antiquiores et recentiores, ex protestantisme progenitae, ad unam omnes profitentur se Scripturam veluti adaequatam fidei normam assumere; porro hae ipsae sunt quae ineluctabile ac juge documentum praebent, Scripturam solam ab errore neminem servare immunem, immo ex ea solo spiritu privato intellecta occasionem homines sumere in plurès eosque gravissimos ac absurdos errores prolabendi. 59 Velint itaque nolint ad-

**) Recolantur quae scripsimus sect. I. cap. IL prop. I et II.

87) Cf. Grégoire op. el loc. cit. art. *Eglise anglicane,* pag. 434 seqq. Lingard op. cil. *Obsecrationes circa prospectum comparativum* etc. ubi ostendit adversus episcopum anglieanum Marsh, nonnisi ex traditione ostendi posse sacrarum litterarum inspirationem; sed prae ceteris cf. Gretzernm in *Tractatu de quaestione: Unde scis, Scripturam tum generatim, tum specialim hanc vel illam ejus partem, canonica auctoritate constare? Adversus Pareum, Rullum, Pappum aliosque calvinianos et lutheranos praedicantes, illustrissimi card. Bellarmini calumniatores.* Opp. edit. cit. tom. VIII. pag. 961 seqq. Copiosissime ac plene de hoc argumento heic disserit strenuus catholicae doctrinae propugnator, quem vere vocaveris sui temporis haereticorum malleum.

ss) Quam bene secum cohaereant doctores oxonienses cx eo patet, quod eodem tempore diversi doctores ejusdem academiae aperte negent quod alii asseveranter affirmant. Hujus agendi rationis hic luculentum specimen habemus. Shuttleworth proclamat *magnum illud protestantismi principium* quod *verissimum* appellat, nempe Scripturam absque traditione *sufficientem* plane esse ad fidei doclrinacque regulam constituendam. Contra vero Palmer ejus collega in cil. *Tractatu de ecclesia,* vol. II. part. III. cap. 3. negat ac vehementer negat principium *reformationis* fuisse, *sola Biblia religionem esse protestantium.* Nihil magis falsum est, ait ipse. Reformatio spectata in sua plenitudine agnovit et admisit appellationem ad auctoritatem traditionis catholicae, quamvis negaverit infallibilitalem patrum singulorum et conciliorum: pag. 60, 61 seq.

'9) Nullus extitit haereticus qui ab rei christianae initio usque in hodiernum diem,

versarii nostri, numquam immunitatem ah errore sibi poterunt praestolari, nisi se ecclesiae catholicae subjiciant dogmaticae interpretationi. quae Scripturas juxta sensum a traditione acceptum exponit.

367. Ad 4. *D.* Inferri praeciso nequit ex ecclesiae prioritate apostolos non omnia, quae viva voce tradiderunt, scriptis postea haud consignasse, *C.* ex facto et ex ipsorum testimonio scriptorum hagiographorum, ac. totius antiquitatis, A. Gratis porro affirmant adversarii ex solo prioritatis capite nos inferre non omnia scripta deinceps fuisse ab illis antea praedicata; sed id adstruimus tum negative, provocando scilicet adversarios, ut ostendant omnia prorsus reipsa scripta fuisse, quod ipsi numquam praestabunt ex sacris litteris. quas unicam fidei regulam esse contendunt: tum positive ex Scriptura, atque antiquitate universa. Nec tamen exinde colligere est. opus Dei fuisse incompletum, uti adversarii autumant, cum illud omne habeat, quod sufficit ad finem a Deo intentum. 60

368. Ad · *D.* Si qui se ita interrogant, sint ex aliqua protestantium secta, *Tr.* si sint catholici, seu qui integrum et positivum christianismum profitentur, A'. Transmisimus primum distinctionis membrum, quia ex dictis tametsi protestantes maxime connitantur sibi theoretice persuadere omnia contineri in sacris litteris, practice tamen ostendunt illas plane insufficientes esse. 61 Ejusmodi proinde fictitia persuasio non est nisi turpis illusio. Ceterum nil mirum si protestantes ita sibi persuadeant, cum ipsi profiteantur christianismum solummodo dimidiatum et negativum, in quo tantum *protestantcs* sunt: nam in parte positiva conveniunt cum catholicis, pf cum illis tacite saltem traditiones admittunt. 67

utut gravissimos errores effutierit, immo et absurdos ac immorales, alicui Scripturae textui non inniteretur ad. eos cohonestandos. Plura jam dedimus exempla, quin alia illis adjicere nccesse sil; atque hinc factum est. ut Scriptura vocata fuerit *liber haereticorum.* Sane vel ipse Palmer op. et loc. cit. pag. 50 seqq. postquam asseruit ostium deismo aperiri, si rejiciatur veterum auctoritas. prosequitur: «Ratio emancipata a quovis alio repagulo pergit ad Biblia spectanda veluti humanum foetum, et ad rejiciendum vel adoptandum quidquid ei libuerit. Hinc quemadmodum ratiocinandi facultas variat in diversis individuis, nonnulli obtruncant, alii addunt Scripturae canoni. Textus effertur veluli interpositionum, errorum, absurditalumque plenus. Scriptures sacri accusantur ignorantiae, contradictionum et fraudulentiae, sequilurque legitima ac irresistibilis conclusio, quod Christiana religio non sit revelatio, Christus solum fuerit philosophus, atque homo relictus sit rationi suae suisque meritis quoad spes suas atque salutem.-

e0) Atque hic etiam obiter adversus Palmer qui haec ipsa objicit, Scripturam scilicet *fore imperfectam* si non omnia ad salutem necessaria, seu si universam revelationem non contineret, observo, hac ratione dicendum pariter esse *imperfectum* Vetus Testamentum, prout reipsa Shuttleworth pag. 23 ct seq. *imperfectam* fuisse asserit veterem legem; imperfecti fuissent libri singuli cum exarati sunt, eo quod non omnia continerent, quae in posterioribus libris conscripta sunt. En in quas angustias se conjiciant, qui ita in traditiones insurgunt

*') Id patet ex probationibus hujus propositionis nostrae.

4î) Cf. Moore op. cit pag. 406 seq.

369. Ad 6. *D.* Ita tamen ut caveat adversarius a libris canonicis recensendis, *C.* secus, *Tr.* Non enim parum experiretur difficultatis in censu librorum canonicorum instituendo juxta placita Kectae suae. Quantum a se invicem protestantes discrepent circa canonem sacr. librorum, superius vidimus; adeoque prudenter omnino se gessit adversarius, dum generalem illam formulam usurpavit *de sensu planiore et grammatico, nullo habito respectu ad sectas ct factiones.* 63*

370. Ad 7. *D.* Juxfa socinianos et rationalistas, C. in se, *N.* Illi utique profitentur, summam religionis Christianae ad amorem Dei et proximi, atque ad fidem in Christum Dei legatum revocari. Christo tamen, apostolis et ecclesiae universae non ita visum est. Siquidem Christus dum misit apostolos, praecepit eis, ut gentes docerent servare *omnia quaecumque* ipsis mandaverat; apostoli autem expulerunt ab ecclesia, quotquot vel in uno articulo a tradita ab ipsis doctrina descivissent.64 Apostolorum exemplum et institutum secuta ecclesia primitiva, eadem ratione se gessit cum novatoribus singulis, ac deinceps eadem ecclesia id ipsum praestitit insequentibus saeculis, usque ad Lutherum et innumeros ab ipso surculos pullulantes usque in hodiernam diem. Ex hoc principio apprime dignoscimus quamnam fidem profiteatur adversarius; ejusmodi profecto fides sine traditionibus consistere potest.

371. Ad 8. D. Si standum sit gratuitae adversarii assèrtioni, *C.* si rei veritati, A. Quaenam porro fundamenta sint, quibus divinae dogmaticae traditiones innitantur, satis exposuimus et evolvimus. Hic solum miramur adversarii fiduciam, dum adeo asseveranter ceu imaginationes praesumptarum opinionum ablegat traditiones, quas universa admisit antiquitas, et sine quibus universa labefactatur Christiana religio.»

372. II. In st. 1. Dici saltem debet in VI. articulo ecclesiae anglicanae, jure merito ac sapienter constitutum esse, quod «Scriptura sacra omnia continet ad salutem necessaria; ita ut. quidquid ibi non *legitur* nec *possit per eam probari,* non debeat ab aliquo exigi ut credatur veluti fidei articulus, aut censeri necessarium ad salutem.65 2. Sane Scripturam omnia ad salutem necessaria continere, facile colligere est ex natura ac fine Scripturae ipsius: articulus fidei est a Tridentino sancitus, *Deum esse librorum omnium utriusque, veteris scilicet ac novi Testamenti, auctorem;* ob quem vero finem Deus dedit Scripturam? Certe ut conservaretur monumentum authenticum suae revelationis. Ergo *tota* Dei revelatio in Scriptura contineri debet, alioquin Deus solum ex parte, atque imperfecte finem obtinuisset creationis suae.

63) Hic etiam, ut vidimus, prudenter se gessit Palmer, dum cavit canonem sacrorum librorum recensere. Cf. quae scripsimus in tract. *De vera relig.* part. II. prop. VI.

is) Ita Palmer op. cit. vol. II. cap. 1.

Si vult legislator leges scripto consignare, nt authenticum in futurae omnes generationes memoriale permaneat, tingi nequit ipsum partem a codice suarum legum esse omissurum. Ipse certe providebit de modo seu ratione eas interpretandi atque execution! mandandi, ast numquam apposite omittet aliquam legum partem extra illud memoriale. 3. Praeterea si traditio *aliquot,* ut contendunt pontificii, articulos sola transmittit, quare non *omnes?* Cur praetensa incommoda quae ex Scripturis proveniunt, declinata non sunt? Etenim aut veritates quae sola traditione transmissae dicuntur, aeque necessariae sunt ac illae quae scriptis sunt transmissae, aut non: si primum dicatur, nulla apparet ratio quare Deus qui modo uniformi opera sua moliri solet, voluerit aeque necessarias veritates partim per Scripturam, partim per solam Traditionem transmittere: si alterum dicatur, ergo si quae per Traditionem transmissae sunt veritates, ad salutem necessariae nou sunt. 66 4. Rursum si sola Traditio plene sufficiens fuit ad transmittendam doctrinam Christianam in omnes aetates, supponi nequit exaratam ad hoc fuisse Scripturam, quia Deus sicut non deest in necessariis, ita non abundat in superfluis. E Scripturarum proinde existentia merito inferimus. Traditionem solam minime sufficientem fuisse ad conservationem Christianae doctrinae in ecclesia catholica per omnes aetates. 5. Scriptura nonnulla complectitur ad religionem haud essentialia, cujusmodi sunt e. gr. ritus aliqui, pedum lotio, osculum pacis, prohibitio de nutrienda coma, aliaque id genus multa. Improbabile porro est Deum permisisse, ut talia in Scripturis continerentur, dum volebat nonnullos fidei articulos ex eis abesse. 6. Facto ipso ostendunt romanistae articulos lidei omnes in Scripturis contineri: nam juxta Trevern aliosque theologos paedobaptismus, ac baptismus per aspersionem, soli innituntur traditioni: Bellarminus tamen ac Tournelyus eos ex Scripturis evincunt: juxta Milner et Melchiorem Canum invocatio sanctorum et cultus imaginum ac reliquiarum ex sola traditione constant: ast Milner ipse ac Walenburgici hos articulos inveniunt in Scriptura. et ita porro de ceteris dicas articulis. Ex qua agendi ratione aperte illorum romanensium error deprehenditur, qui contendimt nonnullos fidei articulos in traditione reperiri, quatenus haec a Scriptura distincta spectatur. 7. Hunc errorem profecto non sancivit Tridentinnm, cujus decreto longe conformior est doctrina sexti articuli ecclesiae anglicanae, quam romanorum theologorum. Quamvis enim illius concilii patres optime nossent agitatam tunc temporis controversiam, num px parte solum veritates fidei in Scripturis continerentur, non eam tamen dirimere voluerunt, definientes doctrinam Christianam «r *parte* contineri inScripturis, et er *parte* in traditione; sed solum declararunt generalibus verbis: ..Perspiciensque (synodus) hanc veritatem et disciplinam contineri in libris scriptis, et sine scripto traditionibus: ' id est

M) Ibid. pag. 8 seqq.

tl ia libris el in traditionibus veritates fidei contineri, quod ecclesia anglicana» non abnuit, et jam plerorumqtie theologorum romanorurn sententia eat. 67 Ergo.

373. Reap. Ad I. *It.* Si sextus ille articulus intelligatur eo sensu quod Scriptura omnia ad salutem necessaria contineat, sive *immediate,* sive *mediate. C.* solum *immediate,* A'. Cum vero ex insequentibus verbis pateat articulum hunc comprehendere ea tantum quae *immediate* in Scripturis leguntur, aut quae per eas probari possunt, consequitur neque jure merito, neque sapienter eum constitutum esse, cum adversetur doctrinae, ecclesiae catholicae. Eo autem sensu dicimus omnia ad salutem necessaria *mediate* in Scripturis contineri, quatenus in ea dogma de traditione habetur, ex qua ea quae in Scripturis non leguntur, aut eis probari non possunt, derivamus. Adde aequivocum esse quod in eo articulo asseritur, omnia Scripturam continere *ad salutem necessaria,* cum intelligi possit et de iis, quae scitu stricte ad salutem necessaria sunt, et de iis quae spectant ad integritatem et plenitudinem fidei. Si in primo sensu accipiatur, non solum in Scripturis, sed et in symbolo apostolico, immo vero et in duobus, quos vocamus, principalibus articulis de Dei Unitate et Trinitate, atque Incarnationis et Redemptionis necessaria ad salutem continentur; si accipiatur in secundo sensu, falsa est propositio. 68

374. Ad 2, 3, 4 et 5. Rcsp. heic agi de *facto;* cum de ipso constiterit, omnes conjecturae contrariae concidunt, alioquin eisdem possemus revelationem ipsam supernaturalem eliminare, prout reipsa illis innixi increduli ac rationalistae eam aggrediuntur utpotc superfluam ac Dei sapientia indignam. 69 Itaque Deus tum per Scripturam tum per Traditionem voluit revelationem suam transmittere ; si ita se gessit, rationes ita faciendi habuit dignas se; potuisset per solam Traditionem, potuit per utramque, et hanc viam tenuit; quod nobis satis est.

375. Non sequitur igitur 1. si *tota* revelatio *immediate* non contineatur in Scripturis, Deum solum ex parte atque imperfecte obtinuisse finem suum. Scriptura enim habet rationem medii; medium autem perfectum est, cum fini qui intenditur, est adaequatum. Scriptura esset medium inadaequatum,

M) Ibid.

às) Cf. Caïd. Du Perron in *Répliqué à la réponse du Roi de la grande Bretagne, trois, observai,* chap. 2. pag. 579. cd. cit. ubi hanc ipsam difficultatem jamdiu propositam sibi a Jacobo Angliae rege, pene iisdem verbis quibus eam reproducit Palmer, plenissime solvit, ostenditque merum esse sophisma miserae aequivocalioni innixum. Necesse siquidem est ad salutem credere illa omnia quae a Deo revelata sunt; possunt nonnulla divinitus revelata ignorari; ast numquam fas est absque aeternae salutis dispendio aut rejicere, aut in dubium revocare quemlibet articulum quem constet esse a Deo revelatum.

M) Hic est argumentorum Achilles quo perpetuo utuntur rationalistae adversus supernaturalistas, ut patet ex iis quae attulimus in cit. tract. *De vera reliy.* cap. II. prop. III. η. 95.

si Dens reipsa sibi proposuisset omnia ad salutem necessaria, in sensu exposito. immediate ad nos per illam transmittere, et nihilominus ea non nisi ex parte contineret. Probet autem adversarius, si possit, hunc sibi finem Deum praestituisse. Certe id numquam efficiet. Exemplum legislatoris humani non est ad rem: siquidem huic non suppetit legislationis suae depositarius et custos indefectibilis ac infallibilis, prout suppetit Deo in ecclesia a se constitnta.70

lii '

376. Non sequitur 2. quod si omnes veritates, quae sive in Scriptura sive in Traditione contineri dicuntur, aeque ad salutem sunt necessariae, per alterutram tantum omnes transmitti debuerint; nam alioquin sequeretur et ipsas traditiones inhaesivas, quas adversarius propugnat, esse respuendas: quorsum enim hae traditiones, si omnia ad salutem necessaria in solis Scripturis immediate continentur aut ex ipsis probari possunt?

377. Non sequitur 3. quod e Scripturarum existentia inferri debeat Traditionem solam haud esse sufficientem ad revelationis conservationem ex adversarii mente: quemadmodum inferri nequit ex traditionum existentia solam Scripturam minime fuisse sufficientem ad eundem finem, si Deo placuisset diam per Scripturam revelationem suam ad nos transmittere. Utraque

u

w) Cf. Du-Perron loc. cit. cap. 3. qui apposite utitur ad hoc declarandum exemplo legali, cui princeps suus partim in scriptis partim viva voce referenda committit illi ad quem delegat, quaeque tamen eandem auctoritatem oblinent. slatim ac legatus litteris credenlialibus ostendit se esse legatum; pag. 581.

Sed praestat Pahnerio opponere auctorem proteslanlem. Sic igitur ad rem nostram scribit Grotius in *Annotatis ad consultationem Cassandri* agens *de sufficientia sacrae Scripturae et auctoritate traditionis.* .Apostoli non scripto tantum, sed et ore docuere II. Thess. II. 5: I. Cor. XI. 1. el prius ore quam scripto; sicut et religio primorum saeculorum sola traditione propagata fuit, cl Jesus Christus ipse nec scripsit, nec scribendi praeceptum dedit, sed praedicandi. Et narrant veteres apud Indo Asiae ecclesias fuisse sine libris per centum annos. Non est autem dubium, quin parem auctoritatem habere debeant, quae apostoli scripsere et quae dixere. Augustinus et alii ab apostolis aut instituta aut probata ca credunt, quae in omnihus ecclesiis recepta semper fuere citra conciliorum universalium auctoritatem. At in Scripturis Novi Testamenti, immo in solis libris Lueae et Joannis ea continentur, quae cuivis christiano cognitu, speratu, factu sunt necessaria: quia hoc sibi fuisse propositum alter in praefatione, alter in conclusione operis, profitentur. Sed praeter haec multa sunt scitu utilia, multa ad regimen ecclesiae etiam necessaria. Recte quoque dicitur Scripturae paratior auctoritas, quia traditionum probatio interdum est difficilior et laboriosior. Celerum etiam protestantes quae tuentur, ea non sunt omnia *αὐτολεΕεί (ad verbum)* in sacris litteris. Dicunt admittendas consequentias. At ipsi consequentias saepe admittunt ex privato cujusque ingenio: unde tot el tam gravia inter ipsos dissidia el quotidiana divortia. Catholici vero eas admittunt consequentias. quas admisit vetus ecclesia antiquo et universali consensu. Atque ita stat omne verbum in duobus testibus, in Scriptura el Traditione, quae mutuo facem sibi allucent. Nam et scriptis libris *credimus testimonio ecclesiae,* ut vere dixit Augustinus, id est *propter traditiones:* el *traditiones apostolicas* Scriptura commendat . . . el Traditio interpretatur Scripturam." Opp. cit. edit, tom. III. pag. 628.

propterea sufficiens censeri deberet, si utramque vel alterutram respective eligere ad finem suum Deo placuisset.

378. Non sequitur 4. si Deus permisit nonnulla in Scripturis ad religionem haud essentialia contineri, velle ipsum haud potuisse nonnullos fidei articulos ex eis abesse; potuit siquidem Deus utrumque velle, cum nulla in eo sit repugnantia aut ullum inconveniens, uti ex facto patet.

379. Ad 6. vel Ar. vel *D.* Ostendunt catholici nonnullos ex controversis articulis contineri in Scripturis seu potius *insinuari* ac *probabiliter* ex iis erui, *C.* apodictice, et quidem *omnes, N.* Itaque in objecta difficultate latet aequivocatio, sub qua, uti assolet, adversarius se tegit. Aliud quippe est in Scripturis aliquot articulos insinuari. atque. ut ita loquar, in semine contineri, aliud est eos aut expresse legi in Scripturis, aut ex iis apodictice demonstrari. Quando propterea recensitos articulos catholici in Scripturis reperiri ostendunt, non de plena atque apodictica propriaque demonstratione loquuntur, sed solum significant ex illis aliquo modo erui, atque demonstrationis vim in sola Traditione collocant, ut ex illorum lectione facile quisque comperiet. Deinde aliud est de uno alterove articulo disserere, aliud vero de *omnibus;* aliqui enim articuli sunt de quibus in Scripturis, immediate saltem, nihil prorsus legitur, quique ex iisdem nullatenus probari possunt. Exemplo sint quoad catholicos primatus rom. pontificis jure divino, quoad sectas autem ab ecclesia catholica separatas dogmata illa quae cum ista adhuc illae retinuerunt, cujusmodi sunt quae paulo ante recensuimus de canonicitate et inspiratione sacr. Bibliorum, de baptismo infantium, de valore baptismi ab haereticis collati71; de valore ejusdem administrati a laicis72, de quibus nihil in Scripturis legitur, nec ex eis probari valet.73 Si vero

'}* Hac de causa Palmer negat fidei articulum esse valorem baptismi ab haereticis administrati.

75J Apud Matthaeum enim atque apud Marcum solis apostolis Christus collationem baptismi demandavit, in Actis vero aposlolicis a diaconis administratum baptismum legimus; ast de laicis altum in Scripturis silentium. Hinc Calvinus negat ab alio quam a delegato ministro conferri hoc sacramentum posse, ac nullum irrilumque prorsus habet baptismum a foemina etiam in necessitatis casu collatum, ut suo loco diximus.

Sane ut insistamus baptismo infantium, quem Palmerius ex Scripturis ostendi posse contendit, ne contradicere videatur articulo XXVI. ecclesiae anglicanae, juverit referre anecdotum, quod legitur in documentis D. Hutchinson. Haec mulier, infantis mater effecta, dubiis angebatur circa valorem paedobaptismi una cum marito suo. Ad haec eliminanda ad convivium accivit omnes ministros proximorum locorum, iisque dubia sua atque anxietates patefecit. Cum nemo istorum potuerit justificare infantium baptismum ex solis Bibliis, nil reliquum habuerunt nisi ad ecclesiae traditionem ab origine sua confugere; quod cum parentibus non arrideret, ita infans Hutchinson tinctus baptismo non est. Tunc ministri in furorem acti duobus conjugibus insultare coeperunt, eos traducentes veluli fanaticos et anabaptislas. Cf. *Les Mémoires de Mistress Hutchinson* in collectione Guizot, tom. II. pag. 126. Quid acturus esset Shuttleworth, qui contendit hunc articulum ex traditione priorum saeculorum non evinci?

sermo *sit de* articulis qui vix in Scripturis insinuantur, quique nonnisi traditionis subsidio demonstrari ac invicte propugnari contra adversarios queunt, ii sunt fere omnes. 74 Adeo firmum fidei munimen traditio est.

380. Ad 7. *D.* Tridentinum minime sancivit errorem ab adversario confictum, *C.* non sancivit catholicam veritatem quam propugnamus, xV. Tantum distat decretum tridentinum ab articulo VI. ecclesiae anglicanae quantum veritas ab errore. Ignoramus porro unde didicerit adversarius, concilii tridentini aetate controversiam viguisse utrum aliqui articuli fidei habeantur de quibus nobis non constat nisi per Traditionem, concilium vero dirimere quaestionem noluisse. Nil ejusmodi legitur sive in actis, sive in historia concilii, ita ut neque Sarpius id commemoret. Discimus potius ex illis fontibus concilium tridentinum sibi proposuisse definire tum Scripturas tum Traditiones divinas et apostolicas fundamenta constituere fidei nostrae adversus haereticos, qui inficiabantur tale fundamentum etiam Traditiones constituere75: nec ignorabant patres tridentini, nonnullos articulos fidei catholicae haberi qui soli innituntur Traditioni. Numquam igitur ea tridentinis patribus mens insedit, prout autumat adversarius, ut solas Traditiones *inhaesivas* aut *declarativas* statuerint, sed sanciverunt vere Traditiones uti regulam ac fundamentum partiale fidei nostrae a Scripturis plane distinctum. Neque alio proinde sensu catholici theologi Traditiones divinas adstruunt: si qui vero affirmare videntur omnes fidei nostrae articulos in Scripturis contineri, eo id sensu affirmant, quem paulo ante declaravimus, in Scripturis videlicet omnia quae ad fidem pertinent reperiri sive immediate sive mediate, prout et nos ipsi sentimus ac profitemur.76

ɟ Id manifeste constat ex iis omnibus qui traditionem respuunt quoad articulos ab ipsis rejectos. Quamvis enim fidem in sacris litteris reperiantur, tamen eas ita isti homines eludunt, ut nulla prorsus ratione ex illis solis convinci possint, prouti palet ex anlitrinitariis ac socinianis. Quid erit de articulis qui vix in Scripturis insinuantur?

7S) Satis est legere historiam concilii trident. card. Pallavicini, ut luculenter palea! quid senserint patres de Traditionibus. Huc pauca verba describam ex lib. VI. cap. 14. n. 2· ubi eum retulisset nonnullas difficultates propositas adversus decretum sanciendum, scribit: .Queste objezioni perô non vinsero i più de' voti. Contro alia prima venne considerato, che le tradizioni in quel decreto congiungevansi alie Scrillure *per esaer l une come C altre fondainenti delta fede* c per consequente rivclazioni di Dio.- Eadem repetit n. 3; et cap. 18. refellens Suavium seu Paulum Sarpium n. 7- iterum scribit: .Due cose iritese di far il concilio con quel decreto. L' una, dichiarare, che *i fondamenli della fede caltolica* non pur erano le Scrillure, come i nuovi cretici perfidiavano; ma non meno le Tradizioni, dalle quali al fin dipende quanto abbiarno di cerio sopra la legittimilâ dellc Scrillure medesime.' Nunc surgat Palmer et nos doceal quid intenderit Tridenlinum in suo decreto.

7ɟ Cf. Card. Du Perron op. cil. *Réplique* etc. pag. 576 seqq.

DIFFICULTATES

e.n sanctis Patribus et Doctoribus.

381. **Obj.** Patres non aliam agnovere traditionem praeter *inhaesivam;* de ea propterea loquuntur quoties traditionem commemorant. Id luculenter patet 1. ex s. **Ircnaeo,** cujus palmaria verba haec sunt: *Dominus omnium dedit apostolis suis potestatem evangelii, per quos et veritatem, hoc est, Dei Filii doctrinam cognovimus. Non enim per alios dispositionem salutis nostrae cognovimus, quam per eos, per quos euangelium pervenit ad nos* ***quod quidem tunc praeconaverunt, postea vero per Dei voluntatem in Scripturis nobis tradiderunt,*** *fundamentum et columnam fidei nostrae futuram. . . Ita Matthaeus in Hebraeis ipsorum lingua* ***Scripturam edidit Evangelii.*** Marcus etc.77 Tale est testimonium quo Irenaeus nos certiores facit, opera *scripta* a priscis illis christianismi magistris, quatenus summarium sunt Christianae doctrinae, sufficientia esse atque completa. Adeo abest primitivus hic auctor ab assertione, quod aliquam apostoli suae doctrinae partem incerto commiserint purae Traditionis vehiculo, ut potius ejus verba vix cum ejusmodi supposito componi possint. Pergit porro Irenaeus: *Cum enim ex* ***Scripturis arguuntur*** haeretici, ***in accusationem convertuntur ipsarum Scriptturarum,*** *quasi non recte habeant, et quia varie sunt dictae,* *et* ***quia non poSsit ex his inveniri veritas ab his, qui nesciant Traditionem.*** *73* Ex his aperte discimus primos haereticos (gnosticos et valentinianos) illos fuisse qui appellarunt ad Traditionem, perinde ac si in illa continerentur fidei articuli, qui non inveniantur in Scriptura. 2. Dolendum sane post illos haereticos, alios viros *sanctiores* ac *meliores vexillum incertum atque alcae plenum* Traditionis, veluti auctoritatis *concurrentis* cum Scriptura, et *aeque obligatoriae* erexisse, dum Irenaeus *bonus pater* nuncupatus, *singularis ingenii* vir, pro certo haberet ad omnia Novi Testamenti Scripturas sufficere, qui propterea ajebat ideo quatuor esse Evangelia, quia quatuor mundi sunt partes.79 3. Nec aliter sensit de. Traditione s. **Clemens** rom. qui in duabus epistolis suis nullam traditionis mentionem injecit, solis Scripturis contentus. Ita pariter se gessit **Polycarpus,** qui potius scribit: *Qui* Paulus *et absens vobis scripsit epistolas in quas si intueamini, aedificari poteritis in fide, quae data est vobis. . . . Si quis enim intra haec fuerit, mandatum jihtitiae implevit.30* Sic etiam s. **Ignatius** in epistolis suis hortatur fideles, ut revertantur *ad id quod invenitur scriptum,* quoniam *haeretici,* ut ipse loquitur, *et implicatis inquinant Jesum Christum31;* ex quibus patet propositum

~) Lib. III. *Praef.* et cap. 1.

”) Ibid. cap. 2.

”) Ibid. cap. 11. n. 8.

*·) Epist. ad Philipp, cap. 3. aptid Colder. tom. II. pag. 185.

8‘) Epist. ad Trallian. cap. 6. Ibid. pag. 23.

Ignatii esse, nullam admittere Traditionem *non inspiratarum mentium*. Neque syllaba in actis ss. Polycarpi et Ignatii occurrit, quae vel innuat *duplex fidei vexillum*. Frustra quaeres in s. **Justini** scriptis indicium alicujus dogmatis obligatorii, quod *non memoretur,* aut *identificatum* non sit cum Scripturis; censet enim s. martyr nos in Scriptura sola totam invenire substantiam ac fundamentum fidei nostrae. 4. Igitur longo centum quinquaginta annorum tractu ignota plane fuit a Scriptura distincta Traditio. Quare etsi III. et IV. saeculo coeperit *in praxi* Traditionis usus insinuari, nullius valoris est, eo ipso quod ab apostolis non descenderit.[82] Ergo.

382. **Resp.** XV. A. ad 1. prob. *D*. Diversam seu contrariam in Scripturis non tradiderunt apostoli ab ea, quam oretenus praedicaverant, *C*. omnem doctrinam viva voce praedicatam scriptis suis complexi sunt, A'. Quae ut probe intelligantur, mens est expendenda ac scopus s. **Irenaei.** Gnostici et Valentiniani quo suas novitates cohonestarent, confugiebant ad nescio quam occultam secretamque doctrinam auribus nonnullorum ab apostolis commissam, eamque esse affirmabant quam ipsi tuebantur. Ad hoc propterea effugium ipsis eripiendum reponebat s. Irenaeus, non diversam aut contrariam apostolos doctrinam praedicasse ab ea quam postea Scripturis consignarunt, sed unam plane eandemque illorum esse doctrinam. Quod deinde probat ex Traditione quae in omnibus ecclesiis ab apostolis fundatis servabatur, penes quas nihil reperiebatur eorum, quae illi haeretici jactitabant. Quapropter eos provocat tum ad Scripturas, tum ad Traditionem, siquidem ejusdem omnino auctoritatis. En integra s. Irenaei verba, quorum partem detruncavit adversarius, dum ejus nobis objecit auctoritatem: *Cum ex Scripturis arguuntur* haeretici, *in accusationem convertuntur Scripturarum. . . Cum autem ad eam iterum Traditionem, quae est ab apostolis, quae per successiones presbyterorum in ecclesiis custoditur, provocamus eos; adversantur Traditioni, dicentes se non solum presbyteris, sed etiam apostolis existentes sapientiores, sinceram invenisse veritatem. . . . Evenit itaque, neque Scripturis jam, neque Traditioni consentire eos.*[9i]

383. Ex his porro discimus 1. tam catholicos quam haereticos in admittendis Scripturis et Traditionibus consensisse: 2. non in eo errasse haereticos quod ad Traditionem confugerent, sed quod secretas seu clancularias traditiones obtenderent, diversas ab illis quas ecclesiae admittebant universae: 3. s. Irenaeum propugnasse existentiam Traditionis *distinctae* a Scriptura sacra, quippe haereticos et ad Scripturas et ad Traditionem provocat; immo et parem in utrisque auctoritatem agnovisse, cum ex utroque capite illos confutet, ostendatque eos novis suis doctrinis tum Scripturis tum Traditioni ecclesiae adversari. Hoc magis patefit ex ratione qua adversus illos disputat

”) Ita Shutlleworth, op. cit. paç. 3 seqq.

“) Lib. III. cap. 2. π. I et 2.

8. pater; cum enim ftieius disseniieset cap. III et seqq. de Traditione apostolica, ad Scripturam unde coeperat reversurus, sic caput V. orditur: *Traditione: igitur, quae eut ab apostolis, sic se habente in ecclesia, et permanente apud nos, revertamur ad.* **eam,** *quae est ex Scripturis ostensionem, eorum qui. Evangelium conscripserunt apostolorum.*^ Discimus 4. eos, qui ita scriptis patrum abutuntur ad impugnandam Traditionum existentiam et auctoritatem, aniini candorem haud praeseferre, quo tamen maxime opus est ad veritatis inquisitionem. Quae cum ita se habeant, ulterius hic insistendum nobis non est ad convellendas adversarii consecutiones, quae, subruto fundamento, ex se concidunt. 85

384. Ad 2· *D.* Si *sanctiores et meliores* viri illi fuissent post haereticos, seu si haereticos secuti essent in adstruendis traditionibus, vere dolendum esset, *C.* si secuti sunt *bonum patrem* ipsum, aliosque ejus praedecessores, A'. Responsio patet ex hactenus dictis. Etenim adversarius Irenaeum vere sugillat, dum affirmat eum pro certo habere ad omnia Scripturas N. T. solas sufficere; quod est aperte falsum, cum nuspiam id affirmet, immo vero contrarium plane doceat. 86 Quod si s. martyr plures rationes congruentiae, seu quas vocant mysticas profert ad ostendendum divina providentia factum esse, ut quatuor tantum fuerint scripta Evangelia, ideo eas aifert, ut gnosticos perstringat, qui hunc numerum modo coarctabant, modo amplificabant. 87 Ceterum ex traditione didicisse Irenaeum, quatuor tantum exarata litteris fuisse Evangelia, abunde liquet ex verbis ipsis ab adversario allegatis, in quibus ille ordinem persequitur et adjuncta quibus unusquisque evangelista scripsit.

385. Ad 3. *N.* Nam et **Polycarpus,** et **Ignatius,** et **Justinus** toties ad Traditionem a Scripturis distinctam provocant, quoties admonent fideles ut in doctrina quae vigebat in ecclesia Dei, firme permaneant. Sane s. **Polyearpus** inter cetera scribit: *Quocirca derelicta plerorumque* haereticorum *vanitate falsisque doctrinis ad* ***traditum nobis ab initio sermonem revertamur.***™ S. **Ignatius** vero praeterquam quod nuspiam habet, quod ei adversarius affingit, de reversione ad *id quod invenitur scriptum*™,

Num. I.

w) Cf. quae hoc de argumento praeclare scripsit Massuetus in diss. III. quae est *De Irenaei doctrina,* ari. III. pag. 113 seqq. ubi copiose hoc argumentum evolvit, ac simul malam Gallasii fidem castigat, qui cum et ipse nimis Irenaei verbis perstringeretur, in summulis suis Irenaei sensum pervertit. Cf. praeterea Walcnburgicos, *Controv.* tom. I. in tract. *De Tradition,* pag. 811 seq. ubi jam refellerant quidquid hic nobis iterum opponit Shuttlcworlh.

86) Cf. Massuelum diss. cit. art. II. n. 11 — 13. ubi confutat Grabium pervertentem et ipsum mentem Irenaei.

87) Of. ƀid. art. L n. 6. pag. 109.

ss) z/iô naoAtrroFTif *την ματαιότητα των* ποΑΑωρ, καi *τάί* ψiυ5οδ(δα<ΤκαΑ<αi, *iai τον tE άρχη ήμΐν πάραδο^ϊντα λόγον IaιΊτρί-Φωμιν.* Cap. 7. apud Cold. pag. 187.

59) Exinde dolus manifestus apparet adversarii quem impugnamus.

perpetuo et ipse inculcat adhaesionem doctrinae quae in ecclesia obtinebat, ut ab haereticorum novitatibus immunes fideles servarentur: *Studete igitur,* inquit, *ut confirmemini in dogmatibus Domini et apostolorum . . . cum dignissimo episcopo vestro, et digne contexta spirituali corona presbyterii vestri";* ct iterum: A *talibus* haereticis *vos custodite. Quod fiet, si inflati non fueritis: et indivulsi manseritis a Deo J. C, et episcopo, et praeceptis apostolorum*[90]; et alibi passim.[92] Miramur porro nobis **Justinum** objici tamquam Traditionem respuentem, cum ei crimini vertatur nimia in ea admittenda facilitas, dum ex illa regnum Christi millenarium propugnat, uti paulo post videbimus. Certe cum s. martyr in Apolog. I. ritum retulisset baptismi, subdit: *Hanc autem hujus rei rationem ab apostolis accepimus*[93]; ut alia silentio praetereamus.[94] Absonum autem est velle in actis martyrii ss. Ignatii et Polycarpi mentionem traditionis injici, cum in illis non de doctrina sed de martvrum gestis sermo sit. Verum et in his vestigia haud dubia extant dc recepta in ecclesia catholica Traditione[95] tum circa ss. Trinitatem, tum circa sanctorum eorumque reliquiarum cultum[96], quae protestantes profecto utpote Traditionum hostes aversantur.

386. Quod si **Clemens rom.** ad Traditionem expresse non appellat, siquidem scopus ac propositum suum id non ferebat[97], *facto* tamen cam apertissime commendat; nam ipse jugiter provocat Corinthios ad libros deuterocanonicos tamquam ad Spiritus Sancti oracula, uti suo vidimus loco; unde vero istorum librorum divinitatem agnovit nisi ex Traditione?

387. Ad J. *Neg.* hanc adversarii conclusionem, utpote quae falso innitatur principio, falsoque supposito, uti ex allatis documentis luculenter patet. Viguit igitur divina Traditio a Scripturis distincta ab apostolis usque ad Christi annum centesimum quinquagesimum, ct deinceps, fatente adversario, tertio et quarto saeculo, theoretica et practica, eundemque proinde valorem habet, ac ipsa habet Scriptura.

90) Epist. ad Magnes, cap. 13. *Χποιλά?ετε* οὺν *βίβαιω^ήναι τν τοί; δάγμασιν τού κυρίου καί τών* αποστόλων .... *μιτά* του αξιοπρεπέστατου επισκόπου *υμών,* καί αξ«οπλόκου πνευματικού *3τι<ράνου* τού πρεσβυτερίου *υμών.* Ibid. pag. 21.

91) Epist. ad Trail, cap. 7. Ταλαττεσ^ε τού τοιουτοκ. Τούτο *hi* Γσται *ύαίν μή* ουσιουμενοσ, καί outfit αχωρίστοκ Βεού *Ιη·* σου Χριστού καί τού Επισκόπου, καί *των διαταγμάτων τών* αποστόλων. Ibid. pag. 24.

9Î) Ut in epist. ad Philadelph. cap. 8 et 9. cum not. Vossii. Ibid.

95) Καί Λογον δε εη' τούτο παρά *τών* αποστόλων *Ιμά^ομεν* τούτον. Num. 61.

91) Cf. doctam praefationem Maruni pari. II. cap. 13. §.4. n. I seqq. pag. 61-

**) Cf. Acta s. Ignatii apud Ruinari. n. 5 et 6 ed. Veron. 1731. pag. 18 seqq. ubi sermo est dc veneratione reliquiarum s. luarlvris.

Cf. ibid. Acta n. Polycarpi n. 14. pag. 36 seqq. ubi apertissime doxologia ss. Trinitatis exhibetur ad confundendos sociniauos; et n. 17 ct seq. ubi pariter de sanctorum cultu sermo est.

97) Propositum siquidem ci fuit Corinthiorum dissidia compescere, illosquc ad debitam erga pastores suos subjectionem nec non ad mutuam caritatem revocare.

388. **Inst.** Atqui utriusque orientalis videlicet et occidentalis ecclesiae patres et doctores unanimes sunt in rejiciendis Traditionibus a Scriptura distinctis. Etenim 1. doctrina erat ecclesiae, Scripturam omnes fidei articulos continere. **Origenes:** *In hoc biduo,* scribit, *puto duo testamenta posse intelligi, in quibus liceat omne verbum quod ad Deum pertinet,* hoc enim est sacrificium, *requiri et discuti, atque ex ipsis omnem rerum scientiam capi. Si quid autem* ***superfuerit,*** *quod non divina Scriptura cernat, nullam aliam tertiam Scripturam debere ad auctoritatem scientiae suscipi . . . sed igni tradamus quod superest, id est Deo reservemus.* 98 **Athanasius** scribit: *Sanctae ac divinae Scripturae ipsae per se satis sunt ad veritatem indicandam.* 99 **Theophilus alexandrin.** ..*Ignorans* Origenes *quod daemoniaci spiritus esset instinctus, sophismata humanarum mentium sequi, et aliquid extra Scripturarum auctoritatem putare* ***divinum.*** 100 **Cyrillus alex.** *Quod sacra Scriptura non testatur, quanam ratione admittemus, atque pro veris habebimusL* ‘2. Eadem erat fides ecclesiarum orientalium. **Basilius** enim: *Crede,* inquit, *quae scripta sunt; quae non sunt scripta, ne investiga* 102; et alibi: *Manifestus a fide lapsus est, ac superbiae crimen, si quis aut quidquam eorum, quae scripta sunt reprobet, aut aliquid ex iis quae scriptis mandata non sunt, introducat.* 103 **Nyssenus** vero: *Cum id nullo Scripturae testimonio fultum sit, ut falsum improbabimus.* 104 **Cyrillus hierosolym.** *Oportet,* inquit, *circa divina et sancta fidei mysteria ne minimum quidem absque divina Scriptura tradi* 105; **Chrysostomus** denique de Scripturis ait: *Tamquam tutum ostium haereticos ab ingressu arcent, nosque in securitate qua volumus constituunt, nec sinunt errare. . . Qui enim Scriptura non utitur, sed aliunde ascendit, id est, qui sibi aliam et non statutam viam aperit; hic fur est.* 106 3. Eadem erat ecclesiarum occidentalium doctrina, omisso enim Irenaeo ,07, **Tertullianus:** *Adoro,* inquit, *Scripturae plenitudinem, qua mihi et factorem manifestat et facta. In Dvangelio vero amplius et ministrum atque arbitrum rectoris invenio sermonem. An autem de aliqua subjacenti materia facta sint omnia, nusquam adhuc legi. Scriptum esse doceat Hermogenis officina. Si non est scriptum, timeat vae illud, adjicientibus aut detrahentibus destinatum* 108; et alibi: *Non recipio quod extra Scripturam de tuo profers* 109; **Ambrosius:** *Lego quia*

’h *Hom.* V. *in Levit.* loin. II. pag. 212. rdil. Belled.

«I *Adeem. genl.* loin. I. op. pari. I. *Eput. Paschal. II. Hitdiothec. Patrum,* 1618. Tom. IV. pag. 716.

1011 *Glaphyr. in Genes,* lib. IL pag. 29. lom. L up. 1638.

,0Î) *Hom. adv. caliann. ss. Triait.* op. lom. II. pag. 611· edit. Bencd.

,w) *De fide* cap. 1. lom. II. pag. 224. Lib. *Dc cognit. Dei* apud Euthym. in *Panoplia,* part. 1. lit. 8. u. 4.

loi) Cat. IV. §. 56. edit. Hilles.

1061 *Hom.* LIX. al. LVIII. in Joann, loin. VIII. pag. 346. ed. Bencd.

107) Omisimus enim difficultates quas Palmer communes habet cum Shuttleworth, quasque modo excussimus ac dissolvimus.

10it) Advers. Hermog. cap. 22.

109) De carne Christi, cap. 7.

primus est, lego quia non est secundus. Illi qui secundum ajunt, doceant lectione. 1,0 **Hieronymus:** *Ut haec quae scripta sunt non negamus, ita et ea quae non sunt scripta, renuimus. Natum Deum esse de Virgine credimus, quia legimus. Mariam nupsisse post partum non credimus, quia non legimus* 1,1; **Augustinus:** *Quidquid inde audieritis, hoc vobis bene sapiat: quidquid extra est, respuite,* u: Supervacaneum foret allegare Clementem alox., Hippolytum, Cyprianum, Optatum. Hilarium, Vincentium lirinensem, Anastasium, Prosperum, Theodoretum, Damascenum, Theophylactum etc. quos colligerunt scriptores nostri. 1,3 4. Nec solum haec erat ecclesiae primitivae doctrina, sed eminentiorum etiam theologorum medii aevi doctrina fuit; doctus **Gersonius** scribit: *Attendendum in examinatione doctrinarum primo ci principaliter, si doctrina sit conformis sacrae Scripturae .... quoniam Scriptura nobis tradita est tamquam regula sufficiens et infallibilis pro regimine totius ecclesiastici corporis et membrorum, usque in finem saeculi. Dst igitur talis ars, talis regula vel exemplar, cui se non conformans alia doctrina vel abjicienda est, ut haereticalis aut suspecta, aut impertinens ad religionem prorsus est habenda.* 114 **Gregorius ari min.** *Constat quia quidlibet tale ut expressum secundum se continetur in s. Scriptura, vel ex contentis in ea deducitur, alioquin non ipsa sufficeret ad nostram salutem, et nostrae defensionem fidei, quod est contra Augustinum*1™; **S eo tus:** *Patet quod s. Scriptura sufficienter continet doctrinam necessariam viatori.* 1,6 Idem docent **Rnpertus** tuitiensis, Occamus. Cameracensis, Waldensis, Odo. Lyranus etc. 117 Ergo.

389. **Resp.** *N.* A. seu *min. subs.* Ad allegatas probationes *D.* Patres adducti rejecerunt 1. aut traditiones ab haereticis confictas ac lidei ecclesiae catholicae adversantes: 2. aut interdum etiam *ad hominem* argumentum instituentes; 3. aut in particularibus nonnullis controversiis in quibus illis non indigebant traditionibus, C. absolute et in sensu quo nos eas adstruimus. A'. Si tres ejusmodi regulae prae oculis habeantur, difficile haud erit patrum quae nobis objiciuntur effata tamquam traditionibus adversantia disjicere. Quod ut clarius pateat, satis est eas singillatim applicare ad illa quae nobis opponuntur.

390. Ac 1. **Origen** es in objecto textu disserit de eo quod Deus nobis non revelavit, ac reservavit sibi, adeoque *tertiam Scripturam* nos requirere

---

De Instit. Virgin, cap. II. loin. IL *De Romanismo,* led. VILI., Cary. *Testimonia Patrum ad XXXIX. arlic.* Art. VI.

IHl *De eram. Doctr.* pari- II. cons. I.

lu Sent. Disl. I. qu. I. art. II.

Proleg. I. Sent. qu. II. Opp. tom. V. pag. I.

lia Palmer cil. *Tract, de eccles.* pari. HL cap. 1. vol. IL eujus testimoniis nonnulla alia adhuc adjecimus.

pag. 26ó.

1,1l *Adcers. Delcid.* Op. loni.IV. pari. II. pag. 141- edit Bcncd.

,n) Sermo de Past. Ioni. V. cap. 11. pag. 238.

,,J) Scilicet Usserins in *Respons. adJesuitam,* cap. 2; Beveridge de *XXXIX. artic.;* Tillotson in *Regulis fidei:* Newman.

non debere ad curiositatem uostram pascendam de iis quae Deus scire nos noluit.[118] Quid hoc commune habet cum traditionibus, quae ipse ubique adstruit adversus haereticos?[119]

391. 2. **Athanasius** scribit. Scripturas satis esse ad veritatem indicandam de qua agit, ad falsitatem scilicet ac stupiditatem idololatriae evincendam, ad quod certe traditione opus non est.[120] Igitur nec iste ad rem profertur.[121]

392. 3. **Theophilus** insurgit adversus Origenem eo quod juxta ipsum, Scriptura dimissa, immo contra Scripturae auctoritatem commentum suum effutierit de Cessatione regni Christi aliquando futura.[122] In quo nihil contra Traditionem.

393. 4. **Cyrillus alex**, loquitur de fabuloso angelorum cum foeminis congressu de quo certe Scriptura non loquitur, neque ad hoc commentum refellendum traditione opus est.[123]

394. 5. **Basilius** scribit, iis credendum esse quae scripta sunt, nempe quod *Deus erat Verbum,* quibus exploduntur quae calumniatores *de suo,* quodque scriptum non reperitur, obtrudebant: *non erat,* et *non Deus:* in quibus Scripturae directe adversabantur.[124] Rursum sciscitamur quid hoc cum traditione? In altero vero loco agendi rationem haereticorum arguit Basilius, qui pro libitu Scripturae aut detrahebant aut adjiciebant ad falsas suas sententias adstruendas, prout et haeretici hodierni facere consueverunt.[125]

---

lls) Sic enim prosequitur Origenes post allegata verba: ..Neque enim in praesenti vita Deus scire nos omnia voluit, maxime cum et apostolus dicat: *Quia ex parte scimus* etc."

Sint exemplo quae scribit in lib. *De Princip.* Praef. n. 2. ..*Serretur ecclesiastica praedicatio per successionis* ordinem ab apostolis tradita, et usque ad praesens iu ecclesiis permanens ĕtc.· Edit. maur. tom. I. pag. 47.

,M) Instiper el ipse Athanasius in ipso loco nobis objecto subdit; ..Extant quoque plurimi ea de re a beatis nostris magistris conscripti libri, quos si quis legerit, Scripturarum interpretationem quodammodo intclligct etc."

ni) Ac propterea applicatur secunda ex traditis regulis. Ceterum s. Athanasius in vita s. Antonii refert et approbat monitum s. abbatis: «Vos itaque puros ab illis (haereticis) custodite, *servateque patrum* traditionem." Edit. cit. tom. I. part. IL pag. 862. η. 89. Arianos in nicaeno concilio traditione damnatos s. Alhanasium retulisse, paulo ante vidimus.

,M) En Theophili verba quae immediate praecedunt: ..Equidem scire non possum, qua temeritate Origenes tanta confingens, et non Scripturarum auctoritatem, sed *suum errorem sequens,* ausus sit cunctis in modium nocitura proferre etc." Deinde eundem Origenem arguit quod *Scripturarum auctoritate* nisus sit confirmare Stoicorum doarma.

nJ) Sic enim ibid, scribit s. Cyrillus: ..Nugantur autem nonnulli et *vanis commentis* rem involvunt, *verisimilibus,* ut arbitrantur, *rationibus* (non *traditione),* id quod impossibile est, palliantes. Illapsos enim daemones in malos ajunt, ac per ipsos semina immissa etc."

n') Addendum, hanc hoiniliam a maurinis editoribus rejectam esse in *appendicem.* seu inter opera quae *falso* s. Basilio adscripts sunt. Quod profecto Palmer ignorare non poterat; attamen vehit genuinum s. patris foetum nobis obtrudit.

,M) Quinimmo profitetur sibi hic propo-

395. 6- Nyssenus eos improbat qui verba Genes. IX. lenite *descendamus d confundamus Hmjuas eorum* ad angelos a Deo dicta autumabant; *quod* cum Scriptura non dicat, merito a Nysseno rejicitur. 126

396. 7. Cyril Ius hi e roso l y m. illa habet per oppositionem, ut ibidem subdit, ad *disputationem commentitiam,* non autem ad Traditionem, quam acriter propugnat. ''7

397. 8. Joannes Chrysost. de illis loquitur qui aut Scripturam respuebant, aut illa abutebantur uti antichrist! et haeretici. 1:8 Scripturae errare nos minime sinunt sub ecclesiae magisterio.

398. 9. Tertullianus adorat *Scripturae plenitudinem* in quaestione adversus Hermogenem de rerum creatione ex nihilo. In altero autem loco rejicit quod *de suo* seu ex proprio penu Marcion adjiciebat, Ceterum nemo forsan validius Tertulliano traditiones adversus haereticos protuetur. 129

399. 10. Ambrosius legit in Scripturis Christum esse altitudinem divitiarum sapientiae et scientiae Dei, non legit autem secundum, inhiandum nempe esse hujus saeculi divitiis cum salutis propriae dispendio. 130 Adversarius autem noster hoc *secundum* intelligit de Traditione. Judicet lector de bona illius fide.

400. 11. Hieronymus jure merito respuit Helvidii blasphemiam de Mariae nuptiis post partum, cum hoc neque Scripturae neque Traditionis auctoritati innixus nebulo ille, sed cerebro suo gratis effutierit.

401. 12. Augustinus jubet respuere quidquid extra Scripturam est, id est quidquid Scripturae refragatur nec provenit *ex illis fontibus* ex quibus,

suisse s. Basilius solis Scripturarum verbis exponere fidem dc qua agit; n. 5- inculcat in fidei negotio recedendum baud esse a *sanctorum traditione el institutis.*

,1S) Ita enim legitur loc. ciL .Quod si angelos ministros allocutum responderis, sive omnes, quod absurdum est, sive paucos dixeris, cum id nullo Scripturae etc.· Prostat porro hoc opus Eulhymii etiam in *Biblioth. Pair.* EdiL Lugd. 1677. Tom. XIX. pag. 49.

*27) Satis est legere contextum ut germana s. Cyrilli mens appareat. Ceterum cum haereticus calvinianus Rivetus haec ipsa objecerit ex s. Cyrillo, quae objicit iterum hic Palmer ad adstruendam *Scripturae sufficientiam,* cf. quae copiose et erudite ad Rivetum refellendum habet Toulteus in dissert. III. *De doctrina s. Cyrilli,* cap. 13. n. 101 seqq. *De adjungenda Scripturae traditionis et ecclesiae auctoritate.* Hac fortasse de causa Palmer prudenter non allegat editionem benedictinam.

,2S) Paulo ante in eodem num. s. Joann. Chrysostomus significat quinam sint qui non utantur Scripturis, seu non ingrediantur per ostium, sed fures sint ac latrones, scribens: -Hic porro el qui fuerunt, el qui futuri erant, indicat (Christus), antichrislum, falsos Christos, Judam et Theudam, el alios hujusmodi." Quid senserit Chrysostomus de traditionibus, paulo ante diximus.

,2#) Cf. P. La-Cerda in objecta Tertulliani loca.

,,q) Etenim s. Ambrosius n. 70. cum attulisset ex *Eccles.* IV. *Cujus oculus non saliatur divitiis,* haec applicavit Christo in quo est altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei etc., et affirmavit Christo adhaerendum esse, non saeculi divitiis inhaerendum.

ut ipso loquitur, *manaverunt rivi praedicationis evangelicae, cum in omnem terram exivit sonus eorum.* ,u

402. Certe post haec supervacaneum est alios adducere veluti traditionibus dogmaticis adversantes, quoniam ad canones superius constitutos si redigantur illorum dicta', eadem ratione dissolventur, prout praestitum jamdiu a catholicis est adversus illos qui traditiones impugnarunt, quique laudantur ab adversario nostro. 132

403. Ad 4. A'. Etenim **Gersonius** nihil aliud sibi vult in objecto loco (piam doctrinas aut revelationes privatas ad Scripturas exigendas esse, ut ex illarum conformitate aut diiïormitate cum Scripturis ceu verae admittantur, aut uti suspectae, falsae aut erroneae respuantur, cum Scriptura sufficiens ac infallibilis regula sit, quatenus aut mediate aut immediate veritates continet omnes. Hanc esse ejus mentem tum ex orationis serie patet, tum ex apertis ejus verbis quibus Traditionem divinam ac dogmaticam a Scripturis ipsis distinctam commendat. 133

404. **Gregorius** porro **ariminensis** eatenus contendit in Scriptura aut formalitcr, sive expresse veritates ad salutem necessarias contineri, aut

131) Opponit praeterea s. Doctor pastores bonos, id est, qui non solum bene docent, sed faciunt praeterea quae docent, malis pastoribus qui dicunt cl non faciunt, seu male operantur; adhortatur propterea oves ne sinant se a malis istis pastoribus decipi, imitantes mala ipsorum opera, sed attendant ad ipsorum dicta, iinmo et ad Scripturarum doctrinam, in qua invenient nihil venenosum, nihil alienum ad uberrima pascua. Itaque in objectis verbis non opponit Scripturam traditioni, sed malis pastoris operihus. En novum specimen sincerae fidei adversarii nostri.

Wi) Cf. propterea adversus illos quos Palmer recenset, si Newman excipias, qui nihil novi iu hoc argumento protulit, Walenburgicos in cit. tractatu *De testimoniis seu de traditionibus,* ubi singula ab haereticis allata patrum testimonia accurate expendunt; nec non Toutteuni in ed. opp. s.Cyrilli; Maranum in praef. opp. s. Justini; Gretzerum tum in tract. *De quaestione, unde scis hunc vel illum esse sincerum et legitimum Scripturae sensum?* cap. 5, tum in *Examine tertiae disputationis Pappicae de sacr. Scripturae sufficientia,* tum denique in opusc. *Trophaeum Pappicum constat quinquaginta axiomatis, quorum pleraque sunt mendacia : quibus post verba D. Augustini subjunguntur alia mendacia, ut principium respondeat fini.* Opp. cit. edit. tom. VIII. In his porro auctoribus comperiet Palmer omnia fuisse praeoccupata ac soluta, quae a suis auctoribus adversus Traditionem prolata sunt.

,3S) Sane *In declaratione veritatum,* quae in ed. Dupinii invenitur immediate post tract. *De examine doetrinar.* in gradu secundo pag. 22. haec scribit Gersonius: ..Secundus gradus est veritatum ab ecclesia determinatarum, quae *ab indubitata relatione apostolorum per successionem continuam devenerunt.* Est autem haec ecclesiae auctoritas tanta ut diceret Augustinus : *Euangelio non crederem* etc. Quamquam vicissim dici possit, ecclesiae non crederem, si non auctoritas Scripturae impelleret. Et ita diversis respectibus auctoritas utraque mutuo se confirmat.“ Cf. praeterea *In propositionibus de sensu litterali sacr. Scripturae,* ibid. pag.2. ubi scribit: ..Quod Evangelium Marci sil Evangelium Christi plusquam Evangelium s. Thomae vel Nicodemi, credimus *ex traditione ecclesiae.*« Et alibi passim eadem inculcat.

ex ea mediate deduci, quatenus humanas excludit ratiocinationes, quae non innituntur revelationi, sed solius rationis principiis : atque has veritates solius *rationis* ope deductas non theologice, sed philosophice tantum probari affirmat, nimirum ad philosophiam, non antem ad theologiam spectare. ,u

405. Scotus pariter affirmat, quod et nos dicimus, veritates omnes ad salutem viatori necessarias in Scripturis contineri vel mediate vel immediate, quia illae veritates, quae expresse in Scripturis non habentur, continentur in Traditione, ad quam Scripturae nos remittunt. Sane Scotus alibi scribit plures fidei veritates haberi, quae per solam Traditionem ad nos pervenerunt.

406. Eodem sensu Rupertus tnitiensis. Occamus. Cameracensis, Waldensis, Lyranus, aliique locuti sunt, quorum testimonia cum adversarius singillatim non allegaverit, ideo ab iis expendendis supersedemus. Ex analogia enim in eandem plane conclusionem deducimur.

407. Ex his specimen datur sollicitudinis adversariorum ecclesiae catholicae in corrogandis nonnullis patrum effatis a contextu divulsis, ut sibi blandiantur atque aliis illudant, cum persuadere nituntur patres divinarum Traditionum auctoritatem non admisisse: dum eas in suis operibus ubique apertissime adstruunt pugnantes adversus haereticos, quos etiam perpetuo provocant ad doctrinam in ecclesia universa receptam, quae cum Traditione, ut inferius dicemus, identificatur. Animadvertimus praeterea, patres ex quibus haec objecta sunt, *eos ipsos esse* de quibus fatetur Shuttleworth, *in praxi*

’”) Hic esi scopus lotius articuli secundi quem sic resolvit: «Respondeo quod discursus proprie theologicus est, qui conslal ex dictis sive propositionibus in sacra Scriptura contentis, vel ex his quae deducuntur ex cis, vel saltem ex altera hujus.ı Itaque, ut patet, Gregurius arim. non contradislinguit Scripturam a Traditione, sed ah humana ratione, alioquin ut ibidem docet, theologia non esset scientia divina sed humana. Et sane nemo fortasse ex veteribus scholasticis magis urget s. Augustini auctoritatem quam Gregorius.

,w) Etenim lib. L disl. XL qu. I. edit. Antvcrp. 1620. Tom. I. pag. 210. haec scribit, quae si vidisset Palmer, numquam auctoritatem Scoti nobis objecisset: -Dico, quod Christum descendisse ad inferna, non docetur in Evangelio: et tamen tenendum est sicut articulus fidei, quia ponitur in symbolo apostolorum ; ita mulla alia de sacramentis ecclesiae non sunt expressa in Evangelio, et tamen *ecclesia tenet illa esse tradita certitudinaliter ah apostolis,* et periculosum esset errare circa illa, quae non tantum ab apostolis descendunt per scripta: sed etiam, quae per consuetudinem universalis ecclesiae tenenda sunt. . . Mulla igitur docuit eos Spiritus S. quae non sunt scripta in Evangelio, *et illa mulla quaedam per Scripturam, quaedam per consuetudinem tradiderunt.'·* Haec pauca verba totum labefactant Palmerii systema. Oh! quam melius scriptor iste ingenium et cognitiones, quibus pollet, consecrasset fovendae unioni inter ecclesiam *anglo-catholicam* , ut ipse vocat, et ecclesiam vere et unice catholicam, nempe romanam. Meliorem profecto exitum habuissent ejus labores, contra vero, ut ceteris acatholicis omnibus jam contigit, oleum et operam perdidit in hac ecclesia oppugnanda.

saltem, traditionem admisisse, quasi nempe penes illos praxis a fide discrepasset.

DIFFICULTATES

ex natura et incommodis Traditionis.

408. I. Obj. Dato etiam, non omnia quae apostoli praedicarunt, scriptis esse consignata, non aliud sequitur, quam revelationem divinae voluntatis ad nos minime pervenisse. Stultum quippe est sibi persuadere intemeratam ad nos usque ejusmodi revelationem traditione orali pervenisse tot inter haereses, quae decem et octo saeculorum tractu exortae sunt. Sane medio aevo, atque aetate praesertim Innocentii III. et Alexandri VI. quis sibi persuadeat puras ecclesiae Traditiones viguisse? [136] Ubinam igitur in tanta corruptionum et obscuritatum foeditate, in qua Europa jacebat universa, verus servabatur christianismus? Profecto *inScripturis, et inScripturis tantum.'* [7] Igitur restat ut alterutrum fateamur, aut ab initio revelationem Scripturae quidem et Traditioni consignatam fuisse, atque hac Traditione medio aevo deperdita revelationem nonnisi in Scriptura sola superfuisse, aut Novum Testamentum *integram* esse, *plenam ac sufficientem Dei voluntatis manifestationem, fideique summarium.* Posterius vero hoc longe verisimilius videtur; nam ut *merae orales communicationes* verbo Dei scripto aequari possint, necesse est validioribus quo fieri potest externis testibus eas adstrui, quod tamen incredibile est, attenta doctrinalium traditionum natura, quae de ore in os progredientes iis modificationibus subjiciuntur, quas ex hominum ideis ac locutionibus subeant oportet. Ecquis unquam has appellaverit revelationem? [138] Quidquid pro traditionibus affertur, in quaestionem venit. Non aliunde suam haec originem traxit persuasio, quam ab inanibus timoribus conceptis ex desiderio favorem divinum obtinendi, cujus intentiones postea ab antiquitate consecratae

,se) Ita Shuttleworlh op. cit. pag. 34 seqq. quibus jam praemiserat et ipse, ut factum vidimus a Palmerio, quod si Scriptura non omnia ad salutem necessaria contineret, foret ipsa *incompleta* et indigeret *supplemento* , quasi nempe Evangelium Matthaei fuerit *incompletum,* eo quod non omnia scripserit, quae postea scripserunt Marcus et Lucas; aut istorum pariter evangelia essent *incompleta,* eo quod litteris non consignaverint, quae postea consignavit Joannes, et ita porro. Deinde recurrit et ipse ad loca communia, nempe ad abusum indulgentiarum, ad credulitatem universae Europae medio aevo etc. etc.

IM) Ibid. pag. 36. Ex quo infert vivificationem christianismi acceptam referri debere *reformationi,* protestanliumque adhaesioni iis quae scripta invenerunt, ac profectum modernum scientiae theologicae. Infelix homo! Interroget Dammum, Semlerum, Tellerum, Eichhornium, Bavcrum, Wollmannum, Paulusium, Straussium, aliosque pene innumeros reformationis sectatores, quid demum facium sit de Scripturis et revelatione in reformatione. Verum de hoc argumento ex professo agemus in parte III. ubi etiam expendemus quod hic asseritur de profectu moderno scientiae theologicae.

,3S) Ibid. pag. 37. Et hic amare queritur, quod hanc assertionem audiverit in ambitu ipso ecclesiae suae *(anylo catholicae)!*

sunt. Ceterum nihil aliud traditiones sunt praeter quam *practicae aberrationes'* a puritate et integritate doctrinarum Christianarum, quae labente tempore incrementum accipientes constituerunt *pqpismum in deteriori tenebricosiorique forma.* 139 Ergo.

409. Resp. *Neg.* illud consequi quod adversarius autumat. Posito enim quod Christus revelationem suam ad homines transmittere decreverit partim scriptis, partim viva voce, ipsius jam erat eam incorruptam servare, tum scilicet eam partem quam scriptis committi voluit, tum eam quam voluit oretenus propagari. Deo enim alterum altero difficilius non est. Fatetur sane adversarius Dei prodigio factum esse, ut Scripturae sacrae integrae conservarentur; cur igitur efficere Deus nequiverit, ut integrae pariter servarentur Traditiones? 140

410. Verum cum tota difficultas ex praepostera oriatur traditionis notione. hac depurgata, difficultas evanescit. Existimat porro adversarius Traditionis nomine nos quasdam significare, ut ita loquar, verborum formulas, quae alicui individuo primum commissae ab eo ad aliud aut alia individua fuerint pariter transmissae, et ita deinceps. Ast in hoc vehementer errat. Traditionis siquidem divinae ac dogmaticae nomine catholici complexum significant illarum veritatum seu doctrinae illius quae viva voce ab apostolis Christi nomine praedicata est, nec ab auctoribus hagiographis fuit litteris consignata, conservata tamen est vivo ecclesiae magisterio cui commissa est. Quapropter non individuis seorsum sumptis, sed ecclesiae pastoribus ab apostolis institutis doctrina ejusmodi consignata fuit, seu totius ecclesiae corpori, quod, ut suo loco ostendimus, a Christo infallibilitatis atque indefectibilitaiis dotem seu praerogativam accepit. Ecclesia autem multiplici ratione, ut paulo post ostendemus, eam conservavit transmisitque ad nos usque, et

'«) Ibid. pag. 39. 40.

”·) Pag. 39. Sed praestat refellere Shuttleworth verbis ipsis auctoris non suspecti ejusque collegae, nempe Pahnerii, qui in tractatu cit. *De ecclesia.* vol. II. part. III. cap. 1. pag. 20 seqq. cum sibi proposuisset argumentum ex *insufficientia traditionis,* scribit: «.Alias oppositum fuit traditionem non scriptam obnoxiam esse corruptioni, ac improbabile omnino esso, quod Deus voluerit committere revelationem suam modo adeo incerto transmissionis." Respondet autem: .Equidem si traditio Christiana *esset omnino non scripta,* id est, si scripta non inspirata non superessent, quae sufficienter testentur universalem chrislianorum fidem ab aetate apostolica, haud aegre admitti posset, traditionem solam fore probationem incertam doctrinae christianae. Ast non videtur aliam inveniri *impossibilitatem* a natura traditionis, quod aliquae veritates revelatae potuerint illius ope transmitti divinae gratiae subsidio. Sane, si nos insistimus incertitudini traditionis *in genere,* potest id consecutiones parere valde graves, *quoniam authenticitas et genuinitas sacr. Scripturae librorum innituntur* (tandem aliquando fatetur) *in gradu haud parum notabili testimonio traditionis primitivae.* Id asseritur ab Hookero, Witakero, Lardnero, Paleyo etc. etc.;’ el pag. 48: -Si testimonium primitivorum doctorum chrislianorum in hac facti quaestione rejicitur, externae probationes christianae religionis destruuntur.’

inde conservabit atque transmittet usque ad saeculi consummationem, prout ipsa circa canonicos libros praestitit. Hoc solum Scripturam inter et Traditionem intercedit discrimen, quod Scripturae in quibus veritates revelatae continentur, sint divinitus inspiratae saltem quoad res et sententias: Traditio, seu verius, media per quae veritates pariter revelatae ad nos transmissae sunt, non item. ,4t Ex his patet identilicari divinas dogmaticas traditiones, cum vigenti semper ecclesiae universae doctrina.142 Propterea eadem ratione qua infallibilitas ecclesiae requiritur, ut certi efficiamur certitudine fidei de canone atque inspiratione sacrorum Bibliorum; ita supponi pariter haec infallibilitas debet in conservatione dogmaticae divinae Traditionis, cum totius verbi Dei custos et depositaria a Christo fuerit ecclesia constituta. Hinc nulla urgeri potest difficultas adversus integritatem divinae ejusmodi Traditionis, quae intorqueri adversus sacrorum librorum integritatem non possit: nec ulla potest assignari ratio, quare ecclesia infallibilis fuerit ac sit in conservando verbo Dei scripto, fallibilis vero haberi debeat in conservando secernendoque verbo Dei tradito. Quacumque se adversarii vertant, numquam se poterunt ab hoc argumento expedire. Ad utrumque quidem munus divino subsidio ecclesiae opus est; at illud pollicitus est ei Christus cum dixit discipulis suis: *Euntes docete..... Ecce ego vobiscum sum* docentibus *usque ad consummationem saeculi.*

411. His positis jam sponte sua concidunt quae ab adversario congesta sunt, quin ea singillatim persequamur. Sane hoc ipso quod haereses omnes quae octodecim saeculorum tractu exortae sunt, fuerint omnes ab ecclesia catholica damnatae ex hoc solo principio quod doctrinae suae divinitus acceptae adversarentur, liquet quomodo intemeratae dogmaticae traditiones fuerint conservatae.

i

H1) Etiam Palmer eodem modo huic objectioni respondet. Etenim pag. 57. scribit: »Nos respondemus omnibus eorum argumentis, haud appellare ad patres veluli ad *scriplores inspiratos,* sed tamquam ad idoneos testes fidei, quam profitebantur Christiani illorum aetate.“ Exinde corruunt ea omnia, quae fusiori stylo Shuttleworlh scribit de patrum erroribus, de differentia inter auctores biblicos et patres etc. quae sunt totidem naeniae.

'”) Jam opposuimus Shuttleworthio verba Palmerii, nunc circa notionem traditionis in sensu catholicorum opponimus eidem verba N< wman, qui in op. cit. *Lectiones de Romanismo et- Protestantisme,* lect. I. pag. 6. haec in rem nostram scribit: ..Ipsi (romanistae) haud Scripturam rejiciunt, immo forte *magis ei addicti sunt, quam quilibet protestons,* ast tenent ipsam minime solum esse verbum Dei. Contendunt systema doctrinae suae descendere perinde ac Scripturam ab apostolis, quoniam si istae amitterentur, non idcirco periret revelatio. Jam vero ad refellendos romanistas opus est eos probe intclligere. Traditionis nomine ipsi significant universum fidei systema, ac regulas quas receperunt a generatione praecedente, haec vero ab altera et ita porro. Ejusmodi traditiones in rerum temporalium negotio existant profecto; hoc sensu traditio est mos seu consuetudo uniformis. Hinc cum romanenses asserunt se traditioni adhaerere, significant se credere, cl operari prout Christiani semper credide-runt et operati sunt (pag. 27, 39).“

412. Quaerimus deinde ab adversario, num medio aevo perierit ecclesia; *si id* ipse affirmet, quomodo ostendet intemeratas sine ecclesia conservatas fuisse divinas Scripturas? Ridiculum autem esset adserere conservatum *fuisse* christianismum sine ecclesia; quid enim est christianismus nisi ecclesia a Christo instituta? num christianismus in charta et in papyro consistit?

413. Itaque neutra periit, neque Scriptura sacra, neque dogmatica Traditio: et ideo utraque conservata est. quia numquam ecclesia juxta aeternas Christi promissiones defecit. Quibus autem ineluctabilibus argumentis ostenditur mere *orales communicationes* puras permansisse, iisdem plane demon' stratur puras permansisse Scripturas sacras, juxta sensum quem modo exposuimus, non autem juxta adversarii figmentum de natura doctrinarum traditionalium humanarum. Quod si eae ab ideis locutionibusque hominum patiuntur modificationes, hae non attingunt veritates ipsas traditionales, sed modum eas exprimendi, seu formas, ut vocant, pro veritatum ipsarum evolutione. ,44 Falsum porro est in quaestionem venire quidquid pro traditionibus affertur, dummodo rite traditiones quas adstrnimus intelligantur.

414. Quod demum adjicitur ab adversario de traditionum origine, earnnique effectu, de penu suo depromptum est hariolando potius quam demonstrando. Piget vero hac aetate viros doctos et graves audire adhuc ingerentes accusationes de *papismo,* quem vocant, *cum sua deteriori forma.* Quid enim *papismi* nomine significant, nisi *ecclesiam catholicam* cui Christus in Petro ejusque legitimis successoribus caput praefecit, a quo regeretur, quodque, ut suo loco ostendimus, universa agnovit antiquitas? Merito proinde *του ἀλογίΰμον* arguitur nova oxoniensis schola, quae cum propugnet divinas traditiones, aliaque plura dogmata a protestantibus rejecta donuo admittat144, pergat tamen inficiari divinum rom. pontificis primatum, de quo non minus luculenter praeter Scripturam antiqua Traditio universa testatur. 145 Licet tamen sperare, quod et votis omnibus optamus, non defuturos qui et hunc fidei articulum una cum ceteris adstruant. Ostium apertum est, cetera. Deo opitulante, exinde procedent.

415. II. Obj. 1. Patres utpote errori obnoxii nequiverunt puram ad nos Traditionem transmittere, 2. Eo magis quod patres criticismo plane destituti fuerint, ut ex illorum patet scriptorum apocryphorum allegationibus. 3. Haud paucae innovationes a patrum aetate introduci coeperunt, quae rapido deinceps cursu creverunt: exinde enim institutum monasticum, sacrificium, adoratio reliquiarum, exorcismi, aliaque ejusmodi originem habuerunt.

««) Cf. Mahler, *Symbolique,* tom.II.§.40.

>·') Atque hinc factum est, ut *Puseysmus* definitus apte fuerit: *Papismus sine Papa,* Ephcm. *I nion catholique,* 14. Décembre 1841.

”s) Recolantur quae scripsimus in parte hujus tractatus prima sect. II. cap. I. prop. I. II et III. et iterum cap. II. prop. I. Π el IΠ.

4. Nec obstat, illud solum uti infallibile tenendum *quod semper, ubique, ab omnibus* receptum est, juxta Vincentli lirinensis canonem: ecquid enim est, quod ita receptum censeri debeat? 5. Cum vero nimis extollere Traditionem perinde sit, atque Scripturam deprimere, prout contigit in ecclesia romana, satis erit profiteri quendam erga antiquitatem reverentiae et grati animi sensum. 146

416. **Resp.** ad 1. *D.* Ita tamen ut testimonium patrum sit unum ex mediis per quae nobis Traditio innotescit, *C.* unicum, *N.* Laborat itaque adversarii difficultas vitio haud exiguo, quod catholici videlicet patrum testimonium unicum esse doceant Traditionis transmittendae medium, atque eam cognoscendi, quod tamen falsum est. Nos plura alia praeterea assignabimus. Licet igitur patres singillatim sumpti errori obnoxii fuerint, inferri non potest idoneos illos testes non esse fidei doctrinae, quae illorum aetate in ecclesia vigebat; praesertim si unanimi id consensione testentur. Haec porro doctrina ea est quam nos Traditionem dogmaticam vocamus, quaeque et ex patrum testimonio, et ex aliis mediis ad nos pervenit, nobisque innotescit.

417. Ad 2. *D.* Cui criticismi defectui, si qui fuit, aliis suppleri mediis potest, *C.* suppleri nequit, iV. Etsi enim daremus adversario nonnullos patres hoc defectu laborasse, perperam inde concludit haud potuisse ipsos puram ad nos Traditionem transmittere; ad hoc quippe efficiendum magna criticismi dote opus non est. Satis nobis est ut ii patefaciant doctrinam, quae circa peculiarem aliquem articulum sua aetate in ecclesia obtinebat. Verum etiamsi in hoc decipi seorsum sumpti potuissent, abunde illorum deceptioni aliis mediis suppletur. Quando patres aliqui interdum allegant nonnulla apocrypha scripta, propriam opinionem manifestant, non autem sensum ecclesiae. Immo ex hoc perspicuum fit, ecclesiae doctrinam minime a privati cujusque individui pendere sententia.

418. Ad 3. *D.* Innovationes *ex mente adversarii* patrum aetate introduci coeperunt, *C.* in se, A' Quas adversarius innovationes vocat, quaeque IV. potissimum et V. saeculo incrementum acceperunt, totidem fidei dogmata sunt, aut ecclesiae doctrina, cujus longe anteriora his saeculis documenta prostant. Ut enim monasticum omittamus institutum, quod ad disciplinam tantum spectat, sacrificii aperta mentio occurrit apud apostolicos patres N apud Irenaeum, qui testatur in ecclesia illud obtinuisse per universum terrarum orbem, ipso fatente Grabio, ut suo loco ostendimus. 147 Sic *adorationis,* idest *venerationis* reliquiarum mentio habetur in actis ss. Ignatii et Polycarpi 148, exorcismorum usum ab *antiquissima* aetate repetit s. Augu-

”}} Ita rursum Shuttleworth a pag. 49 ad 71.

In Tractatu *De Eucharistia,* part. II. cap. I. propos'd. II. num. 270.

HS) Recolantur quae scripsimus in tractatu *De cultu sanctorum* cap. IV. num. 86 seqq.

stinns.,4d Parum igitur *criticuni* se prodit adversarius, dum obtrudit uti innovationes IV. ant V. saeculi doctrinae articulos, qui ab aetate ipsa ἀpo stolica obtinebant. Ex hoc vero colligimus catholicam ecclesiam bis saeculis integrum christianismum, seu plenam Christianam doctrinam tenuisse, prout et eam adhuc retinet, rerinebitque in saeculi finem; protestantismum autem cum sna negativa natura vix christianismi larvam et umbram retinere.

419. Ad 4. *D.* Si vincentianus canon *positive* intelligatur, *Tr.* si *negative, N.* Suo enim loco ostendimus hunc, et non alium sensum esse objecti canonis, nempe illud quidem esse catholicum *quod semper, quod ubique, quod ab omnibus* retentum est; ast non e converso, ita ut nihil admitti debeat uti fidei dogma ecclesiae catholicae, quod nec semper, nec ubique, neque ab omnibus fuerit admissum. Hoc illustravimus exemplo petito ex libris deutero canonicis, quibus certe hic canon applicari non potest: attamen uti canonici ac divini nunc ab ecclesia catholica habentur.150

u9) De nupt. el concupisc. lib. II. cap. 29. n. 51- *Cont. Julian. Pelag.* lib. VI. cap. 5- η. II. *Op. imp. cont. Julian,* lib. I. cap. 4. et alibi passim.

r,°) Cf. quae scripsimus de hoc vinccn-liano effato in tract. *De vera relig.* part. IL prop. HL η. 56. cum nola apposita. Quoniam vero adversarius nobis objecit auctoritatem Vincenlii lirinensis, ut solam Scripturam veluti credendorum adaequatam regulam constituat, liceat nobis etiam proferre Vincenlii verba quibus adversarius obruilur. Sic igitur in cit *Commonitorio.* cap. 25. scribit: .Heie fortasse aliquis interroget, an et haeretici divinae Scripturae testimoniis utantur? Uluntnr plane, et vehementer quidem. Nam videas eos volare per singula quaeque sanctae legis volumina, per Moysis, per regum libros, per psalmos, per apostolos, per evangelia. per prophetas. Sive enim apud suos, sive alienos, sive privalim, sive pnblice. sive in sermonibus, sive in libris, sive in conviviis, sive in plateis, nihil unquam pene de suo proferunt, quod non etiam Scripturae verbis adumbrare conentur. . . Cum coeperint divinas illas voces non jam proferre tantum , sed etiam interpretari, tunc amaritudo illa, tunc acerbitas, tunc rabies intelligetur, tunc novilium virus exhalabitur; tunc primum scindi sepem videas, tunc transferri patrum terminos; tunc catholicam fidem caedi, tunc ecclesiasticum dogma lacerari. . . . Nam sicut tunc caput (diabolus) capiti (Christo), ita nunc quoque membra membris loquuntur, membra scilicet diaboli membris Christi, perfidi fidelibus, sacrilegi religiosis, haeretici postremo catholicis. Sed quid tandem dicunt? ***Si,*** inquit, *filius Dei es. mitte te deorsum;* hoc est, si filius esse vis Dei et hacreditatem regni caelestis accipere, mitte te deorsum; id est, ex istius te sublimis ecclesiae quae etiam templum Dei putatur, *doctrina et traditione dimitte.* Ac si quis interroget quempiam haereticorum sibi talia persuadentem: Unde probas, unde doces, quod ecclesiae catholicae *universalem cl antiquam fidem* dimittere debeam, statim ille: *Scriptum est enim.* Et continuo mille testimonia, mille exempla, millé auctoritates parat de lege, de psalmis, de apostolis, dc prophetis, quibus novo et malo modo interpretatis, ex arce catholica in haereseos barathrum infelix anima praecipitetur." Totum describi deberet, si omnia, quae pulcherrime habet Vincentius de necessitate adhaerendi catholicae ecclesiae Traditioni et doctrinae, afferre quis vellet.

Heic vero omittere non possumus recens opus a Newman editum sub titulo *The Church of the Fathers,* seu *Ecclesia Patrum.* Londin. 1840, in quo cum plurima de Traditionis auctoritate habet, tum praesertim integrum caput X. de Vincentio lirinensi, ejusque circa Traditionem doctrina,

420. Ad 5. **Reap**, postremam hanc difficultatem ad receptas protestandum strophas atque calumnias esse referendam. F2cclesia enim romana seu catholica adeo non deprimit Scripturas ut iis in omnibus utatur, easque perpetuo commendet, eas sola integras servaverit, illarum editionem, quoad ejus fieri poterat, absolutissimam ediderit, damnaveritque protestantes eas mutilare volentes. Verum non est, cur putida haec prolixius persequamur.151 Illud dumtaxat animadvertimus, adversarium inconstantiam suam patefacere, dum agnoscit erga antiquitatem profitendum esse reverentiae et grati animi sensum, cum tamen juxta ipsum antiquitas causa extiterit errorum omnium *tenebricosi papismi.* Quomodo haec inter se componantur, ipse viderit.

421. **Dices:** Saltem in dubio de vero Scripturarum sensu, satis erit confugere ad *analogiam fidei,* quin nec.esse sit ad Traditionem recurrere.

422. **Resp.** *D.* Quando fides certo sancita est a legitima ecclesiae auctoritate, *Tr.* vel *C.* quamdiu ista incerta est ac fluctuat, *N.* Catholici non abnuunt confugere ad analogiam fidei, cum de obscuro aliquo agitur Scripturae textu, ad eum nempe exponendum juxta certam normam illam quam ab ecclesiae habent auctoritate. Verum protestantes ad illam se recipere non possunt, tum quia 1. numquam inter eos convenit de communi aliqua fidei professione, neque ex eorum principio convenire unquam poterunt; tum quia 2. secta quaelibet ad fidem illam peculiarem confugeret quam sectatur, adeoque anabaptistae e. gr., sociniani, methodistae, quackeri etc. ex hoc principio Scripturas exponerent cohaerenter ad suos errores; tum denique 3. quia nec individua singula protestandum semper consistunt in eadem fidei professione, cum hodie abjiciant quod hesterna die fide tenuerunt. Ita enim necessario fert indoles negativa protestantismi. 152

pag·. 165 — 196. Proclamat porro Newman eo loci catholicam Traditionem »fuisse revera fundamentum super quo antiquis temporibus servatum fuit strictum orthodoxiae depositum." Pag. 174. Idque exemplis Ambrosii, Gregorii nazianz., Athanasii, Hilarii, cactcrorum patrum confirmat, sed praesertim testimonio lirinensis, cujus per plures paginas verba luculentissima profert, ac summis laudibus extollit. Sed haec nimis jam sunt ad inanes Shultleworthii ictus retundendos.

‚5') Discrimen ingens inter venerationem quam quovis tempore catholici erga Scripturam sacram professi sunt, et sentiendi rationem seu potius contemptum quem pariter quovis tempore circa eandem haeretici tenuerunt, fuse persequitur doctus P. Cherubinus a s. Joseph in *Dissertat, prooemiali* sui *Apparatus biblici, Digressio secunda, in qua agitur de ignorantia Scripturae quam catholicis objicere solent haeretici nostri,* sect. I seqq. et art. XII. *Haereticorum contemptus circa sacr. Scripturam.* Incipit porro a Simone mago omnium haereticorum parente, et prolatis semper documentis rem continenter ducit ad Lulhcrum, Calvinum atque ntriusque asseclas usque ad aetatem suam. Capax porro esset hoc argumentum magni supplementi. Cf. tom. I. pag. 125 seqq. et pag. 229 seqq.

15a) In quo protestantes plane cum antiquis illis haereticis conveniunt, de quibus sic scribit s. Irenaeus *Cont. haeres,* lib. V. cap. 20: >.El ecclesiae quidem praedicatio vera et finna, apud quam una et eadem salutis via in universo mundo ostenditur.... Qui relinquunt praeconium ecclesiae, impe-

CAPUT II.

DE MEDIIS GENERALIBUS QUIBUS TRANSMISSA EST PRIMITIVA DOGMATICA TRADITIO. QUIBUSQUE TUTO COGNOSCI POTEST.

423. Jam ab ipso hujus sectionis initio animadvertimus, haud esse permiscendam Traditionem dogmaticam de qua agimus, seu potius hujusmodi Traditionis objectum, cum mediis per quae istud ad nos pervenit, aut quibus pervenisse nobis innotescit. Fieri enim potest, ut Traditio quidem viva voce transmissa fuerit, nec tamen integra ad nos usque promanaverit, sed pluribus saltem erroribus commaculata, uti reipsa Traditionis osores affirmant, quod paullo ante vidimus. Operae pretium exigit ut postremum hoc effugium adversariis eripiamus.

424. Jam vero inter haec media alia sunt generalia, alia vero particularia, seu quae peculiaribus documentis ostendunt quid ecclesia quovis tempore crediderit. De prioribus in hoc capite, de posterioribus in insequenti agemus.

425. Inter media, quae generalia nuncupavimus, publicum ac perenne ecclesiae magisterium recensemus, acta conciliorum praesertim oecumenicorum? acta item martyrum, sacram liturgiam, ecclesiae praxim in sacramentorum administratione atque in cultu religioso, nec non scripta patrum, deinde vero scholasticorum antiquiorum recentiorumque theologorum doctrinam, insuper ipsorum haereticorum, historiam denique ecclesiasticam. Unumquodque ex enumeratis mediis seorsum etiam spectatum magnam profecto vim habet, ac ineluctabile prorsus theologo suppeditat argumentum ad novatores profligandos: simul vero sumpta ad instar fluminis exundantis invadunt ac dejiciunt vel invitum et reluctantem animum.

426. Quoniam vero fieri nequit, ut in tractationis scholasticae angustiis pro rei gravitate de singulis late disseramus, satis nobis erit primoribus saltem, ut ita dicam, labiis ea delibare, quanti scilicet opus est theologiae candidatis, ut agnoscant in quibus postea se exerceant, si optatam velint metam attingere fidei catholicae hostes impugnando. Distinctis igitur paragraphis liberiorique methodo singula recensita media breviter percurremus, apposita interserentes monita, quae prae oculis in eorumdem usu habenda sunt.

ritiani sanctorum presbyterorum arguunt. . . . Tales sunt autem omnes haeretici, qui se plus aliquid praeter veritatem invenire putant; sequentes ea, quae praedicta sunt, *carie et multiformiter,* et imbecille facientes iter, *de iisdem non semper easdem sententias habentes, relut caeci a caecis circumducuntur."* Ita *bonus pater.*

§. I.

DE ECCLESIAE MAGISTERIO.

427. Christus Dominus, ut saepe adnotavinius, integrum fidei depositum contulit ecclesiae in apostolis eorumque legitimis successoribus sub Petri, ejusque successorum primatu, ipsisque mandavit, ut omnes sive convertendas, sive ad fidem conversas gentes docerent, pollicitusque est se iis, seu unicae ecclesiae suae in hoc ministerio usque in saeculi finem affuturum. Ex illo sane tempore numquam ecclesia destitit ab hoc ministerio obeundo sive quoad gentes nondum ad fidem conversas, sive quoad eas quas jam in sinum suum ipsa cooptaverat. Licet porro aliqua, aut si magis lubet, magna etiam doctrinae pars, quae primum viva solummodo voce annunciata fuerat, successu temporis, data occasione atque Spiritu S. inspirante, ab apostolis nonnullisque eorum discipulis scripto consignata sit; praeterquam quod, ut suo loco ostendimus, haec quoque ipsa scripta *quoad nos* ecclesiae suffragio indigebant, ut tamquam canonica et inspirata vim obtinerent, non tamen cessavit ecclesiae praedicatio et magisterium ideo, quod nullum ex iis scriptis capere detrimentum potuit. Imnio scriptum hoc verbum vitam, ut ita loquar, a jugi ecclesiae magisterio ac viva voce obtinuit et obtinet: ab hoc ejus sensus determinatur, et ab hoc completur quoad ea quae litteris mandata non sunt.

428. Quo fit ut I. haec instrumenta solum vim habeant in ecclesia a Christo instituta, seu in sola ecclesia catholica, quae scilicet in legitima illorum possessione est, a qua haeretici penitus exciderunt. Haeretici, sectarii omnes, seu acatholici non habent ifisi litteram quae occidit, non autem spiritum qui vivificat. Quo argumento jam aetate sua Tertullianus vehementer haereticos exagitabat, omnes, et est prorsus invictum. [1]

[1]) En Tertulliani verba quibus apprime quae constituimus, confirmantur: «Ergo non ad Scripturas provocandum est: nec in his constituendum certamen, in quibus aut nulla, aut incerta victoria est, aut par incertae... Ordo rerum desiderabat illud prius proponi, quod nunc solum disputandum est. Quibus competat fides ipsa: cujus sunt Scripturae: a quo. et per quos, et quando, et quibus sit tradita disciplina, qua fiunt Christiani; ubi enim apparuerit esse veritatem, et disciplinae et fidei Christianae, illic erit veritas Scripturarum, et expositionum, et omnium traditionum Christianarum. Christus Jesus Dominus noster, permittat dicere interim, quisquis est, cujuscumque Dei filius, cujuscumque materiae homo et Deus, cujuscumque fidei praeceptor, cujuscumque mercedis repromissor, quid esset, quid fuisset, quam voluntatem Patris administraret, quod homini agendum determinaret, quamdiu in terris agebat, ipse pronuntiabat, sive populo palam, sive discentibus seorsum; ex quibus duodecim praecipuos lateri suo adlegerat, destinatos nationibus magistros. ... Staliin igitur apostoli (quos haec appellatio missos interpretatur) assumpto per sortem duodecimo Mathia in locum Judae, ex auctoritate prophetiae . . . consecuti promissam vim Spiritus Sancti ad

429. II. Inde praeterea fit ut Traditio dogmatica identificetur cum ipsa ecclesiae doctrina, a qua separari nequit: quapropter etsi documenta deficerent omnia, solum hoc vivum ac juge magisterium satis esset ad cognoscendam doctrinam divinitus traditam, habito praesertim respectu ad solemnes Christi promissiones.

III. Exinde insuper patet non vocem mortuam manascriptorum codicum, sed vivam ac publicam ecclesiae vocem semper primam ac proximam fidei regulam esse, sive quoad infideles convertendos, sive quoad fideles conversos.

431. IV. Quodque propterea consequens est. ex hoc principio ecclesia constanter damnavit haereticos omnes, eo quod innovare quidpiam voluerint contra eam fidem, quam actu ipsa praedicabat, ut ex omni retro antiquitate compertum est: neque unquam ipsa disputavit cum haereticis temerariis, qui eam insigni ausu erroris arguere in sua praedicatione veriti non sunt, sed unam eis opposuit auctoritatem suam eademque una illos protrivit. 2 Quod si solet etiam adjicere vel Scripturae oracula vel Traditionis documenta, ita se gerit ad pusillorum instructionem, non autem quod aliqua ad id necessitate adigatur.

my.

432. V. Demum colligitur novatoribus omnibus jure merito posse theologum vigentem ecclesiae doctrinam opponere, cum perabsurdum plane sit, atque a bono sensu, ut ajunt, alienum affirmare, uti haeretici solent, ecclesiae auctoritatem valere quidem quoad priora tantum saecula, non autem quoad posteriora. Nam vel numquam valorem habuit, aut si habuit aliquando, etiam nunc habet. atque adeo usque ad mundi finem habebit. Cum vero plerique concedant eam contra anteriores haereticos valuisse, hoc ipso contra se sententiam dicunt.3

---

virtutes et eloquium, primo per Judaeam contestata fide in Jesum Christum, et ecclesiis institutis, dehinc in orbem profecti, eandem doctrinam ejusdem fidei nationibus promulgaverunt, cl proinde ecclesias apud unam eandemque civitatem condiderunt, a quibus traducem fidei et semina doctrina·· ceterae exinde ecclesiae mutuatae sunt, et quotidie mutuantur ut ecclesiae fiant; ac per hoc et ipsae apostolicac deputantur ut soboles apostolicarum ecclesiarum. Omnr genus ad originem suam censeatur nccesse est.- *De praescript.* cap. 18, 19, 20, cl alibi passim in toto hoc libro.

*) Quapropter Comes de Maistre in op. *Du Pape,* livr. I. chap. 1. sapienter scribebat: uL'église catholique n'est point argumentatrice de sa nature; elle croit sans disputer. . . Mais si Γ on vient à contester quelque dogme, elle sort (le son état naturel; étrangère â toute idée contentieuse, elle cherche les fondemens du dogme mis en problème; elle interroge l'antiquité; elle crée des mots surtout, dont sa bonne foi n'avait nul besoin, mais qui sont devenus nécessaires pour caractériser le dogme, et mettre entre les novateurs et nous une barrière éternelle.'

') Ridiculos profecto se produnt novatores recentiores, dum scribentes de novatoribus anterioribus, aut etiam ejusdem aetatis, sed a placitis quae isti propugnant dissentientibus, cos solent vocare *haereticos*, quin cogitent se in eadem categoria inveniri. Quo enim jure, ut unico exemplo insistam, lutlieranus Calovius suam habuit

S. II.

DE CONCILIORUM PRAESERTIM OECUMENICORUM ACTIS.

433. Cum ex dictis in prima hujuscc tractatus parte concilia oecumeniea universam repraesentent ecclesiam, pronum est inferre illorum acta, sanctiones imprimis dogmaticas, totidem esse solemnia et publica illius fidei testimonia, quam ecclesia profitebatur, quando unumquodque eorum celebratum est. Eo vel magis, quod, ut vidimus, concilia potissimum urgerent adversus haereticos Traditionem, seu vigentem ecclesiae doctrinam, et huic insisterent potius quam Scripturis, quae a novatoribus pervertebantur, et trahebantur ad proprium ipsorum privatum sensum.

434. Cavere tamen debet studiosus ne quae a singulis, aut pluribus etiam interdum concilii patribus prolata sunt, cum iis permisceat quae communi suffragio in concilio statuta fuerunt. 4

435. Cavere praeterea debet, prout omnes theologi admonent, ne confundat *objectum,* ut ajunt, definitionis cum *motivo:* in illo enim concilii patres testes sunt ecclesiae fidei et Traditionis, ac judices etiam controversiarum, non in isto, in quo obnoxii errori esse possunt: idem dic de quaestionibus incidentibus, aliisque ejusmodi. 5

436. Quod vero diximus de dogmaticis conciliorum oecumenicorum definitionibus, aequo jure de rom. pontificum dogmaticis decretis dici debet: ipsi enim organum praecipuum semper fuerunt Traditionis divinae ejusque testes publici, summaque pollentes auctoritate in proponenda tum ecclesiae romanae, tum ecclesiae universalis Traditione. Quapropter tuto poterit theologus ejusmodi pontificia decreta spectare uti genuina media propagationis dogmaticarum Traditionum, illiusque fidei quam ecclesia quovis tempore professa est. 6

oratione inauguralem, qua contendit demonstrare *haeresin neo-photinianam vel xocinianam ceu novorum paradoxorum et horrendorum portentorum matrem et impietatum damnatarum filiam., rationis adversus Dei Verbum insanientis foetum, ac diaboli s. litteras impie ronspurcantis excrementum ut novissimum , ita foetidissimum fugiendum, detestandum et exerrandum?* Cf. ejus op. cit. *Scripta Antisociniana,* tom. I. part. I seqq. Si talis est photinianismus et socinianismus condemnatus ab ecclesia catholica, quid erit lutberanismus et proleslanlismus eodem jure eademque auctoritate ab ecclesia pariter damnatus? Si doctrina lutherana et protestatis non est haeresis, neque talis erit pholinianistni ct socinianismi doctrina; si sociniani et photiniani sunt *haeretici,* quare *haeretici* non erunt protestantes?

Cum discutiatur doctrina sancienda in conciliis antequam veniatur ad definitionem edendam, fieri potest ut a patribus ea proferantur quae minime probanda sunt. Praeterea cum patres ante definitionem aliquid proferunt, id ut privati faciunt; decreta autem nomine totius concilii , ac proinde ecclesiae eduntur.

4) Cf. Melch. Canum *De locis,* lib. V. cap. 5. ubi plura quae ad hoc argumentum referuntur, adnotat doctissimus hic auctor.

6) Etiam constitutionibus dogmaticis rom.

437. Adjecimus porro conciliorum *praesertim* oecumenicorum, ne excludere videremur concilia particularia quaecunique demum fuerint, sive nationalia sive provincialia. Exploratum siquidem est magnam esse istorum in ecclesia auctoritatem, plures haereses istorum opera fuisse damnatas et extinctas, quae in aliqua peculiari provincia erant exortae, ac propterea istorum acta totidem esse fidei ac Traditionis in peculiaribus illis regionibus vigentis documenta. Quod si fuerint haec concilia ab ecclesia universa recepta, probataque a rom. pontificibus, ob hanc ipsam susceptionem et approbationem habenda erunt tamquam testimonia Traditionis ecclesiae universalis plane ineluctabilia.7

DE MARTYRUM ACTIS.

438. Nemo inficias ibit antiqua ac genuina sanctorum martyrum acta nobis exhibere Traditionis dogmaticae certissima documenta, ex quibus, quid circa plures fidei articulos, qui nunc in controversiam vocantur, senserit ecclesia, dignoscimus. Etenim praeterquam quod, ut scite animadvertit Ruinartius, cum ex divinis litteris habeamus, eorum dicta, cum praesidibus sisterentur, superno instinctu pronuntiata fuisse, fit, ut eorum responsa, quae in his actis ad praesidum quaestiones continentur, pro sacris oraculis merito habenda sintB; ea illi in suis responsis protulerunt quae ab ecclesiae pastoribus didicerant, ac merito proinde uti Traditionis et ecclesiae fidei, quae uniuscujusque aetate vigebat, testes locupletissimi habentur.

439. Immo vero et illud adjicimus, peculiare istorum actis inesse pondus, quatenus ex illis discimus quaenam in domesticis ac publicis ecclesiae conventibus doctrina traderetur absque ulla privatae ac subjectivae, ut ita loquar, explicationis admixtione, quae quandoque difficultatem facessit in genuina patrum mente assequenda.9 Eo vel magis quod plures ex ipsis aut

pontificum applicari debent quae de distinctione inter objectum definitionis ejusque motiva disseruimus. Ideo vero quae spectant ad concilia oecumenica el ad romanos pontifices, complexi simul sumus, quia tam dia cum probata fuerint a rom. pontificibus, quam isti suprema gaudent auctoritate, et orgaua sunt divinae traditionis de qua loquimur.

T) Luculentum hujus rei exemplum habemus in cone, arausicano II. cujus decreta adversus pelagianos ac semipelagianos lata, uti dogmatica ab omnibus censentur.

*) In *Praef. general, in Acta martyr, sincera.* §. 1. n. t.

') Etenim patres, uti alias animadvertimus, veritates revelatas seu Christianae fidei dogmata quoad modum ea exponendi subjiciebant, ut ita dicam, subjectivis suis conceptibus juxta philosophiam quam profitebantur. Hinc receptae quaedam ab ipsis loquendi formae cum de mysteriis dissererent, quae obscuritatem ingerunt, ae difficultatem facessunt minus in illorum philosophandi ratione peritis, quod et experimur in scholasticis, postquam isti aristolelicam philosophiam adoptarunt et quodam veluti connubio cum theologia conjunxerunt. Huc spectat quod Petavius in capitibus **III**. IV et libri primi de Trinitate scripsit circa

focminae, aut vulgares rudesque homines essent ex laicorum coetu, qui candide et absque fuco quid crederent, exponebant ac profitebantur.10

440. Huc accedit, quod horum actorum lectio fidelibus minime permitteretur quin prius ab episcopo illa recognita fuissent ac probata”: quod legerentur in publica ecclesia praesulibus inspectantibus, quorum suffragium minime latura fuissent si quid a recepta ecclesiae fide absonum prae se tulissent.12 Hinc nihil validius, nihil magis idoneum ad confundendos socinianos et unitarios circa ecclesiae fidem, quae tribus prioribus ecclesiae saeculis de Trinitate, Verbi Incarnatione, divinitate Christi, aliisque mysteriis obtinuerit, his actis proferri potest. Item adversus hagiomachos protestantes quoad sanctorum cultum et invocationem, reliquiarum venerationem, nihil potest aptius urgeri quam quae in martyrum actis passim leguntur, quae nobis ecclesiae catholicae fidem exhibent per id temporis de illis articulis invalescentem.

441. Quare non solum auctores catholici exinde argumenta sumunt ad Traditionem dogmaticam ecclesiae adversus fidei hostes evincendam, verum etiam sectarii ad pugnandum contra socinianos 13; qua tamen cohaerentia cum principiis suis id efficiant, quoque tandem exitu, ipsi viderint.

§. IV.

DE SACRA LITURGIA.

442. Maximi faciendam esse auctoritatem sacrae liturgiae, eamque habendam uti testem omni exceptione majorem Traditionis et ecclesiae fidei, is solus inficias iverit, qui non adverterit in illa ecclesiarum omnium exhiberi vocem ac testimonium, episcoporum, presbyterorum, et plebis ipsius suffragia, leges, ritus, effata, dogmata. 14

loquendi modum quo patres antenicacni usi sunt agentes de Verbi divinitate, ejusque aeterna generatione.

10) Ejusmodi sunt responsiones sapientia plenae quae judicibus paganis datae leguntur in actis s. Symphorosac, ss. Felicitatis ac Perpetuae, aliarum sive foeminarum sive rudium virorum, de quibus egimus in tract, de Trinitate et Incarnat.

11) Cf. Kuinart loc. cit. n. 3, 4, 5.

”) Ibid.

”) Sane quoad auctores catholicos satis est oculos conjicere in celebre opus D. Maran. *Divinitas D. Λ'. J. C.* praesertim lib. IL cap. 4. quod inscribitur: *Idem,* ecclesiae fides de Christi divinitate, *demonstratur ex testimoniis ss. martyrum.* Quoad sectarios vero id patet ex Calovio op. cit. tom. II. pag. 484 seqq. ubi hic adstruil fidem de ss. Trinitate ex actis martyrum, qui decem primis persecutionibus mortem pro Christo sustinuerunt.

”) Cf. Zaccariam in *Dissert, de liturgiarum in rebus theologicis usu,* cap. 4. §. 2. Profecto s. Augustinus in disputationibus quas habuit contra pelagianos ac semipelagianos, perpetuo urget argumentum ex ecclesiae liturgia desumptum tamquam validissimum ad ipsorum infringendos conatus; unum vel alterum testimonium s. Ductoris, speciminis gratia, afferamus. Sic enim loquitur *e/>. CCXVH. al. CV1I. ad Vitalem,* n. 2: «Exsere contra orationes ecclesiae disputationes tuas, et quando *au-*

443. Si quid propterea occurrerit omnium liturgiarum consenau lirina- tum. vehit ecclesiae ipsius testimonium spectari debet. Ex liturgiis vero seorsum sumptis ea praeferenda est, quae nobiliori in ecclesia usu recepta est. Inter occidentales ecclesias primum locum obtinet liturgia romana '5, deinde vero gallicana16, liispanica vulgo mozarabica nuncupata. 17 Inter orientales principem locum sibi vindicat liturgia Jacobi omnium antiquissima, quaeque in usu fuit penes plerasque orientales ecclesias, et adhuc in pluribus viget18; deinde veniunt liturgiae graecae quae a ss. Cyrillo, Basilio, Chrysostomo nomen habent19, ac liturgia armena.30

444- Vix aliquod fidei dogma est ex iis quae catholica profitetur ecclesia, quod illae non adtestentur. Talia sunt dogmata Trinitatis 21, divinitatis Verbi et Spiritus Sancti33, divinitatis Christi, veritatis Incarnationis,

dis sacerdotem Dei ad altare exhortantem populum Dei orare pro incredulis, ul eos Deus convertat ad fidem, et pro catechumenis, ut eis desiderium regenerationis inspiret, et pro fidelibus, ut in eo quod esse coeperunt, ejus munere perseverent, subsanna pias voces ₡tc. Et in lib. *De dono perseverantiae,* cap. 23. n. 63: .Ulinam, inquit, tardi corde et infirmi, qui non possunt vel nondum possunt Scripturas, vel earum expositiones inlelligere. sic audirent vel non audirent in hac quaestione disputationes nostras, *ut magis intuerentur orationes suas,* quas semper habuit et habebit ecclesia ab exordiis suis, donec finiatur hoc sacculum." Et alibi passim. Sic etiam exinde depromit argumenta s. Hieronymus, auctor libri *De vocatione gentium,* aliique: cf. card. Bonam *Rerum liturgie,* lib. I. cap. 7. §. 3. cum eruditis adnotation. Rob. Sala, tom. I. pag. 106 seqq.

14J Cf. Moratorium, *Liturgia Romana vetus.* Diss. *De rebus liturgicis,* cap. 2. *De Rom. ecclesiae liturgia.*

ie) Cf. Mabillon, *De Liturgia Gallicana,* Lutet. Paris. 1685. Lib. L cap. 4.

*') Cf. card. Bona op. cit. lib. L cap. 11.

ɟ Cf. Renaudotium. *Liturgiarum orientalium collectio,* Paris. 1716. Tom. L diss. L *De liturgiarum orientalium origine et antiquitate,* cap. 4. Item Joann. Aloysiuiu Assemanum in op. *Cudex liturgicus ecclesiae universae,* Romae 1749. Tom. IV. part II. Praef. pag. XXV. adnotat, quod .■hierosolvmitanam liturgiain amplexae sunt nedum omnes subjectae ecclesiae, verum et alienae quamplures, quin fere omnes orientales ad illam suas liturgias expresserunt et accommodarunt. Syri ergo fere omnes illam probarunt, eaque etiam modo utuntur, quamvis in nonnullis pro diversitate locorum, et libertate episcoporum non omnes sibi consentiant.u Eadem fere repetit ibid, sect VL pag. 55.

*') Cf. Renaud., Asseman. op. el loc. cit. nec non Le Brun, *Explication littérale, historique et dogmatique des prières et des cérémonies de la Messe.* Paris 1741. Tom. II et III.

Cf. Le Brun op. cit. tom. III. diss. X. Liturgiam armenam in linguam italicam conversam edidit cl. P. Gabr. Avedichian mechitarisla, Vend. 1832.

21) Etenim in Missali golhico thomasiano ed. Vezzosi, Romae 1751. Tom. VL pag.243. legitur: -Qui unum Te Deum dominantem, distinctum nec divisum, trinum nec triplicem, solum nec solitarium, consona laudamus voce;® et in Missali gallicano vetere ibid: .In Trinitate divina non est quod majus minusve credendum sit: si quid *{siquidem,* ex Mabillonio) ubi unus major dicitur, deesse minori aliquid indicatur. In hac ergo ipsa divinitate, si aliud majus quis aliud minus adserat. et ipse majestati contumeliam facit, quam majorem putat etc.·

M) Cf. sacramentarium Leoni M. tributum apud Murator, op. et ed. cit. pag. 476. Item sacramentar. gelasiau. ed. a B. card. Thomasio pag. 4. ac pag. 46. et in Missali gothico pag. 231. Libellum insuper oratio-

Deiparae non solum virginitatis, sed et *integritatis in partu*23, primatus s. Petri romanique pontificis2;* infallibilitatis ecclesiae, supereminentiae episcoporum supra presbyteros25, gratiae necessitatis, peccati originalis propagationis, sacrificii incruenti, realis Christi in Eucharistia praesentiae, transubstantiationis 2C, purgatorii demum, et cultus invocationisque sanctorum.27

445. Cavendum tamen est ab illis particularibus liturgiis, quae aut singularia, aut paradoxa, interdum etiam falsa aliqua continent, quae, hoc ipso quod a reliquis discrepent, minus idoneae ad auctoritatem faciendam sunt, praesertim quae apud antiquos haereticos reperiuntur 28, aut quae aequioribus aevis fuerunt interpolatae, aut mendis scatent. Oculo enim critico in his opus est, ac probati illi auctores adeundi, qui docte ac erudite operam in illis illustrandis posuerunt. 29

DE PRAXI ECCLESIAE IN PUBLICA ET SOLEMN! SACRAMENTORUM ADMfNISTRATIONE, ET CULTU RELIGIOSO.

446. Quamquam duo haec, veluti partes intégrales sacrae liturgiae spectari possint, nihilo tamen secius principem sibi locum vindicant et auctoritatem in re de qua agimus singularem. Nam liturgia proprie ad ritum spectat, quo publicus Deo exhibetur cultus, sacrificii praecipue oblatione: ad-

num gothico-hispanum editum a Blanchtnio pag. 35.

°) Quoniam nonnulli neoterici in Germania his annis haud erubuerunt docere B. Virginis uterum in partu reseratum esse, placet hic ex libello gothico-hispano nonnullos exlus proferre ad eorum confusionem; sic igitur legitur pag. 35 : «Salvator omnium Jesu Christe, qui novae operationis efficacia Virginem per angelum visitas, Verbo foecundas *habituram sine corruptionis injuria prolem, et permansuram cum integritate virginea matrem* etc. pag. 27: «Intra ejusdem urbis bethlemiticac septa Genitricem Mariam et materno honore sublimas, cl virginitatis honore glorificas; cujus uterum *nec ingrediens reseras, nec egrediens violas."* Similia leguntur pag. 28, 29. Item in Missali gothico pag. 235, 256. Nec non in *sacramcntario gelasiano,* pag. 9. et in *leoniano*, coi. 473.

2I) In *Sacram, leoniano,* coi. 333. et *in.Missali gothico,* pag. 315.

”) In cit. *Sacram. leoniano,* coi. 330 ac 334.

2ð) Singulorum horum articulorum ex liturgiis veritatem ostendit, adductis auctoritatibus, Zaccarias diss. cit. *Corollar.* X et seqq. Cf. etiam Moratorium et Josephum Alovs. Assemanum in citi, disseri.

27) Cf. Zaccariam op. cl loc. cit. *Coroli.* XVII el XVIII.

2S) Exploratum enim est veteres haereticos nestorianos, eutychianos, aliosque sectarios in articulis in quibus ab ecclesia catholica dissentiebant, liturgiam corrupisse ac interpolasse eam accommodantes erroribus suis, quo factum est, ut in reprehensionem ob ejusmodi nefarium ausum apud veteres incurrerint. Cf. Le Brun diss. cit. Hac de causa eruditus Zaccarias canones subjicit ad bene auctoritate liturgiarum utendum in rebus theologicis.

Praeter cilt. auct. cf. Grancolas, *Les anciennes liturgies,* trib. voluni. Paris 1699. Benedictum XIV. *De sacrificio missae; De Azevedo* S. J. *exercitationes lituryicae*, Romae 1750.

ministratio autem sacramentorum publica ac solemnis ritus illos complectitur quibus divina haec gratiae instrumenta ab ecclesia in praxim deducta sunt; cultus vero religiosus sic generatim sumptus pro objecto praeterea habet festos dies, vigilias, aliaque ejusmodi, quae servari consueverunt.

447. › Porro ut primum insistamus in sacramentorum administratione. cum in ea agatur de re in usu quotidiano posita, nemo sanus in dubium revocaverit ex illa testimonium publicum, perenne, universale et constans Traditionis dogmaticae erui circa eorumdem sacramentorum numerum, effi-caciam peculiares effectus, ac dispositionem ad ea rite suscipienda. Cum igitur ex omnibus deprehendamus graecorum orientaliumque ecclesiarum euchologiis, atque ex occidentalium seu latinorum ritualibus ac sacramentariis, septem ubique quovis tempore fuisse sacramenta administrata, nonne audaciae, ne dicam amentiae protestantes arguuntur, .qui ea ad quatuor terve. postremo^ad duo redegerunt? Idem dic de gratia quae per ea conferri omnia illa pariter documenta testantur30, de effectibus qui iis tribuuntur circa characterem, de infantium baptismate, de exorcismorum usu quo pelagiauos jam aetate sua s. Augustinus premebat31, de conscientiae puritate ad sacram afferenda synaxim. de confessionis auricularis usu, aliisque similibus. 32

448- Quod vero ad religiosum cultum spectat, quaenam fuerit primitivae ecclesiae doctrina, exinde deprehenditur circa sanctorum venerationem, cum videamus institutos festos dies, celebrata jejunia ad sanctorum martyrum memorias recolendas vel ab ipsius ecclesiae incunabulis 33, circa venerationem reliquiarum et imaginum34, circa aquam lustralem35, quam adeo protestantes despiciunt, aliaque permulta, quae sin minus dogmata attingunt, plurimum tamen valent ad liberandam ecclesiam romanam a toties in eam impacta calumnia de turpi superstitione in quam dilapsa sit, postquam medio praesertim aevo *papismus,* uti loquuntur, deteriorem ac tenebricosiorem formam induxit. Ita strenue interdum protestantes nugantur'

449. Quum porro de religioso disseritur cultu, de eo disseritur qui in ecclesia universa receptus est. non autem de peculiaribus qui singulis in ecclesiis recepti stint ritibus, quique spectari possunt ceu singulares cultus

3n) CL Edmund. Marlenium, *De antiquis ecclesiae ritibus,* in iis quae circa sacramenta singula praemittit. Renaudotium, *La perpétuité de la foi de l'église catholique sur les sacrements,* tom. V.

”) Reeol. superius dicta.

3Î) Cf. quae scripsimus in tract. *De Eucharist.* et *De Poenitenl.* CL praeterea Gabr. Albaspinaei, *De ecclesiae ritibus observationum libri duo.* Lutet. Paris. ‡623 Joann. Bapt. Casalii. *De veteribus sacris Christianorum ritibus,* Romae 1647; Jos. Vicecomilis, *Observationes ecclesiasticae.* Paris. 1618.

'*) *Ct. Constitue aposlol.* lib. V. cap. 8 et 13. apud Cotelerium, tom. I.

”) Vid. quae scripsimus in tract. *De cultu sanet.*

**) Cf. *Const, apostol.* lib. VIII. cap. 29- Cf. etiam Casalium op. cit. part. IIL cap. 37.

modificationes, quique valorem partialem habere possunt pro eorumdem antiquitate et ecclesiarum nobilitate, in quibus observari consueverunt.36

VI.

DE SANCTIS PATRIBUS.

450. Gravissimo sanctissimoque *Patris* nomine eos donavit ecclesia, inquit Natalis argoncnsis37, qui antiquitate, sanctimonia, doctrinaque in assendis vindicandisquc ecclesiae dogmatibus firmam et celebre nomen adepti sunt.38 In tres solent veluti aetates distribui, quarum prima tria priora complectitur saecula, secunda tria saecula insequentia, tertia demum a saec. VII. initio usque ad saec. XII. protenditur, usque nempe ad s. Bernardum, qui *novissimus patrum* vocari consuevit.39 Hac enim aetate nova *scholastica* disputandi methodus sin minus invecta, longe saltem lateque diffundi coepit. Quare nec patres ad scholasticorum ordinem referendi sunt, neque scholastici patribus accensendi.

451. Duo in patribus apprime secerni debent, quae passim permisceri consueverunt: qualitas nempe, ut ita dicam, *testis,* et qualitas *doctoris.* Interdum enim patres suis in scriptis se testes exhibent traditionis ac doctrinae ecclesiae, quae, aetate qua quisque floruit, obtinebat; interdum vero disputatoris ac theologi partes sustinent, qui fidei articulos enarrant, tuentur, ac multiplici ratione vindicant, doctrinam etiam ecclesiae illustrant, consectiones deducunt, comparant, modum denique quo eadem doctrina ab ipsis subjective concipiebatur, tradunt, uti a doctoribus nostris theologiae explanatoribus fieri solet.40

452. Porro diversa omnino ratione spectari patrum auctoritas debet, quando se Traditionis ac fidei ecclesiae testes perhibent, ab ea qua uti

M) Ejusmodi e. gr. sunt ritus qui in nsu sunt in ecclesia mediolanensi, quae adhuc servat ritum ambrosianum. De his ritibus qui in peculiaribus ecclesiis recepti erant, fuse scribit s. Augustinus in duabus epistolis ad Januarium datis, quaeque in edit. maur. sunt n. 54 et 55.

”) In op. *De optima tependorum ecclesiae Patrum methodo.* Augustae Taurin. 1742. part. I. cap. 1.

3S) Quatuor igitur conditiones requiruntur, ut quis ecclesiae Doctor vel Pater renuncietur, doctrina scilicet eminens, insignis sanctitas, ecclesiae testimonium, ac demum notabilis antiquitas. Quamvis porro Tertulliano et Origeni ecclesiae testimonium desit, vulgo tamen in albo Patrum recensentur ratione habita antiquitatis atque insignis doctrinae, quae in utroque fulsit.

39J Egregiam s. Bernardi vitam duobus voluminibus in 8. novissime edidit cl. Theod. Ratisbonne, Paris. 1841, quae haud parum confert sive ad pietatem excitandam, sive ad ejusdem s. patris scriptorum intelligentiam consequendam.

'°) Cf. quae praeclare hac dc re scribit Petavius in *Proleg.* cap. II. §. 2 seqq. ubi et ipse distinguit inter ea quae patres uti Traditionis testes scripserunt, et quae veluti doctores disseruerunt. Item Bolgeni in op. *Stato de' Bumbini morti seirza battesimo,* Macerata 1787. Part. I. *Prelimin.* III, IV et V.

doctores *circa* eandem fidem traditionemque disceptant. In prioji enim caeu *ineluctabilis* prorsus est eorum auctoritas, si omnes aut plures etiam, aut *pauci* quandoque conveniant, quoties plures aut pauci isti ecclesiae suffragium pro se obtinuerint.41 Sic enim illorum auctoritas identificatur cum Traditione, immo et cum ipsa ecclesiae auctoritate.42 In posteriore autem casu quo patres tamquam doctores se gerunt, venerationem quidem merentur tantam quantam uniuscujusque eorum antiquitas, doctrina ac sanctitas exposcit, talis nihilominus non est illorum auctoritas, ut si graves praesertim rationes id postulent, piaculum sit, debita semper cum reverentia, ab eorum placitis discedere.43 Sane haud paucae offenduntur in patrum scriptis sive privatae

41) Tales praecipue sunt quos divina providentia identidem excitavit adversus peculiares haereticos, e. gr. s. Athanasius adversus Arium, s. Cyrillus alex, adversus Nestorium, s. Leo M. adversus Eutychen, s. Epiphanius adversus Aérium, s. Augustinus adversus Pelagium, et ita porro.

41j Quo sensu quinta synodus collât. IΓI. seu ut placet Gennadio synodus VI. constituit: -In omnibus sequimur et sanctos ac doctores sanctos Dei ecclesiae ... et omnia quae ab ipsis scripta sunt de recta fide et ad haereticorum condemnationem, admittimus. | Apud Gennad. pag. 317. Item in synodo VII. hoc decretum editum est: nilis qui rejiciunt sanctorum patrum voces, quae ad confirmationem rectorum dogmatum ecclesiae Dei pronunciatae sunt Athanasii, Cyrilli,'Ambrosii. . . Augustini ac ceterorum; tum acta synodorum oecumenicarum, quartae, inquam, et sextae non amplectuntur·. anathema sit.' Ibid. pag. 317. Grace, conc. Flor. Hinc Cyrillus alex, in *Defens.* anathematismi VILI, affirmat patres *luminaria fuisse, verbum citae continentes;* et in epist. I. ad Successum de Incarnationis dogmate ac fide *doctus nos ait a divina Scriptura,* cl *sanctis patribus;* et in fine ejusdem epistolae: «Sequentes, inquit, ubique orthodoxa sanctorum patrum decreta, contra Nestorii dogmata librum conscripsimus." Quocirca s. Martinus papa I. in lateran. concilio dictum illud merito approbat Victoris Carthaginiensis, quo hortabatur: .Nihil permittere dici noviler a quopiam. quod sanctorum patrum traditio minime definivit." Cf. Petav. loc. cit. Cf. etiam Natalem argonensem op. cil. part. I. cap. 4 seqq.

u) Huc. referuntur quae passim s. Augustinus prudenter inculcat, ut in *epist. CXLVlll. ad Fortunatianum,* n. 15. ubi scribit: Neque enim quorumlibet disputationes, quamvis catholicorum cl laudatorum hominum, velul Scripturas canonicas habere debemus, ut nobis non liceat salva honorificentia, quae illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare atque respuere, si forte noverimus quod aliter senserint quam veritas habet, divino adjutorio vel ab aliis intellecta, vel a nobis. Talis ego sum in scriptis aliorum, tales volo esse intellectores meorum;· lib. vero XI. *Conlr. Faustum manich.* cap. 5. cum de Scripturis sacris disseruisset quibus fides omnimoda adhibenda est, subdit: -In opusculis autem posterorum, quae libris innumerabilibus continentur, sed nullo modo illi sacratissimae canonicarum Scripturarum excellentiae adaequantur, etiam in quibuscumque eorum invenitur eadem veritas, longe tamen est impar auctoritas. Itaque in eis, si qua forte propterea dissonare putantur a vero, quia non ut dicta sunt inlelligunlur, tamen liberum ibi habet lector audilorve judicium quo vel approbet quod placuerit, vel improbet quod offenderit ... si cui displicuerit, aut credere noluerit, non reprehenditur." Demum, celeris omissis, in *epist. LXXXI. ad Ilieronyin.* n. 3. commemorato eodem de Scripturis canonicis judicio, pergit: .Alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate doctrinaque praepolleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt; sed quia

opiniones, sive exegelicae Scripturarum expositiones, quae non omnibus probantur, immo etiam rejiciuntur. Patres quoque non semel inter se, salva caritate, conflictantur atque ab invicem dissentiunt. H In his propterea ponderanda sunt rationum momenta, fundamenta inquirenda auctoritatum quas pro se adducunt, critica demum lance singula expendenda sunt.45

453. Ad dignoscendum vero quandonam patres censeri debeant velufi Traditionis et ecclesiasticae doctrinae testes, nonnullae in promptu regulae seu principia habenda prae oculis sunt: ac 1. si id expresse affirment uti saepe ab ipsis fit: 2. si aliquod doctrinae caput tamquam certum et exploratum, et in ecclesia receptum exhibeant; 3. si vix nova exorta sententia in illam statim exsurgant tamquam in errorem aut haeresim receptae in ecclesia doctrinae adversantem: 4. si illius auctorem exagitent veluti novatorem et haereticum 5 5. si omnes aut plerique saltem ejusdem aetatis conspirent in proponendo aliquo articulo uti ecclesiae ac fidei doctrina, aut in dogmatica alicujus Scripturae textus expositione afferenda: quod et de moribus similiter, seu de doctrina morali debet intelligi. 46

454. Heic tamen sedulo animadvertendum est, in scriptis quoque patrum distinguere nos debere *objectum* fidei quod tamquam Traditionis testes propugnant, a *motivo* seu etiam a modo quo illud adstruunt. In *objecto* enim fidei proponendo vere se testes produnt, in ratione autem qua illud defendunt aut vindicant, jam uti doctores sese gerunt; interdum debiliores probationes adducunt, quibus tamen infirmari veritas nequit ipsius *objecti.* 47 Animadvertenda insuper diversa ratio est, qua patres utuntur quando propriam sententiam adstruunt, ah ea qua fidei dogmata ex Traditione propugnant. Etenim cum propriam tuentur sententiam, sic disserunt ut nullam diverse sentientibus notam inurant, immo liberum ceteris relinquant proprium sectari placitum, ut patet ex iis, qui contendebant iterum tingi debere ab haereticis baptizatum ex iis, qui regnum millenarium adstruebant, aut inspirationem septuaginta interpretum, aliaque ejusmodi propugnabant49: contra vero cum

mihi vel per illos auctores canonicos, vel probabili ratione, quod a vero non abhorreant, persuadere potuerunt.“

**) Illustre hujus rei exemplum habemus in ss. Hieronymo et Augustino, qui in nonnullis inter se disceptabant, salva caritate, ut palet ex utriusque doctoris epistolis.

°) Cf. Natal, argonens. op. cit. *De opi. legend. pp. Meth.* part. III. cap. 11.

Cf. Maran. *Praef. in opp. s. Justini,* part. II. cap. XIII. §. 4. num. 1 seqq. et Melch. Canum , *De loris,* lib. VII. cap. 2 seq.

Cf. Melch. Can. loc. cit. cap. 2. et P. KilberS. J. in op. *Principia theologica,* Wirceburgi 1771. Disput. III. *De principiis adjuvantibus,* cap. 1. art. 1 et seq. ubi plura scitu digna adnotal circa sanctorum patrum usum in re theologica.

,sj Cf. quae scripsimus in tract. *De sacrum. in gen.* cap. 3. n. 121.

4’) Cf. Maran. loc. cit. n. 2. qui animadvertit Justinum ita regni terrestris commentum defendere, ut purae et integrae fidei testimonium adversariis tribuat, contra vero in *Dial, cum Tryphone,* n. 80. chrislianos esse negat eos, qui resurrectio-

de fidei ageretur doctrina, nullum patiebantur aliter sentire, e. gr. circa fu. tutam corporum resurrectionem, divinitatem Verbi vel Christi, inspirationem prophetarum etc.

455. Quae si prae oculis habeantur, facile erit os patrum obtrectatoribus obstruere, dum vel eorum errores in critica, in physicis, in exegetica, in historia. in peculiaribus sententiis exaggerant 50; quamvis enim admittantur ejusmodi naevi in patrum libris, non ideo extenuatur ipsorum auctoritas, quando juxta modo expositas regulas veluti testes Traditionis atque communis fidei se praebent.51

VU.

DE SCHOLASTICIS THEOLOGIS.

456. Sanctos ecclesiae patres in re de qua agimus scholastici theologi exceperunt. Hi pariter dupliciter spectari debent, tum scilicet uti Traditionis

nem non crednnt: sic etiam quamvis idem s. martyr septuaginta interpretum inspirationem tueatur, attamen longe diversa ratione id propugnat ab ea qua prophetarum asserit inspirationem. Judaeos enim in hoc tantum castigat n. 68, 71, 72. quod elaboratam apud Ptolemaeum interpretationem immutare et vituperare anderent: minime vero, quod divinitus inspiratam non crederent; et ita de aliis ejusmodi dicatur.

M) Inepte prorsus ad patrum auctoritatem minuendam ejusmodi errores ab haereticis objiciuntur ac novissime a Shuttleworth op. cit. pag. 46 seqq. cum nemo catholicorum sit qui regulas non assignet adhibendas in recto auctoritatis patrum usu.

J') Ex his quae hactenus circa patrum auctoritatem constituimus, refellitur quod ab oxoniensibus retundi in catholicos solet, eos videlicet profiteri venerationem erga patrum auctoritatem in abstracto, sive theoretice, rejicere vero in praxi, cum sibi adversantes experiuntur. Ilanc accusationem inter ceteros promovent Palmer ac Newman: prior enim in cit. *Tract, de ecclesia.* vol. II. part. III. cap. 3. pag. 61. in not. hujus agendi rationis accusal Michael cm Medina et Maldonatum; Newman vero incusat praeterea lect. IL pag. 62 seqq. Petavium perinde ac si confessores ac martyres antenieaenos una cum patribus hetcrodoxiac circa Trinitatem reos fecerit, item Bellarminum eo quod nonnullos patres circa purgatorium haud recte in omnibus sensisse affirmaverit. Dum talia obtrudunt oxonienses, quid intendunt? Si contendant catholicos patrum auctoritatem respuere prout testes illi sunt Traditionis, vehementer errant, cum hoc aperte adversetur ipsorum doctrinae; si autem velint catholicos haud caeca ratione patrum auctoritatem sectari in iis quae fidem non attingunt, sed. eos exigere ad quasdam normas, fatentur hoc ipso eos delectum quendam habere in eorum sententiis amplectendis. Celerum, quidquid sit de Medina quem nostrates etiam temeritatis incusant, dum aëriani erroris tot patres insimulat absque ullo vel levi fundamento, certe Newman ostendit se numquam legisse praefationem in sex capita distinctam quam libris de Trinitate praefixit Petavius. Sed hoc de argumento cf. Zaccariam in Pelavii apologia.

Praeter auctores citatos cf. circa patrum auctoritatem coruinque usum Thomasinum in tractatu I. *De theologiae prolegomenis,* qui prostat in *Dogmatum theologicorum,* tom. III. Paris. 1689: item *Prodromum ad theologiam dogmatico-scholasticam* P. Gautier S. J. in *Thesauro* Zaccariae, tom. I. cap. 2. art. VI; De Moissy, *La methode dont les Peres se sont servis en traitant des mystères,* Paris 1683: quod postremum opus a Bossuelo commendatum fuit.

"

Ili :

* |

testes ot traduces, atque uti doctores, qui acceptam ab antiquitate doctrinam et propugnant et illustrant. Qui primum invexisse methodum scholasticam perhibentur, sunt s. Joannes damascenus inter graecos, et s. Anselmus cantuariensis inter latinos; eam deinde excoluerunt atque ad perfectionem adduxerunt potissimum Magister sententiarum seu Petrus Lombardus, s. Thomas Aquinas ac s. Bonaventura, quos deinceps innumeri pene subsecuti sunt. 52

457. Nos sub priori adspectu hic scholasticos spectantes eos magni faciendos existimamus, praesertim ex eo quod ecclesiae doctrinam ad quaedam capita redegerint, ac formulis determinarint. Evidens porro est, quod cum ipsi ejusmodi doctrinae capita collegerint ac formulis determinarint, secuti sint receptam in ecclesia doctrinam et Traditionem, non autem ex arbitrio ita se gesserint. Quando propterea docuerunt e. gr. septem esse ecclesiae sacramenta, *tria* ex his imprimere characterem, Christi corpus esse *realiter* ac *substantialiter* praesens in eucharistia, quando *transubstantiationem* vocarunt modum quo Christus in eucharistia praesens fit, aliaque id genus multa miro plane consensu tradiderunt; dubium esse non potest, quin ea a majoribus acceperint: cumque suffragium ipsius tulerint ecclesiae, patet ineluctabilem esse hac in parte illorum auctoritatem. Quare inique prorsus se gerunt protestantes, qui cum has formulas hancque determinationem in sanctis antiquioribus haud reperiant, commenta scholastica inclamant. Hi non satis inter enunciatam veritatem distinguunt et enunciationis formam; haec siquidem scholasticis tribuenda est, veritas autem antiquitati et Traditioni.

458. Quod si scholasticos consideremus quatenus doctores sunt, debemus ipsis a fortiori aptare, quod de patrum auctoritate disserentes diximus. Debemus videlicet in primis secernere objectum a motivo seu a rationum et argumentorum momentis, quibus illud adstruunt ac propugnant; debemus praeterea dispescere quae proponunt ut fidei et ecclesiae doctrinam, a singulorum aut plurium etiam placitis et sententiis quas sequuntur; rimari fundamenta quibus innituntur, quo sensu vere scripsit Canus: *Plurium auctoritas obruere theologum non debet: sed si paucos viros modo graves secum habeat, poterit sane adversus plurimos stare. Non enim numero haec judicantur, sed pondere.*53 Sane cernimus interdum peculiarem opinionem, aut communem, aut fere communem ad longum temporis tractum viguisse, quae postea veluti improbabilis, aut etiam falsa rejecta ac eliminata est. 54 Adjiciendum insuper est nos

Jl) Cf. Kilber op. cit. *Disput.* III. cap. 2. art. L *De theologiae notione et historia.*

u) Lib. VITI. cap. 4. η. i.

M) Exemplo sit sententia de materia essenliali sacramenti ordinis consistente in traditione instrumentorum, quae nunc vix obsoleta non est, apud scholasticos tamen communis erat; idem non paucis aliis opinionibus contigit, quas longum esset singillalim enumerare.

debere vitia plurium aut pauciorum scholasticorum propria a methodo ipsa scholastica secernere. Haec bona est ac plurimum inservit ad haereticorum sophismata detegenda, ad statum quaestionis apprime determinandum, ad claritatem consectandam, aliosque ad usus. Vitia autem quae irrepserunt ex illius abusu, quaeque Canus [55] acerrime insectatur, declinari debent, neque crimini verti methodo ipsi.[36]

459. Ad haec: duplex scopulus vitandus est, et eorum nempe qui adeo scholasticam methodum extollunt, ut nisi videant agitari quaestiones, quae ab antiquioribus scholasticis disceptabantur, vocesque adhiberi quae penes illos in usu fuerunt, vLx non despiciant ejusmodi lucubrationes tamquam jejunas, aridas ac theologo indignas. Innuo nonnulli adeo progressi sunt, ut, nisi iterum revocetur peripatetica philosophia cum formis aristoteiicis, clament vix actum non esse de ecclesiae fidei defensione. Hi profecto peccant excessu; sed et eorum cavendus est scopulus, qui nimium scholasticos eorumque methodum deprimunt et extenuant. [57] Scholastici passim parvipenduntur

“) Lib. VIII. cap. 1. ubi inter cetera scribit: ..Intelligo autem fuisse in schola quosdam theologos adscriptitios, qui üni versas quaestiones theologicas frivolis argumentis absolverunt, et vanis invalidisque ratiunculis magnum pondus rebus gravissimis detrahentes, ediderunt in theologiam commentaria vix digna lucubratione aniculari um. Et cum in his sacrorum Bibliorum testimonia rarissima sint, conciliorum mentio nulla, nihil ex antiquis sanctis oleant, nihil ne ex gravi philosophia quidem, sed fere e puerilibus disciplinis scholastici tument, si superis placet, theologi vocantur: nec scholastici sunt, nedum theologi, qui sophismatum phrases in scholam inferentes, et ad risum viros doctos incitant, et delicatiores ad contemptum. . . Intelligo etiam in schola fuisse nonnullos quasi ad discordiam natos, qui tum optime disseruisse se putant, cum contra doctores dixerint, ut non tam verum invenisse velle videantur, quam adversarios convincere, concerlationibusque et rixis totas chartas implere. Atque inter hos sunt in ecclesia multi, qui tamquam milites auctorati vel tuentur, vel impugnant, et tota eorum de re theologica disputatio partium studium est, contentio atque dissidium."

Cf. ibid. Canum, qui ita prosequitur: «Fuere autem sine dubio in schola multi, qui his vitiis declinatis rem theologicam graviter sane ac modeste tractarunt .. . Propter paucorum vitia non est omnium corona traducenda; quod etsi plerique theologi in his vitiis essent, iniqua esset adhuc ista calumnia. Quemadmodum enim nemo justus et prudens universos adolescentes accusat, quamvis plurimum sint libidinosi, quoniam libido non est omnium adolescentum, sed non proborum; sic quoniam ista scholastica pertinacia theologorum levium est, non omnium, inique profecto, ut modo dicebam, schola traducitur propter ea vitia, quae non sunt scholae, sed inertis, vanae, contentiosae scholae.··

Quae cum ita se habeant, juremerilo a Pio VI. in *Constit. Auctorem fidei* pistoriensis synodi prop. LXXVI. ..Insectatio, qua synodus scholasticam exagitat velut eam, *(piae viam aperuit inveniendis novis, et inter se discordantibus systematibus, quoad veritates majoris pretii, ac demum adduxit ad probabilismum et laxismwn;* quatenus in scholasticam rejicit privatorum vitia, qui abuti ea potuerunt, aut abusi sunt: declaratur et damnatur uti *falsa, temeraria, in sanctissimos viros et doctores, qui magno catholicae religionis bono scholasticam excoluere, injuriosa, favens in eam haereticorum conviciis."*

”) Inter hos non infimum tenet locum Petrus Tamburinus jansenistarum in Italia sub finem elapsi saeculi et hujus initium

ab hominibus in politiori litteratura sane excultis, sed doctrinarum copia atque profunditate longe inferioribus. Ajebat Leibnitzius, res summi pretii delitescere sub rudiori scholasticorum cortice. Sane ah istis magna ex parte opus suum *De jure belli d pacis* Grotius delibavit. Barbeyracus plures confutavit errores Puffendorfii doctrinis scholasticorum. 58

§. VIII.

DE HAERETICIS.

460. Mirabitur fortasse quispiam nos inter Traditionis dogmaticae testes advocaro haereticos ipsos ecclesiae doctrinae ac Traditionis acerrimos hostes; verum si is penitius rem introspiciat, nostram agendi rationem mirari desinet. Etenim haeretici vel inviti duplex semper nobis praebent luculentissimum verae fidei ac dogmaticae Traditionis testimonium, tum nempe in eo quod retinent cum sese ab ecclesia separant, tum in eo quod impugnant.

461. Ac primo quidem testes haeretici sunt ecclesiae fidei locupletissimi ac Traditionis in eo quod retinent, seu in laciniis antiquae fidei quas secum deferunt cum ab ecclesia abscedunt, aut ob suam pertinaciam ab ea expelluntur. Etenim haeretici ante proprias innovationes in ecclesia catholica instituti sunt ac enutriti, Cum vero nonnisi in quibusdam peculiaribus articulis quos aut negant aut invehunt, a veritatis semita aberrent, his demptis, reliqua profiteri pergunt cum ecclesia catholica. Quapropter in articulis omnibus os communes cum ecclesia habent, testes sunt avitae illius fidei quae in desia obtinebat, quando ipsi ab ea digressi sunt, aut ab ea fuerunt expulsi, nc quo antiquiores haeretici sunt, eo illustrius testimonium perhibent verium quas ecclesia professa est. Quod ut exemplis illustremus, docetae)is e. gr. divinitatis Christi professae ab ecclesia aetate sua tribuunt cerMmum argumentum, dum Deo indignum esse asseruerunt cum natura 'mana vere copulari ; ebionitae ac cerinthiani nobis pariter testes sunt, quod

yphaeus, in op. *De fontibus sacrae theoiae,* Ticini 1790. vol. III. diss. IV. Sed contra eundem op. inscriptum, *La cat-'l logica dei giansenista D. Pietro Tamrini.* Torino 1795.

Cf. Gerdii, *Saggio d'inslruzione blogica* art. *Degli scolaslici,* opp. ed. m. tom. X. pag·. 267. nec non Muzzali, *H buon uso della logica,* opusc. IV. *ologia,* edit. Rom. tom. I. Item D. Boyer op. *Defense de la méthode* dl *enseignement suivie dans les écoles catholiques.* Paris 1836.

In scholasticis distinguenda sunt quae pendent ab ingenii ac ratiocinationis acumine ab iis, quae a positivis pendent documentis; in iis quae ad prima spectant nemo fortasse eos superavit, in aliis vero passim labuntur librorum potissimum ac documentorum inopia qua aetas, in qua illi floruerunt, laborabat.

Cf. etiam Gener in Prodromo L Theologiae scholastico-dogmaticae capp. 1, 2, 3 et 4. ubi copiose historiam tradit scholasticae theologiae una cum ejus vindiciis, quibus addidit academiarum censum in quibus scholastica exculta fuit a saec. cedes. XII. usque ad ann. 1767 et elenchum scholasticorum qui singulis saeculis floruerunt, eosque supra sexcentos enumerat.

ecclesia in veram crediderit Christi humanitatem eo quod ipsi verum immo purum hominem Christum fuisse praedicaverint; gnostici testes sunt creditae per peccatum originale vitiatae naturae: ariani distinctionis personarum in Deo; eutychiani unitatis personae; nestoriani distinctionis naturarum in Christo, et ita porro. Cum retinuerint praeterea superstites antiquae sectae tum ecclesiasticam hierarchiam, tum sacrificii oblationem, tum sacramenta omnia, ex illis merito concludimus ecclesiam catholicam jam a quarto et quinto saeculo eosdem retinuisse articulos, quos posteriores haeretici veluti papismi innovationes recens inductas traduxerunt, sicque haereticos per haereticos refellimus atque confundimus.[59]

462. Verum non minus luculentum antiquae ecclesiae catholicae fidei et avitae Traditionis documentum suppeditant haeretici in ea doctrinae parte quam ipsi adorti sunt. Quandoquidem nisi illa doctrina in ecclesia uniuscujusque peculiaris sectae aetate invaluisset, eam ntunquam impugnassent haeretici, neque uti novatores ab ecclesia damnati fuissent et rejecti. Quis enim inficias ibit ecclesiam tres in Deo professam esse distinctas personas, quum sabelliani unicam personam in Deo trinominem excogitarunt? aut in Verbi divinitatem credidisse, cum ariani idem Verbum divinum creatum effutierunt? aut non professam esse hypostaticam duarum in Christo naturarum conjunctionem ac pruinde veram divini Verbi incarnationem, cum nestoriani moralem unionem invenerunt, et ita deinceps? Quapropter nobis satis est enumerare singularum sectarum antiquiorum errores, eosque aevi nostri unitariis, socinianis, rationalistis opponere, ut pateat quaenam antiqua fuerit ecclesiae catholicae fides et doctrina circa articulos, in quibus isti a fide nostra turpiter dissident. [60]

463. Addimus insuper ex ipsa ratione qua antiqui haeretici impugnarunt veritatem aliquam catholicam, et ex difficultatibus quas sibi solvendas proposuerunt, deprehendi veram ecclesiae doctrinam, ac dogmaticam Scripturarum interpretationem, sensumque traditionalem, qui et olim pariter uti et nunc in ecclesia viguit et viget. Ut unico insistamus exemplo, cum Tertul-

M) Hoc argumento egregie usi sunt D. Maran ei Renaudotius; ille in op. saepe cit. *Divinitas Domini Nostri Jesu Christi,* praesertim lib. III. cap. 5, 6 et 7; iste vero in op. pariter cil.· *La perpétuité de la foi,* tom. V. Profecto si omnia quae haereticae sectae singulalim sumptae profitentur scu professae sunt, cum ecclesia catholica colligamus, plenam fidei catholicae doctrinam habebimus. Praeclarum, si quis unquam, catholicae veritatis triumphum!

M) Isti enim haeretici omnes, perinde atque recentiores lulherani, calvinistae, ac generatim protestantes omnes defaecare ecclesiam contenderunt ab impura commixtione, atque ab abusibus qui ecclesiam infecerant, atque ad pristinum nitorem ac simplicitatem revocare, non exclusis, ut diximus. apostolis ipsis. Audaces homines qui opus Dei reformare non formidarunt! Verum ipsis fortiler semper ecclesia firma veritatis columna restitit, atque depositum fidei ab istorum dilapidatione servavit incolume, et haereticorum omnium conatus in nihilum redegit.

lianue jam montanista effectos impugnavit indulgentias quae ad martyrum preces ab episcopis dabantur, atque urgebat valorem satisfactionis unius Christi ad excludendas satisfactiones martyrum, nonne illustre suppeditat testimonium de sensu ac doctrina ecclesiae catholicae, quae tertio ecclesiae sacculo circa hos articulos obtinebat?61

464. Igitur vel obluctantes ac inviti haeretici omnes utroque modo ecclesiae catholicae causae patrocinantur, ejusque antiquae doctrinae ac dogmaticae Traditionis tabulas exhibent eo minus suspectas, quod ab acerrimis ejus hostibus ac adversariis proferantur. Sunt nempe haeretici respectu ecclesiae catholicae, quod sunt judaei respectu christianismi, quorum nempe libri nobis subsidio sunt ad ethnicos et incredulos confundendos; sic et illi nobis ad novos refellendos haereticos mirifice inserviunt. 62

ix.

DE HISTORIA ECCLESIASTICA,

465. Historiam quae referat ecclesiae gesta plurimum conferre ad cognoscendam ejusdem fidem ac traditionem nemo qui sapiat, in dubium revocabit. Haec potissima ratio est cur Canus etiamsi illam prius inter loca theologica recensuerit, quae *adscriptitia* vocat, ac veluti ex alieno emendicata 63, postea tamen vix eam inter interna ac theologorum propria non enumeret. &+ Profecto theologis magno adjumento esse ecclesiasticam historiam, res ipsa per se profitetur. Ea enim est, quae continenti gestorum serie ob oculos ponit ecclesiae originem atque per totum terrarum orbem propagationem, successiones episcoporum, praesertim vero romanorum pontificum; ortum item et causas, incrementa, decrementa, extinctionem denique plerarumque haereseon; sanctorum praeclara facinora, auctorum scripta qui quovis saeculo floruerunt sive ad impugnandam, sive ad propugnandam rem Christianam;

“) Cf. quae scripsimus in Traci. *De indulgentiis.* Sane nihil aliud Calvinus ad impugnandas indulgentias protulit, quam quod Tertullianus adversus catholicos urgebat. Idipsum dicatur de argumentis quae sibi objicit idem Tertullianus, quibusque utebantur catholici ad ostendenda remissibilia omnia peccata esse; ex his enim intelligimus quaenam fuerit nonnullorum Scripturae textuum dogmatica ecclesiae interpretatio saec. III. Quod et de ceteris ecclesiasticae doctrinae impugnatoribus dici debet.

βΐ) Quod de haereticis diximus, applicari etiam potest pseudepigraphis, cujusmodi sunt *constitutiones clementinae, constitutiones upostoliccie , canones apostolici, libri Sibyllini,* aliaque ejusmodi opera, quae quamvis subdilitia sintae spuria, plurimum tamen valent ad fidem cognoscendam ecclesiae quae viguit illa aetate qua conscripta sunt, ac disciplinam quae tunc temporis obtinebat, praesertim cum pleraque eorum quae recensuimus spectent ad II, III aut IV. saec. Numquam enim illorum auctores sperare potuissent se fucum facturos, nisi quae vulgo tenebantur, his libris interseruissent. Theologus proinde iis uti ad rem suam poterii.

°1) Lib. I. cap. 3.

c‘) Lib. XL

opiniones et placita quae per saecula singula viguerunt: potissime autem varias ecclesiae vices, fidei firmitatem, ecclesiae mentem et. Christianum sensum. 65

466. Cum vero non omnes historici sint aeque graves ac veritatis sectatores, sed alii destinata malitia aut oscitantia, alii anticipatis judiciis praepediti, aliisque de causis quas longum nimis esset singillatim persequi velle, non ea qua par est animi ingenuitate facta referant: sed prout diversimode affecti sunt, causas nectant effectibus aut improbabiles aut falsas, et ab eventu de intentione judicium ferant, non se ad aetates quae praecesserunt, sed aetates illas ad se transferentes, ut deinde sententiam ex ideis, quae nunc obtinent, pronuncient: inde fit, ut iis qui animum ad historiae investigationem adjiciunt magna sagacitate, et arte critica opus sit.

467. Heic nostrum non est artis criticae praecepta dare, quae penes probatos auctores inveniri facile poterunt 66; nonnulla tamen vel obiter monita subjicere non abs re erit. Critica ars genuina recte usurpata haud levia adjumenta affert; bac enim freti viri docti permulta e tenebris eruerunt, alia ad tenebras e quibus eruperant, relegarunt; plura facta quae in dubium revocabantur, plene illustrata sunt ac in tuto posita, contra vero inter fabulas amandata non pauca sunt, quae passim uti certa habebantur; discreverunt opera notha a genuinis, sincera ab interpolatis, aliaque ejusmodi praestiterunt quibus historia pluribus vitiata commentis ad suum lumen decusque est revocata. Verum et hic cautela adhibenda est; si enim ars critica prudens ac moderata sit, atque intra justos se contineat cancellos, valde prodest; si immoderata fuerit, effrenis, ac in temerariam licentiam erumpat, noxia fit

ss) Historia ecclesiastica Natalis Alexandri theologis prae ceteris utilis est, omnes enim enumeratas paries copiose exhibet; etenim non modo historiae synopsim per saecula singula continet, quae salis sit ad rerum ecclesiasticarum cognitionem sibi comparandam, sed praeterea eruditissimis dissertationibus referla est, criticis et polcmicis, quae iisdem usui esse possunt, et ex quibus rerum segetem uberrimam quisque haurire potest; dummodo tamen legatur cum animadversionibus Roncaglia. el adnotationibus Mansi. Idem dicendum de Historia Fleury, quae critica Marchetti castigata est. Omnibus semper el rerum copia el documentorum praeferendi sunt Annales veil. Caesaris Baronii cum critica Antonii Pagii, ejusque continualoris Oderici Raynaldi cum adnotationibus Mansi. Siquidem fieri posset, adeundi essent auctores ipsi antiqui, et ex ipsis fontibus aqua derivanda, ob non pauca emolumenta quae ex ejusmodi lectione proveniunt.

w) Plurimum ad hoc conferent prolegomena editorum maurinorum ad opem ss. patrum, item Petavii, Vallarsii, aliorumquc ejusmodi eruditorum scriptorum; nec non Bollandianorum. in primis vero docti P. Daniclis Papebrochii, qui ingentem arli criticae utilitatem attulit; ilem auctores epheridum trevulsiensium, Tillemontius, aliique complures. Optime meritus est de rc critica P. Honoratus a s. Maria in op. tribus voluminibus in 4. comprehenso cui til. *Reflexions sur les règles et sur l'usage de la critique,* Paris 1713, quod opus in latinum conversum prodiit Venet. 1788-

ac periculi plena. Quo vitio potissimum protestantes laborarunt.67 Immo nec pauci catholici saeculo praesertim superiore ejusdem vitii incusantur.68

468. Modus itaque servari debet in ejusmodi critica: ac 1. ne in illa se ingerant quae ad eam non pertinent, cujusmodi sunt quae spectant ad iidem, aut cum ea quoquomodo sunt connexa, et ab ecclesiae judicio dependentia 2. ut sit prudens in iis expendendis ac dijudicandis quae eidem subsunt, nihil temere statuat praecipue contra communem antiquitatis sensum, et absque gravhmomento, adeo ut neque levissimis conjecturis, neque puerilibus rationib®, aut ex argumento mere negativo ex eo deprompto, quod forte res aliter se habuerit, aut habere potuerit, ea in dubium revocentur, aut etiam negentur quae aliunde fidem obtinuerunt apud viros graves et prudentes, et communi calculo probata sunt70: 3- debet esse modesta ac sobria, ita ut non refragetur communi patrum sensui, ecclesiae judicio, conciliorum aut romanorum pontificum decisionibus. Non enim defuerunt, qui inanis cujusdam artis critices obtentu, omnia pene religionis fundamenta subruere adnisi sint.71

469. Tres canones profert statuitque Canus, quibus historiae auctoritatem complexus est, quatenus ea theologus uti in rem suam potest. Sunt autem: I. Praeter auctores sacros nullus historicus certus esse potest, id

67) De quibus ita scribit Fleury in *praefat. ad Hist. Eccles.* «Sur ce fondement ils ont donné dans l'extrémité opposée; ils ont outré la critique, jusqu' à ne laisser rien de certain; et la mauvaise émulation de paraître savant a entraîné quelques catholiques dans cet excès.“ Sane Dallacus eo progressus est ut tamquam spurias rejecerit epistolas s. Ignatii M.; Le-Clere in sua arte critica el ipse fines transgressus est, aliique passim.

M) Inter quos recensetur Erasmus qui nimia facilitate conjecturis induisit, sive ad abjudicanda non pauca opera a ss. patribus quae postea maturiore examine illis restituta sunt, sive emendandis aut substituendis verbis quae ipsi non arridebant; item Richardus Simonius, Dupinius, Maimbourg, Baillel, praecipue vero Launojus, aliique non pauci.

M) Huc refertur Mabillonii ciTalum, non esse breviorem viam ad perdendam fidem, quam ipsam fidem velle ad crista revocare. Cf. ejus praeclarum opus cui tit. *Tractatus de studiis monasticis* ex gall. ling, in latinam versum, a P. D. Josepho Porta. Venet. 1745.

70) Cf. quae scite adversus Launojum dissertat. *De auctoritate negantis argumenti* scribit P. Honoratus a s. Maria in op. cit. *Animadversiones in regulas et usum critices,* tom. I, dissert. III. art. II. Tota launojani aedificii moles quanta est, inquit perbelle Thiersius, in *Defens. adversus Launoji appendic. ad dissert, de auctoritate negantis argumenti,* neganti argumento, quo praesertim in sequentibus libris usus est Launojus, tamquam cardinibus volvitur ac revolvitur. Cf. *Prodromum Joann. Launoji operum,* ed. Coloniae Allobrogum 1731. Tom. I. pag. 19.

71) Jos. Gautier in cit. *Prodromo ad Theologiam,* diss. III. cap. 3. et art. II. *De adminiculis historiae et artis criticae in theologia,* ubi breviter inveniuntur collecta ex probatioribus auctoribus, quae ad praesens argumentum referuntur. Si quis vero uberiorem cognitionem exoptat, adeat auctores citi, praecipue vero Honoratum a s. Maria, qui copiosissime ac solide rem hanc pertractat.

est. idoneus ad faciendam certam in theologia fidem. 72 II. Historici graves, quales nonnulli sine dubio et in ecclesiasticis et in saecularibus fuere, probabile argumentum theologo suppeditant, cum ad ea, quae sua sunt, corroboranda tum ad falsas adversariorum opiniones refellendas. III. Si omnes probati ac graves historici in eamdem rem gestam concurrant, tunc ex horum auctoritate certum argumentum promitur, ut theologiae dogmata firma etiam ratione constituantur.73 Ad secernendos autem veros a falsis historicis valde conferunt notae quas in unum congessit card. Baroniue scribens: ..Non parum certe interest, in veritate historica disquirenda, auctorum, qui res gestas scripserunt, quo vixerint tempore, cujusvo fuerint eruditionis atque existimationis, habere rationem; potissimumque, si hujusmodi scriptores rerum perspectarum, ac eorum aetate editarum, pietatem et virtutem cum doctrina et veritate conjunxerint; ut plane digni sint, quibus fides integra adhibeatur; soli sint, quibus ceteri assentiantur: soli denique sint, quibus reliqui quae sciverint, vel scripserint, tamquam ab iis accepta referant.74 Demum quisque ad historiarum studium se confert, ille meminerit utrumque deesse historiae oculum, ut ait Huetius, si illi chronologia desit et geographia.

CAPUT HI.

DE MEDIIS SINGULARIBUS QUIBUS ANTIQUA TRADITIO TRANSMISSA EST ATQUE COGNOSCITUR.

470. Hactenus media generalia expendimus per quae antiqua dogmatica Traditio ad nos pervenit quibusque internoscitur: his jam adjicere lubet media singularia seu particularia, quibus magis ac magis deprehenditur catholicae fidei veritas quae ope documentorum propagata est. Praecipua autem sunt epigraphia. numismatica, picturae, sculpturae, sepulcreta, vulgo *catacumbae,* sacrae aedes, qua omnia negligi nullatenus a theologo possunt. Cum enim ejusmodi documenta ad primordia ipsa christianae religionis assurgant, vim praeseferunt ad persuadendum maximam, ita ut non pauci qui aut sanctorum patrum scriptis aut conciliorum decretis, aliisque id genus argumentis permoveri non potuerunt, victi demum antiquissimis his monumentis veri-

TI) Lib. XL cap. 4. conclus. I. Nonnulli lumen adnotarunl rei alicujus vel ab unico etiam historico relatae posse constare certitudinem, si ratio habeatur tum ad rei naturam quae narratur, quae e. gr. sit publica, referatur ab auctore coaevo, et ex qua graves pendeanl effectus sive consecutiones, tum ad circumstantias, quae tales sint, ut non potuerint confingi, et a nemine fuerint falsitatis reprehensae, tum ad gravitatem et sinceritatem auctoris. Sane nos non semel auctoritati unius auctoris acquiescimus, quando in eam talia adjuncta concurrant, quae omnem dubitandi suspicionem eliminent.

7Λ) Ibid. cond. II et III.

”) Ad ann. Christi 34. n. 173. edit, lucens. 1738. tom. I. pag. 176·

tatem agnoverint, et ejuratis, quibus imbuti erant, erroribus, se ad ecclesiae catholicae sinum receperint.' Vix enim aliquod fidei catholicae dogma est ex iis quae protestantes veluti novitia inventa, et romanas praestigias, faedamque *papismi* corruptionem traduxerant, quod non firmetur his monumentis antiquitatis. Nobis hic propositum haud est de singulis modo recensitis monumentorum classibus ex professo pertractare, cum praestitutus nobis finis id non ferat; satis proinde erit ad scopum nostrum nonnulla saltem delibare, quae usui theologo et adjumento esse queant, ut hic ex Traditione hisce mediis cognita, felicius dimicare valeat adversus fidei catholicae osores et hostes; quod ut facilius obtineat, prolatis opportunis exemplis, rem totam illustrabimus, ad probatos auctores quoad reliqua remittentes auditores nostros, ut cum opus fuerit, uberiorem sibi cognitionem comparare possint.

S- I.

DE EP1GRAPHIA.

471. Magni faciendam esse veterum inscriptionum Christianarum auctoritatem ex eo facile colligitur, quod antiqui fideles summo cum animi candore lapidibus ad perennem memoriam consueverint fidem suam exhibere. Luculentissima proinde Traditionis ac fidei tunc temporis receptae, cum ejusmodi inscriptiones prodierunt, testimonia sunt, et eo pretiosiora, quod pauca omnino ex primis ecclesiae saeculis patrum scripta ad nos usque pervenerint.[2] Quare ejusmodi inscriptiones tamquam supplementum spectari debent librorum inopiae, quos vel vulgare patres tot pressi ethnicorum insectationibus non potuerunt, aut tempus edax nobis eripuit. Quod autem de inscri-

') Sic enim scribit Aringhius de opere celeberrimo Antonii Bosii ejusque conlinuatoris Severani, cui titulus *Roma subterranea:* «Riporto poi tanto fautore primiero, quanto esso straordinario applauso, massimamente appresso i paesi oltramontani, i quali lirati dalla curiosita, facendo a gara nel leggerla, per discoprirsi in essa i riti della chiesa nascente, il culto delle sacre immagini, e Γ antica venerazione delle reliquie de' santi, alcuni cretici in leggendo convertirons! alla santa fede, ed abjurando Peresia tornarono al grembo della chiesa." Cf. Bottarium in praefat. op. *Sculture e pitlure sacre estralte dai cimilerj di Roma,* Roma 1737. pag. 5. Mabillonius quoque refert in suo *Itinere IlaL* pag. 134. edit. Paris. Batavum quondam, nomine Albertum, domi suae non ignobilem, qui Romam accesserat, ut suis ipse oculis subterraneos veterum Christianorum receptus, ibique condita monumenta lustraret, adeo sectae, cui adhaeserat, poenituisse, ut severiorum Franciscalium se veste induerit, dumque Mabillonius scribebat, exasperrimis illorum legibus viveret.

*) Rcipsa patrum latinorum scripta ex primo sacculo nulla habemus , ex saec. II. unus superest Tertullianus, qui jam attingit saecul. III, ex III. saec. praeter Cyprianum unus allerve floruit, quem allegare possimus; paucos etiam edidit saec. medium IV. Pleriquc vero eorum qui sub saec. IV. finem, aut saec. V. scripsere, exteri sunt, christianae vero inscriptiones Italicarum ecclesiarum ac romanae cum primis traditionem exponunt. Cf. Zachariam disseri. *De veterum Christianarum Inscriptionum in rebus theologicis usu,* cap. 2.

ptionibus diximus earumque auctoritate et usu in rebus theologicis, ne saepius eadem iterare debeamus, de monumentis reliquis intelligi debet. Nam quod de priscis Romanorum monumentis ajebat Tullius, et nos usurpare possumus: ..Exempla ex vetere memoria et monumentis ac litteris, plena dignitatis plena antiquitatis. Haec plurimum solent et auctoritatis habere ad probandum, et jucunditatis ad audiendum.* 3

472. Atque ut exemplis rem nostram illustremus, ex inscriptionibus, omissis quae ad Dei unitatem ac personarum Trinitatem, divinitatemque Christi confirmandam spectant4, ut insistamus in maxime controversis articulis: in primis quoad infantium baptismum, innumeri pene suppetunt lapides in quibus perhibentur infantes recens tincti *fideles* ac *neophyti* nuncupati. Sic apud Victorium novem mensium puella *Tecla fidelis* appellatur5; item Victor dierum 80, apud Boldettum *Neophytus* dicitur6; nec non Apronianus qui *annum agebat, menses novem, dies quinque* cum *fidelis de seculo recessit7]* item Achilliam *Neophytam unius anni mensium* I' exhibet Mutatorius8; ut alia silentio praetereamus.9 De sacramento confirmationis a baptismo distincto inter cetera occurrit inscriptio de *Picentia legitima Neophyta* (jamdiu baptizata), *die* Γ. *Kai. Sept, consignata a Liberia P. F.* apud Gruterum.10 Nec minus illustria sunt quae occurrunt in veterum Christianorum inscriptionibus de reali Christi praesentia in eucharistia, ut fidem facit graeca inscriptio Augustoduni nuper reperta11; ita pariter de invocatione sanctorum

In Verrem act. II. lib. III. cap. 90. Edit. Taurin. 1826. opp. tom. 5.

Has magno numero collectas atque in sua propria argumenta distributas reperies apud Gener S. J. in *7'heolugia dogmatico-scholastica,* Romae 1768. Torn. II.

fc) In dissert, philologica, Romae 1751. pag. 48.

s) Ossereazioni sacre sopra i cimiterii, pag. 807.

') Ibid. pag. 462.

**) In novo Thesauro veterum inscriptionum,* Mediol. 1742. Class. XXV. pair. 1819.

9) Ex his aliisqnc monumentis quae ad primaevam ecclesiam spectant, colligimus quid sentiendum sil de Shuttleworthii assertione, probari non posse baptisma parvulorum ex traditione, eo quod primis duobus saeculis ab ecclesia baptismus collatus non fuerit *infantibus.* Certe ex hoc ipso ostendit hic auctor se parum versatum esse in studio antiquitatis christianae.

,0) Cf. Zaehariam dissert, cit. cap. 12.

'*) Celebrem hanc inscriptionem quae reperta est ann. 1839 qua evidenter rcalis Christi praesentiae fides penes christianos IIL aut IV. ecclesiae saeculo adstruitur, omnium primus suae integritati restituit ac illustravit cl. collega meus Joann. Petrus Secchi in hac Universitate Gregoriana philologiae graecae professor in Dissert, quam legit in Academia archaeologica die 11. Jun. 1840. typisque eodem ann. vulgavit. Attamen protestans Franzius cum eam dissertationem ac illustrationem postulasse!, et dono accepisset a cl. auctore, in Germania deinceps post menses sex tacito nomine expilavit, ac sibi plausit tamquam primo inscriptionis illustratori, licet illam haereseos lutheranae figmentis contaminaverit potius quam illustraverit; fatetur quidem non aliter explicari posse quam de reali praesentia, sed *impanationem* et *invinalionem* lutheranam miserabiliter obtrudit, quamvis μϊτονσίωσϊi ex inscriptione quoque apertissime comprobetur. De hoc litterario negotio ex ipsa Germania insignis vir, qui dis-

eoruniquc cultu. Etenim praeterquam quod eos passim in epigraphis vocant *domnos* et *dominos* 12, ubique venerationis ac reverentiae causa, vota etiam ipsis persolvisse exhibentur Christiani: sic *Carnatius* et *Victorina papro* et *mauroleoni sanctis martyribus* vota solvisse dicuntur'3; votum pariter s. Petro solvisse Agathum quondam docet gruteriana inscriptio'1: quemadmodum et tabula marmorea a Fabrettio prolata exhibet votum oblatum Paulo.15 Sanctos etiam pie a fidelibus fuisse invocatos testatur inscriptio apud Maffejum: pete pro parentes tuos'6, et altera apud Bonarotium: pete et roga pro fratres et sodales tuos17, ubi observat cl. Guadagnius, quod etsi recta latinae locutionis structura his titulis desideretur, non minus est illarum pro nostro dogmate expressa sententia. 18 Plura jam attulimus suo loco, quae patefaciunt priscam Christianorum fidem circa lustricum carcerem, ac suffragium quod animabus in illo detentis affertur ex fidelium precibus'9; nunc addere juverit inscriptionem in Callixti seu Praetextati sepulcreto repertam in qua tituli conditor optat ac precatur defuncto, ut *illius Deus recordetur.*20 Hoc idem conficit brixianum diptycum his verbis inscriptum: *Memento Domine omnium defunctorum Pontificum* etc.21 Et haec speciminis

sedationem primam jamdiu acceperat a cl. auctore, datis ad eum litteris 10. Febr. 1842 ita scribit: ..Bibractensis tua inscriptio *nunc* per omnes Germaniae doctas ephemerides discurrit, sed non tuo nomine, ita sunt *φίλαντοι haeretici,* verum Franzii et aliorum.'l Quis non miretur post ea quae diximus, ignorari in Germania, quod tamen non ignorabatur in Anglia jam inde a Januario anni 1841? ut patet ex *The catholic Magazine,* pag. 48. January 1841. London.

M) Plura exempla profert Victorius in disseri, cit. pag. 28 seq.

n) Eam protulit Zacharias in sua *Storia letteraria (V Italia,* vol. II. pag. 533. Venezia 1751.

") Apud Zaehariam dissert, cit. cap. ult.

,$) *Inscriptionum antiquarum quae in aedibus paternis asservantur, explicatio et additamentum.* Romae 1699. pag. 758. n. 639.

,6) In *Musaeo Veronensi,* Vcron. 1749. pag. 264. n. 13.

»') *Osserrazioni sopra aIcunt frammenli di vasi antichi di yetro ornati di figure trovali nel cbniteri di Roma.* Firenze 1716. pag. 168.

,s) *Opuscoli postumi italiani e latini dell' avvoc. Franc. Guadagni Romano,* Roma 1838- *Orat. III. De dignitate et utilitate monumentor. Christian.,* pag. 100. Huc etiam spectat inscriptio quam non ita pridem in coemeterio viae nomentanae ad s. Agnetem reperit alter collega meus Rhetoric. Profess, in Coll. Rom. cl. P. Jos. Marchi, quamque reposuit in musaeo kircheriano, ac latine ita se habet:

Dionysius. Puer. Innocens
Hic. Quiescit. Cum. Sanctis
Recordamini. Autem. Etiam
Nostrum. In. Sanctis. Vestris
Precibus. Et. Mei. Scilicet. Qui
Sculpsi. Et. Mei. Qui. Scripsi

Hanc graece prout reperta est, vulgabit illustrabitque in opere cui incumbit cl. auctor circa monumenta vet. Christianorum. Cf. Tract, de cult. Sanet, n. 59.

,9) In *Tract, de Deo Creat,* part. III. prop. cap. VI. art. II.

20) Apud Muraloriuin in cit. *Novo Thesauro inscript.* tom. IV. pag. 1836. n. 6.

51) Ex tom. XXVIII. *Venet. eruditor. Diar.* Maffejus in *Dicatione* cit. *Musaei Veronens.*

gratia delibasse sufficiat; ut pateat quale emolumentum pro re catholica ex inscriptionibus derivare theologus possit.

473. Ut tamen *utilior* evadat ac fructuosior inscriptionum usus, prae oculis regulae habendae sunt quas doctissimus Zacharias subjicit: ac 1. lapidum, quorum testimonium adhibetur, aetas constare debet; 2. antequam inscriptiones antiquae ad theologicam tractationem deducantur, legendae quam accuratissime sunt: 3. curandum maxime est, ut recto ac genuino sensu inscriptiones intelligas; 4. cavendum ne phrases quaedam perperam accipiantur: 5. ut firmum ex inscriptionibus ducas argumentum, unam cum alia conferre juvabit: 6. cum aliis ejusdem aetatis certissimis monumentis inscriptiones conferto; 7. demum non inscriptiones solum sed earum quoque ornamenta perpendito, atque ex his ipsis seu illarum sensum colligito, seu novum argumentum ducito.[22]

DE VETERUM CHRISTIANORUM MONUMENTIS RELIQUIS.

474. Ne longius quam par est, ad ulteriora properantes, rem protrahamus, quoad reliqua enumerata monumenta veluti totidem traditionis dogmaticae rivulos peç quos ad nos dimanavit primaevae ecclesiae fides, quibusque certissime constat de recepta priscis illis Christianae societatis exordiis eadem catholicae, quae nunc obtinet, fidei doctrina; superest, ut postquam de istorum monumentorum vi et auctoritate disseruimus agentes de inscriptionibus, jam peculiaribus exemplis ex qualibet monumentorum classe petitis rem nostram illustremus.

475. Ex pictura sane atque sculptura, ut ab his incipiamus, ad quas revocari possunt vitra, opera tessellata, gemmae, lucernae, sarcophagi, et id genus artificum et fabrorum labores, qui injuriam temporis nostrorumque hostium importunum furorem superarunt, plura erui posse veteris Christianorum Traditionis documenta, nemo est. qui si vel leviter oculos conjecerit in opera Bosii, Aringhii, Bottarii, Victorii, Lupi, Maffeji, Boldetti, ceterorumque qui data opera monumenta illa collegerunt et expenderunt, inficiari queat. Ex his enim deprehendimus supremam Petri in ecclesiam potestatem constitui, et everti paradoxum de bicipiti ecclesiae capite Petro et Paulo, perinde ac si aequali potestate ambo apostoli societatem Christianam rexissent. In musaeo siquidem florentino aenea lucerna asservatur, qua navicula exhibetur ecclesiae symbolum referens apud veteres Christianos usurpatum, in qua Petrus in puppi sedet, et clavum tractat, dum in prora stat Paulus eo gestu, illo ore, quo verba faciens orator sit exprimendus, quibus aperte

[22]) Cf. Zachariam in dissert. cit. quae repetitur in ejus *Thesauro Theolog·* loin. L pag. 327 seqq. ubi singularum regularum rationem reddit.

significatur Petrus solus veluti supremus ecclesiae rector, qui ejus gubernacula teneat.23 Hoc ipsum confirmatur ex vitreo fragmento apud Bonarotium, in quo uterque apostolus sedens exhibetur in nobili pariter at non uno in scamno, et in aliis etiam alter ab altero discriminatur. Nam Paulus pingitur deductis labiis loquens pro concione, Petrus vero dexterae manus tres digitos explicat, ritu episcopi populo fausta procantis, quo profecto superior Petri et in Paulum et gregem dominicum univorsum exprimitur potestas. Infallibile porro ecclesiae magisterium passim exhibent anaglypta navis ecclesiam referentis, supra cujus malum Spiritus Sanctus sub columbae specie invisitur. 24 Quomodo ex picturis ecclesiae romanae fides circa libros, quos deuterocanonicos vocamus, aperte constet, suo loco ostendimus.25 Quid etiam conferant picturae, caelaturae, sculpturae ad avitam fidem patefaciendam circa imaginum usum in ecclesia sanctorumque venerationem, alibi aperuimus26; ut de aliis doctrinae catholicae dogmatibus sileamus, quibus illustrandis confirmandisque mirum est quanto adjumento ejusmodi documenta sint.

476. Numismata etiam conferre ad rem Christianam constabiliendam ex eo deprehendimus quod illorum ope librorum Machabaeorum veritas sit vindicata adversus protestantes, qui autumarunt ineluctabile ex chronologia ad elevandam illorum auctoritatem argumentum opposuisse27; idipsum dicatur

a) Cf. Mamachium, *Antiquit. Christ.* loin. V. pag. 99; Lamium, *De erudit, apostal.* cap. 4. pag. 61; Fogginium, *De Romano D. Petri itinere, exercit.* XX. De hac ipsa lucerna Maffejus in op. *Verona illustrata,* Verona 1732. part. III. cap. 3. pag. 107. scribebat: «Sovvienmi d'una lucerna antica di metallo, osservata da me più volte nella galleria del gran Duca, e lavorata quando Parti erano ancora di ragioncvol grado: è in forma di barca, con s. Paolo in alto di predicar dalla prora, e s. Pietro die siede in poppa, e sta reggendo il tiroone. *Quel monumento paria più d'un libro."* Ita quidem subdit Guadagnins loc. cit. Nihil pro romani pontificis juribus afferri hoc monumento ponderosius potest.

2I) In op. cit Tavol. XVL fig. 1.

") Sect. I. cap. I. prop. I. Cf. D'Agincourt, Pilture, lav. VII. n. 3. in qua exhibet picturas spectantes-ad saec. II. ex coemeterio Priscillae, edit. Prat.

16) In tract. *De cultu sanet,* cap. V. prop. Π.

27) Celebris est controversia quae adversus P. Frôlichium S. J. mota est ex occasione qua ipse ad adstruendam veritatem utriusque lib. Machabaeorum contra protestantes, praeter anteriora, duo numismata protulit alterum cusum ann. 184, aliud vero ann. 185, sub nomine *Antiochi* in op. *Ad numismata Regum Veterum anecdota et rariora,* pag. 69. His aliud adjecit Jos. Eckhel ejusd. Soc. quod cusum perhibetur *rl/P* seu ann. 186 regni Seleucidarum in *Sylloge I. nummorum veterum,* Viennae 1786. pag. 87. et in *Doctrina nummorum veterum,* Vindobon. 1792. Tom. III. pag. 236. Ex quibus solvitur difficultas deducta a protestanlibus ex auctoritate scriptorum profanorum, qui in praelio occubuisse Antiochum Evergetem perhibent ann. 182 aerae Seleucidarum , cum tamen ex lib. Π. Machab. perhibeatur defunctus ad minus ann. 186. Quare Eckhel in cit. *Sylloge I.* pag. 88. merito subdit: «Quod si nummum, quem coram proposui, vidisset (Frolichius), qui per ann. *rUP* 186 uno adhuc anno est posterior, et qui annus idem ipse est, quem fuisse Antiocho VII. postremum praeclare et feliciter est auguratus! Habeant igitur pii ejus manes insigne istud industriae et eruditionis praemium, impletumque libera-

de pluribus aliis doctrinae Christianae capitibus quibus illa haud parum inserviunt.

477. Sepulcreta porro ac sacras aedes in eundem linein collineare abunde ex eo liquet, quod ibidem reperiantur altaria erecta ad sacrificii celebrationem: imagines symbolicae quibus praecipua religionis nostrae mysteria adumbrabant primi Christiani[29]: imagines item Christi, Deiparae, sanctorum apostolorum ac martyrum quarum aliquae cum supra altare ipsum, in quo divina peragebantur mysteria, reperiantur, argumento certissimo sunt non ad usum solum, verum etiam ad venerationem eas luisse adseitas[30]; id ipsum luculenter evincunt cruces non supra altaria solum, sed etiam ad sacelli ingressum collocatae, ut eas Christiani exoscularentur.[31] Ex his ulterius edocemur, quae fuerint vasa sacra ad cultus christiani usum.[32] Ipsa etiam aedium sacrarum structura indicat distinctionem quae intercedebat inter sacerdotum ministrorumque ceterorum consessum, et plebem.[33] Cum praeterea in iisdem passim occurrant altaria quae ab ipsis martyrum sepulchris constituebantur, discimus quam antiqua sit colendi sacras martyrum reliquias consuetudo, et qua veneratione sanctos primi fideles prosequerentur.[34] Ex eo siquidem factum est, ut altaria passim vocarentur *sepulchra martyrum, memoriae martyrum, martyria* sive *confessiones.*[35] Altarium demum in eadem ecclesia multitudo luculentissime pariter adstruitur recepta penes priscos Christianos; adhuc enim cubicula invisuntur in sepulcretis in quibus, licet angustis, duo, interdum tria aut novem etiarn erecta altaria habentur.[36] Idem

liter hac iterum parte votum lubens gratulor, quo vir illustris stabilire historicam librorum Maccabaicorum fidem toto animo exoptavit.

îS) Cf. Wiseman, *Conferenze sopra la connessione delle scienae colla religione rivelata, Confer. IX. svlC Archeologia.*

**) Talia sunt svmbola *unius arcae* in qua salus esse potest; *ancorae,* et *sitientis cerci, piscis, columbae, A* et *SI* de quibus fuse scribunt collectores antiquitatum Christianarum superius commemorati atque in primis Boldelli lib. I. cap. 7. pag. 29 seqq., Mamachius, *De moribus prior. Christian.* lib. I. cap. 1. §. 1. pag. 182, 191, 196.

30) Cf. Boldctlum ibid. cap. 3. Guadagniuin oral. cit. pag. 97, 98. Ego ipse imaginem Deiparae in coemeterio s. Agnetis via nomentana supra altare depictam conspexi, in qua sacrificium celebrabatur, referendam ex periti pictoris judicio ad minimum ad saec. ecclesiae III.

«) Ibid.

31) Cf. Voigtium, *Thisiasteriologia* sive *liber de altaribus veterum chrislianor.* per J. Albertum Fabricium in lucem editus, Hamburg! 1709. cap. 13. Item Mamachium op. cit. lib. III. cap. 1.

33) Ara enim eminebat, ut quum sacrum fieret, esset sacrificii ordo ac ritus multitudini, inferiorem e regione aream implenti, conspicuus.· Alae insuper, seu minores porticus, mediam aream ulrinque stipabant; locus suus destinatus viris ac seorsum mulieribus. Cf. Guadagnium loc. cit. pag. 96.

M) Cf. Boldelli op. cit. lib. I. cap. 8. pag. 29. et D'Agincourt, *Storia delC arte dimostrala coi monumenti,* Prato 1826. voL Π. part. I. pag. 89 seq.

Ibid. pag. 36 seq.

“) Et haec ipsa cubicula in quibus plura altaria adhuc existant, usurpavi oculis meis in commemorato coemeterio in via nomentana. Ex his luculentissime refelluntur janseniani dum contendere ausi sunt, juxta

dic de locis ad confessiones excipiendas destinatis, quae ihidem passim occurrunt. 37

478. Quae cum ita se habeant, ecquis unquam inficias iverit, ex antiquitatis monumentis validissimum ad catholica dogmata propugnanda argumentum promi, quo cunctis os obstruatur catholicae fidei obtrectatoribus, quum horum monumentorum pleraque ad tria priora ecclesiae saecula spectent, ad saecula nimirum illa, quae pura, immo aurea certatim protestantes vocare consueverunt? Ex iis enim dum perpetua ecclesiae traditio adstruitur circa praecipua fidei dogmata, quae a protestantibus in dubium revocata sunt, immo, uti totidem corruptelae recens inductae, rejecta, istorum arguitur a primaevae ecclesiae fide turpis defectio. Etenim per illa patefit in nullo prorsus fidei articulo ecclesiam innovasse, sed heterodoxos plane ab antiqua doctrina descivisse.

479. Ex hactenus constitutis de traditionis dogmaticae cognoscendae inediis sive generalibus sive particularibus infertur insuper adversus illius osores, quanam ratione integra conservari traditio potuerit, et ad nos usque intemerata dimanare. Ecclesia enim cui fidei depositum a Christo ejus conditore commissum est fideliter custodiendum, divina ope freta optime munere suo functa est in ea tutanda, non secus ac praestiterit circa libros sacros. Praepostera, uti vidimus, traditionis notio quam sibi protestantes finxerunt, causa extitit cur ipsis visum fuerit, fieri numquam potuisse ut haec sine heterogenea, ut ita loquar, mixtione transmitteretur atque conservaretur.38 Autumant enim a catholicis traditionem concipi tamquam verbum quod alicujus auribus commissum sit, ut deinde ab isto alteri communicetur, et ita porro. Ast quam immane a veritate distent in ejusmodi sibi commento confingendo, perspicue patet ex ipsa rei de qua agitur natura. Etenim Christus doctrinam suam non uni vel alteri singulari commisit individuo, sed apostolis omnibus sive ecclesiae suae quam instituerat; apostoli item toti pariter ecclesiae seu episcopis, quos ecclesiis praefecerant universim, illam tradiderunt; ecclesia profiteri exinde coepit integram Christi doctrinam, ab ortu nempe suo, eandemque deinceps insequentibus saeculis professa est ad nos usque,

venerandam antiquitatem nonnisi singulare in qualibet ecclesia altare esse debere.

”) Prout ostendet P. Marchi in sua illustratione monumentorum Christianorum. Ex his patet Romam posse adversarios suos, qui eam nempe incusant quod desciverit a prisca patrum fide innovationibus quas tempore labente induxit, parietibus suis, lapidibus ac coemeteriis, picturis ac caelaturis ad silentium reducere, ac pudore suffundere. Siquidem adhuc de illa quod cecinit Propertius lib. IU. *eleg.* XXII. verificatur:

Omnia romanae cedant miracula terrae:
Natura hic posuit quidquid in orbe fuit.

”) Si ad haec serio attendisset Shuttleworth, numquam ei excidisset quod op. cit. pag. 68. scripsit, tam fieri posse, ut traditiones orales admittere queamus uti probationem facientes, quam fieri possit, ut Jordanus purus egrediatur ex mari mortuo. Ita saec. XIX. Professor oxoniensis!

atque ad mundi usque finem eandem profitebitur. Hujus perennis ac intemeratae professionis vadem ipsum habemus Christum, qui ei propterea suum auxilium in eum finem pollicitus est; vades insuper habemus illa omnia media quae indicavimus tum generalia tum particularia, ad factum quod attinet. Ex illis enim constat praecipua dogmata institutionibus publicis alligata fuisse, usu perenni ac praxi consecrata, consignata monumentis, adeo ut fieri nequiverit quaelibet innovatio, aut corruptio, si praesertim simul omnia spectentur; siquidem omnia in adstruenda doctrina catholica mirifice conspirant.

TRACTATIS

1. Summi momenti quaestio est, quam heic tractandam suscipimus, eademque certe antiquissima, quippe quae ad ipsa pene rei Christianae primordia revocari potest. Simul ac enim Christiana fides praedicari ubique ac late propagari coepit, fieri non potuit quin humana ratio, philosophicis jampridem ethnicorum studiis exculta, inquirere aggrederetur, quidnam sibi ex ea fide superveniret, quid ista a se exigeret, quaque ratione principia illa quibus e nativo lumine suo ipsa potiebatur, cum fidei dogmatibus conciliarentur. Hinc prouti haec inquisitio instituta est, diversum omnino peperit effectum. Nam qui animi anticipatis judiciis posthabitis veritatem consectati sunt, rectumque ipsum rationis lumen sunt secuti, fidei veritatem, maximumque inde rationi ipsi commodum promanans agnoverunt, omnemque ingenii sui aciem, ac philosophicam sibi partam doctrinam in Christianae religionis defensionem impenderunt.1 Contra vero qui tumida superbia elati rationi suae veluti indecorum existimarunt eam in obsequium Christi ejusque doctrinae captivare, ex philosophia ipsa arma adversus fidem depromere adnisi sunt.2 Et quoniam una eademque semper extitit fidei natura, atque ea

*) Exemplo sunt philosophi, iidemque ad chrislianam fidem conversi, qui apologetae ejusdem extiterc praestantissimi, Cletus, Arnobius, Minucius Felix etc. qui id expresse testantur in scriptis suis pro religione Christiana editis.

humanae rationis varia semper indoles fuit, ut duplici illo contrarioque plane motu, centripcto, si ita loqui fas est, ac centrifugo m fidem ferretur, hinc insequentibus etiam saeculis de ratione in ordine ad fidem, atque utrum inter illas aliqua dari possit concordia, identidem dimicatum est.

2. Numquam vero magis haec ipsa ferbuit controversia quam ex eo tempore, quo recens protestantismi ortus rationem humanam aeque ac divinam fidem tantopere agitare, ac permiscere coepit. Atque ad hanc quidem componendam quaestionem praeclara ingenia non inter catholicos dumtaxat, sed etiam apud protestantes in aciem prodierunt, ac vario successu adlaborarunt.3 Aetate vero recentiore res inulto magis implexa ac salebrosa effecta est ob tantam rerum philosophicarum conversionem, ob tot tamque opposita philosophiae systemata inde exorta, ob tam acrem demum animorum hac in re contentionem tum inter protestantes tum inter catholicos ipsos, vix ut ubi tuto pedem figere possis, invenias.

3. Sunt enim qui rationis humanae vim adeo deprimunt, ut illam enervem ac pene intermortuam velint: sunt qui tantopere eandem ipsam extollunt, ut de ipsis revelatis veritatibus judicium arbitriumque ei deferant: sunt denique qui sic scientiam ac fidem inter se committunt, ut simul consistere haud posse demum concludant oportet. Undique proinde syrtes ac latentes etiam scopuli, in quos pronum valde est navim infringere. Nimis igitur interesse junioris theologi debet, pelagi hujus quod ipsi transfretare opus est, pericula accurate dignoscere atque aliquam habere normam, qua cursum suum caute sapienterque dirigere queat. Quo fit ut in postrema hac

qui tot impia systemata effudit: pantheismum videlicet in Apelle, Valentino, Carpocrate, Epiphanio; manichacisinnm in Saturnino, Basilide. Bardesane, Marcione, Manete ctc. Hinc item erupit neo-platonismus seu syncretismus alexandrinus. qui quidem philosophiam pythagoricam, platonicam, aristotclicam, ac etiam orientalem in unam congessit, ac simul permiscuit, quo sesc fidei Christianae propagationi opponeret; unde prodiere Porphyrius, Hierocles, Julianus etc. qui hanc ex professo impugnarunt. De hisce videre est inter recentiores Tennemann, *Grundriss der Geschichte der Philosophie, seu Adumbratio historiae philosophiae*. Lipsiae 1825. §· 200. pag. 188 seq. nec non De Gerando: *Histoire comparée des systèmes de philosophie,* Paris 1804. Tom. I. cap. 3-

*) Inter catholicos praeter antiquos scholasticos qui data opera de fide scripserunt, aliosque de quibus postea loquemur, eminent Nounnote, Houtteviile, Bergier, Valsecchi, Spedalieri. aliique non pauci qui fidei patrocinium adversus incredulos felici adeo exitu suscepere; inter protestantes vero id ipsum efficere aggressi sunt Leibnitzius, Jaquelot, Turretinus etc· Ast difficile hoc omnino protestantibus est. nec nisi infelici exitu pertentare ejusmodi conciliationem ipsi possunt, cum adeo male perspectam habeant fidei naturam, totque erroribus detineantur in materia de gratia, de peccato originali, justificatione etc. prout suo loco exposuimus tum in tract. *De Deo Creatore* part. III. tum in tract. *De gratia* part. L et Π. Quapropter Leibnitzius, eo ipso quod fidei catholicae valde accesserit, in earaque propensus magnopere extiterit, ut liquet ex egregio ejus *Systemate theologico* quod saepius allegavimus, prae protestantibus reliquis potuit accuratius hoc de argumento disserere.

tractationis nostrae parte do Locis Theologicis quidquid ad hanc controversiam attinet, negllgere omnino non debeamus. Campus, qui nobis excurrendus hac in re seec offerret, esset quidem amplissimus, sed instituti nostri minime obliti, disceptationem hanc quibusdam veluti cancellis concludemus, ac ea tantum, quae ad rem nostram necessaria et accommodata sunt, sectambimur.

4. Haud vero nos latet magna hujus tractationis difficultas; eo vel magis quod fieri hae. in re vix possit, ut dum pro suscepti instituti munere veritatem in tuto ponere ac tueri aggrediaris, nonnullorum etiam optimorum catholicorum, quorum abnormes hoc in argumento sententiae necessario sunt perstringendae, animos non offendas. Verum dum nos doctrinas ac placita libere ventilabimus, nihil inde illorum personis, quae religionis studio ac scientia praestant, detractum iri volumus. Nec tamen ita de labore hoc nostro praesumimus, omnes ut hac de re controversias nunc temporis exardescentes dirimi inde facile posse confidamus. Illud tantum nobis proponimus, atque adeo assequi conabimur, ut juniores theologi quos erudiendos suscepimus, habeant demum perspectum quod sibi iter in via tam lubrica tenendum sit, ne cum fidei ipsius detrimento illos transiliant fines, quos ultra citraque nequit consistere rectum.

5. Duae porro erunt hujus postremae tractatus nostri partis sectiones, in quarum altera de rationis ac fidei analogia in se spectata, in altera de ejusdem applicatione, sive de methodologia disceptabimus.

PARS III.

SECTIO PRIOR.

DE ANALOGIA RATIONIS AC FIDEI IN SE SPECTATA.

6. Ut omni qua par est perspicuitate progrediamur, quid heic per *rationis,* quid per *fidei* nomen intelligamus, in antecessum aperiamus necesse est. Ac *rationem* quidem universim sumimus pro nativa atque essentiali animi humani facultate, seu facultatum collectione, quibus ipsa Aerum cognoscit, deque isto judicat, quatenus idem intra naturae ambitum continetur.[1] Dum vero *fidem* dicimus, significamus: *Liberum illum assensum quem intellectus divina gratia praeventus et adjutus praebet veritatibus supematuraliter revelatis ob Dei ipsius revelantis auctoritatem.*[2] Ex quibus generalibus notionibus per se jam elucet quid sihi proprium ac peculiare ratio, quidque sibi vindicet fides. Ratio siquidem per se objecta sua cognoscit, intuetur ac judicat. Fides vero objectis suis assentitur et credit. Porro cum fides natu-

*) Rationem hic spectamus generatim, prout omnem humanae mentis cognoscendi ac judicandi vim complectitur, ac proinde etiam intellectum, non vero prout proprie facultatem dicit ratiocinandi, ac veritates alias ex aliis deducendi. Hoc posteriore sensu videtur eam spectasse Leibnitzius, dum in sua dissertatione *De conformit. fidei cum ratione* §. 1- rationem definit *catenam veritatum*,· per *catenam* autem, prout exponit in nota (1) Lud. Dulcns, «nihil aliud Leibnitzius intelligit, quam *nexum,* quo quid continet rationem sufficientem coëxistentiae vel successionis alterius; per *veritates* vero veritates universales. Est definitio ab *objecto* cognitionis nostrae desumpta;· nimirum quatenus haec objecta ratione deducuntur.

Hoc sensu, quo fidem usurpamus, dicit ipsa actum, non habitum. In hac porro definitione distinguitur 1. subjectum quod fidem apprehendit, nempe intellectus cx imperio voluntatis; 2. objectum materiale fidei, scilicet veritates a Deo revelatae; ac 3. ratio formalis assensus, videlicet auctoritas Dei revelantis. De quibus suo loco disseremus.

ralem rationem praesupponat, eidemque accedat, ac ratio tandem ea sit, quae objecta seu veritates apprehendit quas ei tamquam divinitns revelatas credendas proponit fidos, hinc, triplex generalis respectus seu relatio rationem inter ac fidem efflorescit. Ratio enirn concipi ac spectari potest aut *ante* Iidem, aut *cum* fide, aut denique *post* fidem : nimirum inquiri potest quodnam sit rationis officium sive antequam fidei assentiatur objectis, sive dum actu iisdem assentitur, sive demum postquam suum ipsis assensum praebuerit. Haec igitur triplex relatio rationem inter ac fidem, seu triplex rationis in ordino ad fidem munus viam nobis suapte natura sternit ad priorem sectionem hanc tria in capita dispertiendi.

CAPUT

DE RATIONE ANTE FIDEM SPECTATA.

7. Humanam rationem, suis licet limitibus circumscriptam, non modo natura sua in verum ferri, sed illud assequi certo posse, communis hominum sensus semper agnovit, omnesque qui recte philosophari voluerunt, nullo non tempore professi sunt. Et quamvis omni fere aetate extiterint sceptici illi qui de quavis re dubitarent, ac omnimodam *acatalepsiam* prae se ferrent, ii tamen nec plures numero, et secum ipsi pugnantes fuerunt; quandoquidem theoretice denegabant quod practice admittebant omnino: ac demum non tam rationibus, quam ipsa rationalis naturae voce perpetuo sunt profligati.

8- Non aliter de humana ratione sensit ac docuit Christiana catholica religio; quippe quae tametsi hominem post protoparentum lapsum *secundum corpus et animam in deterius commutatum* agnoscat’, numquam tamen ei quae ad humanae naturae essentiam pertinent, denegavit, eumque propterea eo semper naturali lumine rationis praeditum asseruit quo verum a falso internoscere valeat, ac naturalis ordinis veritates vi sua detegere. Verum enimvero saec. XVI. cum nova primum protestantium placita eruperunt, aliter de humana ratione judicari coepit.

9. Lutherus enim cum hominem peccato originis in ipsis naturae essen-

’) Cum ex hisce Tridentini verbis non pauci ex recentioribus occasionem sumpserint naturales hominis lapsi vires plus quam opus sit deprimendi sive in vero cognoscendo, sive in bono prosequendo, ideo revocari in mentem debet quod scripsimus in tract, *de Deo Creatore,* part. III. cap. 4. cum dissereremus *de peccato originali ejusi/ue effectibus.* Ibi enim animadvertimus, nihil hominem omnino amisisse per peccatum originis ex iis quae spectant ad essentialia naturae humanae; ac proplcrea quae dicuntur a cone, tridentino de homine laeso, loto nempe Adam secundum corpus et animam propter peccatum in deterius commutato, inlelligenda esse non *absolute* sed in *sensu relativo,* in ordine scilicet ad dona gratuita, quae Adam peccando et sibi et posteris suis amisit; ceterum naturam in se speciatam non deteriorem nunc esse, ac fuisset, si Deus dona ilia gratuita liberalitate homini minime adjecisset,

tialibns depravatum ac pessumdatum doceret, eo fero pacto quo liberum ejun arbitrium post lapsum sustulit e medio, ita etiam humanum intellectum obscuratum adeo et extinctum esse commentus est, ut nihil veri, sino fidei revelatae lumine, eidem reliquum esset. Hinc scholasticos doctoree tantopere exagitavit, hinc in omnem philosophiam vehementer est debacchatus eamque ut fidei inimicam traduxit, hinc denique omnes philosophorum virtutes vitia, omnesque scientias speculativas errores esse proclamavit.[2] Ejusdem vestigiis plures e protestantibns institerunt. Daniel Hofimannus theologiae professor in universitate helmstadtiensi mortale bellum indixit rationi, philosophiam *opus carnis* appellans, quodque in philosophia prout verum defenditur, in theologia falsum esse contendens.[3] Plura adversus humanam rationem congessit Bernardinus Ochinus quum ad novatorum errores misere deflexit.[4] Nec alio

') Eliam Leibnitzius in *Dissert, de conform. fidei cum ratione,* opp. ed. Dutens, Genevae 1768, tom. I. §. 12. id fassus est, scribens: nReformatores, ac Lutherus praecipue, locuti quandoque sunt, quasi philosophiam omnino rejecerint, fideique inimicam esse judicaverint; quamvis deinde hanc Lulheri notam emollire conetur. Verum nos postea alia documenta ad illam ipsam notam confirmandam afferemus. Ita etiam Bûhle, in sua *Storia delta filosofia moderna,* trad, da Vincenz. Lancetti, Milano 1822, tom. V. sez. II. cap. 4. id ipsum de Lulhero fatetur; repetit tamen in primis ex eo quod ipse ira in scholasticos ac Aristotelem ab illis secutum aestuabat. Verum, quamvis et hoc delur, contemptus ille omnis philosophiae ac humanae rationis depressio, seu polius, ut vocant, *nihilismus,* qui Lulhero ac pluribus reformatoribus solemnis fuit, ab alliore fonle repelendus esi; nimiruin ex doctrina ipsa lutherana de homine paradisiaco, ac peccali originalis natura atque effectibus. Ilaque *nihilismus* ille rationis semper necessarium csl doclri ac illius lulheranae consectarium, quamvis non omnes protestantes illum revera professi sint. Nec vero inficiamur nonnullos paucos etiam ex catholicis, *nihilismum* illum admisisse, sed id certe ex catholicae doctrina·· principiis non effecerunt, quibus directe prorsus adversatur. Frustra igitur Tcnnemann, op. cit. pag. 362, ut catholicos carperet, scribebat: ..Postquam Nicole et Bossuet cum pluribus aliis *scepticismo* usi sunt, ut in sinum catholicae ecclesiae protcstantes revocarent, ac ut pondus auctoritatis ecclesiasticae extollerent, rationis incertiludinem ostendendo....'· Allegat pono opus Franc. Turretini : *Pyrrhonismus pontificius,* Lugd. Batav. 1622. Id certe quod de Nicole ac Bossuelio asserit, falsum est, qui numquam *nihilismum rationis* docuerunt. Aliud autem est ostendere rationem humanam in rebus fidei infallibili norma, nimirum ecclesiae auctoritate indigere, idque ex ipsa incertitudine ac varietate cui religio divina subderetur, si ea fallacibus rationis placitis relicta esset: aliud vero rationi naturales ipsas vires ad verum in naturali ordine cognoscendum denegare. Illud verissimum csl, ac protcslantium facto comprobatum: hoc falsum est et a saniore catholica doctrina omnino improbatum.

') De his pertractat Joann. Franc. Buddacus in *Isag. Histor. Theolog.* pag. 234 seqq. Etiam protestans Paulus Slevogtius libellum ediderat: *Pervigilium de dissidio theologi el philosophi in utriusque principiis fundato ;* de quo cf. Leibnitz. diss. cil. 13.

4) Vid. *Prediche di Messer Bernardino Ochino Sanese. Pred. III.* Ochinus ex *nihilismo* rationis ad *ullramysticismum* progressus est; quippe rejecta ecclesiae auctoritate in rebus fidei. ac etiam neglectis s. Scripturis, veluti unica ac ultima credendi norma, hanc tandem in interiore Spiritus Sancti testimonio, immediata scilicet ac individua cujusque inspiratione collocavit. „Di

spectabat Calvinus dum liberi arbitrii immunitatem a quavis necessitate veluti philosophicum dogma irridebat, quod in theologia esset posthabendum. 5 Huc pariter Kemnitius dum non esse curandum edicebat, si fidei dogmata vindicantes in *absurdilatcs philosophicas* incurramus.6 Huc demum, ut plura alia ejusdem generis silentio praetereamus, recidit doctrina illa cui tot protestantes juris naturae scriptores firmissime adhaeserunt, nullum intrinsecum inter bonum ac malum morale dari discrimen, sed illud a libera tantum ac positiva Dei voluntate totum esse repetendum, unde consequitur ipsum ex positiva dumtaxat Dei revelatione posse innotescere.7 Ex quo illud verissimum exurgit, quod nempe dissidium ac bellum rationem inter ac fidem, quod a priorum aetatum haereticis identidem excitatum fuerat, opera protestantium acrius instauratum, multoque vehementius promotum fuerit. Atque hic habes quod maxime mireris: nam ii ipsi protestantes, qui ut fidem extollerent, naturales rationis vires destruere et ad nihilum redigere conati sunt, iidem posthac rationem hanc ipsam veluti unicum ac infallibilem in rebus ipsis fidei judicem proclamare non sunt veriti, ac demum ad ipsius rationis apotheosin cum totius fidei jactura pervenerunt.

poi, *inquit,* per lestificarci, fcrmarci, c stabilirci nelle verita divine revelate e supernatural], bisogni ali' ultimo venire *ali' interno testimonio dello Spirilo Santo, senz il quale non si pub sapere quali Scritture sieno sanie e quali no." Pred. IV.* Adeo *nihilismus* rationis cum prolcstanlismi principiis connexus est! Ceterum advers. Ochinum cf. *Le Mentite Ochiniane dei Mutio Justinopolitano.* In Vinegia 1551.

s) Cf. Petavium *De opif. sex dierum* lib. III. qui primus est *De libero arbitrio* cap. I et IV.

e) Examen cone. trid. part. I. pag·. 266. Hoc accepit Kemnitius a Luthero cujus principium erat: *Quod verum est in Theologia, non semper verum est in Philosophia.* Circa quod paradoxum dissertationem edidit Crusius: *Opusctil. philosophico - theolog.* Lips. 1750.

7) Haec fuit palmaris doctrina Puftendorfii, quam ipse a parente suo Luthero hausit. Eum sequuti sunt Coccejus, ac saltem ex parte Hcineccius, Thommasius, aliique c protestanlibus. Ita etiam Seldenus a positiva Dei revelatione lotum jus naturale repetit. Hinc omnes isti protestantes juristae doctores scholasticos vehementer irridٍent ac exagitant, eo quod intrinsecum boni ac mali moralis discrimen in ipsis rerum essentiis ac natura fundatum tuentur, ac legem aeternam in Deo a *libera* Dei voluntate independeutem vindicant. Haud ergo satis mirari possumus quomodo philosophus scotus magni inter recentiores nominis, Dugald Stewart, in praefatione quam praemisit volumini primo *Supplementi Britannicae Encyclopaedias,* hanc Melanchlhoni tribuere gloriam potuerit, quod nempe primus omnium docuerit distinctionem inter bonum ac malum morale non a revelatione, sed ab intrinseca rerum natura dimanantem, ita ut, ut ipse subdit, catholici posthac ex protestanlibus doctrinam hanc sint mutuati. Num haec ipsa doctrina non omnibus fere jam antea scholasticis communis erat, si Occamum, Nominalium parentem excipias, qui tamen slatim ac contrarium docuit, ceteros pene omnes scholasticos sibi adversos habuit, et a pluribus, quos inter a Joann. Duns Seoto, invicte refutatus est? Num scholastici ob hoc ipsum tot a prolcstantibus, quos commemoravimus, injurias pali non debuerunt? Num contraria sententia quae morales distinctiones omnino tollit, non fuit a Luthero ejusque sectatoribus praedicata? Adeo praejudicia proteslantismi philosopho ccteroqui commendabili, Stewarto, fucum facere potuerunt!

10. Et haec quidem protestantismus in Christianae theologiae ambitu de humanae rationis viribus constituebat. Sed aliud ex eadem parte in ipso philosophiae campo rationi ipsi impendebat excidium: nimirum neo-sceptici-snms ille, qui ex Britannia primum prodiens, ac deinde ab Emmanuele Kantio veluti in systema redactus, tot opinionum peperit monstra, ac Germaniae praesertim scholas late pervasit. Philosophicae hujus cladis historia nimis jam comperta est. Nemo est qui nesciat Humium necessitatem *a priori* ac universalitatem principii, quod vocant *causalitatis,* e medio tollentem, illud-qne inter principia *a posteriori,* seu experientiae recensentem, fundamentum praecipuum realitatis objectivae humanarum cognitionum convellisse. Kantius vero dum omnem scientiam ad mera sensibilitatis phaenomena, ac subjectivas quasdam easdemque necessarias intellectus formas reducit: dum nos tantum *phaenomena* scire, de rebus vero in seipsis seu *noumenis* nihil prorsus affir-mare posse contendit: dum proprium ipsum *Ego* ad phaenomena amandat, de cujus videlicet realitate numquam constare queat; non modo cognitionem omnem plane *subjectivam* efficit, sed impossibilem et absurdam reddit, ac scepticism! culmen attingit. Haec philosophiae revolutio, seu potius humanae rationis sub nomine *ĕriticismi* subversio, protestandum praesertim animos alte occupavit, et cum veritas semper ac certitudo ex eorum manibus elabe-retur, eos ad nova in dies absurdiora systemata summo studio adornanda pro-pellit. Exinde enim *idealismus absolutus,* seu *egoismus metaphysicus* Fichtei; exinde philosophia *identitatis,* seu *realismus absolutus* Schellingii; exinde syste-mata Boutenveckii ac Bardilii pantheistica labe adspersa; exinde demum phi-losophica Hegelii doctrina, qui subjectum ac objectum in idea identificari po-nens, ab ideae ipsius logica evolutione realitatem ipsam objectorum educit. Nimirum isti philosophi, Kantii principiis ac exemplo excitati, scientiam ejus-que objecta *a priori* suo unusquisque modo construere, ac ut proprio ipsorum vocabulo utamur, *creare9,* in animum induxerunt. Ex quo factum est, ut

8) Optime adnotatum fuit, ipsum *criti-cisnti* verbum tura temeritatem, tum absur-dilatcin maximam praeseferre. Numquid enim in ullo homine aliqua alia ratio su-perior invenietur, qua possit humanae ra-tionis *criticismum* instituere? Aut si ipsa ratio *criticismum* sui instituit, quem valo-rem iste habebit? Quandoquidem quidquid certitudinem objcctivam rationis destrueret, destrueret simul necessario *criticism!* ipsius certitudinem objcctivam. In eandem absnr-ditalcm incidit quaestio transcendcntalis a qua philosophiam exordiri debere Kanlius ejusque sectatores contendunt: nimirum *an sit possibilis cognitio?* Etenim ad hanc ipsam quaestionem ponendam opus est ut jam cognitio et possibilis sit, cl existât. Ita *aprioristici* isti philosophiae creatores, seu potius eversores humanae rationi illudunt.

,.De natura philosophari idem plane est, ac .naturam *creare."* Ita inter ceteros Schellingius edixit in op. *Natur - Wissen-schaft,* seu *Scientia naturae,* pag. 3. Omnia neotericae philosophiae gennanicae syste-mata eo demum spectant, ut velut e nihilo proprium ei/o. *mundum* ac *Deum* ipsum educant. Hinc officium philosophiae ab ipsis proclamatum *das Objectiviren des lehs,* id est to *proprium Ego* ex apparenti *objecti-vant,* seu rcale efficere. Exinde etiam illa

ratio humana sive ad purum idealismum, sive ad putidum pantheismum, misero utrinque fato, dilapsa sit. 10

11. Ex neotericae hujus philosophiae natura quid Christiana religio sibi expectare deberet, pronum erat colligere. Juxta Kantii placita revelationis positivae ac supernaturalis possibilitas *noumenon* est, de quo nil sciri aut affirmari potest: quam vero ipse intra solius rationis limites statuit religionem, cujnsmodi demum generis esse poterit, cum omni thcoretico fundamento sit destituta, ac ratione tantum *praclica* fulciatur? Haec enim caeca quadam ac subjectiva necessitate sibi veritates ipsas Christianas veluti *postulàta* quaedam creat, iisdemque, licet in se contradictoriis, fidem adjungit, ut nempe propriae suae libertati ac moralibus legibus credere possit. Quinam in philosophia Schellingii divinae revelationi esse posset locus, dum infinitum cum finito, Creatorem cum creatura confundit, atque unum idemque ex ipsis substantialiter efficit? Hegelius vero, qui etiam de Christianae religionis mysteriis in sua philosophia pertractat, non aliam ipsis originem assignat, nisi *ideam* ipsam, quae in humano intellectu residet, et a cujus progressiva evolutione, veluti logici ac naturales foetus, eadem mysteria promanant. 11 Neque vero ab eo valde differt religiosum Fichtei systema. 12 De positiva igitur

Fichtei salis nola jaclalio, qua discipulis suis pollicitus erat, se in proxima sua praelectione *Deum esse creaturum*. Alia id genus nobis occurrent.

*°) Nimis forie haec de recentiore gernianica philosophia a nobis acerbe dicta aliquibus videri possent, cum tot illa tum in Gallia, tum praesertim in Germania ipsa, admiratores sil nacta. Atqui nos nil dicimus, de quo multo apertius nonnulli e germanicis ipsis scriptoribus jam palam professi ac conquesti non sint. Audiatur professor Baltzer in suis *Iieytrage zur Vermittelung* etc. seu *Documenta ad concilian-dum rectum judicium de catholicisme et protestantismo,* Fasc. II. Uralislaviae 1840. §.50. cujus titulus est: *Spiritus kantiano-hegelianus recentioris aetatis in suo mortali conflictu contra omnem fidem non philosophantes christianismi tum in ecclesia tum in civili statu.* Ita porro loquitur: >.Qui noscit quem scopum sibi philosophia germanica a Kantio inde usque praefixerit, et quomodo ipsa eum incessanter persecuta fuerit, cumque tandem in Hegelio attigerit, omni prorsus respectu ad communem ac rationalem humani generis veritatis sensum posthabito .... tantum abest, ut mirari queat tempestates excitatas a spiritu recentioris hujus aetatis contra quidquid *positivum* est, ut eas potius omnino naturales et necessarias agnoscat necesse sil. Germanica philosophia in tractando veritatis negotio prorsus a se rejecit objeclivum veritatis vinculum, quod ecclesiam civilemque statum... simul colligat, seque in subjectiva vincula catenasque conjecit." In fasc. autem I. ejusd. op. titulus §. 6. ita se habet: *Juvenis Germania est veluti planta infecta veneno rationalismi kantiani.* In toto porro opere auctor eo spectat, ut ostendat doleatque, prolatis documentis, excidia a neoterica philosophia Germaniae importata. Ab aliis scriptorum testimoniis allegandis hic supersedemus, cum alibi locum habere possint. Ad Gallias quod allinet ad quas philosophia haec penetravit, nota sunt nuperrime edita documenta pastoralia episcoporum, qui undique in eam veluti exitiosam religioni et statui insurrexerunt. Eminent inter ceteros arch, tolosanus et ep. carnutensis.

*·) Vid. Hegelii */ieligionsphilosophie* seu *Philosophia religionis.* De Hegelio ac Hegelismo plura alibi dicemus.

”) Fichteus in op. *Die Amveisung zum seeligen Lebeu oder auch die Religions'*

atque historica veritate religionis Christianae juxta ipsos conclamatum est. Qnare hae Kantii. Fichtei, Hegeliique philosophicae doctrinae in ipso protestandum solo enatae, altae atque enutritae in primis effecerunt, ut protestantismus latens principium suum destructionis magis in dies evolveret, ac eos rationalism! ac mythicismi fructus efferret, qui tandem in Straussio suam omnem vim propemodum exhauserunt.13

12. Porro cum haec esset neotericae philosophiae conditio, cum ratio humana ejus principiis excitata ita Christianae religioni infensam se praeberet, ii qui veritatis ac religionis tuendae necessitatem in se experti sunt, ita id muneris susceperunt, ut tamen diverso inter se modo de ratione ipsa, deque ejus officiis in ordine ad Christianam fidem philosophati sint. Alii enim contenderunt non tam rationi ejusque veritatis detegendae capacitati, quam interiori ac religioso cuidam sensui esse fidendum, unde *sentimentalistae* aut etiam *mystici* audiunt.14 Alii rationem humanam per se nec veritates ipsas

lehre, sen *Directio ad vitam beatam aut etiam religionis doctrina,* Berol. 1828. praelect. VI. pag. 110. hoc religiosi sui systematis fundamentum jecit: -In religionis doctrina positio creationis est *primum criterium falsitatis;* negatio hujusmodi creationis, si haec forte ob aliquam praecedentem religionis doctrinam supposita esse deberet, est primum *critérium veritatis* hujusce religiosae doctrinae." Unde subdit quod Joannes in suo Evangelic, ut judaicam de creatione doctrinam profligaret, incipit ab iis verbis: *Iu principio erat Verbum,* ut ea opponeret verbo Moysis: *In principio creavit Deus;* quia nempe nihil creavit Deus, sed omnia in principio ex Logo suo, id est, ex se confecit, et quidem ex necessitate naturae suae, quia omnia ab aeterno ac necessario in Deo erant. Hinc concludit: -procul a nobis hoc phantasma creationis'.- et pag. 117. palam affirmat philosophum indepcndentcr a christianismo easdem veritates necessario nexu habere, easque cum totali claritate intueri. Non id quod historicum, sed quod metaphysicum est, hominem beatum efficere. In see. praelect. pag. 24. jam statuerat non *credere,* sed purum *cogitare*, et per puram cogitationem Deum immediate intueri ac possidere, religionem constituere. Hoc autem est fichtianum illud opus in quo ipse, provecta jam aetate, Christianum ac religiosum se ostendere voluit. Ex his deprehendimus quibus ex fontibus neoterici ecclecticismi sectatores in Galliis paradoxa sua deprompserint: *»Dieu na point tiré Γunivers du néant, mais Γa tiré de lui même·. — II est faux que Dieu soit incompréhensible: — C est la raison que nous apportons en naissant, qui est le Verbe fait chair, et il n existe point ‹Γautre révélation.-* Magni itaque isti philosophi seu potius increduli galli non sunt nisi exscriptores incredulorum germanicorum protestanlium.

*') Strauss ipse fatetur, systema suum mythicum quo *vitam Jesu* critice, seu potius impiissime adornavit, ortum ac fundamentum in hegeliana philosophia habere, idque confirmat locis ex ipso Hegclio in medium allatis. Cf. ejus *Scripta Polemica.* Fasc. 3. pag. 57.

M) Hujus *sentimentalisticae* scholae fundamenta jecerat ReidiusScotiae philosophus; sed qui eam recentius instauravit, ac ad quondam mysticismum evexit, fuit germanus Frid. Jacobi. Ipse enim transcendentalcm philosophiam exhorrescens, principia scientiae philosophicae collocavit in quadam naturali fide (a supernatural! fide distincta), qua in rationali instinctu veritates quae supra sensus sunt, uti Deus, ejus providentia, libertas animi nostri, ejusque immortalitas, lex moralis etc. sine ulla demonstratione ac ratiocinio, sed immediate prorsus percipimus. Hinc adeo intellectus ac rationis usum ad veritatem assequendam deprimebat, ut asse-

naturalea aibiqun proportionatas (ut existentiam supremi Numinis, spiritualem animi naturam ejusque immortalitatem, justi atque injusti normam, aliaque ejusmodi) certo cognoscere posse existimarunt, sed in iis omnibus divina positiva revelatione indiguisse, quae reapse homini primitus data est, et posthac in humanum genus universum per constantem traditionem propagata. Hinc philosophiam omnem, quae positiva revelatione, illius veluti fundamento, minime praejacta, naturalium veritatum genesim, naturam, ac certitudinem demonstrandam aggreditur, tamquam *anti-Christianam* aut *extra-Christianam,* declarant; quare *supematuralistae* appellari solent.15 Alii individuae hominis rationi vim certitudinis denegantes, eam auctoritati totius humani generis, nimirum vel rationi universali, vel communi ac perpetuae traditioni contulerunt, sic ut auctoritas ista in ipso religionis negotio regula ac critérium esse deberet; hos *traditionales* propterea vocant.16 Sunt alii qui methodum *psycho-*

rere non dubitaret: ..Omnino ethnicus quoad intellectum, christianus cum toto corde, ego duas inter aquas fluctuo, quae nullimode in unum simul coire volunt." Cf. *Epist. ejus posthumas,* vol. II. pag. 478. Doctrina Jacobi haud paucos in Germania sectatores habuit; de quo Tennemann op. cit. §§.406 — 408. Aetate hac nostra adhaerere eidem visus est prof. Klee, cujus aliquot testimonia alibi afferemus. E.xtat etiam in ephemer. tubing. *Theologische Quartalschrift,* seu *Scripta Trimestralia Theologica* ann. 1839. fasc. 2. articulus *Ueber Glauben und* ¶Fi *sen* etc. seu *De fide ac scientia in relatione ad extremas, seu oppositas sententias ac tendentias aetatis nostraej* cujus cl. auctor, docl. Kuhu, Jacobi philosophicam doctrinam iterum vindicat ac seciatur. Eidem etiam debetur opus: *Jacobi und die Philosophie seiner Zeil,* seu *Jacobi et philosophia aetatis suae.*

IS) Hanc doctrinam jam doctissimus ceteroquin vir Pelr. Daniel Huelius protulerat in libro qui vulgo eidem adseribitur: *Traité de la faiblesse de Vesprit humain,* Amsterd. 1723. quique a Lud. Ant. Murfttorio confutatus est. Sed recentissima aetate eam magna eloquentiae vi ac religionis studio suadere conatus est abb. L. Bautain in op. *Philosophie du christianisme,* Paris 1835, nec non in praef. ad alterum suum opus, *Psychologie expérimentale,* vol. I. Paris 1839. Hinc ilia *bautainismi* nomen accepit, ac non modo in Gallia, sed in Germania praesertim haud paucos religiosi animi viros in sui amorem allexit. Ceterum quas haec doctrina subierit vices, et quanta animi docilitate auctor ejus quod in ea potissimum improbandum erat, retractaverit, omnes norunt. Nos inferius ex professo de hac doctrina cum agere debeamus, documenta afferemus.

ie) Doctrinae hujus sectatores non mullum inter se ac sibi ipsis constant; quandoquidem nunc ad rationem universalem humanam, veluti supremum veritatis critérium, nunc ad auctoritatem generalem totius humani generis, nunc ad traditionem constantem et perpetuam appellant. Quidquid sit, eos *traditionalium* nomine appellamus. Huic scholae primordia dederat clariss. vir comes de Bonald, de re catholica optime meritus. Posthac vero novam nacla est formam in scriptis De la Mennais, unde *lamennaisinus* profluxit. Eidem adhaesit Laurentie in op. *Introduction à la philosophie, ou Traité de Forigine et de la certitude des connaissances humaines,* Paris 1826; D. Gerbet in op. *Des doctrines philosophiques dans leurs rapports avec les fondemens de la théologie,* Paris 1826 (qui tamen egregius vir ab illis placitis laudabiliter se recepit), aliique nonnulli etiam ex italis. Adnotandum porro est hujus doctrinae asseclas cum altera schola, quae *supernaturalistica* dicitur, plura habere communia; quandoque proinde et *supernaturalistae* vocati sunt. Quod tamen inter *bau-*

logicam in philosophia voluti religioni infensam damnant, ac ab *ontologica* ordiendum esse contendunt, nimirum ab *immediata* et *concreta* Dei ipsius intuitione; unde *ontologislac* vocari queunt.17 Denique sunt etiam qui Kantii ac Fichtei principia non tam refellere quam expurgare ac perpolire ita aggressi sunt, ut talem inde tum naturalium veritatum, tum Christianae fidei demonstrationem conficerent, qua kantiani ipsi ac fichtiani ad eam fidem amplectendam omnino cogerentur. 18

13. Ex historica hac praesentis controversiae de officio rationis ante fidem spectatae veluti adumbratione, liquet duas hinc inde extremas ac inter se oppositas opinandi rationes se offerrei alteram nempe eorum, qui nimis tribuunt rationi, alteram illorum qui rationis vim vehementer deprimunt aut etiam plane tollunt. Nos pro suscepto munere cum tot inter discrepantes sententias quid a ratione ante fidem, scilicet ad fidem cognoscendam et amplectendam praestari legitime possit, statuere debeamus, in duos articulos, quae disceptaturi sumus distinguimus, in quorum altero de recto rationis usu ante fidem, in altero de abusu rationis ante fidem pertractabimus.19

lainismum el *lamennaismum* intersit, exponit ipse Bautain in opusc. *Quelques reflexions sur la doctrine du sens commun,* Paris 1833.

”) Ita praesertim recentissime Vincenliiis Gioberti in opere *Introduzione allô studio della filosofia,* Brusselle 1840, ubi ad platonica seu potius ad Malebranchii placita instauranda totus se confert.

,s) Ad hanc classem pertinet Georgius Hermes cum sectatoribus suis. Hinc systema philosophicum hermesianum *nova Kantii editio a discipulo correcta* in Germania appellatum est; nonnullique etiam ex rius asseclis fassi sunt, ut suo loco videbimus. Hermesium e Kantii ergastulis haud satis emersisse.

*9) Dum nos de rationis usu atque officio ante fidem pertractare aggredimur, longissime ab errore Hermesii abhorremus, juxta quem unusquisque per hunc praevium rationis suae processum ad fidem pervenire deberet, suamque fidem, ut ita dicam, iterum construere, ut *rationabiliter* credere pusset. Hoc christianae fidei plane esset eversivum, quandoquidem suspensionem assensus objectis fidei in animo ita comparato supponeret. Quaestionem igitur sub alio adspeclu agitamus; nimirum 1. nimis interest theologi cognoscere discrimen inter ordinem veritatum naturalium ac veritatum supematuralium, el num ordo logicus inter illas naturales veritates detur ita ut una ex alia probari queat, tametsi in ordine chronologico seu historico omnes per revelationem positivam primitus homini revera innotuerint; 2. quia et extiterunl et etiam nunc plures existant gentes ad quas revelatio positiva non pervenit, ac proinde nimis quoad illas refert statuere utrum naturali lumine potuerint aut possint veritates, quae rationis captum haud exsuperant, ante fidem cognoscere; 3. quia haec distinctio ac logica veritatum *clatsificatio* omnino necessaria est ad eos qui revelationem positivam et christianam fidem negant refellendos, eosdemque ad hanc fidem adducendos; 4. demum quia id etiam ad confirmationem propriae fidei jam susceptae utile est, dum evidens fit rationem rite adhibitam ad christianam fidem veluti manuducere. Nos igitur viae insistimus illi quam insigniores christianae revelationis ac religionis apologetae perpetuo tenuerunt.

ARTICULUS I.

DE RECTO RATIONIS USU ANTE FIDEM.

14. Rectum rationis usum in religionis inquirendae et capessendae negotio vindicaturi, theologi nos partes agere non autem philosophi meminisse debemus. Nostrum proinde haud est rationis humanae vindicias suscipere adversus transcendentales ac idealistas, humanarumque cognitionum veritatem, certitudinem ac realitatem objectivant ostendere. Id rccentiore hac aetate haud pauci clari nominis philosophi tum externi tum itali, licet non una eademque via, praestiterunt, e quibus penitior rerum harum notitia erit haurienda.l

15. Attamen cum de rationis natura ac vi identidem sit nobis agendum, cumque haud parum intersit theologi rectas hac de re ideas sibi comparare, ne falsas inde in ipsam theologiae provinciam inferat consecutiones, ipsamque fidei naturam pervertat, nonnulla heic ex philosophiae penu deprompta, juniorum praesertim theologorum commodo, praemittere necessarium ducimus, quae quandam veluti basim ac fundamentum infra disputandis constituant. Dum vero quae recta sunt ac saniorum philosophorum judicio quoad substantiam probata proferimus, haudquaquam nos intelligimus quaestiones mere ideologicas ac psychologicas dirimere. Ab hoc enim, si quidem illae fidei veritatem non attingant, theologo temperandum,omnino est. Sunt autem insequentia

PRAENOTANDA.

16. Humanae naturae *incredibilem veri visendi cupiditatem* inesse, ut praeclare adnotabat Tullius, unusquisque in se sentit atque experitur. Undenam

l) Dc externis scriptoribus, qui hanc spartam adornarunt, nimis longum esset dicere. Inter italos enituit Caesar Baldinotlus, qui primus forte in Italia, cum kantiana philosophia parum adhuc esset comperta, eam brevi sed validissimo scripto profligavit. Cf. *De Kantii philosophandi ratione et placitis ut ad metaphysicam generalem referuntur. Append, ad Tentaminum philosophic, lib. tres,* Patavii 1817. pag. 379. Recentius egregiam eidem rei operam navarunt Paschalis Galluppi, Ant. Rosmini, Salvator Mancino, Balthassar Poli, Aloysius Bonelli, aliique, quibus recentissime addi potest siculus P. Romano S. J. in op. *La scienza deU' vomo interiore e dette sue relazioni colla natura e con Dio,* Palermo 1840, vol. I. Si quis uberiorem de philosophis italis recentioribus cupiat notitiam, adeat opus cit. Wilhelmi Tennemann, translatum italice a cl. Balth. Poli , qui opus illud magnis supplementis auxit, ac continentem ad haec usque tempora philosophiae italicae historiam contexuit. Mirum porro est quinam italicae res in hac tanta disciplinarum omnium cultura, ac frequentissimo gentium etiam inter se dissitarum commercio ab externis non paucis scriptoribus ignorentur. Prodiit superiore ann. 1841 Viennae compendium historiae philosophicae sua haud carens laude, auctore profess. Leandro Josepho Stanke benedictino pannonio. Historiam suam ad nos usque ducit: de hungarica, de polonica, de russica, de hispanica, lusitanica etiam philosophia aliquid profert. De italorum philosophicis operibus altum silentium ! Ita ne igitur ex philosophiae campo evanuit Italia?

porro hic animi sensus, haec veri et falsi qualiscumque notitia, si *verum* pro humana mente haud existerai, aut numquam illud assequi posset? Unde illa veri ac falsi distinctio, atque acris in homine falsum pro vero accipiendi anxietas atque formido, si numquam ipse primum ab altero valeret dignoscere? Hoc certe unum satis per sese ostendit, mentem cum objecto suo, scilicet *vero,* naturalem proportionem habere, ac ita proinde esse natura comparatam, ut cum eo, saltem aliquando, vi sua possit conjungi. I

17. At enim id ipsum ex accurata mentis nostrae analyst luculenter elncet: talibus quippe mediis praesidiisque a natura, rectius a supremo naturae Auctore illam instructam deprehendimus quibus veritatem tuto, saltem in aliquibus, certoque valeat attingere. Duplici enim humana cognoscendi facultas elemento sive ordine constat, ordine videlicet *empirico* ac *rationali,* sive ordine sensibili ac ideali, vel, si ita appellare lubet, ordine *psychologico* ac ordine *logico* vel *ontologico.* Unum tamen idemque est principium illud quod sentiens simul atque intelligens duplicem illum ordinem in se arctissime conjungit, eorumdemque nexum percipit ac intuetur. Quo fit ut veritas ac objectivitas realis humanae cognitionis, ac scientiae certitudo ex hac tantum diversorum ordinum seu elementorum conjunctione exurgere ac efflorescere possit. Nec vero tot illa absurda systemata, quae recentiorem philosophiam infecerunt, aliunde magis profecta sunt, quam ex violenta atque arbitraria prorsus ordinis sensibilis disjunctione ab ideali, per quam nempe ea quae natura intime copulata sunt ab invicem divellendo, vel ad abjectum empirismum atque adeo materialismum, vel ad purum idealismum deventum est.

18. Ex duplici hoc cognitionum ordine nonnullae diversi itidem ordinis essentiales, ac, ut ita dicam, fundamentales veritates dimanant, quae humanae certitudinis ac scientiae basim efformant. Ex ordine enim empirico sive ex factis internae experientiae habet humana mens intimum ac substantialem *sensum* sui ipsius, seu quod recentiores vocant proprii *Ego:* quippe cum animus sibi ipsi intime applicatus sit, seipsum perpetuo *sentiat,* oportet sic ut numquam nos sine nobis esse ac vivere possimus.2 Hinc animus ideam

*) Si animus se ipsum non semper sentiret, si nos sine nobis unquam esse possemus, de identitate ac personalitate nostra certi ne quidem esse possemus. Opportune cl. Galluppius in *Saggio culta critica delta conoscenza,* Napoli 1819- Tom. I. pag. 17. »Se la coscienza, *inquit,* che io ho delle mie modiftcazioni non fosse unita al *sentimento* del mio essere, io non saprei certamenle riconoscere, che cio che mi è accaduto jeri, sia accaduto a me stesso: io non potrei certamente riguardarmi lo stesso essere nell' atto che le mie percezioni, i mici pensieri, 1c mie modificazioni si moltiplicano, ccssano di cssere, e si succedono incessantcmente." Exinde patet absurditas conceptus Fichtei juxta quem: «*Ego ponit, creat* seipsum eo ipso idcntico actu, quo ponit seu creat *Non-Ego,* scilicet mundum.· Quasi nempe (ut celeras absurditates de illa creatione praeteream) ut *Ego* sentiat se ipsum, egeret omnino ut simul sentiret illud quod *Non-Ego* est. Et quonam pacto *Ego* seipsum et mundum ponere posset, nisi jam prius haberet sensum sui? Hinc etiam absurditas doctrinae

existentiae suae, nullo alio rationis principio interposito, nullius ratiocinationis ope, sed omnino directe percipit: atque hinc propriae existentiae veritas demonstrationem non patitur, cum in facto consistat, sed eo ipso quod in dubium vocetur, affirmatur, eaque contumaciter denegata nulli superest cognitioni, nulli cogitationi locus.3

19. Item ex hoc factorum empiricorum ordine sensum intimum seu conscientiam habemus earum quae in nobis accidunt affectionum, tum scilicet illarum quas in nobis a nobis ipsis excitari ac. fieri sentimus, quarumque proinde nos ipsos principium agens esse intuemur, tum illarum quae in nobis quidem, sed non a nobis, immo nobis etiam invitis fieri persentimus, sic ut

schellingianae. ..7o *Ego* (nempe primitivum *Ego}* non est ens, non est aliquid realc, nullam habet aliam proprietatem nisi hanc negativam (nempe ut nihil sit). Primum philosophiae problema est invenire id quod nequeat absolute cognosci tamquam *ens." System des transcendentalen Idealismus.* seu *Systema idealismi transcendentalis,* Tubing. 1800. vol. III. pag. 43 — 49. Hinc demum perabsurdi conatus omnes neogermanicae philosophiae, quae duo *Ego.* alterum scilicet *phaenomenicum,* alterum *substantiale,* unum *subjectivum,* alterum *objectimtm* distinguens, inquirit quomodo *phaenomenicum Ego effici substantiale* possit, quomodo ex *subjectivo* in *objectivum* ac reale transire. Nempe omnia haec ex abstraclionis abusu profluunt, quo videlicet isti philosophi supra id omne quod est *subjectum* et *objectum,* se extollere volunt, ac ad *purum cogitare aut sentire,* nimirum omni prorsus *subjecto* ac *objecto* carens pervenire, quod quidem implicat in terminis. Jure proinde scribebat Bautain in cit. *Psychologie expèrim.* tom. I. pag. 229. ,11 y a en général dans le mouvement philosophique de" ГAllemagne plus d'imagination que d'intelligence, et il en sort plutôt des abstractions de la pensée, formulées en images ou représentées en symboles, que véritables idées.·' Haec lamen dum de hujus philosophiae indole pro veritate observamus, non ita intelligenda sunt, quasi Germaniam totam incusare velimus. Fervent utique ibidem utilium disciplinarum studia; egregia florent ingenia; optima in lucem opera prodeunt; ac in pluribus certe catholicis solida scientia cum sincerae religionis amore conjuncta viget.

3) Hoc argumento potissimum jam usus erat Augustinus ad scepticos confundendos, de quibus ipse adnotat *De Trinit.* lib. XV. cap. 12. ..Cum enim duo sint genera rerum quae sciuntur, unum earum, quae per sensus corporis percipit animus, alterum earum quae per seipsum, multa illi philosophi garrierunt contra corporis sensus, animi autem quasdam firmissimas per se ipsum perceptiones rerum verarum, quale illud est quod dixi, scio me vivere, nequaquam in dubium vocare potuerunt." Sed cf. ibid, subtilem Augustini ea de re in academicos disputationem. Hoc ipsum argumentum multo ante adhibuerat Tullius *Tuscul.* lib. L cap. 22, 23. ubi inter cetera scribit: ..Sed si qualis sil animus , ipse animus nesciat, dic quaeso, ne esse quidem se sciet? Ne moveri quidem se? Sentit igitur animus se moveri, quod cum sentit, illud una sentit se vi sua, non aliena moveri." Ita hanc veritatem propria quisque evidentia, ac communis hominum sensus semper agnoscere debuit ex ipso evidenlissimo ac certissimo perceptionis facto, quo posito incompossibilis est ipsius non existentia. Nescio igitur cur si quis ad rcccntiores scepticos ac idcalislas refellendos ex hoc indubitato facto primitivo philosophando exordiatur, apud nonnullos *rationalism!* et *extra-christianismi* notam incurrere debeat. Abusus certe abstraclionis eliminandi sunt, sed non idcirco quod verissimum est, debet improbari, atque ut Christiana religio vindicetur, a certitudine propriae sui existentiae, quod plerique facere videntur, infirmanda initium ducere,

in iis principium tantum patiens nos esse evidenter cognoscamus. Hae porro omnes sunt veritates lacti seu experientiae, quas propria cuique conscientia immediate revelat, et de quibus nemini possibile est dubitare. Sunt veritates objective reales, cum ordo sensibilis sit omnino realis et concretus, ordo sit existentiae. neque dum sentit animus, fieri potest ut non sentiat.

20. At enim veritates ejusmodi, utpote in facto singulari et contingenti positae, necessitatem quidem habent, hypotheticam tamen; nequeunt proinde per se absolutam illam necessitatem atque universalitatem humanae cognitionis gignere, ex quibus scientia vere ac proprie conficitur. Haec igitur sublimiora cognitionis elementa ab altiore ordine, nimirum rationali atque ideali, sunt repetenda. Ad hunc porro spectant abstractae illae atque universales notiones, quae in omnibus ratiociniis inveniantur oportet, et sine quibus nullum unquam posset ratiocinium concludi. Ad hunc pertinent suprema illa rationis principia, quibus mens vere intelligens ac rationalis constituitur, quae evidentia sua semper fulgent, atque absolutam ceteris cognitionibus firmitatem impertiuntur. 4 Haec vero principia evidentissima cum sint, ac logicam necessitatem praeseferant, nulla egere queunt probatione.5 Attamen propter intimum nexum quo veritates omnes absolute necessariae secum inter copulantur, analytice revocantur ad principium illud quod *contradictionis* dicitur,

‘) .Certitudo scientiae, ait s. Thomas, tota oritur ex certitudine principiorum.' *{De verit.* qu. 11. arL 1.) .Intellectus semper est rectus secundum quod intellectus est principiorum circa quae non decipitur.' (I. part. qu. 12. ari. 3.) »Ea quae naturaliter rationi sunt insita verissima esse constat in tantum, ut nec falsa esse sit *possibile* cogitare.' *(Cont. Gent.* lib. I. cap. 21.) .Per lumen naturale intellectus redditur certus de his quae lumine illo cognoscit, ut in primis principiis.' (Ibid. lib. III. cap. 15.) ..Invenitur aliquid verum in quo nulla falsitatis apparentia admisceri potest, ut patet in dignitatibus, unde intellectus non potest subterfugere quin illi assentiatur.' (II. disL qu. 25. art. 2.) Alia innumera ex s. Thoma colligi possent, ut eluceat contra nonnullos recenliores sive philosophos sive theologos, qui certitudinem principiorum rationis infirmant aut etiam convellunt, quantopere s. Doctor qui et philosphus et theologus perinsignis erat, ipsis adversetur. Necessitatem idearum universalium et axiomatum ad scientiam constituendam valide Leibnitzius vindicavit contra Lockium in *Dialogues de Philalètes.* Egregia hac de re contra empiricos, nominalistas, conceptualistas veteres ac recenliores habet Baldinotti in op. cit. *Tentamin. Melaphysicorum,* cap. 4. *De vero.*

i.

J) Haud recte proinde a Pascal in suis *Pensées* etc. secunda part. art. 4. *prima principia* indemonstrabilia esse dicuntur ob infirmitatem humanae rationis: ..Cette impuissance ne conclut autre chose que la faiblesse de notre raison, mais non pas l'incertitude de toutes nos connaissances.' Non enim ex infirmitate rationis id provenit, sed ex ipsa natura principiorum illorum in quibus veritas intuiliva evidentia conspicitur, ita ut animus nil in ipsis ultra possit requirere. Hoc ipsum docet s. Thomas locis nuper allegatis. Ceterum nimis forte a Pascal naturalem humanae rationis certitudinem depressam fuisse adnotarunt de Gerando, Galluppius, Rosminius, *Opttsc. Filosofici,* Milan. 1827. vol. L pag. 92. aliique. Pascalio haud parum usus est Lamennais in iis quae contra rationem individuam hominis congessit.

quo lioinpo *rem haud aliter esse posse* mena intuetur, siquidem esse simul ac non esso aequationem perfectam cum nihilo absoluto constituit, ut ne cogitari quidem possit.[6] Hinc, igitur humana ratio supremum lumen suum mutuatur: hinc normam ac regulam generalem habet, eandemque firmissimam veritatis, secundum quam de statu animi sui in ordine ad cognitionem veri dijudicat.[7] De quo tamen ut res rite explanetur, singillatim est aliquid declarandum.

21. Ac recte quidem certitudo potest definiri, *firma et rationabilis animi persuasio de veritate rei cognitae: firma* scilicet quae omnem errandi formidinem excludat, sic ut animus rei veritati adhaereat; *rationabilis}* quae ex legitimo judicandi rnotiyo proveniat. Unde consequitur certitudinem omnem, si in se spectetur, *in indivisibili*, ut ita dicam, positam esse; siquidem firma illa ac rationabilis persuasio vel habetur vel non habetur, nil medium est; ac nullo propterea pacto potest certitudo cum probabilitate quantumvis maxima confundi. Porro cum ea rationabilis persuasio ex qua certitudo gignitur, non ex caeco quodam instinctu proficisci dicenda sit, sed ex ipso veritatis lumine, quae mentem collustrat, ejusque sibi suo jure vindicat assensum, semper ex evidentia, scilicet ex necessitate aliqua *propositionis* promanet oportet, qua mens ad veritatem agnoscendam et tenendam impellatur, dum *ita et non aliter* rem esse evidenter cognoscit.[8] Eget proinde humana mens legitimis

6) Principium *contradictionis* (quod talum natura, ac de *diverso* certitudinis alii per principium *identitatis* exprimunt) est certe universalissimum omnium principiorum, atque omnium vclul apex, cum ideam tantum *entis* praesupponat. quae quidem est objectum primarium ac universale intellectus. Ut enim scribit s. Thomas *De verit.* qu. 1. art. 1. ,.Illud quod primo intellectus concipit quasi notissimum et in quo omnes conceptiones resolvit, est *ens."*

') Critérium generale quod ultima norma sit veri, distinguitur plane a crileriis particularibus quae variis praesunt fontibus atque instrumentis, unde veritatum cognitio desumitur: hinc scholastici illud critérium *secundum quod,* hoc critérium *per quod* nuncupabant. Primo illo sensu posset *principium contradictionis* spectari veluti generale critérium scu norma veri, non quatenus ipsum *per se* tantum ullam *realitatem objectivant* probare valeret, non quatenus omnes veritates deberent ad *logicam necessitatem* illius principii, ut verae sint, revocari posse, quae quidem omnia essent falsissima: sed quatenus animus in illo supremo, evidentissimo, ac firmissimo principio habet unde judicet de *diversa* veritatum genus, id quod magis ex dicendis declarabitur. Dici ergo posset hunc esse veluti characterem quemdam *evidentiae* ipsius, qui illam semper comitetur, ejusque naturam- explanet. Hinc nos nullo pacto abhorremus ab iis qui in *evidentia* critérium hujusmodi collocant.

genere ex iis consequente. Nam dum animus in quacumque veritate firmiler conquiescit, id ex eo provenit, quod *ita* et *non aliter rem esse* dijudicat, nimirum quia videt in *iis adjunctis* aliquam oppositi *impossibilitatem* nempe aut *metaphysicam,* aut *physicam ,* aut *moralem* juxta diversum

5) ..Certitudo, inquit s. Thomas IU. dist. qu. 2. art. 2, quae est in scientia et intellectu, *est ex. ipsa evidentia eorum* quae certa esse dicuntur." Ea porro evidentia supponit *aliquam* necessitatem *propositionis* clare perspectam, qua fit, ut animus rationabiliter suum ejus veritati consensum denegare non possit. *Per propositionem* gencratim hic inlelligiraus quamcumque veritatem sive *rationis* sive *facti,* quae nimirum, qualiscumque demum ea sil, per

validisque motivis, quae illam necessitatem ostendant; et quoniam motiva ejusmodi pro diversa objecti quod animo obversatur natura, diversa esse queant, hinc certitudo diversi itidem generis, quod probe, attendendum est, exurgit.

22. Haec porro motiva vel *intrinseca* sunt vel *extrinseca*. *Intrinseca* dicimus quae veritatem propositionis sive necessitatem nexus inter subjectum et praedicatum *intrinsece* ostendunt. Id quod dupliciter evenire potest, nimirum vel *absolute,* cum scilicet ostendunt necessitatem *absolutam* propositionis seu' *a priori* ex ipsa objecti natura dimanantem9: vel *contingenter* cum necessitatem *hypotheticam* seu *a posteriori* propositionis exhibent, quae videlicet cx aliquo facto contingenti profluit, quo posito fieri nequit, ut propositio necessario vera non sit.'° Praeterea motiva illa intrinseca, sive necessitatem absolutam propositionis sive hypotheticam exhibeant, id aut *immediate* aut *mediate* efficere queunt. Aliae quippe propositiones sunt per se sive intuitive evidentes, aliae vero ad quas certo cognoscendas per ratiocinium adducimur, quaeque propterea veluti illationes ex primis veritatibus intuitivis eruuntur, unde conficitur *demonstratio.* Et quoniam primitivae hae veritates ex jam praejactis duplicis ordinis sunt, scilicet vel logicae vel psychologicae, duplex etiam demonstrationis genus datur, alterum nimirum *a priori,* alterum *a posteriori,* prout ab illis vel istis primis veritatibus ratiocinando concluditur. Utraque tamen si rite sit instituta, nempe si necessarium nexum inter veritatem intuitivam atque eam quae inde deducitur ostendat, *apodictica* dicitur et est, ac veritas proinde deducta ejusdem evadit certitudinis cum principio a quo deducitur.

23. Ex iis porro quae heic enucleavimus patet motiva *intrinseca* certitudinis, seu intrinsecos fontes cognoscendi ex quibus illa dimanant, esse *sensum intimum* quoad facta interna; *sensibilitatem,* quam vocant, *externam* quoad facta quae aliunde proveniunt, ac demum *rationem* quatenus vel prima necessaria atque universalia principia exhibet, vel alias veritates ex aliis jam certis ratiocinando deducit. Patet insuper certitudinem quam diversa ejusmodi motiva gignunt, esse vel *logicam* aut *metaphysicam,* vel *physicam* dumtaxat, prout certitudinis motiva ab uno alterove ex illis fontibus desumuntur. 11

aliquam propositionem semper potest enunciari.

9) Tales sunt omnes veritates mathematicae, axiomata etc. cujus videlicet necessitas cx ipsis idearum necessariis relationibus exurgit.

‘°) Tales sunt veritates facti interni, quae scilicet ab ipsa interiore cujusque conscientia immediate revelantur, uti propjia existentia etc.

”) *Logica* ac *metapkysica* necessitas pro una eademque a veteribus accipiebatur, ac etiam nunc accipitur. Plerique tamen logicam ad necessitatem intrinsecam cx relationibus idearum exurgentem, metaphysicam ad facta sensus intimi immediate re-

24. Per motiva autem *extrinseca* certitudinis ea proprie intelligimus, quae nobis nullo pacto aperiunt veritatem intrinsecam propositionis, seu necessarium nexum quo subjectum ac praedicatum intrinsece copulantur, sed tamen nobis praebent indicium vel connotatum aliquod certum de nexu illo, ac proinde de ipsius propositionis veritate. 12 Hujusmodi porro indicium potissimum est *auctoritas,* sive testimonium aliorum; quoties propterea certitudo habetur de connexione hujus indicii, nimirum *auctoritatis,* cum propositione de qua agitur, ac simul certitudo de illius indicii veritate, certi omnino reddimur de veritate ipsius propositionis.13 At quoniam haec certitudo non inde provenit, quod illius veritatis rationem intrinsece perspiciamus, sed ab extrinseco cognoscendi fonte, scilicet auctoritate, hinc nos veritati illi ob auctoritatem assentiri, id est, *credere* dicimur. Quo fit ut si auctoritatis

ferunt. Nos metaphysicam necessitatem dicimus, tum quae in intrinseca idearum convenientia vel repugnantia sita est, quaeque absoluta cum sit, cum logica necessitate identificatur; tum quae in facto sensus intimi immediato nititur, quaeque metaphysica *hypothetice* est. Certitudo physica duplicis est generis: quandoquidem talis est tum illa quae ex sensibili late externa immediate provenit, tum illa quae partim nititur huic sensibili immediatae perceptioni, partim vero principio firmo rationis in legum physicarum constantia fundato. Ita dum corpus aliquod video, certus sum physice illud gravitate pollere, etiam ante omne experimentum.

Egregie duplicem hunc cognoscendi modum ac certitudinis fontem intrinsecum et exlrinsecum explicat cl. Gcrdilius in sua *Introduz. alto studio delta religione,* ed. Rom. tom. IX. pag. 27. »Per conoscere la verita o la falsità di una proposizione conviene sapere, se Γ attributo che si afferma o si nega convenire al soggello, a lui conviene realmenle o non conviene. Ora duc sono le maniéré d' investigare cotesla convenienza, funa traendo dall' idea dei soggctlo e dell' attributo argomenti o evidenti, o verisimili, che una tal convenienza dimoslrino o addilino. L'altra maniera si adopera, quando ncl soggetto e noill attributo considerati verso di loro niente appare, che ne scuopra la lor convenienza o ripugnanza, onde forzati siamo di ricorrere ad argomenti estrinscci, che di questa convenienza o ripugnanza ne facciano certi. Nelll adoperare la prima maniera il giudizio che si fa della verità o falsità di una proposizione, nasce dalla conoscenza diretta, che si ha della verità o falsità di quella considerata in se medesima, voglio dire, che si vede, o s'intende in qualche modo la conncssione o ripugnanza, che passa tra Γidea del soggetto e dell attributo, e si sa pertanto non solo, chl è vera, ma di piû quale è la ragione, che intrinsecamente ne determina la verità. Colla seconda maniera si puô saper soltanto, che sono gli estremi connessi o ripugnanti, senza che aver si possa una diretta conoscenza della lor connessione o ripugnanza: onde sta lasicurezza, che una cosa è vera senza veruna intelligenza della sua verità, giacchè la verità obbietliva consiste nella connessione delle ℭose.· Hanc ipsam thcoricam pertractat pag. 135 et seqq.; eandemquc applicat *mysteriis* Christianae revelationis. Quamvis porro *auctoritas* praecipue pertiueat ad hunc cognoscendi fontem extrinsecum, non ea tamen sola ipsum constituit: etiam quae dicuntur *apogogicae* demonstrationes seu *ab absurdo,* ab extrinsecis argumentis procedunt.

I3) Certe etiamsi e. gr. quis numquam viderit Londinum, ac proinde haud videat quomodo attributum exislenliae realiter conveniat ei civitati, tamen cum tanta testimoniorum ac monumentorum copia illam propositionem facti, quod *Londinum easistit,* suffultam cognoscat, *extrinsece* quidem, sed omnimodam acquirit certitudinem, quod haec propositio facti Verissima sit.

veritas evidens sit, propositio quae per eam innotescit, *evidenter ☙redibili* fiat. Auctoritas vero sive testimonium cum vel Dei ipsius possit esse vel hominis, tides vel divina erit vel humana.

25. At enim quamnam certitudinem de illius extrinseci indicii veritate, scilicet *☙uctoritati* . assequi possumus, et quaenam inde necessitas assensus dimanat? Si auctoritas illa in Dei ipsius testimonio posita sit, absolutam ac metaphysicam certitudinem parere per se patet. At si de hominum testimonio circa sensibilia facta sit sermo, illud certe per se errori obnoxium esse posse quis neget? Attamen hoc ipsum testimonium adeo plerumque omnibus spectatis. ac praesertim si pluribus testibus confletur, ineluctabile evadit, ut firmam illam ac rationabilem de veritate rei cognitae persuasionem, propriam scilicet veramque certitudinem parere possit ac debeat. Ex una etenim parte probari plerumque potest testium *scientia* vel cognitio facti, quae ninfiruin certitudine physica nititur, quaeque connexionem testimonium inter et factum certissime ostendit: ex altera vero parte firmiter adeo potest probari eorum veracitas, ut evidenter constet eos illis in adjunctis non modo non esse mentitos, sed nec potuisse quidem actu meniiri. Id namque si quis negare aut in dubium revocare tunc velit, eo deveniat oportet ut effectum omnino sine causa dari posse asserat, ac principium proinde metaphysice certum inficietur. 14

26. Haec igitur veracitas in iis fundatur legibus quae naturae hominum morali alte insident, quasque constantissimas esse ex perpetua omnium aetatum ac locorum circa mores agendique rationem hominum observatione est apertissimum. Hinc certitudo *moralis* vocatur, quae quidem in humana vita latissime patet, cum non fides modo omnis historica, sed scientiae politicae, legislativae, judiciales, oeconomicae quibus humana societas gubernatur, suum in ipsa habeant fundamentum. Humana igitur auctoritas, licet saepe probabilitatis fines non excedat, plerumque ad veram certitudinem assurgit, quae non possit ab homine ratione utente respui, quin sibi, saltem quandoque, haud minorem inferat vim, quam si veritatem aliquam logica necessitate pollentem oppugnet. 15 Quare omnino rejicienda veluti hujus certitudinis ever-

H) Rem hanc mirifice illustrat cit. Gerdilius in *Sayyio (Γ instruzione Teoloyica,* art. *Delia storia umana:* cit. ed. tom. X. pag. 270. Cf. etiam *Defense du Christianisme* ou *Confèrences* etc. *par My. Fraysslnous. Du Témoignage;* nec u‹›n egregias *Philosophicas institutiones* cl. collegae mei nunc in Greg. coll, theol. dogm. profess. P. Aloysii Dmowski, Lovanii primum cusas, ac postea Romae recusas: tom. I. logicae part. IL art. tO. *De auctoritate.*

15) Recol. superius dicta in nota. Verissime iterum adnotat Gerdilius, quod cum agitur de probabilitate licet maxima, persuasio animi potius fertur ad *facilitatem* quod factum ita se habere possit; sed in certitudine morali judicium animi fertur directe in ipsam *existentiam* ac *veritatem* facti, atque in ea conquiescit. Cf. *Diss. deW oriy. dei senso morale,* tom. II. opp. pag. 201.

siva ea est philosophica doctrina, quae illam dumtaxat repetit ex officio morali, quo nos hisce in casibus, propter rationis practicae dictamen, tenemur ad assensum testimonio aliorum praestandum.,e Nam quamvis id daretur, cum veritas hujus testimonii probabilitate tantum constat, qua quidem una in plerisque vitae negotiis homines prudenter agere possunt, falsum tamen de vera morali certitudine esset. Haec enim theoretice etiam, scilicet in ratione ipsa theoretica persuasionem illam ingerat oportet, quae firma et rationabilis sit, quaeque omnem errandi formidinem, oinneque dubium excludat.17 Nam si in ratione theoretica semper maneret mera probabilitas licet summa, ac nonnisi per rationis practicae seu moralis dictamen vera fieri deberet certitudo, jam numquam ad hanc certitudinem perveniretur, quippe per meram illam practicam acquiescentiam nec rerum immutaretur natura, nec theoretica ratio firmam illam persuasionem, quae dubium omne amovet, umquam assequeretur.

27. Patet itaque 1. certitudinem sive logicam ac metaphysicam, sive physicam, sive moralem in natura verae certitudinis aeque convenire; 2. pro diversa tamen objecti natura ac diverso motivo ex quo gignitur non eandem, sed *diversam* propositionis *necessitatem* requiri: 3. ea quae sive intrinseca necessitate *a priori,* sive necessitate intrinseca in ipso immediato sensus intimi facto fundata nituntur, ejusmodi intuitiva evidentia fulgere, ut intellectus assensum omnino rapiant ac extorqueant; quae vero ex primis veritatibus intuitivis longiore deductione eruuntur: item quae physica vel morali certitudine tantum constant, non eandem immediate vim in intellectum habere, propterea in iis assentiendo voluntatis influxui magis aditum patere posse1"; 4. *scientiam* ac *fidem* in eo praesertim discriminari, quod in illa intrinsecam

,6) Hanc esse G. Hermesii doctrinam nemo est qui nesciat, de qua alibi fusior erit sermo.

,7) Certitudo non potest nisi ad rationem *theoreticam* perlinere, atque ex hujus firma persuasione progigni, unde ratio *practice* certi imperarc potest nisi in ratione theoretica fundatum sit. Secus non erit nisi mere practica *fides et acquiescentia,* quam etiam sceptici et acataleptici ultro admittebant, quamque recentiores kantiani, fichtianique ultro ac libentissime veluti naufragii tabulam arripiunt.

,8) Certe dum intellectus *directe* percipit ea quae intuitiva evidentia pollent, nil potest in iis voluntas: tamen quoad illas ipsas veritates in cognitione *reflexa* posset voluntas saltem conari intellectus evidentiam obscurare, aut certe alio ejus attenlionem divertere, ne veritatum illarum fulgore percellatur. Ita porro agunt sceptici omnes, si quidem eo dementiae progredi queunt, dum primitivas ipsas veritates rationis et facti in dubium revocant. Cum autem veritas immediate non fulget, cum ratiocinatione opus est, et praesertim si haec plurium factorum contingentium examini nitatur, voluntas, si male compa-rata sit, potest multo facilius ordinem idearum perturbare, ita ut veritas intellectui salis non appareat. Ita in certitudine praesertim morali fieri potest. Hinc est quod ut sani omnes philosophi docent, ad inquisitionem veri nimis interest, ut voluntas recte ac sincere procedat. Fuse distinctionem inter *directam* et *reflexam* cognitionem enucleat cl. Rusmini in op. *Origine dette Idee,* Romae, vol. IV. pag. 303.

propositionis veritatem seu rationem ejusdem claro pervideamus, ac rem pro inde per causas suas cognoscamus; in hac voro nullatenus perspiciamus intrinsece, sed indicium dumtaxat, certum tamen, habeamus ex quo nobis *extrinsece* propositionis veritas constat.

28. Non igitur scientia ac fides simul sunt permiscendae: quod quidem facere videntur, qui nuperrime statuunt scientiam omnem sine fide satis haud esse ad realitatem objectivant rerum constituendam 19: scientiam seu *scire* nonnisi necessitatem cogitandi et cognoscendi gignere posse, sed non necessitatem pro vero ac reali objectum cogitatum ac scitum tenendi: hoc tantum haberi, cum scientiae praeviae accedit, veluti novus ac omnino distinctus psychologicus status, *fides* qua credimus firme veritati illius cognitionis, ac objectorum per eam cognitorum realitati.20 Lnde certitudo non ex scientia licet intuitivae evidentiae, sed ex accedente illi fide suam psychologicam genesim, ut loqui adamant, agnoscit. In eo vero fidem *scientiae* ac fidem *auctoritatis* seu historicam discrepare, quod una sit fides *sciens* ac proinde necessaria, altera fides *non sciens* ac propterea libera. Ex quibus arguunt, scientiam seu *scire* semper in quavis cognitione fidei subordinari.21 Haec certe nobis probari non possunt: 1. quia scientia cum fide, *scire* cum *credere* proprie dicto confunditur, idque non sine aliquo saltem fidei supernaturalis periculo; 2. quia a sensu vocabulorum, ab omnium philosophorum ac theolo·: gorum, quin immo ab ipso communi hominum judicio ac usu firmato rece-

”) Haec doctrina ex Hermesii fontibus fluxit, uti suo loco videbimus. Attamen eam magis evolvit ac illustravit prof. Ballzer a nobis jam citatus, qui nempe eam omnino necessariam existimat ut absurda kantiana, et fichtiana principia de certitudine objectiva convellantur. Cf. op. cit. fascic. L §. 14. *Glauben und* TFiijen, seu *Credere et scire.*

’°) Ita exemplo rem explanat prof.Ballzer: -Cum ego e. gr. cogito simpliciter quod *J)eus existât,* nil hactenus habeo nisi *cogitationem ideamque Dei* in conscientia mea, ac consequenter *cognosco* et *scio* Deum, quatenus homines de eo *loquuntur* veluti de ente quod praesupponunt a se ipsis dualislice contradislinclum, sed nondum habeo *praesuppositionem* in me *realitatis* Dei quem cogito. Haec realitas tantum mihi praebetur ex *fide* quae ad cogitationem supcraccedit, in qua quidem fide ego *determinor* ad realitatem Dei cogitati tenendam, tamquam entis revera extra me existenlis.“ Ibid. pag. 66.

”) Certe ut eodem exemplo utar auctoris, cum ego scio *Deuni existere,* non *cogito* dumtaxat de Deo, illumque cognosco velut ens quoddain *possibile et abstractum,* sed ex principio metaphysico causalitalis cognosco illum veluti ens revera ac necessario exislens, ac evidenter video impossibile metaphysice esse ut non existai. Igitur in hoc *scire* de Deo includitur judicium ac proinde assensus intellectus realitali ipsius. Verum est quod ad hoc ut persuasio hae de re firma et immota maneat, adhaesio etiam ex parte voluntatis in actibus *reflexis* requiratur; sed cum judicium illud quod intellectum directe determinat ad assensum. sit evidentibus rationibus suffultum, voluntas, nisi suam rationalitatem oppugnare velit, eidem adhaerere debebit; quod cum faciat non ex *fide,* sed ex veritate evidenter cognita, id facere voluntas dicenda est. Falsum suppositum hujus systematis in eo videtur esse quod assensus realitati objectivae tantum voluntati, non etiam intellectui tribuatur, quod falsum est.

ditur; 3. quia supponitur *scire* nil aliud esse nisi purum cogitare ac cognoscere. Atqui quidquid de transcendentalibus sit, certe *scire* est judicium de aliqua rc firmum ob perspectas intime rationes habere, quod necessario mentis assensum veritati ac realitati rei debet includere: qui quidem assensus non a fido, sed ab ipsa veritatis intelligentia progignitur.21 Quamobrem, licet latissimo quodam modo et conscientiae aliquid interius revelanti et principiis ipsis intuitivis, et rationi necessarias illationes inde deducenti, ac demum, ut ajebat Augustinus, veritati ipsi nos *credere* dici possimus 23, haec

'ǂ Sic etiam Aristoteles de primis principiis ait: >.Sunl enimvcro haec et vera et prima, quae non ab aliis, sed a seipsis *fidem habent." (Topic,* lib. I.) Unde Alighcrius noster Aristotelis cultor:

n. . . Fia per se noto
A guisa dei ver primo a che Γ uom *credet*
(Parad. II. v. 44.)

Ita etiam Tertullianus *lib. de Testim. animae* ajebat: >.ut et naturae et Deo credas, crede **animaesed** haec lato modo dicta esse apparet. Certe Augustinus cujus auctoritatem ad se prof. Baltzer trahere vellet, semper inter scientiam et fidem apprime distinxit. »Quod intelligimus, debemus rationi: quod credimus, auctoritati ;·· *lib. De utilit. cred.* cap. 11. n. 25. Sed magis philosophice rem attingit *Retract,* lib. I. cap. 14. ubi scribit: ..Proprie quippe quum loquimur id solum *scire* dicimur, quod wen· *tis firma ratione* comprehendimus. Cum vero loquimur verbis consuetudini aptioribus, sicut loquitur etiam divina Scriptura, non dubitemus dicere scire nos, et quod percipimus nostris corporis sensibus, et quod *fide dignis credimus testibus, dum tamen inter haec et illud quid distet intelligamus."* Ex quo patet tantum abesse ut Augustinus omne *scire* ad *credere* revocet, ut potius,juxta communem loquendi modum, *credere* ipsum ad *scire* revocari posse fateatur, quamvis philosophice loquendo omnino inter se discriminentur. Nil opus est de s. Thoma dicere fideli Augustini discipulo, quique certe inter *scire* et *credere* eandem distinctionem accurate servavit, prout luculentius ex dicendis patebit.

Prof. Baltzer confidit sc posse hoc systemate Kantii principium convellere, qui in scala, ut ita dicam, psychologica primo *opinari* posuit, deinde *credere,* tertio *scire* tamquam supremum statum psychologicum. Certe hoc principium falsissimum est ex ea parte, quod tantum *scire* dare possit nobis realitatem objectivam (quamquam in kanliano systemate *scire* ipsum nonnisi phaenomena exhibeat); cum etiam *credere,* dum ex validis extrinsecis argumentis fiat, nos de realitate rerum objectiva certos reddere queat. Quis enim non aeque certus sit de existentia objectiva ac reali urbis Romae si eam propriis oculis videat, ac proinde *sciat,* aut si ex tot testium auctoritate cognoverit, ac proinde *credat?* Igitur ex hac parte *scire et credere* in eodem psychologico gradu suut. Verum quis neget relate ad vim intelligendi, *scire,* cum intimas rerum rationes aperiat, nobiliorem cognoscendi esse modum? Hinc certe in ipsis religionis mysteriis quae nunc per *speculum* et in *aenigmate,* nimirum per fidem contemplamur, in altera vita, Deo dante, *intelligentia* comprehendemus , quantum nempe licet finitae menti. Videat ceterum Ballzer, quamvis optimo hac in re animo procedat, ne dum Fichlei principia extollit (in quo Hermesium nimis imitatur) qui in *fide* tantum, non autem in scientia *realitatem objectivam* collocavit, hanc ipsam realitalem infirmet. Nam quamvis ipse inter se et Fichteum hoc statuat discrimen, quod huic *fidei* etiam *scire* necessarium praecedere debere ipse supponat (id quod Fiehleus non agnovit), nimis tamen fichtiano placito affine ac periculi plenum est contendere, realitatem quamcumque objectivam, etiam in intuiliva evidentia fundatam, non posse demum nisi per *actum credendi* tuto certoque arripi.

tamen verborum latitudo ac *improprietas* amovenda est, cum notiones proprie ac philosophice debent constitui ac definiri: nec ex eo quod criticistao ac transcendentales nil nisi *scire* admittant, eoque pessime abutantur ut *fidem* omnem rejiciant, debet verum inter fidem ac scientiam discrimezt elevari.

29. Ex hactenus declaratis ad nonnullas philosophicas notiones enucleandas, quae nimis arcte cum re nostra conglutinantur, liceat nobis quaedam inconcussa principia statuere, quae fundamentum tractationis nostrae sint, et sine quibus quaevis de rationis officio ejusque recto usu ante fidem disputatio haud rite susciperetur. Sunt autem

30. L Humanam rationem non ad falsum, quod intrinsece absurdum esset, et Auctori suo injuriosissimum, sed ad verum natura sua comparatam esse, illudque proinde naturalibus mediis quibus pollet, posse saltem in aliquibus tuto assequi.

31. II. Aliquas dari primitivas veritates sive *facti* sive *rationis,* quae intuitiva evidentia omnibus fulgent: quae a nemine, quin naturam suam rationalem oppugnet, in dubium revocari queunt: quae non ideo verae sunt quia ab omnibus necessario agnoscuntur, sed ideo ab omnibus necessario agnoscuntur, quia verae sunt: quaeque cum iis judiciis quae facile ac sponte veluti consectaria inde fluunt, communem hominum sensum rationalem constituunt.

32. III. Xon igitur de omnibus ratiocinandum esse, non omnia demonstranda[24]: quando nec omnia demonstrationis capacia sunt, et si res ita se haberet, nulla unquam ratiocinatio, nulla foret possibilis demonstratio.

**) Optime s. Thomas, *De reril.* qu. I. art. 1. .Sicut in demonstrabilibus, inquit, oportet fieri reductionem in aliqua principia per se intellectui nota, ita investigando quid est unumquodque; alias utrobique in infinitum irelur, cl sic periret omnis scientia cl cognitio rerum." Sapienter itaque Baldinotti. ›,*Ratione* quidem, scribit, semper utendum est, *ratiocinio* non semper; id est impossibile: basis namque et fundamentum ratiocinium habere opus est: non autem in alio ratiocinio, quod ad progressum in infinitum cogeret. Aliquid igitur est de quo ratiocinandum non est;·* qui deinde pergit ostendere tales esse primitivas veritates tum rationis tum facti, quas ut mens assequatur, rationem non debet exercere; sufficit ut percipiat, cum in hoc simplici ac primitivo perceptionis facto veritas ipsarum affulgeat, atque inde earum certitudo firmissima oriatur. Op. rit. cap. VU. *De vero,* pag. 248. Hinc satis apparet absurditas transcendcntalium, qui dum nullam primitivam ejusmodi veritatem agnoscere volunt, ac philosophiam, quam dicunt *voraussetz.ungslos,* omni scilicet *praevia suppositione carentem,* inquirunt, aut in scepticismum ruunt, aut demum ad aliquid omnino *gratuito* ac *[also* supponendum necessario deveniunt, super quo totum posthac suum philosophicum systema construunt Ita Fichteus ab *absoluto Ego* supponendo profectus est; ita Schelling *intuitionem immediatam absoluti* gratuito supponit; ita Hegel in ipsa idea *subjectum et objectum, cogitare et esse* identificari prorsus admisit. Ita e contra philosophi alii, qui rationis vim infringunt, evidentiae intuitivae primarum veritatum certitudinem subtrahentes, eam gratuito prorsus tribuunt vel caeco cuidam instinctui, vel naturali cuidam fidei, vel demum auctoritati.

33. IV. Licet certitudo, cum subjectivus animi status sit, possit relativa etiam esse, dari tamen pro humana ratione in aliquibus certitudinem *absolutam,* quae nimirum pro omnibus certitudo esse debeat, eademque prorsus *objectiva* quae scilicet fallibilis esse nequeat; quod qui negaret, nae ille rationis ipsius naturam ex dictis destruere, de ejus Conditore sapientissimo male sentire, ac latissimam scepticisme non philosophico tantum, sed etiam religioso viam aperire dicendus esset. 25

34. V. Hanc *absolutam* certitudinem posse in aliquibus dari in *ordine cognitionis* seu *psychologice,* independenter ac *praecise,* ut scholae vocabulis utar, etiam ab ipsa Dei cognitione, Deique voracitate, quamvis in *ordine essendi* seu *ontologico* a Deo ente necessario atque absoluto omnia entia necessario pendeant. Humana quippe ratio, sicut quidquid aliud est entis contingentis, certe non existeret *ontologice* nisi Deus esset; sed dum *psychologice* cognoscit, non posset vel Deum ipsum ut existentem ac veracem certo cognoscere ac tenere, nisi absoluta certitudine sese ipsam existere sciret.26

35. VI. Nexum illum, de quo tantopere transcendentales secum certant, inter subjectura et objectum, in ipsa sensibili ac intelligente hominis natura fundari: quandoquidem humanus animus ex duplici quem habet cognitionum ordine empirico atque ideali, dum seipsum sentit ac percipit, fit necessario certus de realitate sua objectiva: atque in seipso actibusque suis invenit intrinsecam rationem principiorum illorum necessariorum *a priori,* quod non datur *accidens sine substantia,* nec *effectus sine causa;* quae proinde

to) Si omnis profecto certitudo *relativa* esset, num aliqua pro omnibus hominibus veritas in quocumque ordine certa ac firma daretur? Male porro argumentantur, qui dicunt omnem rationis certitudinem esse *humanam,* in Deo solo scire et esse idenlificari, ac proinde absolutam certitudinem dari. Esto enim quod hominis ratio *humana* sit, ac proinde *fallibilis,* num proplerea nil infallibiliter poterit cognoscere? Num, ut loquar cum divo Thoma *divini luminis impressionem* non habet? Et quae haec esset impressio, si nil certi *absolute* posset cognoscere, si ne quidem se existere, se percipere absoluto hac certitudine sciret? 2VI rem Malebranchius quem adversarii veluti testem non rejicient: «De là il est évident qu'il y a du *vrai* et du *faux* . . . . et cela â l'égard de toutes les intelligences. Que ce qui est vrai à l'égard dc l'homme, est vrai à l'égard de l'ange et à l'égard de Dieu même.'· *Truité de morale,* prem. part. Lyon 1707. pag. 5·

26) »Dei veracitas et existenlia, ut probe adnotat Baldinotti, veri fons est et causa omne verum comprehendens, non est cognitionis humanae critérium op. cit. pag. 214. Duplicem hunc ordinem *essendi* ac *cognoscendi* apprime semper distinxere scholastici omnes. Certe si principium contradictionis ac evidentiam ex Dei voracitate probemus, undenam statuemus Deum esse veracem? An quia evidenter peréipinius absolutam oppositi impossibilitatem? Atqui hic esset *diallelus* ille seu circulus vitiosus in quem Gassendus, aliique, ac recentius etiam Bühle Carlesium incidisse contendebant. Quamquam immerito id opponebatur Carlesio, quippe qui numquam certitudinem existentiae suae, ac inluilivam evidentiam ex Dei voracitate probandam duxit, ab eaque sese accusatione defendit in *Réponse aux secondes objections.* Cf. quae hac de re habet egregie Galluppius, *Saggio* etc. tom. I. pag. 331 seq.

principia non *synthetica* a priori, sed prorsus *analytica* et *identica* sunt, non *logica* tantum, sed *mctaphysica* ac *nntologiea,* et ad rcalitatem objectivant demonstrandam firmissima.[27]

36. VII. Demum eam semper prae oculis habendam esse philosophicam distinctionem quae inter ordinem *logicum* ac ordinem *chronologicum* cognitionum, atque ordinem factorum *historicum* intercedit.[28] Ordo quippe *logicus* intrinsecum inter cognitiones nexum persequitur, quomodo una ex alia pendeat, una in altera contineatur, edocet, ac proinde an et quomodo ex suis quaeque veritas principiis demonstrari possit, ostendit. Ordo autem *chronologicus* exhibet naturalem genesin cognitionum; scilicet undenam illarum derivatio incoeperit, et quomodo ipsarum evolutio gradatim ac sua veluti sponte facta fuerit. Primus est ordo cognitionum philosophicus ac abstractus, alter ordo facti atque concretus. Ordo vero factorum *historicus* non respicit ordinem *cognitionum* in mente, sed facta generatim quae in humanitatis

17) Qui cum laude inter rccentiores idcologiam excoluerunt, conveniunt omnes principium *substantiae* ac .principium *causalitalis* esse quidem *a priori,* quippe non ab experientia ac inductione pendeant, uti Humius contendebat; sed tamen ea esse omnino *analytica,* cum notio accidentis et notio effectus non conneclantur cum notione substantiae ct cum notione causae ex quadam *caeca* rationis *synthesi,* ut Kanlius asseruit, sed ex ipsa intima earum relatione, qua fit ut unam in altera includi, seu unam eum altera veluti praedicatum cum suhjeclo necessario connecti ratio pervideat: notiones vero illas non mere abstractas ac logicas esse, sed *concretas* ac *psychologicas.* quandoquidem in ipsa nostri conscientia *substantiae ideam* invenimus, ac in ipsis actibus nostris activis tum intellectus (uti c. gr. in ratiocination tum praesertim voluntatis habemus notiones reales *causae* ac *effectus.* Si igitur haec principia logicam necessitatem habent, cum sint *a priori,* et tamen in ipsa realitatc objectiva fundantur, quoties legitime quidquam ex ipsis infertur, necessario ad objectivam rcalitatem adducunt. Non sunt enim merae leges *subjecti* percipientis, sed omnino *objectorum* perceptorum sunt leges. Haec attigisse pro re nostra sufficiat, nos ceterum remittendo ad eos egregios philosophos qui hac de re ex professo perlrataient ac varios modos probandi rcalitatem mandi externi adversus idealistas ac transcendentales expendunt.

18) Ordo chronologicus cognitionum veritatum est *relativus,* siquidem pendet ex subjecto, quod earum veritatum notionem acquirit, ac ex variis adjunctis quae facultati cognoscendi subsidio vel impedimento esse possunt. Ordo logicus veritatum est *absolutus,* quippe statuit intimas idearum relationes ac nexus, quae ex ipsa rerum natura exurgunt. Ut exemplo rem declarem: potest quaeri quonam pacto homines primitus ideam ac certitudinem veritatis alicujus acquisierint et praeterea nam haec veritas talis sit ul queat ratione cognosci ac probari. Hae sunt quaestiones plane distinctae, ac independentes. Altera ad facta, ad historiam, ad traditionem pertinet; altera ad idearum naturam ac humanam cognoscendi vim. Itaque etiamsi e. gr. probaretur, homines ex facto per alia media ad eam veritatem certo cognoscendam pervenisse, hoc non conficeret quod ratione cognosci ac probari absolute non possit, cum hacc quaestio alterius ordinis sit, et ex ipsa rei natura pendere debeat. Hinc traditio historica ac ratio sunt veluti duae lineae parallelae, quae confundi non possunt. sed quaenam vera inter ipsas relatio detur accurate statuendum. Haec in antecessum sint dicta.

historia successive evolvuntur. Harum vero distinctionum usus ex dicendis luculenter patebit.

37. Haec nos praenotanda ac statuenda esse duximus, ut rectum rationis usum ante fidem, id est ad religionem inquirendam ac capessendam expenderemus. Quod quidem nunc aggredimur per continentem seriem propositionum, ut veritas suo in lumine collocetur, atque ab erroneis hinc inde doctrinis defendatur.

PROPOSITIO I.

Plures veritates naturalis ordinis, quae tamquam praeambula fidei spectari possunt, absque supematuralis revelationis subsidio recta ratio omnimoda certitudine cognoscere potest.

38. Praeambula fidei cum s. Thoma l ac communi saniorum theologorum consensu vocamus praecipuas illas veritates quae tum animi humani naturam spiritualitate, libertate, immortalitate praeditam ostendunt, tum Dei existentiam, ejusque perfectissima attributa demonstrant, tum demum legem moralem circa actiones intrinsece bonas vel malas versantem, qua homo ad ultimum finem suum naturaliter dirigi debet. Naturales porro hae veritates sunt, quia hominem in ordine dumtaxat naturae spectant, ac ab ordine supernatural! omnino praescindunt.

39. Instituitur haec propositio adversus *supematuralistas*;* quos vocant, qui omnium hujusmodi veritatum fontem ac critérium esse divinam positivam revelationem primitus homini factam, ac deinde per traditionem in omnes homines propagatam contendunt. Itaque juxta istos humana ratio, revelatione illa seposita, numquam *per se* pervenire potuisset aut posset sive ad cognoscendas sive ad demonstrandas fundamentales illas veritates, sic ut quaevis earum scientia a positiva fide suum agnoscere principium debeat ac fundamentum. Rationem ajunt impotentem plane esse cuicumque metaphysico problemati apodictice resolvendo: rationales discussiones ad quidpiam certi ac absoluti non ducere: quidquid a ratione argumentis logicis probari queat,

*) L p. qu. 2. ad 1. «Deum esse cl *alia* *naluralistae* vocantur qui divinam immediatam ac supcrnaluralem revelationem et inspirationem divinarum Scripturarum propugnant: si vero agatur de quaestionibus quae modo agitantur circa rationis vim et officium, *supernaturalistarum* nomine ii significantur, qui omne adimere vellent rationi jus et officium, ac omnia transferre in solam supernaturalem revelationem ac fidem. Hac porro posteriore significatione hoc vocabulum heic usurpamus.

hujusmodi, quae per rationem naturalem nota possunt esse de Deo, ut dicitur Rom. I. non sunt articuli fidei, sed *praeambula* ad articulos."

2) Cum *supernaturalistarum* nomen aequivocum sit, ct tum in bonum tum in deteriorem sensum sumalur, ne minus peritis confusionem ingeneret duplex ejusdem acceptio, animadvertere debemus, quod si cum rationalislis a mythicis res sit, *super-*

ejusdem generis argumentis oppugnari ac destrui facile posse. Quare philosophiam omnem quae ex meris rationis principiis proficisceretur, numquam veritatem assecuturam, atque christianae tidei indoli adversantem decernunt.·l

40. Nimis porro longum esset et a nostro instituto alienum quod contendimus ostendere de singulis quibusvis ex recensitis naturalibus veritatibus; iiinc nos ad unam tantum probationes nostras coarctabimus. ad naturalem cognitionem scilicet ac demonstrationem existentiae Dei. quae sane veritas et praecipua inter illas est, et potissimum argumentum fuit contra quod adversarii machinas suas admoverunt. Et quamvis hac de re satis superque in *Tract, de Deo* disputaverimus, heic tamen directe oppugnamus eos qui negant eam nativo rationis lumine cognosci ac demonstrari posse; id quod et Scripturarum oraculis adversans, et constanti patrum doctrinae oppositum, ac denique revelationi christianae infensum sic esse probamus.

41. Ac primo quidem Scripturarum oraculis adversari novum hoc systema exinde evincitur, quod istae perpetuo supponant hominem ex adspectabili hoc universo assurgere posse, immo et *debere* in cognitionem Dei. Etenim Job XXXVI. 25. legitur: *Omnes homines vident eum, unusquisque intuetur procul* 4; Sap. XHI. 1. luculentius adhuc dicitur: *Vani autem sunt omnes*

J| Tales sunt D. Bautain et qui hac in re ejus placitis adhaerent. Jam admonuimus D. Bautain commendabili plane docilitate se recepisse ab ejusmodi doctrinis in cujus rei testimonium heic subjicimus declarationem, quam subscripsit una cum sociis suis Paris. 8. Septembris 1840 sibi oblatam a novo coadjutore argentoralensi D. Râss his verbis expressam: Désirant nous soumettre à la doctrine qui nous a été proposée par Mr. Γ Évêque, nous soussignés déclarons adhérer, sans restriction aucune, aux propositions suivantes: 1. Le raisonnement peut prouver avec certitude Γ existence de Dieu et Γ infinité de ses perfections. La foi, don du ciel, suppose la révélation: elle ne peut donc pas convenablement être alléguée vis-à-vis d' un athée en preuve de Γ existence de Dieu. 2. La divinité de la révélation mosaïque se prouve avec certitude par la tradition orale el écrite de la synagogue et du christianisme. 3. La preuve tirée des miracles de J. C. sensible et frappante pour les témoins oculaires, n'a point perdu sa force avec son éclat vis-à-vis des générations subséquentes. Nous trouvons cette preuve en toute certitude dans Γauthenticité du N. T., dans la tradition orale et écrite de tous les chrétiens; cl c'est par cette double tradition, que nous devons la démontrer à l'incrédule qui la rejette, ou à ceux qui, sans l'admettre encore, la désirent. 4. On n'a point le droit d'attendre d'un incrédule qu'il admette la résurrection de notre divin Sauveur, avant de lui en avoir administré des preuves certaines; et ces preuves sont déduites parle raisonnement. 5. Sur ces questions diverses la raison précède la foi et doit nous y conduire. 6. Quelque faible et obscure, que soit la raison par le péché originel, il lui reste assez de clarté et de force pour nous guider avec certitude à l'existence de Dieu, à la révélation faite aux juifs par Moïse; aux chrétiens par notre adorable Homme-Dieu." Post haec tantum abest ut putemus eidem cl. auctori quidpiam delrahcrc nostra hac confutatione ejus systematis, ut potius ei ex corde graluiemur, ac rem ipsi gratam nos facere confidamus, ne celeri tali doctrina abutanlur.

'r'

4) In quem loc. cf. quae docte scribit Joann. De Pineda S. J. circa naturalem Dei cognilioncm ex creaturis haustam. *Comment. in Job.* Venet. 1604. Tom. II. pag. 507.

homines, in quibus non subest scientia Dei: et de his, quae videntur bona, non potuerunt intellig er e eum qui est, neque operibus attendentes agnoverunt quis esset artifex: ct rursum: *A magnitudine enim speciei et creaturae cognoscibili! er poterit creator horum videri.*5 Quapropter apostolus Act. XIV. 14 seqq. *Qui fecit,* inquit, *caelum, et terram, et mare, et omnia quae in eis sunt. Qui in praeteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas. Et quidem non sine testimonio semetlpsum reliquit, benefaciens de caelo, dans pluvias, et tempora fructifera, implens cibo et laetitia corda nostra.* Jam vero inane prorsus esset ejusmodi testimonium quod de se Deus hominibus in creaturis reliquit, si homo ratione sua ex ipsis ad Deum cognoscendum assurgere non posset. Ast ratiocinatione opus non est, cum quod intendimus idem apostolus aperte declaret in epist. ad Rom. I. 20. dicens: *Invisibilia ipsius, a creatura mundi, per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque ejus virtus et divinitas: ita ut sint inexcusabiles: quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt..... (licentes enim se esse s apient es, stulti facti sunt.* Ex quibus postremis verbis intelligimus Paulum de philosophis praecipue hic esse locutum, qui non solum cognoscere Deum, verum etiam ejus existentiam ratione ostendere ac demonstrare potuerunt. 6 Omittimus porro brevitatis gratia non pauca similia Scripturarum eloquia quae eandem veritatem confirmant.7

42. Nec alia insedit patribus sententia: uno siquidem animo omnes prorsus docent hominem bene ratione utentem ex creaturis potuisse ac debuisse de Deo ejusque unitate cognitionem sibi comparare. Ne prolixiores simus, unius aut alterius afferemus testimonia, remittentes quoad cetera studiosiores ad auctores qui data opera illa collegerunt. Itaque s. **Irenaeus**: *Hoc ipsum,* inquit, *omnia cognoscunt, quando ratio mentibus infixa moveat ea ac revelet, quoniam est unus Deus omnium Dominus.*6 **Tertullianus** vero scribit: *Deum habere testimonia totum hoc quod sumus et in quo sumus·9',* qui praeterea luculenter distinguens inter cognitionem Dei supernaturalem seu salvificam quam habemus ex revelatione positiva, et naturalem quam habemus ex creaturis, haec habet: *Nos definimus,* inquit, *Deum primo natura cognoscendum, dehinc doctrina recognoscendunt: natura ex ope-*

5) Sap. XIII. 5. Ex quibus patet non de *probabili* Dei agi cognitione, ut nonnulli autumant, sed de cognitione omnino *certa* haurienda ex creaturis. Vid. etiam Corn, a Lapide *Comment,* in hunc locum.

«) Cf. card. Toletum *Comment, in epist. ad Rom.* Romae 1602 in hunc loc.; item Salmeronem *Comment, in epist. li. Pauli,* Colon. Agrip. toni. XUI. *in epist. ad Rout, diss.* XIII. Estium in hunc loc.

7) Ps. XVIII. 2; Ps. CII. 22. Ut in aliis in quibus propheta creaturas omnes invitat ad laudandum Dominum, scilicet *objective* per propriam existentiam, ordinem et pulchritudinem. Item Job. XII. 7 seqq. etc. etc.

') *Cont. haeres,* lib. IL cap. 6. num. 1.

') *Advers. Mardon.* lib. I. cap. 10.

*ribus, doctrina ex praedicationibus.*10 S. Cyprianus ethnicum alloquens ait: *Haec est summa delicti, nolle agnoscere quem ignorare non possis.* " S. Basilius aut saltem antiquus auctor comm, in Isaiam sic Deum loquentem inducit: *Me non intellexit, quem coelum commonstrat, quem terra et mare declarant, quem sol et luna, stellae et omnes res creatae indicant*l': et s. Greg. naz. Λ'ΰηώ., inquit, *hebes et stolidus est quisquis non huc usque sponte sua progreditur, ndturaliumque demonstrationum vestigiis insistit atque adeo hoc sibi persuadet ne id quidem Deum esse, quod vel imagine quadam animo concepimus vel informavimus.*13 Sic ceteri passim, quin ullus excludi possit.14 Neque his contenti plures ac varias de Dei existentia demonstrationes metaphysicas, physico-theologicas ac morales confecerunt'5, imitantes hac in parte ethnicos ipsos philosophos, qui pariter plura argumenta ex ratione petita ad Dei existentiam evincendam attulerunt.16

43. A patrum autem vestigiis non recesserunt scholastici, ex quibus satis nobis sit commemorare s. Anselmum et s. Thomam, quos reliqui passim secuti sunt.17 Etenim s. Anselmus fortasse omnium primus demonstrationem dedit de Dei existentia *a priori* vulgo nuncupatam18; s. Thomas non solum quinque demonstrationes de Dei existentia proposuit19, verum etiam data opera eos refellit, qui docebant *quod Deum esse non potest per rationem inveniri, sed per solam viam fidei et revelationis est acceptum,* et vocat *errorem.*20 Quae quidem doctrina identica plane cum sit cum doctrina adversariorum nostrorum, patet quod in antecessum de ea protulerit judicium s. Doctor. Atque cum eundem *errorem* renovaverit Socinus cum nonnullis asseclis suis, non solum nostrates, verum ipsi etiam protestantes in illum insurrexerunt.21

'·) *Advers. Mardon,* lib. L cap. 18.

") *De idolor. rauit.* ed. maun pag. 227.

ll) *In cap. 1. Is.* n. 15. De quo auctore cf. admonit. edit, maun tom. I. opp. pag. 377.

'⁑ Orat. XXXIV. quae est II. *de Theologia,* n. 2. cit. cd. Paris, tom. L pag. 540.

M) Cf. De Valentia, *Comment. Theologic.* tom. I. disp. 1. quaesl. 2. puncto 2. *Quibus modis probari possit Deum esse. An non solum ex fide, sed etiam evidenter.* Ed. Lugd. 1603. pag. 66 seqq.

,s) Cf. apud Pctavium *de Deo,* lib. I. cap. 1 ct 2.‖ et praesertim apud Thomassinum *Théologie, dogni.* tom. L lib. I. cap. 21 seqq.

*·) Cf. ibid.

⁑') Si unum fortasse excipias Aegidium Columnam qui negavit ullo argumento, et card. De Alliaco, ac perpaucos alios qui censuerunt *probabili* solum argumento demonstrari Dei existentiam posse, quique a reliquis omnibus refelluntur et impugnantur, ceteri unanimes sunt in adstruenda Dei existentia per veram demonstrationem.

") In *Proslogio,* cap. 2 seqq. Hanc, ut compertum est, adoptavit Carlesius.

") L p. qu. 3. ari. 3.

M) *Contr. genl.* lib. I. cap. 12. uhi late hunc *errorem* pluribus argumentis refellit.

") Sane Socinus in *Misceltan.* respons. ad objection. 5. Cullen, scribit: ..Homo ipse per se nec seipsum nec Deum, ejusque voluntatem cognoscere potest, sed *necesse est,* ut haec illi Deus aliqua ratione patefaciat.ո Et in *Praelect. lheolog.* cap. 2. cum proposuerit receptiorem sua aetate sententiam de cognitione Dei homini ejusque animo

44. Demum revelationi Christianae infensum esse ejusmodi systema, ex eo facile liquet, quod nisi Dei existentia tamquam fidei praeambulum, ut loquitur angelicus doctor, supponatur, nequeat valide factum ostendi revelationis, quae Dei existentiam praeexigit: seposita enim Dei existentia revelatio divina ne concipi quidem potest. Si quis porro incredulo Dei existentiam inficiant!, hanc veritatem suadere vellet, num id ex sola revelatione conficiet? Atqui hoc veluti petitio principii ab incredulo illo repelleretur, siquidem jam Deum pxistentem necessario supponit revelatio. Qui igitur autumant ex sola fide seu revelatione posse Dei existentiam constare, validam e medio tollunt viam incredulum de ipsa revelatione convincendi. 22

45. Itaque seclusa positiva Dei revelatione atque ante fidem dari potest ac debet *naturalis* caque *certa* cognitio ac demonstratio existentiae Dei, qua posita, ex ipso conceptu entis necessarii ac infiniti omnes ejus perfectiones seu attributa sua veluti sponte dimanant, id quod s. Thomas continenti eoque firmissimo ratiocinio in libris praesertim *Contra gentes* ostendit. Quod vero de naturali Dei cognitione ostendimus, id ipsum de animi humani spiritualitate, libertate, ac immortalitate, deque immutabili justi atque injusti norma nativo rationis lumine cognita dicendum est; quandoquidem hae veritates ex primitivis sive facti interni sive rationis veritatibus, ex rationali hominis natura, atque ex ipsius Dei attributis necessario nexu deducuntur, prouti in-

naturaliter insila, cam rejecit etiam his argumentis: 1. Quod Deus ab initio creationis se primo homini patefecisset: ..qui primus homo cum nongentis triginta annis vixerit, posteros suos facile divinitatis opinione imbuere potuit.'' 2. Quia >.si divinitatis opinio cunctis naturalis esset, *certe ea non esset ex fide :* atqui *ex fide* eam esse docet epistola ad Hebraeos XI. 6.“ Deinde pergit aliorum exponens sententiam, quae ea est de qua hic agimus, et scribit: ..At sunt qui dicant, id saltem negari non posse, ex sola hujus mundi machina, si quis animum advertat, posse quemlibet non solum Deum esse manifeste cognoscere, verum etiam rebus humanis eum prospicere, plane percipere. Immo complures addunt, ex eadem machina omnes satis intclligere, quidquid opus est ad eam Dei notitiam, ex qua omnis religio proficiscitur. Sententia ista similiter vel ex eo *falsifatis arguitur* ctc.“ in *liiblioth. fratrum Polonorum,* tom. I. pag. 537 seq. Hinc Ostorodus socinianus in *Jnslit. relig. Christ,* cap. 1. pag. 10. haec habet: ..Quantum homines de Deo aut deitate sciunt, id non habent a natura, neque *ex consideratione creaturarum, sed ex auditu.* Ab initio enim Deus se se hominibus patefecit." Porro ex nostris hanc doctrinam socinianam confutarunt quotquot Dei existentiae demonstrationem confecerunt. Ex protestantibus inter ceteros ex professo refellit hanc sententiam Calovius op. cit. *Scripta antisociniana.* tom. I. pag. 51. in diss. *De existentia Dei ejusque naturali cognitione.*

'') Hinc apposite observat s. Joann. Chrysost. apostolum Paulum athenienses do divinis alloquentem non ex Scripturis, sed rationibus atque ex principiis ab illis ethnicis admissis processisse, *Hom. III. in ep. ad Tit.* Praeterea revelatio praeter Dei existentiam supponit Deum esse certo locutum, hominesque morali officio omnino obstringi ad hoc Dei verbum suscipiendum. Atqui nisi haec independenter a revelatione cognoscenda probentur, quonam innitentur fundamento?

numeri philosophi atque apologetae qui hac in re versati sunt, egregie praestiterunt. 23

difficultates.

46. I. Obj. 1. Dei notitiam una cum loquela non potuit primus homo sibi comparare nisi per Dei ipsins manifestationem, ejusque locutionem. Ille utramque filiis, seraeque posteritati transmisit. Ergo ad eum modum quo lingua a protoparentibus, sic Dei notitia propagata est in omnes populos via traditional!. 2. Hinc si quis in silvis natus esset ac enutritus extra ceterorum hominum societatem, numquam ex sola terrae caelique inspectione Dei notitiam mutuaretur, sed stupidus ac sine loquela adolesceret, intuereturque omnia quae illum circumstant objecta brutorum animantium more, prout experientiae facta ostendunt; multo vero minus Dei existentiam sibi *demonstrare* poterit humana ratio: 3· quippe demonstratio jam praesupponit veritatem cognitam ab eo qui eam conficere nititur, ac *optatam crcditamque* ab eo in cujus gratiam demonstratio fit. 4. Hoc magis elucet, si naturam et conditiones ratiocinationis spectemus, ratiocinari enim est vel *deducere* vel *inducere:* porro *deductio* supponit principium cognitum atque antea constitutum ab eaque independens, siquidem est ejus basis; *inductio* vero quae ex consequentiis ad principium, ab effectibus ad causam ascendit, anteriorem includit factorum quibus innititur cognitionem. Porro quis principium praebet

id

Eminet inter istos Gerdilius in cujus praeclaris philosophicis operibus lot extant de metaphysicis istis ac moralibus veritatibus demonstrationes eo principiorum nexu, ea ratiocinii severitate confectae, ut omnimodam certitudinem pariant, ac plurimae mathematicam fere evidentiam praeseferant. Ulinam perillustris hujus ac vere Christiani philosophi opera magis hac aetate, apud exteros praesertim, cognita ac in honore essent! Ai enim quis non mirabitur dum audiat Gerdilium ab aliquo e recentioribus supernaturalislis ac traditionalistis *rationalismi* incusari, quod scilicet legitimam rationi vim cognoscendi tribuerit? Sunt vero complures alii quos germanicae philosophiae abstractiones magis delectent, et nimis antiquam existiment eam philosophiam, quae in illis veritatibus demonstrandis operam impendit. Sic porro Hegel in sua H'is*senschaft der Logik,* seu *Scientia logicae,* vol. I. Nürnberg 1812. pag. 3, 4. praefatur: ..Id quod ante hanc aetatem meiaphysica dicebatur, fuit, ut ita dicam, e solo radicitus evulsa, ac ex scientiarum numero evanuit. Quis amplius modo sibi quidquam oggeri pateretur de veteri onlologia, de psychologia rationali, de cosmologia nut etiam de theologia naturali temporis anteacti? Investigationes e. gr. de animi immaterialitale, de causis mechanicis et finalibus, ubi possent adhuc studium excitare? Etenim illae quae dicebantur demonstrationes existentiae Dei, afferuntur tantum historice, aut ad fovendam aedificationem, animique excitamentum. Haec facti res est; studium partim quoad *substantiam,* parlim quoad *formam* antiquae metaphysicae, partim vero quoad *utnimque* omnino extinclum esse." Adeo ne igitur veritates metaphysicae et morales etiam *quoad substantiam* viluerunt, ut veluti *obsoletae* haberi possint? Hegel vero ejusque sectatores in *logica* toti versantur, ac totam metaphysicam ac ontologiam in ea collocare videntur, quasi nempe per mere dia*leelicum.* processum *a priori* omnia entia ipsa objectivo-realia sint constituenda.

•V.

)

in priori casu, quis factorum tribuit cognitionem in posteriori? Seu unde proveniunt *majores* omnium ratiocinationum? Nonne in his *majoribus* praecontinentur certitudo et veritas conclusionum, quae ut legitimae sint, contineri debent in praemissis nec eas excedere? Jamdiu igitur habebatur veritatis certitudo ante ratiocinationem, seu quod idem est, scientia, quam in praesenti habet homo, fundatur in fide in primum principium, in *majorem* absolutam, atque ut recte dictum est, *fides est principium rationis.* 5. Sane, ratio admittit necessario principia et axiomata absque illorum demonstratione; sunt igitur axiomata ac principia totidem *postulata* quae praeexigit ratio nt possit exerceri; fides proinde in principia anterior est cognitione, ratione ejusque exercitio; est praeamhulum necessarium, prout s. Augustinus ipse adnotavit scribens: „Naturae quidem ordo ita se habet ut cum aliquid discimus, rationem praecedat auctoritas. . .. Auctoritas fidem flagitat, et rationi praeparat hominem/' [24] 6. Quare, quod consequens est, demonstrationes omnes existentiae Dei totidem sunt paralogismi, quia Deus *ens entium* est principium absolutum totius existentiae, et affirmatio *τον esse major* est absoluta cujusvis ratiocinii, ac proinde necessario praesupposita in omnibus propositionibus ad eam adstruendam adscitis. 7. Demum ejusmodi demonstratio est *logice* impossibilis; etenim si fiat per *deductionem,* unde sumet principium suum, quaenam erit altior idea ex qua inferri possit existentia Dei? Si vero fiat per *inductionem,* quomodo concluderet ex finito ad infinitum? Nonne conclusio magis pateret quam praemissae? [25] Ergo.

47. **Resp.** Ad 1. *D. Cons.* Propagata est Dei notitia una cum lingua per traditionem, *Tr.* vel *C.* ita propagata est ut homo per solam rationem eam sibi comparare, non potuerit aut possit, AT. Duo hic permiscentur quae distingui apprime ab invicem debent, ordo scilicet *chronologicus* sive etiam *historicus,* ac ordo *logicus.* Aliud est primum hominem ad supernaturalem statum evectum Dei notitiam ex ipsa Dei manifestatione, atque etiam, si lubet, excitationem ac veluti rudimenta quaedam ad determinatum loquelae usum a Deo habuisse ac inde propterea una cum lingua Dei notitiam ad posteros pervenisse: aliud vero quod ratio *per se* sola potis non fuerit aut sit ad certam Dei notitiam assurgere. Primum est historicum factum et quidem verissimum; alterum est logica affirmatio, quae falsa omnino convincitur: 1. *intrinsecis rationibus,* quippe et necessitas causae necessariae, et contemplatio hujus universi, et natura rationalis ac moralis hominis ipsius totidem invicta suppeditant argumenta existentiae Dei; 2. *rationibus extrinsecis,* nam ut vidimus, ea assertio Scripturae, patribus, theologis omnibus

24) *De inorib. eccl.* cap. Π. et *De vera religione,* cap. XXIV.

Ita Bautain in opusc. cit. *Quelques réflexions sur la doctrine du sens commun,* pag. 13 seqq. ubi systema suum paucis sed dilucide exponit. Eadem fusius inveniuntur passim in *Philosophie du christianisme.*

quibus praeclare consonat catechfemus romanus ;6, nec non christianae revelationi adversa fronte refragatur. Nec vero duo illi ordines historicus et logicus. traditio nimirum et ratio, inter se pugnant, sed voluti duae lineae parallelae ab ipso humani generis exordio progressae optiino cohaerent, mutuoque se juvant. Nam ex una parte traditio facilem ac veluti familiarem Dei notitiam diffundebat: ex altera ratio id. quod ex traditione acceperat, nativo lumine suo verum ostendebat magisque firmabat; atque ubi aut traditio deficeret, aut obscurata esset ac corrupta, potuit ipsa ratio hominem ad certam germanamque supremi Conditoris sui notitiam revocare, sic ut teste apostolo *inexcusabiles* facti sint qui ejus lumen in se extinxerint aut obscurarint.27

48. Ad 2. *I).* Ex defectu exercitii atque evolutionis propriae facultatis rationalis, *Tr.* ex defectu insito facultati ipsi. A'. Cum loquimur de facultate qua pollet humana ratio Deum cognoscendi ejusque existentiam demonstrandi, eam significamus satis exercitam atque evolutam, quod fit ope societatis atque adminiculorum quae in societate reperiuntur, quaeque certe sibi

Ie) Haec enim habet *Cateckismus Rom. Praef.* sect. I. n. 1. -Ea esi humanae mentis et intclligenliae ratio,.ut cum alia mulla, quae ad divinarum rerum cognitionem pertinent, *ipsa per se,* magno adhibito labore et diligentia, investigaverit ac cognoverit.- Et part. I. *J)e syrnb. (id.* cap. *2.* n. 6. -Haec quidem (hujus sacculi sapientia) *naturalis lanium luminis* ductu ab effectibus, et ab iis quae sensibus percipiuntur, paulathn progressa, nonnisi post longos labores, vix tandem invisibilia Dei contemplatur, primamque omnium rerum causam, et auctorem *agnoscit atque inteUigit."* Alia ejusmodi testimonia inferius dabimus.

~) Celerum fundamentum praecipuum quo lotum adversariorum systema nititur, nempe *impossibilitas physica* et *melaphysica* quod homo loquelam per se instituere potuerit (unde ex facto quod homines loquantur, argumentantur ad primitivam extrinsecam Dei revelationem), haud paucis difficultatibus obnoxium est. Ac 1. ut haec ipsa impossibilitas certo constet, nonne opus est ratiocinio coque firmissimo illam probare ad hoc, ut certa sit haec praemissa ex qua tota conclusio pendet? Ergo oportet jam supponere in homine per se *valida* ac *certa* cognoscendi media, quod adversarii non concedunt. 2. Impossibilitas illa quoad institutionem loquelae articulatae est quaestio philosophica, quae jamdiu ab egregiis philosophis hinc inde magna contentione agitatur: et quamvis praesertim cl. De Maistre, ac De Bonald, nec non recentius Rosmini, *Opusc. filos,* cit. tom. I. pag. 57 et seqq., cl Dmowski, *Instit. philos,* tom. I. *Psychol,* pag. 372 seqq. aliique validis sane argumentis eam evincere studuerint, non pauci tamen inter recenliores, religiosi etiam philosophi, uti Galluppius, Bonellius etc. refragantur, ac praesertim cl. Forichon in op. *Le matérialisme et la phrénologie combattus dans leurs fondements,* Paris 1840. pag. 216 seqq. Bonaldi et De Lamennais argumenta infirmare conatur. Num igitur in quaestione admodum implexa fundamentum realilatis ac certitudinis humanarum cognitionum collocari poterit? 3. Licet admittamus argumentum ex origine loquelae depromptum utiliter posse veluti in subsidium advocari ad hominis veram originem philosophice evincendam, non adeo tamen ineluctabile videri posset ac adversarii existimant. Sed hoc etiam concesso, num non erit vera philosophica ac rationalis demonstratio de supremi Numinis existentia, id quod adversariorum principia satis per se convelleret?

compararo haud potest qui extra ceterorum hominum consortium nutritur et adolescit. Qui in silvis natus esset, illius exercitii et evolutionis defectu, non modo Dei notitiam, ut liberaliter etiam adversariis demus, sed neque ceterarum rerum ad vitae cultum spectantium cognitionem et usum acquireret, quas nemo tamen dicet per solam rationem obtineri non posse. Nimis ergo probat hoc exemplum, ac nihil propterea probat.

49. Ad 3. *D.* Praesupponit demonstratio, ex parte illius qui eam conficit, veritatem rei demonstrandae *hypothetice, C. absolute,* A' Hic enim effectus est demonstrationis. Sic etiam: ex parte illius in cujus gratiam fit demonstratio, veritas tenetur ut *demonstranda, C.* ut *demonstrata, N.* Antequam enim alicujus veritatis demonstratio fiat, potest ejus qualiscumque haberi cognitio de qua aliquis dubius ac incertus existât: at postquam vim demonstrationis percepit, eam quodammodo ratione sua intuetur, convincitur, et omnimodam certitudinem assequitur quam antea non habebat, aut saltem non habebat nisi ab *extrinseco* cognoscendi fonte, scilicet auctoritate vel traditione, non vero ab *intrinseco* veri criterio, quod intimas rei rationes patefacit. Nihil porro refert quod aliquis *optet* aut *credat* veritatem quam sibi vult demonstrari: alioquin fieri non posset aut optari demonstratio alicujus theorematis, quod aliquis aliunde scit esse verum, sed ejus demonstrationem ignorat.[28]

50. Ad 4. Transmissa illa argumenti parte, quae afficit *deductionem,* cum post s. Thomam theologi ac philosophi plerique inficientur posse efficaciter *a priori* ostendi Dei existentiam, aliis tamen refragantibus[29]: negamus quoad alteram partem, quae *inductionem* attingit, qua nempe ex effectibus argumentamur ad causam. In hac porro argumentatione debet utique assumi ut certa anterior cognitio factorum contingentium, quae ostenduntur esse totidem effectus, ut procedi inde possit ad ostendendam certam existentiam causae necessariae. Ast haec cognitio haberi potest ac debet independenter a cognitione existentiae Dei, constituitque *majorem* illam quam exigunt adversarii.[30] Quod si quis realem corporum existentiam in dubium idealistice revocare vellet, eaque ut mera phaenomena spectare, num ipsa phaenomena, quae certe, si apprehenduntur, nihil non sunt, ac. ipsa saltem proprii *Ego* existentia, quae a nemine oppugnari potest, quaeque in se necessariam rationem essendi habere nequit, satis haud essent ad necessitatem causae absolutae et necessariae demonstrandam?[31]

Atque hic animadvertendum est, hanc ipsam diflicultatcm sibi jamdiu proposuisse s. Thomam, *Contr. gent.* lib. I. cap. 12. arg. 2.

u) Recolantur quae scripsimus in tract. *de Deu,* part. I. cap. 1. propos. I. η. 21. cum nota apposita.

30) Hanc pariter difficultatem sibi objicit s. Thomas loc. cit.

3') Hoc ipsum argumentum evolvit egregie Edmundus canluariensis in *Speculo Ecclesiae,* cap. 27. ..Quilibet homo, ait, beue potest videre in se quod ipse est, quod ha-

Concludamus falsum esse, certitudinem veritatis demonstrandae ante demonstrationem nos habere: nam tunc psychologice ac logice nonnisi certitudinem alicujus facti, ac principiorum universalium rationis habemus, quibus ut medio rite utimur ad demonstrationem. Haec autem facta et principia non fundantur *in fide;* quandoquidem ea non ex aliorum auctoritate nun ex criterio extrinseco cognoscendi, sed et sensu intimo, et externa sensibilitate, ac firmissimis rationis judiciis intrinsece percipimus.3·

51- Ad 5. *D.* Axiomata non demonstrantur, quia in ipsa enunciation? eam immediatam evidentiam praeseferunt qua patet falsa esse non posse, *C.* quia ob aliquam auctoritatem credantur, iV. Certe axiomata ab omnibus qui velint ratiocinari, admitti debent; sed ideo admittuntur quia fieri nequit ut ineluctabilis veritatis vis declinetur, cum ea immediate menti elucescit. Ea igitur praeexigit ratio, at non supponit tamquam gratuita postulata, nec fidem illis adhibet, quasi ex caeco quodam ac subjectivo instinctu, multoque minus ex positiva quavis auctoritate; sed uti animadvertimus33, ea immediata evidentia intuetur, intrinsecam et ultimam rationem illorum pervidet, eaque se aliter habere non posse certissime cognoscit.** Perperam autem auctoritas urgetur s. Augustini. Etenim s. Doctor in primo ex allegatis textibus loquitur de praeeminentia auctoritatis supra rationem in ea quaestione, quam adversus manichaeos circa mores versabat ecclesiae.35 In altero vero contrarium aperte docet ei quod adversarii contendunt: immediate enim post allata verba subdit: ..Ratio *ad intellectum cognitionemque perducit.* Quamquam

be! esse et quod non semper fuit: et ex hoc bene scit quod initium aliquando habuit. Tunc sequitur quod aliud tempus erat, in quo ipse non fuit. Sed quando non fuit, tunc nullo modo se ipsum facere potuit. Ideo oportet *necessario* quod una res sit quae dat omnibus esse, hoc est, aqua omnia sunt etc.· Ceterum patres maxime delectati sunt iis argumentis ad'evincendam Dei existentiam, quae cx ipsa animi humani natura ac dotibus depromuntur. Ila Basilius in bomilia ad illud *Attende tibi ipsi,* tom. II. pag. 16, ita Athanasius in *Orat, contra Gent.* torn. I. n. 30, ila Nvsenus in *Oral.* 47. *de beat.* Praeclare auclor libri *De inter, domo,* Bernardo adscript. ..Praecipuum et principale speculum ad videndum Deum csl animus rationalis inveniens se ipsum. Si enim *invisibilia Dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur,* ubi quaeso quam in ejus imagine cognitionis ejus vestigia expressius impressa reperiuntur?·

32) Cf. *Praenotanda* quae paulo ante praemisimus.

In cit. *Praenotandis.*

Cf. s. Thomas II. 2. qu. 1. ari. 5. ubi scribit: .Omnis scientia habetur per aliqua principia per se nota, et per consequens visa, et ideo oportet quaecumque sunt scita, aliquo modo esse visa.· Eadem habet in IIL disl. qu. 2. ari. 2. qu. 3. 0. el alibi passim; praesertim *Contr. geni.* 1. 3. cap. 154. *De verit.* qu. 2. art. 1.

3i) Totus siquidem in eo est Augustinus hoc in libro, ut evincat discrimen inter veram fucatamque virtutem qualem profitebantur manichaei. Incipit vero ab ostendendo quaenam sint verae virtutes tum ex ratione, tum ex auctoritate librorum N. T. quos solos admittebant illi haeretici, quamvis hac in re dicat s. Doctor satius fuisse incipere ab auctoritate: ut tamen eis morem gerat, exorditur a ratione. Cf. ejusdem libri capuli, in quo suum aperil consilium Augustinus.

neque auctoritatem ratio penitus deserit, cum consideratur cui sit credendum, et certe *summa est ipsius jam cognitae atque perspicuae veritatis* auctoritas.[4] Suas igitur partes Augustinus rationi, suas tribuit auctoritati, ac inter eas ut ratio discernat cui auctoritati credendum sit, adeoque per ipsum praecedit auctoritatem ratio, non autem sequitur. Dum igitur dicit: *Auctoritas fidem fiagitat, et rationi praeparat hominem,* non aliud significat, quam fidem praeparare hominem ad ea cognoscenda, seu potius intuenda, quae nunc per fidem et auctoritatem credit, scilicet in caelo; et si agatur de cognitione aliqua imperfecta, etiam in terris.[36]

52. Ad 6. *D.* Ex principiis adversariorum, *C.* ex doctrina Scripturarum, ss. patrum, theologorum, eorumque agendi ratione, *N.* Deum esse ens entium, principium absolutum, veritatum omnium primam immo et fontem in ordine ontologico et essendi, nemo inficias iverit, neque de hoc agitur; sed agitur de ordine psychologico et logico seu cognoscendi quoad nos. Quaeritur enim *utrum* et *quomodo* hominum ratio possit certo cognoscere ac sibi demonstrare entis entium, principii absoluti ac necessarii existentiam. Atqui nos contendimus ex probatis, hoc fieri a ratione posse, idque per logicam necessariam illationem, licet perfacilem et cuique ratione utenti perviam, quae aliquo facto psychologico innixa sit. Ergo oportet quod facti istius licet *minimi* cognitio, ut e. gr. propria sui existentia, *certa* in ordine *logico* et *psychologico per se* sit, etiamsi nondum *certitudo* de Dei existentia supponatur. Nulla igitur repugnantia, si ordinem *essendi* ab ordine *cognoscendi* apprime distinguas.[37]

53. Ad 7. *N.* Fit autem demonstratio inductione ab effectibus ad causam, quae nondum *immediate* deprehenditur infinita, sed *mediate,* spectata nimirum primae causae necessariae natura, quae nequit ullo esse limite circumscripta. Atque ita occurritur objecto incommodo, quod nempe contra logicas regulas magis conclusio pateat quam praemissae.[38]

3β) Quod patet ex totius orationis serie el scopo, quem sibi heie proposuit s. pater. Sane ipse in ep. CXX. ad Consoni, n. 3. ita scribit: ..Si rationabile est, ut ad magna quaedam, quae capi nondum possunt, fides praecedat rationem, procul dubio quanlulacumque ratio quae hoc persuadet, *etiam ipsa antecedit fidem.*'l

”) Vid. *Praenotanda.* Hinc nobis probari non potest quod in cl. prof. Klee nuper vita functi *Dogmatica,* Mogunt. 1835, Ium. I. pag. 9 seq. legitur: „*Sine fide in rationem primam,* a qua nostram existenliam ac rationem habemus, possibilis non est ulla rationalis fides in *rationem nostrain* ipsam quoad suum sive theoreticum, sive practicum munus, ac proinde ne quidem ulla fides exteriori mundo.'· Ex quibus verbis sequi videretur, quod nos ne *ile existentia* quidem *nostra* certi esse possemus, nisi prius Deum certo existere crederemus. Hinc omnis de Dei existentia probatio concideret. Ceterum quod contendimus independens est a quaestione utrum Dei *idea* sit *mediata* vel *immediata, congenita* vel *acquisita:* quidquid enim de hoc sit, quod non definimus, semper dari debet efficax modus Dei existentiam probandi.

18) Hoc jam sibi objecerat ac solverat s. Thomas I. p. qu. 2. art. 2.

54. II. Obj. Quousque humana ratio ope reflexionis suae sensilibus perceptionibus, ac logicis abstractisque notionibus tantum innixa, certam sive Dei sive aliarum veritatum cognitionem sibi voluerit compararo: 1. semper in *formalism!* ac *intellectus abstracti* laqueis haerebit, quin ad realitatem ac veritatem perveniat. 2. Numquam poterit ipsa *vitalem* Dei cognitionem assequi, sine qua nec poterit sese in *vitali* ac intima relatione cum prima et maxima veritate collocare. 3. In hoc porro philosophia *pagana* essentialiter differt a *Christiana* philosophia: nam illius tantum proprium fuit veritates omnes e suo veluti fundo promere velle, atque ita mundum in ordine morali ac religioso perdidit. 4. Christiana vero philosophia pro inconcussa basi conscientiam luce veritatis revelatae edoctam, et jam in *vitali* relatione cum aeterna veritate positam assumpsit; quo factum est ut ratio ac revelatio sese mutuo compenetrarint. 5· Amicum hoc foedus ad Cartesium usque perseveravit, a quo tandem per summum nefas dissolutum est. 6. Inde rationis *autonomia,* inde ratio ac religio ab invicem separatae, ac hostiles effectae. 7. Undenam enim pullularunt tum *sensismus* ac *materialismus,* qui *einpirismo sensibili* innituntur: tum *idealismus ac pantheismus spiritualisticus,* qui in *empirismo psychologico* fundantur: tum *kantismus, hegelismus, rationalisme,* et alia id genus monstra; nisi ex principio quod debeat humana ratio *per se*› ac ex proprio ipsius penu, independenter a positiva revelatione, veritatem invenire? Qualem profecto Deum sibi hoc modo poterit effingere ratio, nisi 8. entitatem pure logicam ’9; 9. subjectam ipsi creaturae, quod maxime Creatorem dedecet40; 10. idolum demum, coram quo posthac homo tamquam opere suo prosternitur ac thus adolet?41 11. Abjiciamus ergo rationales omnes ejusmodi demonstrationes, quarum inanitatem *antinomiae* kantianae evidenter ostendunt42; 12. ac praeterea factum ipsum probat: nam si illae logicam necessitatem inducerent, quinam dari possent qui de hisce veritatibus dubitarent? Atqui tamen plerique sunt.4’ Ergo.

55· Resp Ad 1. *D.* Si ratio reflexione et abstractione abutatur, *C.*

M) Ita Bautain, *Philosophie du chrislianisme,* tom. L pag. 192.

40) Ita Klee op. cit. vol. LL pag. 4. -In sententia quod Deus possit ac debeat demonstrari, jam hoc ipso negatur. — Quatenus enim ille non agnoscitur tamquam *primum postulatum,* inconditionatum et continens conditionem omnium, et quatenus debet *sine voluntate sua et contra ipsam* deduci ad cognitionem nostram et aliorum, eatenus Deus exponitur, et *subjicitur creaturae.*a

**) Ita Bautain op. cit. tom. I. pag. 195. cui consonat apprime Klce: »Deus demonstrandus et tantnm vi demonstrationis agnoscendus, de suo gradu dejectus sub axiomate linito finiti proprii *Ego,* existons per linitam operationem in demonstratione ac determinatione, *non est Deus,* sed vanum, confictum *idolum,* coram quo nulla rationalis creatura adorando procidere potest." *Dogm.* loc. cit.

nj Ita Bautain op. cit. pag. 172.

”) Quas hactenus attulimus difficultates, communes omnes sunt Bautainio eaelerisque fautoribus systematis quod refellimus, tum in Galliis tum in Germania, ut patet ex eorum operibus typis vulgatis.

si omnia cognoscendi media rite adhibeat, *N.* Abusum intellectus ac mere logicarum abstractionum veritati ac realitati assequendae in primis infensum esse, in eoque maximum neotericae philosophiae germanicae vitium consistere, **libenter cum adversariis agnoscimus et dolemus.**44 Idcirco amicum foedus inter ordinem empiricum et rationalem, inter facta concreta experientiae et abstracta rationis principia numquam satis inculcandum est. Quod quidem si rite servetur, nullus erit mero *formalismo* locus. Ast adversarii ex eo quod transcendentales *intellectu* pessime abusi sunt, illum veluti veritatis hostem traducunt, et perpetuum conflictum inter illum ac *rationem* expavescunt. Quasi nempe intellectus et ratio realiter distinctae facultates, et non potius una eademque essent cognoscendi facultas, licet diversum munus obeuntes: quasi intelligendi vis ad verum comparata suapte natura non esset, ac ea facultas qua homo a brutis essentialiter secernitur, Deoque maxime assimilatur, falsitatis ac perditionis instrumentum *per se* esse deberet.45

56. Ad 2. *D.* Si per *vitalem* cognitionem Dei intelligas *specialem* ac vere *salvificant* cognitionem, *C.* si generalem, imperfectiorem ac naturalem, *N.* Semper in eo sunt adversarii ut confundant duplicem hanc theologiam, alteram nempe supernaturalem ac vere salutarem, alteram mere naturalem ac veluti paedagogicam ; quam sane distinctionem a Scripturis, a patribus, a theologis omnibus catholicis, atque a catechismo rom. aperte et constanter traditam probavimus. Hoc autem quid aliud est nisi naturam et gratiam undequaque permiscere? Hinc ut ostendant rationem per se nec Deum certo cognoscere, nec ad eum se extollere posse, ad ecclesiae decreta adversus

4<) De boo abstraclionum abusu in neogermanica philosophia plura jam diximus. Nonnulli ex ipsis philosophis gernianicis id repetunt etiam ex vernaculae linguae in philosophando abusu. Ita Ancillonius : ..En mettant l'article devant un infinitif ils changent (les métaphysiciens allemands) ce qu'il y a dc plus indéterminé dans un être déterminé, et l'on ne croirait pas, au premier coup d'oeil, quelle influence décisive cette facilité, quelquefois utile, si souvent funeste, a eu sur la **philosophie***£ssai de Philosophie,* tom. I. pag. 327 seqq. Vide etiam quae Krug habet in suo scripto *Schelling vnd Hegel.* Lips. 1835. Quid? quod ipse Schelling aperte fassus est: «Speculationes ac lingua Germanorum semper magis recesserunt ab eo quod generatim est inteliigibile, ac gradus istius recessionis a communi cogitandi et loquendi modo tandem quodammodo effectus est veluti philosophici ingenii *mensura.·' Praefat.* ad Cousin etc. Stuttgart 1834.

4i) Nos non abnuimus in *operdndi modo* aliquid concipi discrimen debere intellectum inter ac rationem. Intellectus, ait d. Thomas I. p. qu. 79. art. 8. *veritatem intelligibilem apprehendit,* ac intuetur, ratio vero *de nno intellecto ad aliud ad veritatem cognoscendam procedit.* Sed illud semper certissimum est, quod una eademque sunt potentia intellectus et ratio; id cujus philosophi neoterici videntur obliti. Eodem ipsi pacto rationem *theorclicam* ac *practicam* ita dividere ac scindere solent, perinde ac si *duae* revera *rationes* in homine existeront. Quid igitur dicendum cum audias ab istiusmodi philosophis decerni, ..philosophiam debere omnino in *contradictione* cum *intellectu* sitam esse?" Cf. Baltzer op. cit, fasc. I. pag. 6L

semipelagianos edita, praesertim a cone, arausicano II. capp. V, VI et VII. recurrunt. Atqui haec decreta omnia quo alio spectant, nisi ad eam cognitionem Dei qua *credimus, speramus,* ac *diligimus sicut oportet,* nempe ut *justificationis gratiam consequamur?^6* Haec igitur ad ordinem supernaturalem pertinent, neque cum cognitione mere naturali Dei de qua agimus, quidquam habent commune; quae certe hoc sensu *vitalis* non est, nec nos in *vitali* cum Deo relatione ponit, quippe haec beneficia nonnisi a Christi reparatione, atque in eos qui ejusdem participes sunt, dimanant.

07. Ad 3. *Seg.* in primis *intrinsecum* illud discrimen inter philosophiam *paganam* et *Christianam:* una quippe, si rei naturam spectes, semper debuit esse philosophia sive ab ethnicis, sive a Christianis exculta, scientia nempe veritatis in ordine naturali, recto rationalium facultatum usu comparata. Magna tamen fatemur huic ipsi scientiae ex Christiana revelatione commoda accessisse, de quo inferius. Interea falsum est *pagani* mundi perditionem philosophiae esse adseribendam, sed humanis tantum cupiditatibus, praejudiciis, opinionibus, ac, si adversarii volunt, philosophiae etiam ipsius abusibus. Vera autem, licet ethnicorum, philosophia, in tanta illa humanarum mentium caecitate et corruptela, plures veritates ad theologiam naturalem, legesque morum spectantes, nativo rationis lumine agnoscere potuit, id quod apostoli etiam eloquia testantur. Quod si philosophi illi veritatem cognitam *in injustitia detinuerunt,* id humanae perversitatis ac malitiae, non philosophiae vitium fuit. Hinc Clemens alex, scribere non dubitavit: ..Atque erat quidem ante Domini adventum philosophia Graecis necessaria ad justitiam: *nunc* autem *est utilis* ad pietatem, cui necessario praemittenda est ab iis qui fidem ex demonstratione percipiunt." 47 ..Magna et praeclara haec sunt, ait catechismus rom., quae de Dei natura ... ex rerum effectarum investigatione philosophi cognoverunt." 48 Et post haec, aliaque ejusmodi, quae afferri possent testimonia, philosophiam quamvis paganam damnare quisquam audebit?

**) Satis erit oculos conjicere in objecta capitula, ut pateat haec nihil commune habere cum quaestione quam hic agitamus: etenim ut constat cx ipsis concilii verbis, illic agitur de *initio fidei, ipsoipte credulitatis affectu,* quo in eum credimus qui justificat impium; dc misericordia qua *credamus, velimus* ceteraque, praestemus *sicut oportet* per infusionem et inspirationem Spiritus Sancti, de gratia qua cogitemus *ut expedit* ad salutem; quae omnia ad ordinem supernaturalem spectant. Confer etiam Tridentini quae huc perlinent loca, sess. V et Vf. Nos autem a?imus ut patet de cognitione mere naturali naturalium veritatum.

47) Lib. I. *Strom.* §. 5. ed. Pollerii Vend. tom. I. pag. 331. Quamvis hacc recto sensu inlelligenda esse observavimus in tract. *De gratia,* part. I.

f De primo artic. symb. n. 6. Sed cf. lotum hunc locum catechismi rom. quo nil luculentius. Quantopere philosophi illi in veritate pervidenda progressi essent, ostendit August. Stcuchus eugubinus in op. de *Perenni philosophia.* Sed longe exactius ad critices leges rem lotam expendit cl. Gerdilius in op. *Introdmione alio studio delta religione,* tom. IX. opp. Excessus igitur hac in re omnino sunt vitandi. Nec enim ita philosophia sive rationalis sive moralis

58. Ad 4. JY. Tametsi enim per aliquot saecula apud Christianos philosophia ac revelatio simul conjunctae fuerint, numquam tamen sua rationi jura denegata fuerunt, nec illa philosophiae ac revelationis compenetratio contigit, quam praedicant adversarii. Num enim quisquam ex revelationis fonte processit ad veritates immediata evidentia fulgentes admittendas, uti existentiam sui, axiomata etc.? Veritates ipsae metaphysicae ac morales licet revelationis etiam praesidio firmari identidem solerent, tamen argumentis e sola ratione petitis praecipue evincebantur; cujus rei testimonio est luculento ipse s. Thomas, in cujus operibus perfecta de rebus philosophicis rationalibus tractatio, a revelatione plane independens, invenitur.[49] Semper igitur haec inter philosophiam ac revelationem cognita fuit distinctio, semper rationi vis objecta naturae suae proportionata cognoscendi ac demonstrandi tributa.[50]

59. Ad 5. iV. Nam partim falsa, partim exaggerata sunt quae passim nunc temporis in Cartesium congeri solent.[51] Quidquid tamen sit, theologi

ethnicorum illorum collaudanda est, ac si ea perfecta esset et absoluta, longo quippe ab hoc illa abest; nec ea deprimenda, ac si philosophi illi nil nisi errores protulerint. Hanc mediam viam a patribus constanter servatam esse egregie probat p. Balthus in op. *Jugement des ss. Pères sur la morale de la philosophie payeniïè.* Hinc nobis probari non possunt sive veteres sive recentiores, qui philosophos illos omnes veluli *atheos* aut *pantheistas* traducunt, id quod Socinus jam praestitit; cf. 1. c. cap. 4. Optabile porro fuisset ut cl. abb. Maret in egregio suo opere : *tissai sur le Panthéisme dans les sociétés modernes,* Paris 1840, hunc scopulum cautius declinasset.

49) Hinc Prof. Cousin ipse Summam d. Thomae appellat: ..Un des plus grands monumens de Γesprit humain au moyen âge, et qui comprend avec une haute métaphysique un système entier de morale et même de politique.·· *Hist, de la Philosophie,* tom. I. pag. 312.

50) Ita jam s. Thomas I. p. qu. I. art. 1. 0. res accurate distinxerat: Necessarium fuit ad humanam salutem esse doctrinam quandam *secundum revelationem* divinam *praeter philosophicas* disciplinas, quae *ratione humana* investigantur.·· Ita quidem in edit. Rom. 1570. Tom. X. Nam in reliquis editionibus quas contuli, legitur *praeter physicas;* si vera haec lectio esset, non in alio sensu hanc s. Doctor vocem usurpavit quam in generali *philosophiae naturalis,* ut patet ex contextu.

51) Certe in Cartesio aut doctrinam aut methodum spectas. Si doctrinam, ea omnino religiosa, ac ut modo loquuntur, plane *spiritualistica est,* eamque philosophi religiosissimi cum Christianae fidei emolumento sectati sunt. Quod si impius Spinozae pantheismus e castris cartesianae philosophiae prodiisse dicatur, salis est legere quaejamdiu Gerdilius scripsit in sua dissert. *In compossibililé des principes de Descartes et de Spinoza,* opp. tom. IV. ac recentius Galluppi, *Lettere filosofiche*, Napoli 1838, ut contrariam principiorum naturam quibus illi philosophati sunt, apprime elucescat.

Si vero de Carlesii methodo loquaris, ac de generali sua *dubitatione,* certe prima veluti fronte reprehendenda illa videtur. Sed si mentem Cartesii perspexeris, dubitatio ejusmodi nonnisi *fictitia* ac *hypothetica* esse patet, qua nempe ille usus est. ut animum in rebus philosophicis a praejudicatis opinionibus expurgaret, ut veritatem severiori illo examine magis liquidam exhiberet, utque aliquo inconcusso fundamento humanae cognitionis praejacto scepticos confundere posset, haud aliter quam adversus aeademicos philosophice processerat Augustinus. Hinc in secunda ipsa meditatione jam dubium omne a se rejecerat, ac positive omnino postea progreditur. Quid? quod Cartesius ipse in lib. de *Me-*

non *est* hnjus vol illins philosophi vindicias suscipore. Quod si Cartesii nomine impetitur realis ipsa ac essentialis distinctio inter scientiam philosophicam mere naturalem, et scientiam theologicam revolatam, negamus omnino eam a Cartesio primo invectam fuisse, cum semper in Christiana traditione agnita fuerit. 52 Haud ahniiimns ex analytica Cartesii methodo qua psychologica facta ad crisis regulas exactius revocata sunt, novam in hac parte formam philosophiam induisse. Sed praeter quam quod hujus psychologicae analyseos specimina in ipsis patribus ac praesertim in Augustino inveniuntur, nil ea per se exhibet improbandum. Immo quo magis animi humani natura ac proprietates investigentur, quo magis intimi ejus sensus ac ingenitae propensiones consulantur, fieri non potest quin animus ipse ad supremum suum Conditorem agnoscendum alacrius impellatur. Hinc Cartesius in ipso pene philosophiae suae vestibulo ad Deum recta contendit, atque ex hac veritatum omnium fonte reliquas veritates aut deducit aut firmat. Haec certe cujusque philosophiae vere psychologicae, quae nempe ad empirismum non deflectat, sed cum principiis ontologicis rite connectatur, spontanea progressio est. Si qui ea abusi sunt, viderint ipsi.

60. Ad 6. Negamus proinde qnod heic objicitur de rationis *autonomia,* ac de fidei cum scientia dissidio; nam haec omnia non a Cartesio repetenda sunt, sed potius a philosophis protestantismi, Humio scilicet, qui scepticism! jecit fundamenta, Lockio, qui nimis ad empirismum declinans fundamenta etiam revelationis philosophice infirmavit51, Kantio autem potissimum cete-

thodo. §. 3. has sibi leges praescripserat? »1 t legibus et institutis patriae obtemperarem, firmiterque illam religionem retinerem, quum optimam judicabam cl in qua Dei beneficio fueram ab ineunto, aetate institutus. — Postquam vero mc his regulis instruxissem, illasquc simul in rebus fidei, *quae semper apud me potissimae* fuerant, reservassem, quantum ad reliqua quibus olim fueram imbutus, nou dubitavi, quin mihi liceret omnia ex animo meo delere.“ Quae igitur nimis certe singularia in prima praesertim ejus meditatione occurrunt, sunt juxta hanc normam mtelligenda. Caelorum *hyputhelica* haec dubitatio, quae inservit ad analysim cognitionum instituendam, innocue a plerisque adhibita fuit, ac ipsi scholastici d. Thoma praeeunte illa passim usi sunt. Asl non negamus, eam ex humani ingenii licentia, et nova systemata cudendi, omniaque veteris sapientiae fundamenta convellendi lubidine, apud neotericos quandoque perniciosam effectam esse.

13) Augustinus praesertim in lib. *f)e magistro,* nec non s. Thomas loc. modo cit. atque alibi. Bautain ipse agnoscit hanc distinctionem invaluisse in scholis christianis longe ante Carlesium. Sic enim scribit in *Philosophie du Christ,* tom. I. pag. 267. ..La dialectique s'était glissée . . . dans les écoles chrétiennes *du moyen âge*3 et elle avait réussi à faire croire *presque généralement* que l’homme pouvait, par la seule force de son esprit, *s élever à la connaissance des vérités fondamentales de (jt métaphysique*^ telles que F existence de Dieu, Γ immortalité de fame etc."

w) Praeter dubium de animae immaterialitate ac immortalitate ca Lockius turn in suo *Specimine humani intellectus,* tum in suo *Christianismo rationabili* principia de morali certitudine ac traditione ponit, quae fundamenta religionis chrislianae omnino convellunt

risque neo-germanicae philosophiae parentibus, qui per abstractionis ac phantasiae abusum rationem humanam non solum fidei hostilem, sed secum ipsam pugnantem offecerunt. At enim adversarii per *autonomiam* rationis intelligent nativam ac legitimam ejus vim in veritatibus demonstrandis, omnemque ita vellent metaphysicam destruere, ac philosophiam eliminare, quod ferendum sane non est, et. fidei tantum hostibus opportunum posset accidere.

61. Ad 7. *D.* Omnia recensita philosophica monstra ex falsis philosophandi principiis, falsaque methodo prodeunt, *C.* ex ipsa rationis ac philosophiae natura, uti adversarii contendunt, *N.* Etenim si 1. sensibilia tantum facta ac realia objecta spectes, notiones vero universales veluti arbitrarios mentis foetus, ac principia rationalia veluti inanem *tautologiam* rejicias, station sensismo ac materialismo patebit aditus 54; 2. si philosophiam omnem *a priori* construere volueris, nulla *factorum* habita ratione, ac semper ratiocinari, quin in aliqua necessaria ac per se evidenti veritate insistas, in scepticismum prolabaris oportet55; 3. si immediatam ac concretam absoluti ac infiniti intuitionem pro tuae philosophiae sumas exordio, viam in pantheismum facile sternes56; 4. si hominem tamquam *Ego purum* et *abstractivum* in tota philosophia considerari debere contendas, rationalismus vel idéalisions consequetur.57 Atqui si omnia illa philosophica commenta excutiantur, ea uno alterove ex his vitiis intime invenientur affecta, ac proinde ab ipsa recte philosophante ratione damnantur omnino; minime vero eo nomine quod revelationem divinam pro basi philosophandi non assumpserint

s') Id probat empirismus Lockii, ac mallo magis Condillachii, qui landcm in Helvetio, Cabanisio etc. ad purum malerialismum decidit. Certe nil est quod magis animi simplicitatem ac spiritualitatem ostendat, quam facultas percipiendi notiones universales, cum sensus corporeus nonnisi id quod singulare est et individuum, possit attingere. Haec veritas philosophicam s. Thomae mentem minime effugerat.

") Ita transcendentales idealistae vellent *a priori* rationem logicam de ipsis veritatibus *facti* seu exislentiae habere, ac semper frustra quaerunt illud *aliquid inconcussum* ex quo possit philosophia exordiri.

") Hoc fuit initium ac postulatum philosophiae Schellingii, Bouterveckii aliorumque transcendentalium realistarum, qui proinde scientiam Dei *absolutam c* sola natura rationis hujusque intuitu *immediate* provenientem sibi vindicarunt. Hinc Schelling statuerat: *«Deus est,* est principium maxime omnium *indemonstralum,* ac maxime *indemonstrabile,* ac maxime *sine omni ratione;* ita sine ratione, quemadmodum supremum principium criticismi: *Ego ℜum. Philos. Schrift.* seu *Scripta philosophica,* Landshut. 1809. pag. 152. Panlheislicae horum auctorum ex his principiis deductiones satis nolae sunt.

57J Distinguunt transcendantales inter *Ego purum,* positum in *puro conceptu* ac in *ente mere cogitabili,* et *Ego empiricum* seu concretum et existens. Contendunt porro in philosophia unice de *Ego puro* institui posse sermonem. Ipse Krugius, qui tamen idealismum ac criticismum refellit, et synlhclismum profitetur, philosophiam nil aliud esse vellet nisi *scientiam formae originariae puri Ego.* Numquam ergo homo realis, ens nimirum rationale ac sensibile in ista philosophia attingitur. Cf. inter ceteros Imre, *Amicum foedus rationis cum experientia. Philos, pars III. Aletaph. applic.* pag. 302 — 306.

illorum auctores. Atque hic paululum declarandum est principium illud, quod *ratio philosophica debeat in proprio fundo veritatem invenire,* quodque ut omnino *anti-Christianum* adversarii traducunt. Id enim vel *absolute* vel *hypothetice* intelligi potest. Atque ii quidem qui Christianam revelationem ignorant, *absolute* profecto opus est ut in proprio etiam rationis fundo veritates naturales quaerant ac inveniant, quandoquidem ad id homini a supremo opifice Deo indita recta ratio est.[58] Christiano autem philosopho nonnisi *hypothetice* ea competere inquisitio potest atque detectio. Cum enim ipse probe sciat veritates ipsas naturales sive metaphysicas sive morales a divina revelatione clarius, uberius, firmiusque patefactas esse, num poterit illas in dubium positive revocare, ut illas dein in proprio rationis fundo longo labore inveniat? Absit. Ille igitur maximum inde manans naturali ipsi rationis lumini emolumentum ac praesidium libenter profitebitur: intelliget in antecessum quo demum rationales suae omnes inquisitiones, veluti ad fixam ac definitam metam spectare ac dirigi debeant: sciet veluti peritus nauta quinam sibi cursus tenendus sit. ut tuto portum attingat: normam demum habebit ad quam inquisitiones illas pure philosophicas redigat, ac ita ab omni errore, si forte irrepserit, tutetur. Interea tamen *hypothetice* eas ipsas veritates in proprio rationis fundo quaerit, ut nempe earum principia, fundamenta, ac probationes ibidem detegat, ubi certe delitescant oportet, eo ipso quod illae naturalium ac rationalium veritatum naturam non excedant. Ita psychologice et logice procedit: ita unamquamque veritatem suo in gradu ac lumine collocat: ita philosophiam suam independentem a revelatione construit, quamquam ignorare non possit hanc ipsam revelationem magno illi adjumento fuisse ad rectum rationis iter semper ac tuto tenendum.[59] Haec philosophiae ac revelationis concordia est, integris cujusque juribus, atque

58) Id quod de iis qui revelationem ignorant affirmamus, de iis quoque dici opus esi, qui ex perversitate animi mentisque caecitate fidem in revelationem jam cognitam et susceptam amiserunt. Quamvis enim isti magnopere inde culpandi, num melius non erit ut ratione sua veritates ipsas naturales de Deo, de animae natura, de lege morali investigent, quam in omnimoda incredulitate permaneant?

59) Ubi maxime adnolandum esi longe difficilius esse veritatem *invenire,* quam aliquo modo cognitam *demonstrare.* Ita geometrae cum aliquas veritates *practice* ac *empirice* jam sciant, industria ac investigatione modum tandem inveniunt eas *scientifice* demonstrandi, quod forte assenturi haud essent nisi *pructica* illa veritatis cognitio antecederet. Haud aliter contingit christiano philosopho, qui nempe veritatum naturalium in rebus melaphysicis ac moralibus firmissimam demonstrationem invenit, quam tamen vix aut ne vix quidem in pluribus certo assequeretur, nisi a christiaha revelatione de illis prius fuisset edoctus. Egregie de hoc disserit ipse Lockius in *Christianismo rationabili,* cap. 14. unde concludit maximas revelationi grates habendas. Hinc certe ingratos se produnt nostrae aetatis philosophi illi qui hoc revelationis subsidium non agnoscunt, et multo magis culpandi sunt, si cum tot prae ethnicis philosophis habeant praesidia, in veritatis perniciem ratione sua abutuntur.

huic tot praedari philosophi cum magno rationis ac religionis fructu quovis tempore institerunt.

62. Ad 8. *D.* Si animus rationalis qui sentit se existere, se cogitare, se velle, totusque hic mundus adspectabilis entitates pure *logicae* essent, C. si sint *reales, N.* Ex effectibus qui sint entia *realia,* legitime ac necessario argumentamur ad causam non logicam, sed *realem;* siquidem nexus effectum inter et causam *realis* est; innititur namque principio necessario *a priori,* analytico quidem uti adnotavimus, at. in reali natura rerum fundato. Quoniam vero omne ens contingens rationem existentiae suae in se habere non potest, necessitate mctaphysica inferimus existentiam causae necessariae *realissimae,* nempe Dei.

63. Ad 9. *D.* Subjicitur Dens creaturae, id est cognitio certa Dei supponit *logice* in creatura aliquod principium cognoscendi, *C.* fit Deus *ontoloyice* pendens a creatura, *N.* Nimis futile sophisma hoc est; quandoquidem dum Deum demonstramus existere, hoc ipso demonstramus omnia alia entia ab illo necessario pendere; quin immo ex hac ipsa necessitate, qua fit ut creaturae utpote contingentes debeant ab alio quidquid habent repetere, cognoscimus eas habere debere ultimam existendi rationem in Deo. Quod si nt hoc percipiamus, aliquo indigemus ratiocinio, ac proinde aliquo principio *logico* utimur, non Deum subjicimus nobis, non contra ejus agimus voluntem, sed ea adhibemus cognoscendi media, quibus nos Deus ipse ad eum facile cognoscendum liberaliter instruxit.

64. Ad 10. A'. Piget, doctos ac religiosos viros serio haec proferre. Num enim dum Scripturae oracula, dum patres ecclesiae nos provocant, ut ex contemplatione creaturarum ad certam Dei notitiam assurgamus, ad idolatriam rationis nos provocant? Num recta ratio dum in seipsa ac in operibus naturae supremi Auctoris sui vestigia recognoscens, eum existentem certissime discernit et colit, idolum sibi confingere dicenda est? Dicant id porro adversarii de iis tantum philosophis delirantibus, qui se creare Deum jactant, aut dum naturae illum identificant, proprium *Ego* ad absolutam naturae divinae conditionem superbissime extollunt.

65. Ad 11. *D.* Si kantianae antinomiae rationis purae essent verae ac reales, *C.* si apparentes tantum, A7. Nimis compertum est antinomias illas non praeseferre nisi dialecticas argutias ac sophismata jam pluries sub aliis vocabulis prolata, quae quisquis in rebus philosophicis mediocriter exercitatus facile dissolvere potest.60

60) Quonam pacto e. gr. Kantius rejicit argumentum *inelaphysicum* (quod ipse vocat cosmologicum) pro existcnlia Dei? Quia nempe resolvitur in argumentum ipsum *a priori,* quod appellat *ontologicum.* Atqui nil magis falsum. Esto enim, quod ex mero conceptu entis perfectissimi nequeat probari realis ejus existentia. Ast dum ex

66. Ad 12. *D.* Si humana perversitas veritati, saltem non *immediate* evidenti, refragari utcumque non posset, *C.* secus, A' Non omnes quidem, licet firmissimas, ac plenam persuasionem inducentes probationes quibus evincitur existentia Pei, apodicticae evidentiae capaces esse concedimus; sed eam certe, quae *mdaphysica* dicitur, qua nempe *esc ente ab alio* necessitatem *entis a se* inferimus, apodicticam omnino esse et geometricae posse demonstrationi aequivalere confidenter asserimus; quippe ad principium revocatur contradictionis. Nec mirum tamen si huic tam evidenti veritati aliqui obluctari valeant. Nonne enim sceptici prima etiam principia, ac existentiam sui in dubium revocarunt? Nonne Sextus Empiricus, in libris adversus mathematicos, geometricam ipsam evidentiam oppugnavit? Nonne Ilobbesius demonstrationes mathematicas esse fallaces posse contendit? Addimus praeterea heic agi non de veritate *immediate* evidenti ac *per se nota,* quae statim ac termini intellecti sint, mentis extorquet assensum; sed de veritate *mediate* evidenti, quae deductione scilicet ac. ratiocinatione conficitur. Unde etiamsi ad apodicticam demonstrationem pertingat, potest ei humana voluntas aliquo modo ex perversitate animi refragari.

PROPOSITIO II.

Ratio, etiam individualis, ac propterea absque consensus generis humani subsidio, potest sibi in pluribus veritatibus certitudinem comparare.

67. Si de quaestione mere philosophica circa veritatis critérium heic ageretur, eam ultro philosophis excutiendam dimitteremus. Verum cum ejus fautores commenti fuerint non alia nos ratione, quam per consensum generis humani posse certiores fieri de veritatibus tum naturalis tum supernaturalis ordinis: cum praeterea hunc eundem consensum supremam ac unicam esse credendorum et agendorum regulam proclamaverint, sic ut ista veram constituat basim Christianae religionis ac theologiae; nostrarum esse partium ducimus falsum hoc atque perniciosum systema refellere. 1

68. Et quoniam illius propugnatores saepe vocabula immutarunt, ac docuerunt modo ad certitudinem assequendam opus esse *consensu* vel *auctoritate generis humani,* interdum *consensu communi,* aliquando *sensu communi,*

effectibus reatibus contingentibus ad causam necessariam argumentamur, non amplius in mero ac *abstracto* conceptu sistimus; utimur nempe eo ratiocinio *mixto* ex facto reali et ex principio rationis *a priori* conflato, quod proinde ad realitatem omnino ducit, et cujus mathematicae physicis applicatae innumera ac ineluctabilia exhibent exempla.

'J Vulgatum est sectatorum hujusmodi systematis adagium: »La foi catholique n'est que le sens commun dans les choses de Dieu.·' Cf. *Catéchisme du sens commun,* pag. 66.

quandoque etiam *ratione universali,* eademque ambiguitate laborarunt circa notionem *rationis individualis* quam passim commiscent cum notione *spiritus privati,* nonnulla ad perspicuitatem praemittenda sunt. 2

69. Itaque *consensus generis humani* significat conspirationem omnium hominum cujusvis aetatis in re aliqua adstruenda aut rejicienda. Minus vero patet *consensus communis,* siquidem coarctari potest ad plurimorum aut etiam plerorumque conspirationem in eandem sententiam; *sensus* demum *communis* dicitur ea naturalis animi propensio, quam omnes invincibiliter experiuntur ad quaedam evidentia judicia constantia ac uniformia circa aliquas veritates, sive rationales sive morales, eflbrmanda.

70. Sic *ratio individualis* est ratio quae, unicuique homini inest, quaeque si rite adhibeatur, non modo nos in errorem non ducit, sed potest plerumque omnimodam veritatis certitudinem afferre; quo fit ut rationis individualis vox in bonam partem accipi soleat. Contra vero *spiritus privati* nomine significatur illa animi dispositio, qua quis peculiarem animi sui sensum opponit, aut etiam praeponit auctoritati legitimae ad quaestiones fidei dirimendas a Deo constitutae, catholicae nimirum ecclesiae; numquam proinde nisi in deteriorem partem usurpatur.

71. Profitemur porro nos haud agere de sensu totius naturae communi, quem libenter admittimus vehit unum ex criteriis saltem extrinsecis veritatis3; ita etiam concedimus certitudinem gigni quandoque posse ex totius humani generis moraliter sumpti consensione. * Negamus vero ejusmodi sive *sensum* sive *consensum* requiri absolute ad obtinendam certitudinem; multo vero magis inficiamur illam regulam supremam credendorum et agendorum constituere basim Christianae religionis ac theologiae. Dum autem de ratione loquimur individual!, eam in communi significatione accipimus, quatenus nempe a spiritu privato proprie discriminatur.

72. Quibus ita compositis sic. ad thesim evincendam accedimus. Si

2) Ad rem Bautain observat: ..Le sens commun, dans la doctrine du sens commun, est un Protee qui revêt mille formes ct qu'on ne peut saisir sous aucune." *Quelques relierions sur la doctrine du sens commun,* pag. 25.

3) Ita scepticos ipsos ad sensum naturae communem utiliter provocamus: non quod judicia sive rationalia sive moralia quae illius objectum eflbrmant, evidentia *per se* ac *intrinsece* non sint, ut quisque proinde ratione sua individua possit illa non pervidere, iisque refragari; sed quia hac veluti extrinseca norma adhibita, eos qui nativum rationis lumen ita in se extinguere potuerunt, ad illud in se denuo excitandum ac adhibendum impellamus.

‡ Certe cum agitur de nonnullis veritatibus quae, licet ratiocinio aliquo nitantur, tamen ex naturalibus principiis sive facti sive rationis legitime dimanant, si consensio humani generis moraliter sumpti in iis habeatur, hujusmodi consensio non potest veritatibus illis novum saltem *ertrinsece* robur non addere. Nam tunc magis elucet, veritates illas in ipsa rationali hominis natura fundamentum habere. Sic etiam consensio illa quoad facta historica ac traditionalia maximae auctoritatis vim habet.

humana ratio, quatenus individualis est, haud posset sibi, absque subsidio istiusmodi consensus generis humani, veritatis certitudinem ullo modo comparare, necessario de quacumque veritate incerta ac dubia fluctuare deberet. Atqui hoc esset in absurdum scepticismum dilabi. Ergo. .*Major* luculenter ostenditur. Auctoritas ac proinde testimonium generis humani, sensus ipse naturae communis, ac universalis etiam, si placet, ratio, sunt totidem veritates objectivae, quae scilicet sicut alia quaevis veritas, nequeunt in subjecto certitudinem gignere nisi ab ipso apprehendantur, atque ita apprehendantur, ut eas *ita et non aliter* esse evidenter cognoscat, ac proinde omni dubitatione seclusa eisdem rationabiliter ac firmiter adhaerere debeat. Porro si humana ratio independenter ab illo generis humani sensu vel consensu, nequiret per ullum aliud cognoscendi medium, nec per sensum intimum, nec per sensus externos, nec per immediatam conceptus evidentiam, nec per rationem, certam illam firmamque ullius veritatis cognitionem acquirere, jam non posset nec de illo sensu vel consensu communi, nec de illa auctoritate generali, quam dicunt, et infallibili fieri certa: ac proinde in maxima cujuscumque veritatis dubitatione fluctuare necessario deberet, seu in pleno scepticismo versari. 5

73- Tanti ponderis argumentum ejusmodi est, ut nulli det locum effugio; quare supervacaneum est pluribus hoc systema impetere. Nihil igitur dicemus de fluctuatione in qua perpetuo adversarii versantur, dum volunt sive constabilire numerum, pondus, qualitatem eorum qui concurrere debent in aliquo asserendo ac antestando, ut dici possit consensus generis humani, communis consensus etc.6: sive determinare organum, interpretem, ac tribunal ejusdem humani generis a quo quae occurrent, tolli tuto possent ac dirimi controversiae7: sive assignare originem et fontem infallibilitatis, auctoritatisque quam eidem consensui tribuunt aut tribuere debent, ut cogere homines possit ad assentiendum. Nec demum cetera peraequemur, quae ex ejusmodi systemate absurda plane ac exitialia sua veluti sponte dimanant. 8

5) Sane quot jam veritates firmiter certas praeexigit generalis hujusmodi auctoritas? Nam opus est ut quivis homo jam certo sciat et se existere, et alios existere homines; ut eorum testimonium generale suscipiat; ut hujus testimonii sensum probe intelligal; ut demum certo teneat homines illos in eo veraces esse, ac proinde quidquid ab ipsis generali illa auctoritate asseritur, omnino esse infallibile. Atqui haec omnia quibusnam veri crileriis apprehendentur?

·) Cf. Bautain opp. cit. *Psychologie expérimentale*, préface pag. XLIV et seqq. nec non *Quelques réflexions* etc. pag. 20, 26. ubi etiam allegat loca ex *Essai, Défense. Catéchisme du sens commun.*

Etenim ad dirimendas controversias inter alia *jurisdictio* requiritur, nec non tribunal; porro ubinam existit hujusmodi tribunal in quo nomine lotius generis humani controversiae dirimantur? In rebus vero fidei et morum ad infallibilem controversiarum decisionem requiritur praeterea divina *adsistentia,* quae cum soli Christi ecclesiae promissa ac concessa sit, ipsa quoque sola in iis judex est controversiarum.

s) Inter cetera illud sequeretur, quod cum ecclesia catholica non sit nisi pars ge-

74. Potius juverit hoc alio argumento disciplinae nostrae magis proprio idipsum, quod proposuimus, conficere: Si ratio individualis independenter a consensu generis humani haud posset certitudinem assequi, Deus tum in veritatibus revelandis, tum in mediis quibus usus est, ut credibiles fierent, perperam egisset, quod impium est affirmare. Sane Deus veritates suas manifestavit singularibus individuis, Adae scilicet, Noë, Abrahae, Moysi, prophetis etc. Christus in universam terram apostolos misit ad praedicandum gentibus evangelium suum.9 Paulus pariter et Barnabas missi a Spiritu Sancto ad idem sunt ministerium.10 Ut autem sibi fidem conciliarent, data ipsis potestas est prodigia patrandi.11 Jam vero semel admissa absoluta necessitate consensus generis humani ad veram certitudinem assequendam, imprimis qui immediatam revelationem habuerunt, nec certi de illa esse, nec Deo revelanti credere potuissent aut debuissent. Cur enim suspicari ac timere non potuissent aut debuissent se esse deceptos? Quomodo potuissent itidem aut debuissent aurem fidemque praebere populi apostolis evangelium annuntiantibus, cum universum pene humanum genus, quippe polytheismo ac idololatriae addictum, eorum praedicationi adversaretur? Prodigia vero ab illis patrata nonne veluti totidem praestigias aut magicas operationes jure aspernari potuissent? Cum igitur hoc systema totam evertat divinae revelationis sive immediatae sive mediatae oeconomiam, plane consequitur, et in se falsum esse et divinae revelationi contrarium.

DIFFICULTATES.

75. I. Obj. 1. Ratio individualis est essentialiter finita, proindeque fallibilis, quare nisi fulciatur medio aliquo infallibili, numquam poterit non esse errori obnoxia. 2. Hoc porro medium aliud esse nequit quam generis humani consensus, seu ratio universalis, quae sola infallibilis est et auctoritas suprema, quippe quae aliud non sit nisi *emanatio rationis Dei,* immo *ratio Dei ipsius.*12 3. Sine ista de nulla unquam re, nec de propria sui existentia, ratio individualis certa esse potest. 4. Multo vero minus poterit actum fidei elicere, secus enim ratio fallibilis eliceret actum infallibilem, quod implicat. 5. Praeterea ipsa Dei existentia, immortalitas animorum, aliaeque ejusmodi veritates, quae naturalis ordinis dicuntur, a cujusque individualis rationis arbitrio penderent his vero inniteretur fides veritatum

neris humani, ab eo mutuari deberet suam infallibilitatcm. Pleraque alia hujus systematis absurda fuse persequitur laudatus Bautain locis citatis, ubi ostendit illud esse anti-philosophicum, anti-catholicum, immorale, anti-politicum etc.

') Matlh. XXVIII. 19; Act. I. 8.

■°) Act. XIII. 2.

*') Marc. XVI. 17 seqq.

*2) Ita De Lamennais op. cit. *Essai sur Γindifférence,* vol. II. pag. 93. cujus verba haec sunt: ..Noble *emanation de la substance* de Dieu, noire raison n'est que *sa raison,* notre parole n'est que *sa parole.*

qnae supernaturales vocantur. Id vero quid esset nisi basi luteae statuam auream imponere? Ergo.11

76. Resp. Ad 1. vel Al. vel *D*. Ratio individualis fallihilis est hoc sensu, quod interdum falli ac decipi *possit, C.* quod semper et in omnibus falli ac decipi *debeat,* -V. Xam ad eum modum quo individua ratio essentialiter fallibilis est, individua voluntas est natura sua peccato obnoxia. Porro quis inde inferet, voluntatem semper et in omnibus peccare?'4 Itaque in proposito argumento adversarii plura inconsulto permiscent: ac 1. *infallibilitateni* cum *certitudine,* quasi nempe eadem utriusque ratio esset, in quo tamen oppido oberrant. Infallibilitas enim in suo conceptu plenam importat immunitatem in omnibus ab errore, ipsaque errandi possibilitate, neque propria est nisi unius Dei. cujus essentia veritas est: per participationem vero potest etiam creaturis intelligentibus inesse, quibus et eo modo quo eam Deus communicare voluerit. Certitudo autem in suo conceptu non postulat nisi rationabilem, plenam, ac firmam persuasionem alicujus veritatis, quam quis pro veritatis natura e pluribus cognoscendi fontibus haurire potest. Quo fit ut aliquis possit esse infallibiliter certus de aliqua veritate, quin sit per se infallibilis, quamvis non possit esse infallibilis nisi certus existât, quippe infallibilitas latius patet quam certitudo. 2. Attributum permiscent essentiale cum accidentali seu dono superaddito; *infallibilitas* non est essentialis creaturae rationalis proprietas, adeoque ei non competit neque in singulis individuis neque in tota illorum collectione, unde genus humanum, ratio generalis etc. per se fallibilia sunt. Quod si alicui sive individuo, sive hominum coetui competit, id ex libera Dei communicatione contingit, prout scimus hoc donum in iis omnibus quae ad fidem moresque pertinent, fuisse a Deo communicatum ecclesiae quae confundi nequit cum genere humano. 3. *Subjectivitatem* confundunt cum *objectivitate;* subjectum enim et quidem individuate illud solum est quod apprehendere deberet ac suum facere medium (nimirum

*') Ita D, Gerbet, *Des doctruies philosophiques sur la certitude* etc. Paris 1826. pag. 31 seqq. Jam professi sumus, nolle nos detrahere cl. auctori dum ejus doctrinam refellimus, quum notum sit, ipsum ab his placitis recessisse. Ceterum citatum opus valide ac docte confutatum fuit a P. Rozaven S. J. in libro *Examen d'un ouvrage* etc. Avignon 1833, ad quem libenter remittimus lectores nostros pro pleniori hujus controversiae cognitione.

H) Sed praestat hic audire Bautain ipsum egregie hoc systema refellentem: ..Mais tout en reconnaissant que la raison individuelle est faillible, qu'elle se trompe souvent, s'ensuit-il qu'elle se trompe toujours nécessairement et sur tontes choses? De ce qu'elle peut errer, faut-il qu'elle erre sans cesse? De ce que Γhomme a par sa liberté le pouvoir de faire le mal, est-ce une nécessité qu'il ne fasse que le mal? La raison humaine pourrait-elle dévier, si elle n'était capable de rectitude? Mais à quel signe l'homme reconnaîtra-1-il qu'il est dans le vrai? . . . Qui le lui dira? La lumière naturelle qui le met en rapport avec les objets naturels, les lois de sa raison qui président à sa pensée, la conscience qu'il a de son sentiment intime etc.- *Psych. Exp*. préface pag. XLVII.

auctoritatem generalem), quo juxta adversarios certum fieret ac infallibile: porro quidquid de medio sit, subjectum haud posset suum facere ejusmodi medium nisi per facultates suas. Quid igitur si in hisce numquam a deceptione ac errore tutaretur? 15

77. Ad 2. *N.* In ordine namque naturali praesto sunt rationi licet per se fallibili plura media, quibus rite pro cujusque veritatis natura adhibitis, potest sine ulla erroris formidine sibi certitudinem comparare. In ordine vero supernatural! medium universale, perpetuum, infallibile quod constituit regulam fidei proximam, non est nisi sola ecclesia Christi.16 Asserere autem rationem universalem emanationem esse rationis ac substantiae Dei, immo rationem ipsam Dei, pantheismum omnino redolet.17

78. Ad 3. A7. Hoc scepticism! culmen est, quod jamdiu s. Augustinus refellerat in academicis validissime.18

79. Ad 4. *D.* Si ratio fallibilis deberet per se sola fidei actum elicere, *C.* si divinae gratiae auxilio praeventa et adjuta, *N.* Opportunior de hoc inferius occurret sermo.

80. Ad 5. *D.* Id est, posset ratio ita has sibi demonstrare veritates ut certa de illis redderetur, *C.* posset illas pro lubito admittere aut respuere, *N.* Quid porro sibi volunt adversarii, dum affirmant quod naturales illae veritates ab arbitrio cujusque penderent? Num quod in hominis voluntate positum

,s) Optime Bautain perstringit auctorem hujus systematis: »Qu'est-ce donc que cette raison générale, à laquelle vous accordez si libéralement le privilège de l'infaillibilité? Est-ce la raison de tout le monde, ou au moins du plus grand nombre? Elle se compose donc de la totalité ou de la majorité des raisons particulières. Mais celles-ci vous les reconnaissez faillibles, et de plus vous les déclarez incapables de science, de vérité, de certitude. Est-ce en rassemblant toutes les incertitudes des raisons privées que vous obtiendrez une certitude générale, et la collection des erreurs de tous les hommes finirait-elle par former la vérité?" Loc. cit. pag. 47.

**) Prout ostendimus tum in prima hujus tractatus parte, sect. I. cap. IV. art. 2. prop. I. turn in secunda, sect. I. cap. II. prop. I. n. 116 seqq. Tum denique in tract. *De rent relig.* part. II. prop. II.

") ..Si c'est là (apposite scribit Bautain) le dernier mot du système, certainement son auteur ne l'a pas compris; il aurait reculé devant l'abomination du panthéisme. C'est à cet abîme que sa doctrine aboutit, aussi bien que l'éclectisme. Comme lui elle fait peu cas de l'homme individuel, elle déprime la raison particulière pour exalter la raison générale, comme lui elle déclare absolue, nécessaire, infaillible cette idole de l'esprit propre ... C'est la voix de Dieu se révélant infailliblement par la raison générale. C'est Dieu lui-même incarné, pour ainsi dire, dans le sens commun de tous les hommes." Loc. cit. pag. 54.

,8) In tribus libris *çontr. Academicos,* praesertim lib. III. item in lib. XV. *De Trinit.* cap. 12. et alibi saepe. Ceterum praeclare observatum est in systemate quod refellimus, asserere individualem rationem per se de omnibus, ac de propria existentia incertam esse, nisi accedat consensus generis humani, perinde esse ac si caeco, surdo ac muto a nativitate praeberetur optimus codex ut eo sapiens efficeretur. Cf. *Annales de philosophie chrétienne,* η. 13. ann. 1841. *Plan d'une démonstration du catholicisme,* art. I. pag. 26 seqq.

ii-

esset nativo rationis lumine vel recte uti, vel pessime abuti, atque iis veritatibus, quae saltem evidentia per se immediata non fulgent, per sumraant posse perversitatem refragari ? Id quidem verissimum est, et alibi jam declaravimus. Sed si intelligant in hominis esse arbitrio, non per sophismata, sed per solidas rationes vim demonstrationibus adimere, quibus illae veritates probantur, negamus omnino. Nec enim in potestate hominis est efficere ut illud verum non sit, quod in se verum est, quippe ex indubiis principiis legitimo nexu promanat. Falsum vero est et illud quod additur, fidem supernaturalem illis veritatibus inniti; sed illis suppositis tamquam fidei pracambulis, ut loquitur s. Thomas, progreditur homo ad motiva expendenda credibilitatis quibus certior fiat Deum esse locutum; credit vero quae Deus revelavit innixus Dei ipsius revelantis auctoritati, praeventus nempe atque adjutus divinae gratiae subsidio.

81. II. Obj. 1. Atqui si ratio individual» habere posset certitudinem eorum quae objecta etiam fidei sunt, nullum amplius meritum haberet in actu fidei; 2. esset independens ab auctoritate ecclesiae, ac judex constitueretur *veritatum omnium* quarum numerum aut restringeret aut amplificaret, prout autumaret se assequi certitudinem posse demonstrationis via. 3. Porro quodnam medium nisi universalis ratio potest nobis suppeditare testimonium infallibile eorum quae Deus manifestavit? 4. Immo ex facto ipso aperte constat non alia ratione, quam per consensum humani generis voluisse Deum, ut singulis individuis veritates omnes quas ipse revelavit innotescerent; Adam enim eas filios suos docuit, filii docuere nepotes et ita porro, idque ex divina plane ordinatione. 5. Alioqui nulla ad fidem ac proinde ad salutem via suppetiisset iis omnibus ethnicis, qui ante Christi vixerunt adventum. 6. Post Christum vero haec divinae oeconomiae ratio immutata non est; siquidem fides in ecclesiam non est nisi applicatio principii *auctoritatis generalis,* quae fundamentum constituit certitudinis. 7. Quid enim ecclesia catholica aliud credendum proponit nisi *quod semper, quod ubique, quod ab omnibus creditum est,* quodque solum *catholicum* est juxta celebrem Vincendi lirinensis regulam ? 19 Ergo.

82. **Resp.** Ad 1. *D.* Si haberet cognitionem ac evidentiam intrinsecam de veritate horum objectorum, *Tr.* si extrinsecam tantum, nimirum quatenus cognoscit a Deo certo revelata esse, A'. Sublata hac aequivocatione difficultas per se concidit; immo addimus certitudinem quod Deus ea revelaverit, esse omnino necessariam; alias posset elici actus fidei innixus probabilitati, quod est absurdum ac damnatum.20

,3) Ila Gerbet in cit. op. pag. 34 seqq.

”) Ut patel ex prop. XXI. inter damnatas ab Innocentio XI. -Assensus fidei supernaluralis et utilis ad salutem stat cum notitia solum probabili revelationis : immo cum formidine, qua quis formidet ne non sit locutus Dens." In quam thesim cf. Viva §. 7 seqq.

83. Ad 2. *T).* Id est posset ratio independenter ab ecdesiae auctoritate sibi compararo cognitionem et certitudinem veritatum ordinis naturalis, *C.* ordinis supernatnralis, *N.* De his certe posterioribus nulla esse quaestio potest, cum homo eas credat ob auctoritatem Dei revelantis et ecclesiae proponentis; de primis vero nihil vetat quominus illas ratio individualis etiam per se cognoscat et vi demonstrationis certo teneat, ut in praecedenti propositione ostendimus, quamvis necesse non sit ut omnibus per hanc demonstrationis viam innotescant. Quod vero adjicitur de judicio *veritatum omnium,* earumque coarctatione aut amplificatione ex arbitrio cujusque, paulo ante disjecimus.21

84. Ad 3. Ar. Media enim quibus ratio individualis potest certo cognoscere existentiam revelationis, plura esse queunt: potest nempe per visum e. gr. per auditum, per testimonium hominum, per illa demum omnia credibilitatis motiva quibus evidens illi reddatur factam reipsa a Deo revelationem esse. Si vero sermo sit de certitudine, quae singulos afficiat articulos, vel collectionem articulorum qui revelatione continentur, ea certe haberi unice potest per ecclesiae infallibilis auctoritatem.

85. Ad 4. *D.* Id est, voluit Deus ut veritates protoparenti a se revelatae transmitterentur ad seram usque posteritatem per traditionem sive domesticam sive publicam, *C.* per traditionem publicam tantum, seu per consensum generis humani tamquam unicum medium ad earundem assequendam certitudinem, *N.* Haec duo apprime secernenda ab invicem sunt: primum enim verissimum est, quamvis non omnes parentes suo functi munere sint; ex quo repeti debet penes plures populos primaevae revelationis corruptio

3I) Sane distinctio inter veritates naturales ac supernaturales in ipsa veritatum naîura fundatur; naturales enim illae sunt, quae rationis nativam intclligentiam non excedunt, supernaturales quae illam superant. Rursum ex naturalibus aliae sunt quae ceterarum veluti fundamenta sunt, uti Dei existentia, justi atque injusti lex, poenae vol praemia in altera vita retribuenda; quas facile quisque attingere potest. Celeras autem primis illis subordinatas, quo majori vel minori quisque ingenii vi, quo magis vel minus extrinsecis subsidiis est instructus, majori vel minori numero, nativo rationis lumine potest cognoscere ac demonstrare. Atque hic divina bonitas, ac maximum revelationis beneficium se prodit, quod nempe Deus ut omnium bono aeque prospiceret, eas etiam veritates, quas *absolute* humana ratio cognoscere posset, per positivam etiam revelationem patefecerit; uti egregie declarat s. Thomas, *Cont. gent.* lib. I. capp. 3 et 4. Quo etiam referuntur quae praeclare docet catechismus rom. part. I. cap. 2. n. 6. ubi postquam celebravit quae philosophi ex sola naturae contemplatione nativo rationis lumine de Deo ejusque attributis disseruerunt, pergit: ..Quamquam in eo etiam caelestis doctrinae necessitatem agnoscimus, si animadvertamus, fidem non solum hoc praestare, quemadmodum supra dictum est, ut quae viri tantum sapientes longo studio consecuti sunt, ea rudibus quoque et imperitis hominibus statim pateant, atque in promptu sint: verum ut rerum notitia, quae fidei disciplina comparatur, multo eertior, atque ab omni errore purior in mentibus nostris insideat, quam si eas ipsas res, humana sapientia comprehensas, animus intelligeret.·

aut etiam obliteration; alterum vero est falsum, alioquin cum deperdita aut saltem foede corrupta penes plerosque populos fuisset primaeva revelatio, nulla reipsa in adversariorum hypothesi individuis illius certitudinem assequendi superfuisset via, nec ulla propterea ad salutem perveniendi.

86- Ad 5- *D.* In adversariorum hypothesi juxta dicta, *C.* in sententia nostra, -V. Nam satis erat domestica traditio praeter alia media quibus identidem divina providentia usa est ad primae revelationis notitiam disseminandam. ®

87. Ad 6. *D.* Quatenus immutari nequit quod numquam extitit, *C.* secus, iV. \ridimus Deum prius singularibus hominibus veritates suas patefecisse ea lege, ut a parentibus in filios continenter propagarentur. Cum vero illi passim officium ejusmodi negligerent, aut veritates illas turpiter commaculaRent, ne prima penitus oblivioni daretur revelatio, peculiarem sibi familiam selegit Deus in Abraham, quae custos fidelis illius revelationis existeret. Cumque haec ipsa familia in populum crevisset, eundem constituit suae revelationis depositarium, eique speciali prorsus providentia prospexit, ne muneri deesset suo per successionem prophetarum, donec *venit plenitudo temporis in qua misit Deus filium suum.* Christus porro instituit ecclesiam quam infallibilitate communivit, ut usque in saeculi finem revelationem plenam atque integram intemerate custodiret, et omnibus gentibus annunciaret. Hic et non alius divinae providentiae extitit ordo in revelatione sua sive conservanda, sive propaganda. Itaque ecclesia est quidem organum Christi, non autem generis humani, quod est perabsurdum.

88. Ad 7. *D.* Ecclesia nihil aliud proponit credendum nisi quod *semper* etc. ab ecclesia catholica, *Tr.* ab universo humano genere, et quidem a mundi primordiis usque nunc, A'. Etenim praeterquam quod ut saepe alias animadvertimus 2\ Lirinensis effatum habet sensum *positivum,* non autem ?ic*gativum,* nequit illud accipi nisi de eo quod creditum est in ecclesia catholica, minime vero de eo quod a genere humano creditum est. Hoc commentum utpotc novitium plane ignotum patribus fuit. Ceterum nec illud dimittendum, esse quidem regulam a Vincentio traditam unum ex criteriis cognoscendi catholicam veritatem, sed neque *unicum,* multo vero minus *praecipuum*

Nec ideo dicendum esi, illos populos destitutos exinde omni salutis medio fuisse; nam, uti ostendimus in tract. *De gratin,* part. I. cap. 3. n. 238. Deus semper praesto est auxilio suo interno, el subsidiis etiam externis omni facienti quod in se est, adeo ut nullus unquam perierit, aut pereat nisi culpa sua.

Σ1) Tales faere frequentes hebmici populi apud plures gentes captivitates, migrationes judaeorum apud dissitas nationes, dispersiones, commercium etc. quibus vicissitudinibus facile fieri poterat ut notitia revelationis ad varios populos perveniret.

Praesertim in tract. *De vera reliy.* part IL prop. III. η. 56. cum nota adnexa.

ac supremum esse. Tale enim non est nisi juge ac semper vivens ecclesiae magisterium·5; cetera omnia huic subjecta sunt, ab eoque pendent.

89. Vindicavimus hactenus rationis etiam individuae vim, qua ad veritates intra ordinem naturae conclusas, quaeque veluti praeambula spectari queunt, valeat per se sola *absolute* ac quidem cum proprie dicta certitudine pertingere: ac proinde probavimus dari inter eas naturales veritates intrinsecum ordinem *logicum,* quo una ex alia legitimo principiorum nexu possit argumentando deduci.

90. Sed aliud est de *absoluta* rationis potentia disserere, aliud de ejusdem potentia *morali:* illa quippe ad ordinem *logicum* pertinet, haec pertinet ad *historicum.* Nimirum potentia moralis complectitur illa omnia elementa facti, in quibus humana ratio seu potius hominum genus non *abstractive,* sed *concreto* ac reali modo spectatum ac moraliter simul sumptum, juxta consuetum rerum ordinem versatum sit ac per se debeat versari. Huc porro spectant ea omnia sive intrinseca sive extrinseca impedimenta, quae semper hominibus collective sumptis in cognitione illarum ipsarum veritatum per solum rationis lumen assequenda obstare debuerunt. Huc spectat maxima difficultas in veritatis investigatione, quae semper longa et implexa est, constanter ex rectis rationis legibus procedendi, ardentes cohibendi animi cupiditates, ac veritatis unius studium sectandi ita ut, quod praeclare evolvit s. Thomas, nonnisi pauci ac post longum tempus atque cum admixtione multorum errorum eas veritates, quae etiam ratione investigari possent, assequerentur.[26] Huc demum spectat *factum* ipsum, in quo haec omnia implicite continentur, indubitatum, universale, perpetuum, ex omnium populorum historiis depromptum: quod scilicet nullus populus divina revelatione destitutus dignum Deo cultum exhibuerit, ac in absurdos contra sanae ethices errores delapsus non sit: quod nulla humana sapientia aut industria ab universali illa defectione revocare homines valuerit: quod humana denique ratio ex se motiva sufficientia non praebeat ad homines in officio continendos atque a vitiis retrahendos. Ex hisce porro omnibus exurgit non utilitas tantum sed necessitas, *moralis* tamen, non autem *absoluta*[27] illius extraordinarii subsidii

---

“) Recolantur quae scripsimus paulo ante cum ageremus de Traditione cap. 2-

M) Contr. gent. loc. cit.

”) Diximus necessitatem *moralem* exurgere positivae revelationis, non autem *absolutam;* siquidem absoluta ejusmodi necessitas ex nullo capite potest probari. Non ex necessitate instaurationis hominis lapsi in ordinem supernaturalem ex quo per peccatum exciderat, cum haec instauratio *gratuita* prorsus sit, nec homini debita: non ex conditione sua naturali, alioquin si homo absolute indiguisset revelatione ad cognoscendas veritates naturalis seu moralis ordinis, praeterquam quod videretur destitutus aliquo essentiali suae naturae constitutivo, Deus absolute obstrictus fuisset ad

divinae nimirum positivae revelationis, qua hominum moraliter sumptorum indigentiae in ipsis etiam naturalibus veritatibus provisum esset, Hac porro via nos ipsi in Tractatu *De vera religione* per varias propositiones arcte simul connexas processimus: unde supervacaneum heic esset ostendere peculiari propositione, rationem individualem posse per se possibilitatem, utilitatem ac necessitatem divinae revelationis certo cognoscere ac demonstrare.

91- Illud unum tantum hic adnotamus, quod consequitur ex dictis, *moralem* hanc *necessitatem* revelationis exurgere ex connexione inter ordinem *logician* ac *historicum:* quandoquidem *logicus* ille ordo ostendit quid *absolute* ratio humana efficere potuisset; sed logicus ille ordo cum *historico* comparatus ostendit quid reipsa humana ratio praestiterit, atque adeo quid *moraliter* efficere potuerit aut possit. Rationalistae in humana ratione nonnisi potentiam *logicam* spectant, nempe hominem tantum in *abstracto* et *a priori* considerant; sed qui vere ac complete philosophantur, hominem etiam in concreto spectare debent, nimirum in iis circumstantiis positum quas perpetuo *historia* revelat. Id autem multo magis theologi erit officium, cujus est omnes, naturales etiam, cognoscendi fontes rimari. Hinc nullimode secum ipse pugnabit theologus, dum ex una parte nativam rationis tuetur vim, ex altera vero necessitatem moralem divinae revelationis ostendit. Atque ita etiam deteget nexum, et quandam veluti conciliationis viam patefaciet inter sententiam illorum, qui totum *logicae methodo* deferunt, atque oppositam illorum qui *methodo historicae* nimium adhaerent.

PROPOSITIO III.

Potest humana ratio certo cognoscere motiva, quae vocant credibilitatis, ac per ca sibi comparare certitudinem existentiae divinae revelationis.

92- Haec propositio quae veluti legitimum corollarium tluit ex propositionibus hactenus vindicatis, duas complectitur partes, tum scilicet humanam posse rationem, et quidem *certo,* cognoscere motiva, seu quas etiam nuncupant *notas* divinae revelationis, tum per haec credendi motiva ad plenam posse

eam homini dandam fateantur revelationem Dei esse beneficium: non denique ex infirmitate quam per haereditariam noxam contraxit; ut enim cetera praeteream, adslrueretur necessitas revelationis adversus incredulos et naturalistas ex ipsa revelatione, in quo haberetur manifesta petitio principii. Urgere possem statum infidelium negativorum, qui destituti essent medio *absolute* necessario ad consequendum suum finem; cum tamen omnes positivam gratuitum possibilitatem praeterea status purae naturae, aliaque ejusmodi, quae aperte ostendunt *absolutam* positivae revelationis necessitatem adstrui nullo modo posse. Ex quo patet haud satis sanae theologiae ac religionis bono prospicere eos, qui nimio forte ejusdem religionis amore abrepti, vellent *absolutam* revelationis necessitatem propugnare. .Ve *quid nimis,* ut vetus fert adagium.

certitudinem de illius revelationis existentia pervenire. Impetit proinde directe sententiam 1. illorum qui nimium rationi detrahentes existimant, aut numquam illam valere ita de ejusmodi motivis fieri certam, ut omnem errandi formidinem ac dubitationem a se amoveat, aut motiva illa apta per se non esse ad talem certitudinem gignendam; 2. illorum qui rentur hanc certitudinem ab ipsa natura veritatis revelatae repelli, quippe cum ista liberum exposcat assensum, negant sine dispendio fidei de veritate Christianae revelationis confici posse *demonstrationem'* licet hoc alterum, ubi in secundo capite agemus de fide, peculiari modo refellamus.

93. Interea ex principiis praejactis ac vindicatis ita progredimur, potest ratio per se cognoscere tum veritates logicas, metaphysicas, psychologicas, morales, physicas, tum earundem plenam saepe certitudinem assequi, diversi nimirum generis prout diversa illarum natura, ac varius cognoscendi fons patitur aut expostulat. Atqui credibilitatis motiva constant partim ex veritatibus facti, quae sive sub sensuum experientiam cadunt, sive ex indubio humanae auctoritatis testimonio accipiuntur, partim ex principiis logicis ac metaphysicis quae illis facti veritatibus legitime applicantur; consequitur ergo veram a ratione de illis motivis haberi certitudinem posse.

94. Sane cum Deus hominibus voluerit revelationem suam evidenter credibilem efficere, ut tuto cognosceretur, et a quavis secerneretur hominum fraude, talibus illam necessario debuit argumentis communire, quae .ab omnibus recta ratione utentibus facile ac tuto possent agnosci, ac firmiter teneri deberent. Rursum : nisi Deus ejusmodi argumentis suam firroasset revelationem, quisnam teneretur illam uti divinam admittere? Quamnam moralem induceret obligationem, ac quomodo qui illam respueret, gravis culpae reus esset, aeternoque addicendus supplicio?

95. Praeterea assensus qui divinae revelationi praestari debet, prudens ac rationabilis sit oportet. Atqui si firma illa atque indubia motiva credendi deficerent, imprudens omnino foret: ac deberet voluntas firmiter veritati illius adhaerere, dum tamen intellectus in dubio aut in mera tantum probabilitate, quod Deus sit revera locutus, versaretur; quod tamen, ut vidimus, falsum damnatumque est.l

96. Facile autem esset, siquidem in re tam manifesta esset opus, hoc ipsum tum sacris litteris, tum sanctorum patrum auctoritate firmare. Cum enim Deus Moysen misit ad populum suum atque ad Pharaonem, ut fidem apud eos obtineret, potestatem ei contulit signa ac prodigia patrandi : ad prodigia item in Aegypto patrata Hebraeos perpetuo provocat Deus, ut de aeta-

*) «Certitudo fidci, adnotat Suarez, non est tantum *practice* sed *speculativa,* et ideo requirit etiam certitudinem speculativam de credibilitate sui objecti : nam impossibile videtur hominem determinari ad credendum aliquid firmiter et certo, si cum formidine tantum et non certo judicet esse credibile. *)e fide,* disp. IV. sect. 2.

tibus insequentibus sileamus. Christus vero miraculis omnigenis ac vaticiniis tum eventu jam comprobatis tum in posterum comprobandis, divinant suam missionem ostendit. Ad haec motiva constanter incredulos adversarios suos provocat2, immo vero profitetur immunes eos a peccato in sua incredulitate futuros fuisse, nisi signa fecisset. 1 Patres et interpretes in hoc unanimes plane sunt.4 Hinc s. Thomas in libru *Contra gentes* ejusmodi motiva ad ethnicos convincendos adhibuit; ac merito concludebat in *Summa* loquens de fidei objectis: ..Non *crederet* (homo) nisi *videret ea esse credenda,* vel propter evidentiam signorum, vel propter aliquid hujusmodi/· 5

.97. Haec vero jam evincunt etiam alteram propositionis partem. Nam cum ea motiva necessario nexu cum divina revelatione conglutinentur, aperte conficitur posse per ea humanam rationem certam omnino fieri de ejusdem existentia revelationis. Sane veri nominis miracula ac vaticinia, quae praecipua credibilitatis motiva constituunt, cum nonnisi a Deo vel ejus nutu edi possint, si semel proinde homini certo constiterit patrata aut edita fuisse ad alicujus missionem comprobandam, dubitare is amplius nequit ex Dei nomine illum loqui, qui duplici illa facultate a Deo auctus sit : praesertim si adjuncta omnia tum intrinseca tum extrinseca in id concurrant. Haec autem majorem adhuc firmitatem accipiunt ex motivis illis, ut ita dicam, subsidiariis, quae in omnium oculos incurrunt, cujusmodi sunt: 1. sublimitas et praestantia doctrinae, quae ex Dei nomine enunciatur; 2. jugis illius conservatio et propagatio, frustra semper obnitentibus utrique cupiditatibus humanis, ac perpetuo adversantibus acerrimis hostibus domesticis et externis prope innumeris, idque fere absque mediis tanto molimini idoneis; 3. constantia demum et fortitudo martyrum in suis omnibus adjunctis spectata: haec porro omnia prout sunt totidem objecta vaticiniorum quae in dies complentur, eandem vim ad probandum obtinent ac vaticinia ipsa: immo eorundem vaticiniorum totidem sunt adimplementa totidemque probationes, quae licet *intensive* ejusdem semper sint roboris, *extensive* tamen novam in dies firmitatem acquirunt. Quae sane omnia fuerunt suo loco satis abunde exposita et vindicata. 6

*) Maith. IX. 6; Marc. IL 10: Luc. V. 23: Joann. X. 37, 38; XIV. 10 etc.

') Joann. XV. 24.

4) Cf. Salmcronein, *Comment, in Evang.* tom. IX. tract. LXL in cit. verba : 4Ji *opera non fecissem,* nec non card. Toletum *Comment in Joann,* in cap. III. *Annul.* II. ubi fuse agit de hoc aruumenlo.

·') II. 2. qu. I. art. 4. ad 2. Ad rem in hunc locum d. Thomae animadvertit Suarez : «Notanda est distinctio et variatio illorum verborum *credere* et *videre:* nam prius dicit obscuritatem, unde posterius, ut condislinctum ab illo, dicit claritatem ct evidentiam: neque illa duo repugnant, quia versantur circa diversa; nam *creditur* aliquid sub ratione *veri, videtur* autem sub ratione *credibilis.*“ Ibique citat plura patruin testimonia, Cf. *De fide,* disput. IV. sect. 2.

®) In Tract, *De cera relig.* pari. I. cap. IV. prop. I seqq.

DIFFICULTATES.

98. I. Obj. Facta extraordinaria quae miracula dicuntur, nexum necessarium non praescierunt cum existentia divinae revelationis: tum quia miracula ipsa sunt objectum divinae revelationis adeoque nequeunt esse ejusdem credibilitatis motiva[7]; tum etiam quia assumere miracula uti credibilitatis motiva est petere principium. Siquidem veritas evangelicae revelationis (idem dic de mosaica), quae miracula enunciat, nequit *rationaliter* per miracula probari; ex altera vero parte assumendo apostolos, qui tamen *homines* erant, non potuisse decipi aut decipere, debet supponi factum non minus extraordinarium, quam sint miracula ipsa, quae illi referunt. B

99. **Resp.** jV. Ad prob. Nihil obest miracula divinae esse revelationis objecta; talia quippe sunt quoad eos qui jam revelationi credunt, minime vero quoad illos qui nondum credunt. Pro his enim sunt solum motiva seu media quibus cognoscere valeant revelationem, quae Dei nomine proponitur, reipsa divinam esse, prout etiam ex adductis s. Thomae verbis constat. Itaque miracula possunt esse et *motiva* et *objecta* divinae revelationis, sed diverso plane respectu. Falsum autem est peti a nobis principium, dum assumimus miracula veluti motiva credibilitatis; nec enim ea assumimus uti talia, quatenus ab auctoribus inspiratis ac propterea infallibilitate praeditis referuntur, sed in se, seu quatenus visa sunt et oculis usurpata ab iis, quibus suadebatur et ostendebatur *immediate* divina missio. Quoad eos vero qui miracula immediate non conspexerunt, alio iidem modo potuerunt aut possunt certiores de illis fieri, nempe aut traditione, aut certissimis historicis monumentis, aut ipsorum confessione adversariorum, aut testimonio fidelium, aut etiam omnibus hisce simul sumptis, ut suo loco ostendimus[9], quae moralem certitudinem proprie dictam pariant. Cum vero per ejusmodi certitudinem semel constiterit de veritate factorum extraordinariorum, quae miracula dicuntur, assurgitur ad expendendam *rationaliter* illorum naturam, utrum nempe notas illas omnes habeant et conditiones, quae ad miraculum constituendum stricte requiruntur. His expensis, ex certitudine et veritate miraculi jure onmino infertur divina illius missio, qui talia edidit signa ad eam credibilem faciendam. Talis est processus qui legitime, hàc in re instituitur, quin in ulla petitione principii versemur.

100. II. Obj. Quidquid de iis sit qui miracula ipsa immediate viderunt, res profecto aliter se habet quoad eos, qui ea nonnisi *mediate* cognoverunt. Etenim 1. isti unde cognoscunt nisi auctoritate ducti humana, quae

7) Ila Bautain, *Lettre à Monseigneur Lepappe de Traverne* etc. Strasbourg 1837. pag·. 3.

s) Ila in *Avertissement sur Censeignement de M. Bautain.* Strasbourg 1834. pag. 22.

9) In cit. tract, part. I. cap. 3.

nempe humanam tantum certitudinem, plurium aut paucorum innixam testimonio, praebere potest, ac numquam proinde certam ac infallibilem? 2. Argumenta omnia licet validissima, ratiocinationes omnes etsi rigorosissimae, quoties innituntur factis sensibilibus, non habent nisi valorem relativum ac pure humanum. 3. Quapropter cum creditur resurrectioni e. gr. Christi Jesu, ejusque in caelum ascensui, credi quidem debet ob solum apostolicum testimonium, ast non prout vulgo fertur, ideo quia apostoli non erant deceptores aut decepti, quod ostendi absolute nequit. 4. Atque ut resurrectioni Christi insistamus, ea miraculum non fuit ceteris simile, quod operatus sit Jesus coram testium multitudine. Resurrectio Christi testes alios non habuit nisi seipsum, neque postea redivivus apparuit nisi solis discipulis suis; agens simul fuit et subjectum operationis divinae. 10 Ergo.

101. **Resp.** *N.* A. ad 1. prob. *tfeg.* illationem, numquam scilicet certam ac infallibilem esse auctoritatem humanam, quandoquidem si necessariis conditionibus polleat, talem certitudinem quandoque parit, quae ad firmam ac rationabilem quod attinet animi adhaesionem cum ipsa metaphysica certitudine comparari queat, uti in *Praenotandis* satis declaravimus. Perinsignes omnes cujusque aetatis philosophi, atque ii etiam, qui in ipsis mathesibus maxime excelluerunt, in hoc communi hominum sensui fuerunt plane concordes.11

102. Ad 2. *D.* Si kantiana principia de humanarum cognitionum realitate quidquam valoris haberent, *C.* si secus, omnino. Certe si admittatur rationem theoreticam numquam de veritate ac realitate objectiva rerum esse certam posse, nil nisi *phaenomena* attingere, principium ipsum causae nonnisi subjectivam categoriam seu formam intellectus esse, qua nempe intellectus ex caeca quadam et subjectiva necessitate *synthetice* et *a priori* idea effectus cum causae idea conjungit, opposita difficultas id quod contendit evinceret. Sed haec nimis jam a praeclaris philosophis explosa sunt, uti in *Praenotandis* exposuimus.

103. Ad 3. *D.* Ostendi absolute nequit apostolos non fuisse deceptores in facto resurrectionis testificando, si gratuito assumatur eos fuisse infallibilitate praeditos, ut objectio supponit, *C.* adjunctis omnibus testimonii illorum spectatis, *N.* Primum utique esset principium petere, ac viam praecludere veritatem incredulis ostendendi evangelicae revelationis, quae facto illi prae-

10) Ita in *Philosophie du christianisme,* tom. 1. pag. 300, 303; tom. IL pag. 408, et alibi.

11) Cf. Leibnilzium tum in cit. diss. *De conform, fidei cum ratione:* turn in *Tent. Theodiceae,* part. I. §. 54 seqq. et alibi; hem Eulerum in *Lettres à une Princesse d'Allemagne,* Paris 1812. Tom. П. *Lettres* CXV — CXX. quae omnes sunt de hoc argumento. Recentius vero egregium mathematicum Paulum Ruffini in op. *Ri/lessioni criliche sopra il saggio intorno aile probabilité del signor Conte Laplace,* Modena 1821. *Memoria* IV. pag. 100 seqq. nec non cl. pariter itaium mathematicum Nic. Fergola in *Teorica de' miraeoli.* Napoli 1839.

cipue saltern innititur. Alterum vero non item, ut suo loco ostendimus.'2 Tota haec difficultas pendet ex jam refutato principio, quod numquam auctoritas humana veram possit progignere certitudinem. Deinde adjicimus apostolos ad lidem obtinendam in testimonio quod reddebant Christi resurrectioni penes gentes, communitos fuisse miraculorum dono, quo omnem ab istis dubitationem removebant.

104. Ad 4. 2). Et probatio quae petitur ex resurrectione Christi, innititur illi tantum instanti quo haec contigit, prout videtur falso supponi, A', innititur apparitionibus subsequentibus, *C.* Probatio namque ex facto resurrectionis deprompta suam habet firmitatem in multiplicibus ejusdem Christi redivivi apparitionibus quibus se ostendit vere ad vitam rediisse, se discipulis suis palpandum praebuit, manducavit ac bibit cum ipsis, idque non semel, ut omnem ex illorum animis dubitationem depelleret, ac demum iisdem conspicientibus caelum ascendit. Nisi igitur omnis vis sensibus adimatur ad physicam certitudinem producendam, quinam discipuli in eo decipi potuerunt? Porro quod viderunt, aliis testati sunt, eaque firmitate ac constantia, ut se omnium odio, insectationibus, ac morti demum ipsi exponere non dubitarint. Num ejusmodi testium qualitas sufficere non debet ad moralem pariendam certitudinem ? His adjicienda miracula, quae ipsi ad fidem faciendam de veritate sui testimonii, quod paulo ante adnotabamus, innumera pene patrarunt.

PROPOSITIO IV.

Potest parito· humana ratio certo verae Christi ecclesiae cognoscere existentiam.

105. Et haec propositio sequitur ex praecedente atque cum ea est arctissimo nexu consociata. Nam si potest humana ratio certo cognoscere motiva credibilitatis, ac per ea certitudinem assequi de existentia divinae revelationis, poterit profecto eadem certitudine existentiam cognoscere ecclesiae, societatis nempe a Christo institutae ad custodiendam conservandamque revelationem suam: ex ejus autem essentiali constitutione ac notis quae ex illa profluunt, eam discernere a quavis spuria societate quae ecclesiae sibi nomen usurpet.

106. Sane Christus ita suam debuit ecclesiam condere, quae facile dignosci possit a satanae synagogis atque ab humanae malitiae ac superbiae monumentis; alioquin excusari possent qui se in ejus sinum recipere detrectarent, sub obtentu quod vera ecclesia a spuriis coetibus distingui nequeat. Attamen Christus cunctis praecepit hominibus illam ingredi, ejusque fidem

”) In Tract. *De vera relig.* parL I. cap. IV. prop. I.

profiteri ac mandatis obtemperare, sub interminatione aeternae poenae. Eam comparavit civitati in monte constitutae quae omnium pateat adspectui. Quae quidem, aliaque ejusmodi aperte ostendunt ecclesiam ita constitutam, ut facile ac tuto ab omnibus rite animo comparatis cognosci possit atque discerni.

107. Id ipsum vero ex principio illo constabilitur, quod in prima tractationis hujus parte firmiter constituimus de identitate christianismi et catholicae ecclesiae, adeo ut iisdem plane motivis simus catholici quibus Christiani sumus.[1] Motiva siquidem credibilitatis *praecise* militant pro ecclesia catholica, seu ecclesia Christi, cum Christus vere et proprie non instituerit ac fundaverit christianismum veluti in *abstracto,* sed ecclesiam Christianam, eamque unicam, universalem, visibilem atque perpetuam, quae nec est nec esse potest nisi sola ecclesia catholico-romana, uti suo loco ostendimus.[2] De hac ecclesia unice et constanter loquitur Christus in Evangelio, de hac unice loquuntur apostoli, de hac patres et scriptores omnes antiquitatis.[3] Si igitur ex demonstratis in praecedente propositione potest humana ratio certo cognoscere motiva credibilitatis, et per se acquirere certitudinem de existentia divinae revelationis, poterit simul certitudinem obtinere de existentia ecclesiae Christi.

DIFFICULTATES.

108. Obj. Si propositiones hactenus statutae verae essent, sequeretur omnino: 1. posse humanam rationem per continentem *logicam* veritatum connexionem, ac proinde per veram demonstrationem ab existentia proprii *Ego* ad ipsum factum revelationis ac ad veram Christi ecclesiam ascendere; 2. atqui hoc est quod in Hermesii systemate ab apostolica sede damnatum est; 3. quid enim aliud Hermesius voluit in sua *Introductione* sive *philosophica* sive *positiva,* quam *fundamentum* ponere *ad demonstrandum christianismum tamquam revelationem datam a Deo,* ac demum *catholicismum tamquam verum christianismum?* 4. Sane hoc est naturam fidei pervertere, quae tota supernaturalis est, donum Dei, ac nova veluti hominis *creatio ex nihilo;* tunc autem redderetur per eam demonstrationem *merus effectus naturae quae sese vi sua evolvit.* 5. Hoc est *theologiam dogmaticam* plane pessumdare, quae tunc suum fundamentum necessarium haberet in ipsa philosophia, ac fieret *aedificium veluti quoddam purorum principiorum theoreticorum.* 6. Nec dicas fontes dogmatum theologicorum esse plane diversos a fontibus philosophiae:

[1]) Cf. quae scripsimus in hujus tractatus part. I. prop. I. Cf. praeterea Bossuet, *Instruction Pastorale sur les promesses de l'église, pour montrer aux Réunis, par l'ex-presse parole de Dieu, que le même principe qui nous fait chrétiens, nous doit aussi faire catholiques.* Opp. ed. Versailles tom. XXII. pag. 375 seqq.

[2]) Turn in Tract. *De vera relit/,* part. II. prop. IV. tum in hujus tract, part. I. sect. I. cap. III.

[3]) Cf. ibid.

nam hoc etiam agnoscit Hermesius, nec tamen ob id systema ejus minns anti-catholicum et antitheologicum est. 7. Unde saniores ipsi protestantes hoc systema damnant ac rejiciunt.4

109. **Resp.** Ad 1. *Per logicam connexionem* etc. *D.* Veritatum *diversae* tamen naturae, *C.* ejusdem naturae, *N.* Ut qualis sit logicus iste nexus dignoscatur, apprime diversa natura veritatum est discernenda. Aliud enim est loqui de veritatibus naturalibus, quae animam humanam, Deum, legem moralem etc. spectant, aliud de iis quae motiva credibilitatis, ac existentiam sive divinae revelationis sive ecclesiae respiciunt. Illae enim cum ex factis internae experientiae atque ex immutabilibus rationis principiis pendeant, necessario, intrinseco ac metaphysico nexu copulantur. Istae vero factis *extrinsecis* totae innituntur, quae sive sub sensus *immediate* aliquorum hominum ceciderunt, sive ex indubio aliorum hominum historico testimonio accipiuntur: hinc nexus inter has veritates, licet valido cognoscendi medio suffultus, ac proinde etiam logicus, nonnisi tamen *extrinsecus* est, ac *moralem* tantum certitudinem gignit. Sed nil id officit naturae verae *demonstrationis,* quae nempe firmam ac rationabilem mentis adhaesionem veritati rei cognitae gignat, nisi si quis sophistice contendere velit nullam aliam dari et vocari demonstrationem posse, quam quae mathematica sit, in quo merus esset lusus verborum.5

4) Haec ipsi nobis objicimus, quippe haud pauci praesertim in Germania, res haud sedulo distinguentes, ex damnatione doctrinae hermesianae occasionem capiunt ita argumentandi. Vide inter ceteros articulum jam citatum in Ephem. Theol. Tubing. 1839- *Ueber Glauben und* IF/wen, seu *De scientia et fide* etc. pag. 439. Cujus quidem auctori licet scientiae et pietatis laudem deferamus, non possumus tamen principiis ejus integre subscribere, sive circa probationes divinae revelationis, sive circa existentiae Dei demonstrationem, quam ipse, immediatae cuidam naturali fidei juxta Jacobium adhaerens, vix aut ne vix quidem in communi theologorum sensu admittere videtur.

*) Perbelle huc referas, quae doctus habet Petavius, *De Deo,* lib. I. cap. 1. §. 4. ad rem nostram : «Atque illae quidem omnes (probationes), inquit, non idcirco contemnendae erunt, quia *singulae* non necessario, et απο&ικτικώι evincunt, neque ex anterioribus, primisque sunt petitae; sed eo magni faciendae, quia *collectae in unum et coacervatae* necessariam propemodum fidem faciunt apud eos, qui et sui compo-

dicii. Etenim probationes illae, quibus prudens assensio nititur, quas *morales* ideo vocant, quod ad gubernandos mores adhibentur, *plerumque non minus certam in suo genere fidem faciunt, quam in rebus naturalibus aut mathematicis demonstrationes quaelibet exactae."* Opportune etiam cl. Valsecchius in op. cit. *Dei fondamenti* etc. cap. ult. animadvertit, Christianam revelationem eo posse sensu *geometrice* demonstrari, quod haec demonstratio formam geometricam, strictam nimirum ac contextam ratiocinationum, habere queat, non vero naturam quantitatis geometricae, secus enim Deus ac revelatio objecta mere rationalia essent, prout sunt matheseos objecta. Suam hac arte idem auctor conficit demonstrationem de facto revelationis, eo nempe metaphysico nisus principio, quod si detur complexus plurium factorum indubiorum, quae quidem omnia, ubi aliquod principium ponatur, rite ac perfecte explicantur, ubi vero principium illud tollatur e medio, nulla omnino eorumdem factorum explicatio suppetit , evidenter probetur connexio factorum illorum cum illo principio. Eum adesis

Perrone, Praelectione» theolog. Ili.

<10. Ad 2. A'. Nam si hac proprie de causa apostolica sedes damnasset Herniesii systema, damnasset simul apologetas omnes Christianae et catholicae religionis, qui eundem sibi finem proposuerunt, nempe *demonstrationem euangelicam, demonstrationem Christianam* aut *catholicam* conficere. Quod quidem absurdum, ac ab apostolica sede maxime alienum. Methodus igitur plane singularis ac periculi plena, qua Hermesius demonstrationibus a ceteris datis omnino rejectis, novam cudere intendit juxta principia sibi propria ac nimis kantismum redolentia, ita ut motiva ipsa credibilitatis non tam constituret, quam infirmaret, causa fuit, ex hac parte, illius damnationis. Ast de hoc alibi.

111. Ad 3. *D.* Juxta methodum tamen ac principia sua quae nec Christiano philosopho, nec theologo probari queunt, *C.* juxta methodum Christianae veritati illustrandae ac adserendae opportunam, Al.

112. Ad 4. A Haec enim, aliaeque ejusmodi difficultates ex eo proveniunt, quod natura et analysis fidei supernaturalis haud rite perspecta habeatur. Nihil quippe tota ejusmodi demonstratio cum fide supernatural! habet commune; nec enim fides, quae gratuitum donum est, tali demonstrationi, veluti principio et *motivo formali* credendi, innititur, quum possit esse cum illa et sine illa, sitque ab ea omnino independens. Potest utique aliquis credere sine demonstratione6; potest e contra cognoscere demonstrationem, et non credere; potest credere naturali quadam fide, illius demonstrationis vi, et tamen fide supernatural! ac divina, nempe *sicut oportet* ad salutem, non credere. Hinc falsum prorsus quod fides tunc foret merus naturae sese vi sua evolventis effectus. Nisi enim Deus gratia sua adesset, tota haec evolutio numquam ad fidem, de qua agimus, pertingeret, quae in alio prorsus ordine constituta est. Haec, ut confidimus, in capite insequcnti suo in lumine collocabuntur, ac ibi etiam novus hermesiani systematis error patebit.

113. Ad 5. A'. iterum. Theologia enim suum habet fundamentum in veritatibus a Deo revelatis, et ab ecclesia propositis, nec ulla prorsus ratione a philosophia aut ab ullo philosophico systemate pendet. Verum est quod

1. c. Huelius ipse, qui certe in rationis ac rationalium demonstrationum vi extollenda nimius non fuit, demonstrationem hanc Christianae revelationis *apodicticam* dicere non dubitavit, in suae *Demonstr. Evang.* Prolog.

e) Assensus fidei supponit utique tamquam praeviam necessariam conditionem non solum *practicam,* sed *speculativam* certitudinem, quod Deus sit locutus. Sed haec certitudo opus non est ut ex demonstratione exurgat. Quodcumque motivum, etiam unicum, quod reddat *evidenter credibilem* revelationem Dei, salis ad hoc est. Atque illud etiam adnotandum, posse Deum in rudibus intellectibus gratia sua ita supplere quidquid ex parte evidentiae rationalis molivi deesset, ut inde ea firmitas persuasionis enascatur, sic ut etiam rudes rationabiliter ac prudenter credant. Cf. Suarez, *De Fide.* Disp. cit. Haec certe haud rite intellexit Hermcsius cum *demonstrationem* et quidem *(ziceifelsiichtig) dubia studiose conquirentem* asseruit *radicem esse piae fidei et conditionem. Introd. phil. Monast.* 1819. pag. 17.

sicut fides divina, ut loquitur s. Thomas, *cognitionem naturalem praesupponit,* ita etiam theologia aliquod naturale certi ac veri critérium, aliqua naturalia principia ac veritates supponere debeat. »Sed haec non sunt theologicae disciplinae fundamenta; sunt quaedam veluti conditiones ac praerequisita, quibus theologia in rom suam opportune utitur. Ita cum opus est, philosophicis etiam argumentis obluctantes illa refellit atque convincit.«

114. Ad 6. *D.* Ita tamen ut firmitatem horum fontium a philosophico suo systemate pendentem omnino faciat Hermesius, ac ipsorum valorem, debitumque inter ipsos ordinem rite non constituat, *C.* secus, *N.* Aliquid de hoc paulo post attingemus; ut nil praeterea dicamus de erroribus theologicis Hermesii in applicatione illorum fontium ad singula dogmata.

115. Ad 7. Resp. hoc tantum ostendere, quod cum a trita, regia omnibusque theologis ac apologetis probata via receditur pro novitatis cujusdam lubidine, neque catholicis, neque ipsis protestantibus satis fiat.

116. Ex iis porro quae hactenus in praecedentibus propositionibus vindicavimus, hanc veluti rerum summam jure optimo colligimus, qua disputationem nostram de recto usu rationis ante fidem concludimus.

117. I. Potest humana ratio per *metaphysice* certam veritatum naturalium (quae sunt veluti praeambula fidei) cognitionem, nec non per *moraliter* certam cognitionem eorum credendi motivorum, quibus et revelationis et ecclesiae existentia nititur, ad hanc veritatem facti certo tutoque agnoscendam pervenire.

118. II. Potest hinc jure optimo theologus per eamdem viam *logica methodo* ratiocinio factisque contexta, demonstrationem quae plenam probandi, ac adversarium convincendi vim habeat, conficere; unde nil vetat, quominus sana ac solida philosophia quaedam veluti praeparatio, ac quasi *propaedeutica* ad fidem dicatur.

119. III. Quoniam vero Christiana ac catholica veritas sub pluribus variisque aspectibus utiliter inspici ac probari potest, ne rejicienda quidem est *methodus* quam dicunt *historicam,* qua nempe per continentem historicam omnium populorum, religionum, sectarum philosophicarum comparationem ostendatur, Christianam et catholicam religionem eam tantum esse quae hominis, humanaeque societatis universae necessitati ac destinationi plenissime ac perfectissime respondeat. 7

7) Digni sunt qui legantur hac super re duo articuli in *Annales de philosophie chrétienne,* η. 13. Janvier et η. 16. Avril 1841. *Plan d'une défense du Christianisme, et plan dune démonstration du catholicisme par la méthode historique,* auctore prof, abb. H. De Valroger. Longissime porro hie auctor abest a legitima rationis vi infirmanda, quin immo refellit placita lamennaeana, ac probat omnino methodum ratioci-

120. IV. Omnes tamen ejusmodi, licet validissimae, sive magis logicae, sive magis historicae probationes sint, voluntatem in religionis veritate inquirenda, bene ac sincere comparatam requirunt. Quare nil magis quam rectae ejusmodi animi dispositiones sunt cuivis a theologo inculcandae, ut philosophia, quae donum etiam Dei est, suum recte munus verae divinae fidei cognoscendae praestare queat.s)

DE ABUSU RATIONIS ANTE FIDEM.

121. Abunde satis de recto rationis usu ante fidem hactenus disseruimus; superest ut juxta praestitutum nobis ordinem de ejusdem ante fidem rationis abusu nonnulla saltem breviter adjiciamus. Rationis porro ante fidem abusus nomine scientifica illa placita systemata philosophica significamus, quae cum susceptione fidei componi nullatenus possunt: sive quia *directe* viam in antecessum illi omnino praecidunt, sive quia *indirecte* id ipsum efficiunt dum basim, ut ita dicam, ac fundamentum latenter subruunt ac demoliuntur cui illa inniti debet, ac subjectum ineptum reddunt ad eandem fidem suscipiendam. De utraque ejusmodi placitorum classe distinctis paragraphis agemus, in quarum altera de philosophicis illis doctrinis disseremus quae *directe* fidei susceptioni opponuntur, in altera vero de illis, quae *indirecte* eidem obsistunt. Quum autem ex praejactis *Praenotandis,* atque ex iis quae in totius praecedentis articuli decursu constituimus, facile innotescant ejusmodi systemata; hinc ut brevitati prospiciamus, soluta methodo in classes ea redigemus, opportunas interserendo animadversiones quae junioribus theologis commodo ac usui esse poterunt. Nec enim nobis propositum est systemata ejusmodi philosophica ex professo refellere, cum haec aliorum provincia sit; sed unice ea spectare debemus in relatione quam habent ad fidem.

DE PHILOSOPHICAE DOCTRINAE PLACITIS, QUAE DIRECTE FIDEI SUSCEPTIONI ADVERSANTUR.

122. Nihil dicemus de atheismo *formali,* tum quod ratum habeamus nullos dari atheos posse speculativos, tum quod si reipsa darentur, spectari

oii seu *logicae deductionis,* quam tot apologelae utiliter secuti sunt. Sed tamen pro varietate ingeniorum, ac temporum nostrorum ratione quae studiis historicis imprimis delectatur, hanc novam defensionis methodum magis *historicam* (licet et altera historiae etiam innitatur) veluti in subsidium adsciscit. >.En un mot, ait, l'histoire tout entière peut devenir une préparation et une démonstration évangélique dans des proportions ℭolossales; art. I. pag. 31.

s) Hinc cl. Gerdilius sapienti consilio operi suo philosophico *Introdtrzione alio studio della religione*, aliud praemiserat:

deberent veluti rationalitatis humanae monstra: nec aliter sentiendum de iis qui talem Deum admittunt qui Deus non est, cui scilicet providentiam denegant, bonitatem ceterasque divinitatis proprietates. His igitur dimissis quos suo loco refellimus1, de pantheismo, materialismo, fatalismo ac, ut vocant, *detcrminismo,* pauca singillatim delibabimus. 2

I. DE PANTHEISMO.

123. Pantheismus qui quovis tempore plus minus philosophiam infecit, aetate hac nostra longe lateque diffusus est, ita ut vere *haeresis saeculi XIX.* fuerit nuncupatus.3 Multiplices porro sunt formae sub quibus modo aperte

Delie disposizioni dello spirito nello studio della religione, quod utinam pervulgatum esset apud illos aetatis nostrae philosophos qui christianismum nescio quem *a priori* sibi confingunt.

*) In tract. *De Deo,* part. I. cap. 1. prop. I. et part. IV. cap. 1. prop, unica.

*). Nihil heic speciatim de *rationalismo* proprie dicto attingimus, eo quod debeamus inferius de illo agere, ejusque genesim ac varias veluti phases exponere. Tantum adnotamus, rationalismum esse vel stricte *theologicum* vel pure *philosophicum.* Primum impetit fundamenta revelationis, miracula, prophetias, inspirationem sacr. librorum, ac singula dogmata Christianae fidei. Alterum pertinet ad illud philosophandi genus, quod progreditur ex puris conceptibus abstractis intellectus atque ab iis *realitatem objectivant* rerum a priori educit. Hinc *comprehensionem* cujusque rei scientiamque *absolutam* exigit; *logicam* demonstrationem in primis ipsis principiis ac internis factis requirit: certitudinem omnem praeter *mathematicam* rejicit: quidquid positivum ac historicum est, repudiat. *Philosophicus* iste rationalismus qui vel ad idealismum, vel ad pantheismum ducit, cum rationalismo *theologico* intime connexus est, ut per se patet.

Atque haec de vero *rationalismo.* Nil enim opus est dicere de pessimo illo, maximeque dolendo abusu quo ejusmodi vox aetate hac nostra usurpata est in illos qui *legitima* rationis jura circa veritates metaphysicas ac morales, nec non circa credendi motiva revelationis vindicant. Ex quo consequeretur patres ac doclores ecclesiae *rationalising* fuisse, ac ecclesiam ipsam per plura saecula in scholis suis philosophicis ac theologicis *rationalismum* ubique doceri impune tolerasse!

3) Cf. Marct, *Essai sur le panthéisme dans les sociétés modernes,* Paris 1841. *Préf.* pag. XVI. in quo quidem opere plura sunt valde utilia et commendanda, licet non omnia nobis probentur. Maximum porro argumentum pantheismi aetate hac nostra invalescentis sunt praeconia queis impius Spinoza ejusque atheismiis philosophicus tum in Germania, tum in Galliis extollitur. Recte dixeris hanc esse veluti normam quandam infallibilem qua de panlheistica tendentia scriptorum judicare possumus. Sane Schleiermacher vocal Spinozam : »*sanetum repudiatum* . . . qui ideo solus relictus est, quia plenus erat religione ac Spiritu Sancto etc.;" haec aliaque ejusmodi habet in *Reden Uber Religion,* seu *Sermones de religione,* 1841. IV. edit. Sic Ahrens, *Cours de philosophie,* Paris 1838, Spinozam ab athéisme ac pantheismo mordicus defendens, hanc accusationem ab iis proficisci dicit, qui: ..s'enfoncent dans une ignorance complète sur la nature de Dieu, et qui veulent ainsi attaquer de l'ignorance dans les choses divines le savoir de Spinoza, ou qui, *comme Hegel dit très-bien, veulent combattre avec leur rêve de Dieu* Spinoza *éveillé en Dieu;'·* tom.I. pag.237. Lerminier suspicit in Spinoza sublimem divinitatis adoratorem. Quis demum non miretur, cum audiat Cousin ipsum (de cujus doctrinis nullum ferre volumus judicium), in suis *Fragmens philos.* Paris 1838, tom. II. pag. 164 seq. dicentem: ı Loin d'être un athée, comme on l'en ac-

se prodit, modo occulte se tegit, semper tamen idem deprehenditur velut fidei eversivus, ejusque irreconciliabilis hostis. Ejus enim characteristicae notae sunt identificatio finiti cum infinito, cujusvis limitatae intelligontiae cum absoluta, confusio Dei cum mundo, unitas substantiae etc. Ex quo suapte natura dimanant necessitas ac fatalismus, boni ac mali moralis destructio. aliaeque ejusmodi non minus absurdae quam impiae consecutiones. Ad tres praecipuas species revocari pantheismus potest: est enim aut *rationalistieus,* aut *historicus,* aut *mysticus.*

124- **Pantheismus rationalisticus** ex principiis rationalibus *a priori* procedens, sese per *immediatam* ac *concretam* intellectualem intuitionem illico transfert in *Esse* realissimum absolutum, in quo invenire sibi fingit identitatem absolutam omnium entium, naturae ac spiritus, *τον Ego* et *Non-Ego,* subjecti et objecti, puri cogitare et puri esse. Hinc de scientia rerum omnium *absoluta* ac de ipsius *Esse* absoluti *comprehensione* sibi blanditur. Ad hanc pantheismi speciem facile jam inducebat systema *absoluti Ego* uti fonds cujusvis realitatis a Fichteo excogitatum; ast notum est Schellingium illum fuisse qui ad oppugnandum idealismum, constituendumque realismnm absolutum, systema theoretice invexit *identitatis,* asseruitque *naturam esse fundamentum existentiae Dei',* eamdemque in Deo *consubstantialem* esse *spiritui,* quamvis in externa tantum manifestatione ac forma sit ab illo diversa. Verum materialisdca ejusmodi philosophia naturae, utpote omni philosophico fundamento destituta, uti poesis potius quam philosophia habita a plerisque est, et ab auctore ipso prius varie modificata, demum etiam, saltem ex parte, reprobata fuisse videtur.[5]

125. Ast longe subtilior est pantheismus spiritualisticus hegelianus qui quoniam magnum adhuc in Germania et in Galliis influxum exercet, nec paucos etiam catholicos sinceros ad quandam sui admirationem illexisse videtur, absonum haud erit lineamenta saltem quaedam illius heic designare. Hegel itaque non *naturam* uti Schelling, sed *spiritum* in Deo quaesivit, ipse non spectavit Deum velut *Ens* quod existit ab aeterno in absoluta identitate

cuse, Spinoza a tellement le sentiment de Dieu, qu'il en perd le sentiment de l'homme ... Ce livre est au fond un hymne mystique, un élan, un soupir de l'aine vers celui qui seul peut-dire légitimement: *Je suis celui qui suis* .... l'auteur auquel ressemble le plus ce prétendu athée, est *l'auteur inconnu de l'imitation de Jésus-Christ.'*

4) Cf. Schelling·, *Philosophische Schriften.* seu *Scripta philosophica,* pag. 429- Baltzer op. cit. *fasc.* I. pag. 42 seqq.

s) De variis hisce schellingianae doctrinae vicibus praeter *Revue du Nord.* Paris 1835, Amand Saintes in *Histoire critique du rationalisme en Allemagne,* Paris 1841, pag. 324. haec habet: ..Dans la suite la doctrine de Schelling a subi diverses transformations: on assure qu'il ne donnera qu'a la fin de ses jours le dernier mol de scs enscignemens. C'est attacher peu d'importance à la vérité que de tarder à en faire jouir ceux qui ne peuvent bien vivre que par elle."

sua, sed voluti *Ens* quod evolvitur, quodque in diversis hujus suae evolutionis gradibus, diversos constituit ac successivos existentiae seu entium ordines. Deus in *logica* concipitur *in se,* in aeternitate suarum essentiarum fundamentalium. Ast cum in hoc, statu consistere non possit, necesse est ut sese evolvat *extra se* in multiplicitate externa entium naturae; hinc habetur *philosophia naturae.* Verum neque potest in hoc statu *exterioritatis* ac transitionis subsistere, sed opus est ut ex hac multiplicitate se iterum recipiat in unitatem sui esse, et *spiritus* evadat; exinde oritur *philosophia spiritus.* Tunc demum Ens absolutum acquirit cognitionem, *conscientiam sui,* fitque personalitas infinita. Talis est *trinitas logica continua* Hegelii. Deus hoc logico processu prius seu *immediate* revelat se naturae universae, deinde *immanentor* in hominis conscientia, et hic se complet; ita ut, asserente Hegelio, *sine homine et mundo Deus completus non esset, neque adhuc esset Deus.*6 Pantheismus hujus systematis evidens est quin illum pluribus evincamus.7

126. **Pantheismus historicus** est necessaria hegeliani systematis emanatio. Quippe cum Hegel Deum in continua evolutione sui in mundo et in humanitate spectet, sequitur historiam hominis complecti necessarias manifestationes Dei ipsius. Hinc historia scientiam omnem continet, totam vitam, moralitatem, religionem, artem, in formis multiplicibus suis consideratas; proindeque errores quoque omnes morales ac religiosos, quos refert historia, non sunt nisi necessariae Dei evolutiones. Idcirco historia nuncupata fuit *inflexibilis geometria* in qua omnis epocha, omnisque doctrina lege quadam fatali immutabiliter evolvitur. Exinde apotheosis errorum omnium hominis in Deo. Deus est in omnibus, omnia efficit, est omne8; exinde systema *progressus indefiniti, perfectibilitatis indefinitae* humanitatis; exinde denique

e) Hegel, *fteligionsphilosophie,* seu *Philosophia religionis,* opp. tom. XL pag. 140; tom. XIL pag. 151, 330.

7) En quid ge.rmanicus auctor Wcisse a Ballzer relatus habet de pantheismo hegeliano: rtIn hegeliana philosophia videmus pantheismum ad eum apicem perductum, in quo nccesse est ut ipse se talem, qualis revera est, aperle declaret, dum prius poterat quodammodo se abscondere sive in ideae *(absoluti),* quae ejus fundamentum est, *indeterminatione* nondum scientilice superata, sive in difficultate partiali eam cognoscendi." Iu *Religiose Zeitschrift* etc. seu *Ephemerides religiosae pro catholica Germania,* 1833. Tom. I. fasc. L pag. 40. Ipse Ahrens, qui quidquid de se asserat, pantheistic^ omnino philosophatur, tale de Hcgelio profert judicium op. cit. pag. 60. »Quand Hegel dit que la nature aboutit à Γesprit, comme à sa conclusion, il ouvre un large champ à Γimagination, après l'avoir fermé à l'intelligence. De quelque manière qu'on veuille représenter celle idée, jamais si on n'adopte pas les hypothèses matérialistes, on ne fera concevoir comment la nature pourra se développera devenir esprit." Unde patet quod omnes istac *spiritualisticae* doctrinae panthcisticae in abjectum demum inalerialismum omnino recidant.

8) ..L'esprit humain (ait Lerminier, qui hanc thcoricam historicam exhibet) est une perpétuelle et nécessaire révélation de Dieu. Dieu ne' paraît sur cette terre que dans Γhomme, et que par l'homme. Dieu renouvelle sa face à des époques fatales etc.* Cf. Mare! op. cil. pag. 41 seqq.

Ica jugis transformationum, et immutationum, uti modiorum progressus, quam adeo depraedicat Lerminierius. 9

127. **Pantheismus mysticus** innititur vago et indefinito cuidam interiori sensui *(sentimento)* quo animus immediate apprehendit vitam suam *consubstantialem* in Deo, qui utpote infinitus amor se manifestat in spiritu et natura. Idcirco haec pantheism! species non in speculatione tantum metaphysica sistit, uti *rationalisticus,* sed sese effundit in mentis onthusiasmum, atque jugem animi activitatem. 10 Ejusmodi pantheismus constituit doctrinam essentialem sansimonianismi, qui in ea fundat novam illam *reconstructionem* seu *reordinationem* societatis humanae, iliumque neo-christianismum cui jugiter adlaborat.11 Ex sansimonianismi sinu alia prodivit schola ad pantheismum item declinans juxta quam vita hominis constituitur in *traditione vivente et actuali humanitatis,* et in hac traditione fundatur magnum progressus et perfectibilitatis continuae dogma.12

*) «Le droit, *ait ipse,* la sociabilité, la science se développent en se détruisant d'époque en époque· . . La religion est à la fois et successivement une philosophie, un gouvernement, une tradition. .. Quand la religion s'arrête, la philosophie poursuit et prépare pour les sociétés *autres croyances et d'autres symboles* etc." Cf. Maret L c. pag. 43. qui cl. auctor praeterea persequitur ibi theorias historicas ab eclecticism! sectatoribus, a Michelet aliisque gallicis scriptoribus adornatas, ac ostendit eas omnes ab hcgelianis fontibus promanassc, ac pantheistica labe corruptas esse.

'·) Hoc pantheismo mystico infecti fuerunt medio aevo non pauci sectarii, uti Amaurus carnolcnsis. David deDinando, Bcguardi, Lollardi, fratres ac sorores *spiritus liberi,* aliique; cf. Môhler, *Symbolique* tom. I. pag. 274; ncc non saeculo XVI. Zwinglius cujus in hanc rem plura profert luculentissima testimonia hic idem auctor op. et loc. cit. Eidem doctrinae adhaerere visus est recens Schleiennacher, praesertim si ejus doctrinae cum iis quae de Spinoza praedicavit connectantur. Cf. Saintes op. cit. *Hist. critique* etc. pag. 362. Môhler postquam ostendit Lutherum ad errores gnosticorum, Zwinglium ad placita pantheistarum declinasse, ac proinde systemata philosophica gnostica et pantheistica recentius prolata uon esse nisi sequelas necessarias principiorum quae ab illis reformatoribus constituta sunt, concludit: -Schleiermacher, malgré ses nombreuses déviations de la doctrine de ses maîtres, est à notre avis le seul vrai disciple des apôtres de la réforme." Ibid. pag. 282.

'*) Cf. quae scripsimus de sansimonianismo in tract. *De Deo,* part. II. cap. 1. prop. III. Cf. etiam Maret op. cil. pag. 54 seqq.

'') Talis est philosophica et historica doctrina quae dicitur *Du propres continu,* quae prius se prodebat in ephemeridibus sansimonianis *La revue encyclopédique,* sed recentius systematice evolvitur in nova encyclopaedia *C Encyclopédie nouvelle* a Leroux, Reynaut, aliisque redacta, veteris encyclopaediae Gallorum incredulorum emulatrice. Hoc porro opus est indigestus quidam ac informis syncrétismes e placitis philosophicis neo-germanicis, ex mythicismo ac symbolismo, ex materialismo ac spiritualism© conflatus. Quae de vita ac evolutione humanitatis, de infinitate ac aeternitate mundi etc. ibidem proferuntur, purum redolent pantheisinnm. Vide praesertim artic. *Ciel.* Optime L. Montet auctor articuli circa opus: *Etudes sur le Timée de Platon par M. Henri Martin,* Paris 1841, inserti *Bibliothèque Universelle de Genève,* n. 73- Janvier 1842. adnotat de panlheisticis placitis universim : -Tous ces systèmes, qu'on les prennent, soit en Allemagne, soit en France, soit en Hegel ou dans M. Leroux, ont pour point de départ une hypothèse, et reposent sur un fait .... que le fini et l'infini ne sau-

128. Jam vero pantheismus sub quovis triplicis hujus formae respectu consideretur, non obstante enthusiasmo, ac religioso affectu in quem interdum videtur erumpere, directe ducit ad destructionem divinae naturae, proindeque et ad fidei impossibilitatem. Hinc omnia systemata pantheistica hujus aetatis in Germania et in Galliis eo demum tendunt ut considerent christianismum tamquam Dei manifestationem, quae jam praeteriit, ut locum cedat novae manifestationi divinae perfectiori, hominisque indigentiae magis accommodatae. Areritas semper mobilis est, varia et progressiva. Religio novis continenter formis induitur. 13

129. Post levem hanc veri pantheism! adumbrationem aequitas postulat ut catholicos aliquos viros a nota vindicemus, quam nonnulli nimia facilitate eis inurunt tendentiae, ut vocant, pantheisticae, eo quod illi interdum minus caute locuti sint, aut quod illecti praesertim ex systemate hegeliano, quod fertur immediate in Deum, ac Deum ubique intuetur, ad aliquas Hegelii ideas philosophando accesserint.14 Certe majore ipsis cautela ac magis perspicua doctrinarum suarum explanatione opus fuisset, ne suspicionem de se ingererent: verum cum aliunde constet de recta ipsorum fide ac religione,

raient exister en même temps;" quod principium pantheism! fundamentum, ut notum est, constituât.

**) Üno verbo neoterici isti humanitatis instauratores eo spectant, ut ad novam philosophiam, novum bonarum artium genus, novam societatem, novam religionem, christianismum nempe *humanilarium,* creandam perveniant. Horret porro animus referre blasphemias quae in religionem Christianam ab istis evomi solent. Auctores novae cncyclopaediae qui in *traditione* vitam humanitatis collocant, historicam interea veritatem destruunt, omniaque mythis symbolisque complent. Christianam religionem a *connubio* enatam esse ajunt *orientalium dogmatum cum graeca philosophia;* art. *Alexandre,* tom. 1. pag. 264. Item *ethnicismum incunabula ejusdem fuisse;* art. *Arianisme,* tom. I. pag. 811. Alibi clare decernunt: ..La philosophie a triomphé du christianisme en Γattaquant par son côté faible, c'est-à-dire en pulvérisant scs mythes et ses symboles;" art. *Christianisme,* tom. IU. pag. 556. Egregie auctor cil. articuli *Bibliothèque univers, de Genève,* postquam retulerit clamores neotericorum istorum incredulorum: nLe christianisme est fini, il a fini son temps, il a dépensé ses forces à nous mener au point où nous en sommes," concludit: «comme si le soleil pour l'avoir éclairé six mille ans, ne jetait pas encore au inonde ses flots de lumières.··

H) Prnf. Baltzer totus in co est ut opère suo pluries a nobis citato ostendat pantheismum praesertim hegelianum nunc temporis non modo apud protestantes, sed etiam apud plurcs catholicos in Germania late grassanfem. Hinc pantheisticae alicujus lendentiae haud paucos etiam scientia ac pietate commendatos viros, Staudcnmaicr. Klee. Drey, Oehler etc. locis eorum in medium allatis, incusat, licet ingenue profiteatur se nolle quidquam religioni illorum detrahere, sed lanium naturam et consectaria persequi doctrinarum. Nos aliquid damus Baltzerio, uti ex iis quae heie proferimus palet. Attaquer! illud etiam addimus, plura ex allatis ab ipso locis, posse saniori sensu intelligi: ac praeterea Ballzerimn non aliud philosophandi genus ut legitimum admittere quam suum (ab Ilcrmesio nempe haustum, licet haud parum reformatum), quo fit ut in iis qui secus philosophantur, facile panlheismum qbique sibi videre videatur.

nnlla *est ratio* quare ob inconsideratas loquendi formulas ubique panthelsmum videre debeamus, ac non potius eas ad rectiorem sensum pertrahere. 15

130. Sic ab omni pantheism! suspicione multo magis alieni dicendi sunt, qui cum Petavio praesertim ac Thomassinio 16 tenent Deum, seu Spiritum Sanctum conjungi cum anima justi *ονσιωδω* , ipsa nimirum substantia, non autem efficientia dumtaxat ac gratia, uti qualitate quadam creata. Haec enim *substantialitas* ad Deum ipsum qui se communicat, non autem ad *unionem* refertur, perinde ac si anima fieret *consubstantialis* Deo, aut Deus cum ipsa *hypostatice* uniretur, quae absurda sunt, et a patrum ac doctorum mente qui illam sententiam tuentur, omnino abhorrentia. Haec enim quantumvis arctissima unio semper manet et est *accidentalis.* Quapropter immerito non-

Certe cum aetas nostra adeo ad pantheisraum prona sit, nil catholicis scriptoribus antiquius esse deberet, quam eas locutiones haud satis determinatas, aut etiam placita devitare, quae pantheisticae huic tendentiae ansam praebere possunt. Ut aliquid hac de re singillatim attineamus, nobis satis probari non possunt affirmationes hujusmodi, quae in aliquibus egregiis Germaniae ac etiam Galliae scriptoribus catholicis occurrunt. 1. Quod conscientia *nostri Ego finiti* identificctur cum conscientia *infiniti et absoluti,* nempe Dei, ita ut nisi percipiamus *immediate* absolutum, ne quidem percipere possimus *nostrum Ego.* Hoc recidit in principium philosophiae eclecticae, quod in primo actu perceptionis anima percipit sc, mundum et infinitum veluti *trinitatem quandam in unitate.* 2. Quod *finitum* non sil nisi *mera negatio infiniti* ac proinde *Non-ens,* quo innui videretur finitum ac conditionale ne existere quidem, atque hinc ad placitum neo-germanicae philosophiae deveniretur, quae nempe confundens ro existere *per se* el existere *a se,* affirmat quidquid non existi! *per se,* id est, *absoluto* modo, non esse, unde consequitur unam tantum substantiam per sc existere, scilicet *absolutum.* 3. Quod naturalis illa revelatio Dei aul Verbi, quo sive per animae rationalis lumen, sive per opera externa mundi se manifestat, sil *incarnatio* Verbi, τοὐ .ζ/όγου, in quovis homine ac in mundo. Hinc nonnulli ex dictis auctoribus loquuntur de una *magna* el *universali,* ac de altera *particulari* incarnatione τοὐ *Λόγου.* Hinc eo deveniunt, ut asserant *altitudinem, latitudinem, longitudinem ac profundi,tatem universi esse magnam illam cosmicam incarnationem Verbi.* Haec certe intemperantis ingenii seu potius phantasiae sunt ac reprobanda. El quoniam nonnulli variis modis abutuntur hae naturali revelatione seu *illuminatione Verbi, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,* libet praeclarum s. Cyrilli alex, locum exscribere, qui *Comment, in Joann,* ed. cit. parisiens. 1638. opp. tom. IV. pag. 76. ita rem explanat: »Dei Verbum, inquit, illuminat omnem hominem venientem in mundum, non *docendo* ut angeli, verbi gratia, vel homines, sed potius ut *Deus, creando;* unicuique rei in ortum eductae sapientiae, sive cognitionis divinae semen indit, et *intelligentiae radicem* inserit, atque ita rationale animal efficit, naturae illud snae particeps reddens, et ineffabilis sui splendoris lucidos veluti quosdam vapores ejus animo immittens, ea ratione ac modo quo ipse novit. . . Illuminat igitur ut opifex Filius.“ Ubi etiam attendendum ex Cyrillo Verbum non *διδασκαλικά* sed δημιουργικών id est, non *magistraliter* sed *creative,* scilicet creando animam illuminare, per naturale lumen rationis. Plures aliae animadversiones fieri possent circa locutionum saltem intemperantiam, quae etiam in optimae mentis scriptoribus offenduntur, sed nec prolixi, nec acerbi nimis esse volumus.

,r» Pelav. *De Trinit.* lib. VHI. cap. 5, 6, 7. Thomass. *De Incarn.* lib. VL a cap. 10 ad 20.

nulli qui timuerunt ubi non erat timor, in adversam forte sententiam prolabi visi sunt, non aliam fere gratiam sanctificantem admittentes quam quae consistit in favore quodam Dei ac benevolentia juxta placita lutheranorum.

131. Neque pariter incusari pantheism! possunt quos in philosophia •sectari delectat aut systema de ideis innatis, aut systema platonicum aut malebranchianum.17 Quidquid porro de ejusmodi placitis philosophicis sit, quorum nostrum non est heic ferre judicium, qui professi sumus ea nos haud spectare nisi quatenus relationem habent ad fidem, non possumus tamen eos non improbare, qui horum systematum obtentu vellent omnes existentiac Dei demonstrationes quae ex creaturis efficiuntur, veluti *rationalisticas* eliminare. t8

17) Cum nobis propositum sit cas tantum philosophicas doctrinas attingere, quae absque fidei dispendio sustineri nequeunt; heic ad rem nostram animadvertimus: 1. Doctrinam a non paucis etiam theologis olim praesertim defensam de aliquibus ideis humanae menti congenitis nil habere, quod ne leviter quidem panlheismum redoleat; patres etiam quandoque Dei cognitionem *naturalem* dixerunt: etsi ipsorum loca commode explicari queant de facillima, ac veluti spontanea hujus notionis acquisitione, juxta s. Thomae expositionem. 2. Qui ideas saltem universales immediate a Deo ipso animae exhiberi defenderet, aut unicam in mente hominis universalem ideam existere tueretur, quae instar cujusdam supremi luminis a Deo inditi ceteris ideis efformandis facem veluti praeberet, nil etiam cum pantheismo haberet commune. 3. Malebranchii demum placitum, quodque etiam a Thomassinio jam fuerat defensum, quo res in ipso Deo nos videre contendit, scilicet in ideis ipsis archetypis Dei, si illae explicationes prae oculis habeantur quibus Malebranchius ipse suam mentem aperuit, ac praesertim eo sensu quo a Gerdilio fuit explanatum, a pantheismo immune est; nec possumus effatum illud Cousinii non improbare, dum vocat Malebranchium *le Spinoza chrétien.* Attamen magna certe cautela ac praecisione idearum opus est, ne qui tale systema sectantur, pantheismo aditum aliquem aperiant. Certe Malebranchius numquam docuit, quod nos absolute Dei substantiam, aut ipsam essentiam videamus, quinimmo id a se repulit (cf. Gerdii *Defense de Malebrancke* opp. tom. IV. pag. 164·); quod tamen nonnulli recentiores sibi permittunt.

,8) Hoc porro fere commune videtur iis qui hegelianis placitis etiamsi ad meliorem sensum revocatis, in Germania praesertim adhaerent. Cum enim ipsi ex ea quam vocant immediata *immanentia* objecti seu Entis absoluti ac infiniti proficiscantur, ac tantum ex ea nos posse ad Deum, immo ad quidquam certi cognoscendum assurgere affirment, hinc argumentum metaphysicum ex creaturis contingentibus ope principii causalitatis deductum, vel etiam argumentum physicum ad Dei demonstrandam existentiam parvi aut nihili faciunt. Hi porro animadvertere deberent, id certe in Hcgelio, iisque qui cum ipso panlheismum sectantur, plane cohaerere, quippe qui finitum cum infinito, conditionale cum absoluto identificare conantur; unde etiam Ahrens, *Cours de Philosophie,* tom. H. pag. 159 — 266- illa argumenta infirmat, ac nonnisi ex analysi ideae absoluti ac necessarii cum Krauser vere ad Deum ascendi posse contendit. Ast in catholicis philosophis ac theologis, qui certe verum inter Creatorem et creaturam *dualismum* admittere debent, ac quamvis pantheismi speciem exhorrere, quid magis incongruens esse potest quam illorum argumentorum vim cum kantianis atque hegelianis elevare? Certe qui umquam inter catholicos vel ideis innatis adhaesere, vel etiam platonica aut malebranchiana placita aliquo modo amplexi sunt, non ob id demonstrationes illas existentiac Dei repudiarunt, sed eas uti validissimas adhibuere. Possent hic recenseri inter ceteros Bossuet, Fénelon, Du-Hamel, Gerdii etc. aliique permulti, ut dc patribus, ac praesertim Augustino, sileamus.

In quo isti aperte se opponunt, ut patet ex dictis, tum Scripturis, tum agendi rationi quam patres ct doctores hactenus tenuerunt. Hoc vere esset philosophiam cum theologia committere, immo cum sensu traditional! sacrae totius antiquitatis, quod Christiano philosopho multoque magis theologo cavendum maxime est.19

11. DE *MATERIADSMO.*

132. Materialismnm qui totum hominem ad meram, ut vocant, *organisationem* revocat, cum fide haud posse consistere, seu verius aditum omnem fidei praecludere evidens est, quin pluribus id persequi sit opus.

133. Materialistica philosophia, si ita licet doctrinam, quae omnem destruit philosophiam, appellare, longe lateque saeculo elapso dominata est, iliique innitebantur systemata fere omnia quae religioni Christianae erant infensa, eamque oppugnabant. Quamvis porro ob tendentiam spiritualisticam quae obtinuit praesertim in Germania, aetate hac nostra minus diffusa sit materialistica doctrina, non idcirco tamen destitit ab omni progressu, atque a fructibus exitialibus producendis. Circumvallavit se quippe in scientiis naturalibus, saltem in physiologia ac medicina, hinc istae identificare se omni ope vellent cum ipsa psychologia; quo fit ut adhuc in non paucis ejusmodi disciplinarum libris purus doceatur materialismus.20 Progressus in- super craniologiae ac phrenologiae sub specie novi cujusdam fontis scientific! parum aut nihil hactenus comperti, haud parum contulerunt ad doctrinas materialisticas disseminandas. Cum igitur valde intersit juniores theologos praemunire adversus influxum quem pessime exercent novae theoriae physiologicae ac phrenologicae, juverit heic aliquid summis saltem labiis ex illis attingere.

,9) Cf. superius dicta.

>.Sous l'empire du matérialisme philosophique la médecine elle mémo, depuis une vingtaine d'années est devenue toute matérialiste, toute anatomique.·· lia cl. Debreync *Pensées (Γun croyant catholique, ou considérations philosophiques, morales et religieuses sur le matérialisme moderne,* Paris 1839, pag. 44. cf. praesertim *Introduction.* Consonat ipsi cl. Forichon: ..Le matérialisme ne fut jamais aussi positif qu'aujourd'hui; il a ses chaires et ses feuilles publiques; il veut contribuer â renseignement du peuple et participer aux progrès de lu science;" *Le matérialisme et la phrénologie combattus dans leurs fondemens etc.* Paris 1840. Préface pag. 100 et seqq. Cetorum ne opéra panvinii, Richerandi, aliorumque nominemus, ulpote jam nimis antiqua, in *Manuel de chimie organique* de Raspail sermo est «du fluide qui alimente la pensée et détermine la volonté: la volonté est le résultat d'une combinaison atomistique entre deux élémens subtils et impondérables.·· In *Magasin fur Seelenkunde,* seu *Collectio pro scientia psychica* a dock Friedreich redacta 1830. fasc. 3. pag. 57. legitur: ..Ce qu'on appelle *Ame* n'est que l'activité du cerveau, et en général des parties supérieures du système nerveux; le cerveau pense comme l'estomac digère." Sed ne nimis prolixus sim, sat est citare: .Journal des applications de la physiologie animale â la physiologie sociale par Γ observation exacte;" periodicas ephemerides trimcstruales Parisiis editas ab ann. 1837.

134. Errores omnes physiologiae materialisticae proveniunt inprimis ex eo quod ejus cultores nolint distinguere: 1. inter *sentire ct intelligere,* res nimirum essentialiter diversas21; 2. inter *impressionem* ac *sensationem;* 3-inter principium *sensiferum* et principium *sentiens;* quo fit ut permisceant physiologiam cum psychologia, facta item istius cum factis illius, idest facta simplicia et immaterialia spiritus cum factis materialibus materiae organicae. Jam vero physiologia attingere nequit nisi *observationem externam,* ac medium quod recipit impressionem, eamque utpote *sensiferum* transmittit; ast nullo pacto potest attingere *observationem internam,* facta *conscientiae, sensationem* proprie dictam, quae propria est principii sentientis, quod scilicet nequit nisi simplex esse ac immateriale. Totus proinde hic secundus rerum ac elementorum ordo spectat ad psychologiam. Verum quidem est ambos ordines juvare se invicem posse ob arctam communicationem et commercium qno duae substantiae, unde oritur humanum compositum, secum inter copulantur. Hinc damus physiologum ac medicum sedulo posse effectibus ac habitudinibus studere, quas super organicam substantiam interiores affectiones facultatesque animi intellectuales producunt: ast id nonnisi *indirecte,* quoniam *directa* cognitio exclusive deferenda ad psychologum est. Sic etiam utiliter potest psychologue iis studere quae pertinent ad physiologiam, quippe ex variis habitudinibus ac functionibus corporis organici cognoscere valebit relationes quas illae habent, et influxum quem possunt super functiones intellectuales ac morales spiritus exercere: ast pariter hoc nonnisi *indirecte,* quia cognitio *directa* physiologo exclusive est tribuenda. Igitur campus proprius observationis *externae,* adeoque physiologiae est *corpus;* campus proprius observationis *internae* adeoque psychologiae *spiritus* est, nec debent hae duae scientiae inter se umquam confundi, cum habeat unaquaeque objecta adeo essentialiter inter se distincta, immo oppositae planae naturae. 22

135. Phrenologia definiri potest *doctrina de multiplicitate organorum cerebralium, ac locatione aut sede facultatum intellectualium ac moralium.* Haud dubium est eam inservisse et adhuc inservire ad fovendas doctrinas physiologicas materialisticas; siquidem ipsa alligat tot diversis organis functiones ipsas multiplices *intelligentiae ad eum plane modum,* quo alligatae ipsis sunt functiones *sensationis.* Quidquid porro de intentione fuerit prae-

”) Nonnulli e recentioribus a Kanlio repetunt accuratiorem distinctionem inter *sensum et intellectum* ac functiones cujusque proprias. Quidquid sit de hac *indirecta* utilitate ex kantiana philosophia, quae tamen per se recta ad empirismum ac materialismum ipsum ducit, distinctionem illam accurate ipsi scholastici doclores tradiderant, sed praesertim s. Thomas: «Imaginatio, ait ipse, non est nisi corporalium et singularium, cum phantasia sit motus factus a *sensu* secundum actum, intellectus autem *universalium* et *incorporalium est,*" *Cont. gent.* l. II. c. 67. ct alibi passim.

2î) Vide Rosmini, *Origine dette Idee* sect. V. part. V. cap. XVI art. IV. *Linea di confine tra la fisiologia e medicina e la psicologia.*

cipui hujus doctrinae fundatoris, doctoris Gall, qui se ab impactis notis materialism! ac fatalismi purgare adnisus est[23], nihilominus post egregia opera quae circa phrenologiam recentissime edita sunt, insequentes veritates colligi posse videntur.[24] Ac 1. quod phrenologia, pluribus etiam ex factis quibus innititur admissis, non existât uti *scientia ra*\ 2. quod naturalistae praestantiores aetatis nostrae nihili eam fecerint[26]; 3. quod veris adversetur sanae psychologiae principiis, atque ab ipsis observationibus pathologicis evertatur[27];

In opere *Fonctions du cerveau,* tom. I. pag. 231 seqq. Certe principia a Gall posita saltem periculi plena sunt. uLes facultés spirituelles, *ait ipse,* n'agissent que par le moyen de la ṁatière; quamvis igitur has facultates ab organismo distinguat, ita tamen pendentes ab illo facit, ut nullam immaterialem operationem praestare eae posse videantur; quemadmodum vis attractionis. vis vegetativa etc. Alibi affirmat: -que la liberté morale ne saurait exister qu'avec la pluralité des organes;·· *Fonctions du cerveau,* tom.L pag. 307. Siquidem Gall necessarias voluntati ad agendum impulsiones organorum existimat, ac sine iis eam nullo sc pacto ad quidquam determinare posse: addit praeterea quod istae impulsiones *«finissent par l'emporter* ibid. pag. 281. aliaque hujusmodi, quae nisi mentem auctoris, doctrinam saltem ejus valde suspectam reddunt.

'·) Inter opera recenliora quae phrenologicum systema refellunt, eminent tum illud cl. Dcbrcyne tum illud cl. Forichonii jam a nobis commemorata: qui quidem auctores cum scientiam anatomicam ac physiologicam apprime calleant, immo profiteantur, iidemque sincero religionis studio praestent, magnae hac in re esse debent auctoritatis. Recensendum etiam est opus doct. L. Cerise, *Exposé et examen critique du système phrênoloyique,* in quo plura utilia habentur; at enim auctor sansimonismo addictus falsa ac absurda principia sua ibidem admiscet, unde et a Debrcyne, et etiam in articulo inserto in *Journal historique et littéraire de Lièges,* fasc. L Nov. 1838, ob id opportune censura notatus fuit. Demum etiam Ahrens, cujus philosophiam pantheisticam vehementer ceterum improbamus, habet satis validam refutationem systematis phrenologici in op. cit. tom. L pag. 221 et seqq.

**) Aliud est enim loqui de singulis factis, aliud de *modo* illa explanandi, ac de *legibus* constantibus, universalibus, necessariis quas phrcnologi vellent inde colligere. Celerum ex ipsis factis observatis, plura legibus istis temere confictis refragari ostendunt citati auctores.

„La phrénologie . . . comme système psychologique, c'est une conception contradictoire, comme théorie anatomico-physiologique c'est une hypothèse complètement dénuée de preuves. . . . Il est notamment remarquable qu'aucun des zoologistes français de ce siècle, qui ont si profondément étudié l'organisation des êtres vivants et la haute physiologie, ne s'en soit occupé. Cuvier n'en a jamais parlé qu'avec dédain. MM. Blainville, Geoffroy, Saint-Hilaire, Serres, Flourens, Dutrochet, Dumeril, tous les physiologistes enfin dont le nom est connu en Europe, y sont restés étrangers. En Angleterre il en est de même, sauf M. Combe. . . En Allemagne berceau de l'organologie, cette prétendue science n'est guère connue que de nom;" ita *Ga-zelte medicale de Paris* 1836, apud Dcbreyne op. cil. pag. 260. ubi vide etiam praeclarum aliud testimonium celebris physiologi Magendie qui phrenologiam vocat *pseudo-scientiam,* camque lepide irridet; *Physiologie,* Paris 1836. Tom. I. pag. 246 seqq. Potest etiam alius addi egregius physiologus Bérard, *Doctrine des rapports du physique et du moral* etc. qui saltem indirecte cam refellit.

w) Quantopere phrenologica facultatum intellectualium ac moralium divisio, juxta varia organa cerebralia, arbitraria sit, ac anti-psychologica ostendit egregie Forichon op. cit. pag. 112 et seqq. nec non Ahrens

4. quod stulta sit phrenologonnn praesumptio, durn se contendunt posse tali systemate veram construere scientiam humanae naturae, novam ethicen creare, melioremque humanae societatis institutionem atque ordinationem adducere 28; 5. quod ejus tendentia facile sit fatalistica ac materialistica, cum adeo prona sit ad confundendam passivitatem organicam cum intellectuali et morali hominis activitate29; 6. demum, quod si ex fructibus de arbore judicandum sit, aperte pateat in manibus recentiorum phrenologorum eam omnino materialisticam effectam esse, ab ipsisque spectari veluti scientificam quamdam materialitatis animi demonstrationem.30

136. Quae cum ita se habeant, quamvis nos haud velimus quidquam a theologo rejici quod vere scientificum sit, aut ad utilitates scientiarum etiam naturalium quovis modo conferre valeat: quamvis vehementer optemus ut facta quaeque observationis et experientiae, quum certe de ipsis constet, libentissime excipiantur; nihilominus inclinamur in judicium saniorum scriptorum qui in eo conveniunt, ut systema phrenologicum complexive spectatum veluti falsum ac perniciosum traducant.

Πλ DE FJTJLZSMO *AC DETERMINISMO.*

137. Cum animae humanae libertas totius moralitatis fundamentum sit, cumque ipse salutaris assensus divinae revelationi ab ea procedere cum divina gratia debeat, satis per se patet quamcumque doctrinam scientificam, quae illam quoquomodo labefactet, fidem divinam impossibilem efficere. Sed in hoc accurate attendendum. Systema enim illud quod fatali hominem necessitati subdit, quodque *crassus fatalismus'* audit, utpote nimis absurdum, haud plures forte, praesertim recentioribus aetatibus, nactum est sectatores. Ast aliud est fatalismi genus, subtilius quidem ac latentius, quod *determini-*

Cours de philosophie, tom. L pag; 246 et seqq. Ad facta pathologica quod attinet, plura afferuntur ab eodem Forichon quibus probatur: 1. Laesionem contigisse organorum cerebralium sine laesione facultatum intellectualium. 2. Facultatum istarum amissionem cum laesione organica, sed aliis plane punctis ab iis quibus organa respectiva a phrenologis assignantur; ibid. pag. 138—148. Vide etiam apud Debreyne epistolam ad ipsum D. Spurzheim conscriptam de quodam singulari facto systemati phrenologico directe adversante 1. c. pag. 261.

“) Ipsc Ahrens ait de hoc systemate: •Que ses prétentions - - - - ne sont qu'un témoignage de son ignorance profonde sur les choses qu’il veut ✻réformer; 1. cit. pag. 246.

29) Fuse haec tractantur in opp. cilt. lum Forichon, tum Debreyne, nec non apud ipsum Ahrens qui praeterea addit: »La phrénologie tend à faire de l’homme un pur animal en annualisant presque toutes scs ✻facultés; 1. c. pag. 240. Cl. Forichon eam appellat: »Cetle doctrine, mortelle pour la science autant que pour la ✻morale;· préf. pag. XVI.

30) Sat est nominare doct. Broussais, ejusque scholam. Contra recentiores istos phrenologos praesertim insurgunt egregii duo auctores galli memorati, eorumque putidum materialismum in lucem adspeclumque proferunt.

stat profitentur, qui nempe animum immuneni tantum a *coactione* agnoscunt, sed eum rationibus internis queis resisti non possit, semper et necessario determinari volunt. In hoc haud pauci philosophi vel animi perversitate, vel inconsulto inciderunt.31 Nil porro de absurda dicemus Kantii et kantianonim sententia, qui dum animum, ut *phaenomenon* spectatum, liberum practice dicunt, utrum tamen ut *noumenon* consideratum seu theoretice liber sit. ignotum plane ajunt: quo fit ut libertatem *metaphysicam* ac *transcendentalem,* quam ipsi vocant, veram nempe libertatem, nisi subtrahunt animae, *probUmaticam* saltem relinquant.32

138. Nimis igitur interest cum catholici hominis tum praecipue theologi, ut in quavis quae profertur philosophica doctrina, apprime dispiciatur utrum natura humanae libertatis recte sit definita ac statuta, utrum vera eligendi vis ac *(ὠτοεξουσία* in tuto posita. Id quod eo magis necessarium evadit ob pessimas ac absurdas novatorum saec. XVI. doctrinas, quae magnos ubique influxus habuerunt. Ipsi enim veluti ex condicto libertatem animae humanae tamquam errorem philosophicum adorti sunt, indeque tot errorum monstra deduxerunt. Id praesertim Lutheri proprium fuit, id Mclanchthonis, licet suam postea sententiam revocarit33, id Calvini ejusque asseclarum; atque ex hisce corruptionis fontibus nunc aperte nunc latenter in bajana, janseniana, quesneliana placita virus dimanavit: quae omnia suo loco fuerunt a nobis disputata. 34

139. E recentioribus vero philosophis sunt, qui ita libertatem animae humanae cum Dei praescientia committunt, ut si logice procedere vellent, alterutram negare dicendi essent.35 Sunt qui dum libertatem homini vindicant, in Deo tollere videantur.30 Ah alii» adnotandie supersedemus, quippe auditores nostros ad saniores philosophos, qui ex professo hoc de argumento tractant, remittimus.

31) Essentialis in hoc est, ut suo loco probavimus, distinctio inter actus spontaneos, voluntarios ac liberos, quam qui neglexerunt, libertatis humanae naturam funditus everterunt. Hinc merito improbata est definitio libertatis tradita recenter ab italo Romagnosio, *Introd. al diritlo pubblico,* part. IL cap. I. §. 115. *Activitas entis intelligentes quatenus in actibus suis ab obstandis immunis* est. Hoc enim libertatis genus *necessitatem internam* minime excludit, optimeque aptari posset voluntati in bonum universim, seu in propriam felicitatem tendenti, quae certe in hoc vere libera haudquaquam est. Inter deterministas fuit germanicus Basedow.

") ..Distinguere animam, ait apposite Imre, in *phaenomenon et noumenon,* ac ita ut supra de ejus libertate statuere mihi idem videtur ac animae, in quantum noscitnr, libertatem denegare, attribuere vero in quantum non noscitur; anima enim qua *noumenon,* est = x; est aliquid indeterminatum qnod tantum cogitari per praedicata negativa, sed cognosci numquam potest: et tamen ut *substratum* suo *phaenomeno* quod liberum non est, invenitur." *P. III. Metaph. applic.* pag. 236.

M) Cf. Môhler, *Symbolique,* tom. L pag. 56 seqq.

**) In tract. *De Deo Creatore,* part. III. cap. 5. num. 482 seqq. nec non in tract. *De Gratia,* part. IL cap. 1. num. 472 seqq.

") In hunc scopulum impegisse videtur recens eclcclicae scholae sectator Damiron, *Psychologie,* tom. IL pag. 75. qui *hominem* ac societatem quibusdam, quas vocat, *epochis fatalibus* subjicit, quae nempe divinae praescientiae subsunt: in iis contra quae homo libere agit, independenter omnino a

DE PLACITIS PHILOSOPHICIS, QUAE INDIRECTE FIDEI SUSCEPTIONI OBSISTUNT.

140. Jam satis declaravimus, quid nos per ea systemata, quae *indirecte* christianae fidei viam praecidere possunt, intelligamus. Nunc ut de iis aliquid singillatim attingamus, ne ex una parte nimis prolixi simus, ex altera vero quod nostrorum temporum ratio postulare videtur omnino non omittamus, animadversiones nostras ad tria tantum philosophandi genera coarctabimus, nempe ad sensismum mysticum, ad empirismum, ac demum ad hermesianismum philosophicum.

I. DE *SENSISMO MYSTICO.*

141. Ex satis abunde in priori articulo vindicatis liquet *scepticismurn religiosum* aut *mysticum,* illum scilicet quo nativa rationis vis aut extenuatur ant penitus destruitur, quasi nempe facilior hac via fidei acquisitio ac susceptio redderetur, e converso tendere ad evertenda fundamenta probationesque Christianae revelationis.1 Quapropter opus non est diutius immorari in ejus-

divina praescientia eum agere affirmat, ac Deum juxta humanas operationes successivas consilia sua moderari. Cf. quoad hoc systema atque consectaria quae inde manant. egregium opus cl. P. Aloisii Taparelli Soc. Jes. *Saggio teoretico di diritlo naturale,* Palermo 1840. vol. I. pag. 25 et 164. ubi etiam auctor optime ac philosophice veram libertatis indolem explanat, ac a variis erroribus tuetur.

") Creatio divina rerum in tempore ex nihilo absoluto est haud paucis qui nunc philosophantur, magna errorum occasio. Siquidem isti non distinguentes activitatem ac vitam essentialem ac necessariam Dei *mi intra,*- et activitatem liberrimam vitamque ejus extrinsecam in operibus *ad extra,* liment nc si Deo libertatem in mundo creando tribuant, omnem illi auferant vilam atque activitatem: itaque nonnisi *necessitatem* in omnibus actibus divinis agnoscere volunt. Accedit quod iidem nolint secernere libertatem in se quae simplex perfectio est, ab iis imperfectionibus, quae liberlalcm comitantur in homine, et proinde ne aliquid imperfectionis in Deo admittant, libertatem ei sustollunt. Cf. de his erroribus Galluppi, *Lettere filosopche,* Napoli 1838, pag. 307 seqq. sed praesertim egregium articulum philosophi siculi Salvatoris Mancino in *Ephem. Siculis,* n. 76. Januar. 1840. pag. 23. circa sententiam Cousinii de libertate divinae voluntatis.

*) Placet heic egregium Leibnitzii locum aiferre, quo nil opportunius. ..Comme l'on peut dire que la raison est une révélation naturelle dont Dieu est l'auteur, de même qu'il l'est de la nature, Ton peut dire aussi que la *révélation* est une raison surnaturelle, c'est-à-dire une raison étendue par un nouveau fond de découvertes émanées immédiatement de Dieu : mais ces découvertes supposent que nous avons le moyen de les discerner qui est la raison même; et la vouloir proscrire pour (aire place à la *révélation,* ce serait *s'arracher les yeux pour mieux voir les satellites de Jupiter à travers un téléscope." Nou-*

lt;

modi *nihilisme,* quem ostendimus originem suam ex fontibus trahero priorum reformatorum. Juverit proinde agere potius de alio systemate, de *sensümo* nimirum seu potius (sit venia verbo) *sentimentalismo mystico,* de ea videlicet doctrina, quae intellectus ac rationis viribus diffidens, constituit certitudinem veritatis praesertim *suprasensibilis,* cujusmodi est existentia Dei, immortalitas animi, lex moralis etc., ac proinde veritatum ad religionem spectantium in interiore quodam ac religioso animi ssnsu.

142. Ut ea tamen qua par est perspicuitate progrediamur, praemittimus nos haud ablegare ex homine interiores illos sensus *(sentimenti),* quos beneficus generis humani Conditor indidit hominum cordi ad illud facilius suaviusque perducendum in id omne quod verum, rectum, ordinatumque est. Admittimus sensum quemdam *rationalem* vi cujus animus ad veritatem impellitur, in ejusque acquisitione vehementer delectatur: admittimus *moralem* sensum quo suapte natura approbat, sibique complacet de actionibus intrinsece rectis et honestis, ac pravas aversatur ac damnat[2]: admittimus sensum, ut ita dicam, *aestheticum,* quo homo pertrahitur ad amandum, ac gustandum quidquid pulchrum, decorum, debitisque proportionibus dispositum est. Hinc qui ex humano corde hos sensus convellere niteretur quos Deus ipse inseruit quique oriuntur a duabus iis generalibus ac insuperabilibus propensionibus quas homo secum fert in *verum* ac *bonum"],* nae ipse humanam naturam parte sua essentiali destitutam ac veluti mutilam redderet. Ast ex altera parte pro certo tenendum'est, si ejusmodi sensus utilia subsidia sunt, haud tamen esse criteria, seu *normam supremam semperque tutam* cognitionis et operationis humanae. Rationi quippe atque intelligentiae divinus Conditor impressit participatione sui divini luminis, ut loquitur s. Thomas, imaginem ac similitudinem *suam. Haec proinde solum esse possunt criteria suprema

veaux Essais sur l'Entend, hum. liv. IV. cap. 19.

') Ad rem ajebal Augustinus: »Habemus enim alium interioris hominis *sensum* isto (scilicet sensu *corporeo)* longe praestanliorem quo justa et injusta sentimus. ... Ad hujus sensus officium non acies pupillae, non foramen auriculae, non spiramen narium, non gustus faucium, non ullus corporis tactus accedit.·' *De Civit. Dei,* lib. I. cap. 23.

J) Nemo magis philosophice ac luculenter id ostendit quam cl. Gerdilius in satis nota *Dissertazione sulT origine dei senso morale* etc. opp. tom. II.

4) «Ipsum enim lumen intellectuale, ait d. Thomas, quod est in nobis, nihil est aliud quam quaedam participata similitudo luminis increati, in quo continentur rationes aeternae.- I. p. qu. 84. arL 5. -Ab ipso (Deo) anima humana lumen intellectuale participat, secundum illud: Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine." L p. qu. 79. ari. 4. Illud porro adnotandum, numquam s. Thomam scientiam ex *instinctu* aut caeco interiori sensu repetere, sed semper assurgere ad *inleUiyendi* facultatem, ad *lumen* nempe *intellectuale,* ad notitiam *primorum principiorum* . quae sunt quasi *quaedam seminaria scientiarum (de verit.* qu. XL art. 3.): »Ad conceptiones universales quae stalim lumine intellectus agentis cognoscuntur per quas sicut per universalia principia judicamus de aliis, et ea praecognoscimus in ipsis;· ibid. qu. X. art. 6. Quae quidem aliaque

ac tuta in ordino naturali, quae dirigere hominem debent circa verum et honestum : atque etiam in ordine supernatural! Deus intelligentiae ac rationi proponit revelationem suam tot characteribus seu motivis credibilitatis praeditam, ut illam istorum ope cognitam, cum divinae gratiae subsidio, rationabili obsequio amplectatur. Quapropter *sensismus mysticus,* qui alia via incedit, quin faveat susceptioni fidei, ejus fundamenta plane labefactat.

143. Sane 1. *Sentimentalismus mysticus* res est caeca, subjectiva, instinctiva; idoneus proinde non est ad certo agnoscendum quod *objectteum* est, multo vero minus cum agitur de veritatibus non immediate evidentibus, cujnsmodi sunt veritates quas memoravimus. Hae siquidem exposcunt ratiocinium, quod constare debet ex pluribus etiam factis contingentibus. 2. In *sentimentalismum* phantasiae vis immediatum exercet influxum, qua nihil validius reperitur ad mentis illusiones procreandas confovendasque. 3· Ipse *se solo* nequit probare, validamque reddere veritatem quam sentit, quippe qui proprius cum sit subjecti, quod eam sentit, utpote individualis, nequit eam sensui alterius communicare. 4. Idem consequenter efficit veritatem mere relativam, ac mutabilem, viamque propterea scepticismo, etiam cum agitur de revelatione, latissimam sternit.

144. Haec quidem rationibus intrinsecis assumptum evincunt. Ast facile id ipsum esset experientia multiplici confirmare. Liceat nobis ad ipsum provocare Joann. Fridericum Jacobi qui, uti alibi innuimus, veluti princeps hujus *sentimentalisticae* doctrinae haberi potest. 5 Hic porro statuit veluti principia: 1. quod *instinctus, utpote rationis energia,* ad Deum tamquam *suam personalitatem habentem* agnoscendum impellat; sed *intellectus* impellat directe ad *pantheismum* ac *nihilismurn;* 2. quod scientiae intersit dissolvere atque *annihilare realitatem.* cum haec sola possibilis sit via vere ad hanc perve-

id genus innumera quae afferri possent etiam ex aliis doctoribus sanctisquc patribus, ab iis perpendi vellemus, qui se putant veritatis causae tunc demum prospexisse, cum *intellectum* humanum, nobilissimam nempe potentiam , divinique intellectus imaginem, non modo infra *rationem* perinde ac si ista *realiter* distincta ab illo esset, sed infra instinctivam quamdam sensionem depresserint.

Jl Haud nos fugit, quae de Jacobi dicturi sumus haud paucis praesertim in Germania permolesta fore, qui nempe philosophum hunc in deliciis habent. Nec vero nos eidem omne meritum demere volumus: scimus illum haud parum contuDsse ad excitatam in Kantium ac criticismum admirationem evellendam : scimus cum praeclarae indolis optimique ingenii fuisse, ac sincero animo philosophatum esse. Sed haec omnia naturam systematis sui minime immutant. Nos porro quoniam opera Jacobi ad manum habere nequivimus, loca ex eo allata decerpsimus ex opusculo gennanico cujus titulus: *»Aphorismen uber Nichtioissen und absolutes Wissen im Verhîiltniss zur christlichen Glaubenserkenntniss,* seu *Aphorismata circa nihil scire et absolutum scire in nexu cum cognitione Christianae fidei,* auctore Carolo Frid. G...1. Berolini 1829. Neque vero ob id hujus auctoris berolinensis doctrinam probare ullo pacto intendimus.

niendi; siquidem *objectum* e medio tollatur oportet, ut *sciri* illud possit.6 Ex his porro principiis in *nihilismum* et *idealismuni* etiam religiosum idem ipse, logica saltem consequentia, dilapsus est. Hinc asseruit veram religionem destitui debere quavis *exteriore forma',* indifferentem plane rem esse, utrum Christus realis fuerit necne8: hinc pariter fidem historicam christianismi confregit -: Deumque se manifestare extra animam hominis potuisse, negare visus est '°, aliaque id genus plura. Habes porro hic totidem assertiones christianismi essentiae eversivas: quae quidem undenam suapte natura profectae sunt nisi ex eo mvsticismo, quo egregius aliunde iste philosophus rationalem instinctum in perpetua ad intellectum oppositione constituit, negavitque posse rationem, prout intelligens ac ratiocinans est, sibi Dei existentiam ejusque attributa, animi immortalitatem, credibilitatem positivae revelationis, aliasque ejusmodi veritates demonstrare?

145. Idem contigit recentiori alteri scholae *sentimentalisticae* sectatori, Schleiermacher. qui ex suis principiis inductus est ad affirmandum, religio-

*1 Jacobi, Von *den gütllichen Dinyen,* seu *De divinis rebus,* pag, 152. Item epist. *Jacobi ad Fichte,* pag. 14. opusc. cit. pag. 18. Ut res clarior fiat, juvat animadvertere quod cum scientia ex nexu inter *subjectum* cl *objectum* cxurgat. philosophi neo-germanici contendunt non posse dari scientiam nisi *subjectum* et *objectum* .simul compenetrenlur; sed in hoc oppositam inter se viam ineunt. Alii enim volunt *objectum destrui* debere in cognitione ut transeat in *subjectum:* atque ita Jacobi; alii e contra qiiod *subjectum* debeat destrui ac transire in *objectum* al cum illo idenlificetur: ita Schelling, Hegel etc- Inde tot absnrda utrinqne sive *nihilismi* ac *idealismi* sive *panlheismi.* Certe si objectum ac subjectum idenliflcari deberent in cognitione, cognitio impossibilis redderetur, quippe quae dicat per se *dualitalem,* nempe distinctionem inter subjectum cognoscens et illud quod cognoscitur.

7) Jacobi, Von *den giittlichen Dingen,* pag. 61 seqq. En ejus verba: -Verae religioni tantum abest ut adscribi possit *externa* aliqua *forma* sicut *forma unica et necessaria,* quin e contra perlinet ad ejus essentiam, *nullam* talem *formam* habere. Opusc. cit. pag. 22.

s) -Utique, quantum ad *essentialem* veritatem meae conceptionis, est mihi indifferens quid Christus *per se fuerit extra me,* utrum conceptui meo *in realilate responderit* vel *non responderit.* Quid *in te sit,* hoc est quod tantum interest: ae in te est Ens vere divinum, quia quidquid homo divini intueri potest, Christus *imagine,* ac *nomine* id repraesentat. *Von den giillli-chen Dinyen,* pag. 63. opusc. cit. pag. 23. Ubi haec praeterea ex Jacobi doctrina dedncuntur: -Homo revelat Deum sicuti Jesum, dum se spiritu supra naturam extollit, uti Jesus; ast Jesus non est Deus ipse: in ipso habitavit plenitudo divinitatis, uti in unaquaque creatura Dei quae nequii negare Crealorem suum." Citatur ob hasce assertiones Jacobi, *Von den giittlichen Dinyen,* pag. 189, 63-

') Jacobi in episl. ad Lavater, vol. II. 55. -In quantum christianismus est *mgslicismus,* est ille mihi unica religionis philosophia, quae concipi potest; ast eo minus ego in *fide historica* invenio unde proficiam.· Alibi fatetur se .omnem theologiam in sua parte mystica pro aeque vera, in parte sua non mystica pro *aeque erronea* habere, aut etiam in alio respectu pro aeque *insulsa* ac *perniciosa."* Vol. II. pag. 146. conf. 558. opusc. cit. pag. 28.

'·) -Tam parum potest Deus falsus esse extra animam humanam, quam *Deus verus potest extra ipsam apparere."* Cf. opusc. cit. pag. 32.

nem esse *infinitam,* nee Bub aliqua forma determinata concipi oportere, sed sub quacumque nobis illa demum appareat, religionem cujusvis individui expressionem esse sublimis veritatis, eo quod statum actualem Benaue interni exprimat in homine religioso. 11 Nec aliter evenit De Wette alteri *sentimentalistae,* juxta quem *revelatio* universim non est, nisi *praesensio* quaedam regiminis illius quo Deus gubernat mundum in evolutione historica religionis; quod vero christianismus sit manifestatio religiosa divina, est mere receptus fidei articulus, id est *judicium pure ideate,* quod nulli rationali fundamento potest inniti.12 Alia recentiorum Germaniae scriptorum adduci possent exempla, qui Christum historicum nonnisi in sensu interno mystico quaerunt, atque ita in rationalismum theologicum praecipites ruunt.13

146. Ad hanc *sentimentalistarum* classem praeter Joann. Jac. Rousseau revelationis hostem acerrimum, pertinuit etiam Benjaminus Constant, qui conflictum perpetuum instituit rationem inter et interiorem mysticum sensum14 contenditque sensum istum religiosum homini connaturalem principium esse religionum omnium : eas proinde omnes totidem esse hujuscemodi sensus formas, qui suapte natura evolvitur in homine, tenditque ad suam perfectionem. Hinc homo haud recipit religiones ex rationali animi persuasione aut quia sunt *objective* certae ac verae, sed eas sibi creat quia illis indiget, et veluti naturale germen ex illo interno sensu necessario efflorescunt. 15

147. Ex eodem plane principio profluxit jampridem *pietismus* inter protestantes 16, ac *quackerismus* quoque ad illum veluti ad fontem suum revocatur.17 Jacobus Bohme, Swedenborg, aliique visionarii ab hoc mysticismo

") Cf. quoad Schleierniacher op. cit. *Histoire critique du rationalisme,* pag. 364 seqq. ubi auctor varias persequitur phases quas illius doctrina subiit, seu varia potius *relumina* quibus Schleierniacher suam doctrinam obduxit.

⅟ Cf. *Histoire critique du rationalisme,* pag. 382 seqq. ubi doctrina rationalistica ipsius De Welle expendilur, ac adnolalur cum fuisse discipulum philosophi Fries cujus placita philosophica ..se rapprochent de ceux de Jacobi par la valeur qu'il accordait à la foi el au pressentiment de Γéternelle vérité.‖ Subditur porro quod De Wcttc ..place le sentiment au dessus de la certitude scientifique."

n) Cf. op. cit. *Histoire critique* etc. cap. 21, 22. *Théologie spéculative fondée sur le sentiment;* ex quo patebit non solum ex nimia virium rationis exaggeratione, sed etiam ex nimia illarum depressione viam ad ralionalismum patere.

*<) In op. *De la religion considérée dans sa source, dans ses formes et ses développemens,* ubi scribit: Tout ce qui est du ressort du raisonnement, est variable el contestable par son essence. La logique fournil des syllogismes pour et contre toutes les propositions.··

,s) Ibid. pag. 83. -Les dogmes, *inquit,* les croyances, les pratiques, les cérémonies sont des formes que prend le sentiment intérieur, et qu'il brise ensuite;·· deinde subdit ibid.: ..Observez comme toutes les motions se groupent autour du sentiment religieux, et dociles à un moindre signe se modifient el se transforment pour le servir.·· Hoc systema refellit cl. Rosmini in op. *Frammenli di una storia dell' empiéta,* quod fuit gallice translatum. Lyon 1837.

,6) Vide *pietismi* historiam in op. cit. *Histoire critique du ration.*

,7) De hoc cf. Môhler *Symbolique,* tom. II. lib. IL cap. 2.

permoti sunt ad religionem Christianam modo suo construendam. 18 Ex quo evidenter patet mysticismum sentimentalem nimis esso verae fidei non minus ac ipsi scientiae infensum. Vera siquidem scientia omnes complecti debet bominis facultates, neque quod magis est essentiale ac praestans, cujusmodi intelligentia est, excludere.19 Caeterum quae de myslicismo hactenus scripsimus, falsum, ut per se patet, *mysticismum* impetunt; nec quid habent commune cum religioso animi affectu qui scripta etiam philosophica maxime decet; nec cum vera mystica theologia, seu *sanctarum scientia.* quam patres etiam tantopere coluerunt, quaeque rationem quin destruat, supra seipsam mirifice attollit.

tt DE EMPJRISMO.

148. Dum empirishinm improbamus, haud certe mens nobis est quidquam detrahere propriae, dictae *experientiae* ac sedulae factorum observationi, quam non modo utilem, sed necessariam esse saepe diximus ad philosophiam constituendam, cum haec non ex meris notionibus abstractis sed ex amico foedere rationem inter et experientiam debeat exurgere. Unde gratulandum est recentioris aetatis philosophis, quod magis accurate ad hanc expérimentaient philosophiae speciem non modo in scientiis naturalibus sed in rationalibus etiam animum applicuerint.

149. Itaque heic tantum reprehendimus veluti religioni saltem *indirecte* noxium illud philosophandi genus quod in meris factis experimentalihus sensus sive externi sive interni sistit, in iisque totam scientiam collocat, abstractas autem ac *untologicas* notiones ac principia universalia rationis veluti futilia ac nullius roboris ablegat: quo fit ut facile confundat *intelligere* cum *sentire,* ac proprietates sensus ad cognitionem transferat; omnia ratiocinia *a priori* aut excludat, aut cum ratiocinio *a posteriori* permisceat; ratiocinia e conceptibus abstractis ac axiomatibus in principiis identitatis fundatis eruta de noto ad ignotum detegendum ducere unquam posse neget; atque, ut verbo dicam, exinde fit ut quaevis *ontologia* implicite aut explicite a philosophia eliminetur.

*8) De Swedenborg ci. Müliler, *Symboligue,* tom. II. lib. II. cap. 4. nec non quae alibi de eodem scripsimus. Jacobus Bôhme vir fuit plane singularis, e sutore philosophus. Ejus scripta rudi sed ingenuo stylo exarata ac myslicismo plena (sic tamen ut fidei mysteria praesertim Trinitatis eleventur) fuerunt recenliori hac aetate in Germania iterum in lucem prolata, ac valde decantata. His delectatus est vehementer F. Baader qui cl ipse ex myslicismo suo a reclo religionis tramite late aberravit.

r>) Apposite, quamvis protestatis, auctor cit. *Hist. erit, du ration.,* pag. 384. ubi de rationalisme *sentimentatistico* disserere incipit, scribit: «C'est sur Γ ensemble des facultés humaines qu'il faut élever Γ édifice de la vérité, si Ton ne veut pas qu' il s'écroule d'un coté, pendant qu'un Γédifie de Γ ǎutre.

150. Ad saniores philosophos, qui data opera hujus philosophiae intrinseca vitia persequuti sunt, auditores nostros remittentes, ad rem nostram adnotamus, empirismum hujusmodi 1. humanae rationi dignitatem omnem demere, quae nempe non in meris factis sensibilibus percipiendis consistit, sed in intrinsecis idearum nexibus detegendis, in principiis universalibus intuendis factisque applicandis, ac novis inde veritatibus deducendisj quae omnia in alio sublimiore ordine quam experimental! sita sunt: 2. scientiam proprie dictam e medio tollere. Facta enim etsi innumera ac sedulo observata semper in *individuo* versantur: nequeunt ergo nec universalitatem, nec necessitatem illam gignere quae ad veram scientiam omnino requiruntur. 20 3. Ex quo etiam consequitur, veritates maximi momenti metaphysicas de anima ac de Deo ita in hujusmodi empirica philosophia constitui, ut facili negotio concutiantur ac concidant. Quid vero de morum scientia dicendum? Illud éertum est omnia moralitatis systemata, quae inde prodeunt, morales leges earumque obligandi vim ex mera utilitate, ex hujus vitae felicitate, ex amore socialitatis, ex societatis perfectibilitate dimetiri; numquam altius assurgere; ordinem intrinsecum ac immutabilem in ipsis rerum essentiis constitutum, absolutum humanae voluntatis bonum positum in ordinatione etiam naturali ad Deum veluti principium ac ultimum finem suum, in iis empiricis systematibus plane ignorari. Quod sane nil aliud est, nisi veram et intrinsecam moralitatem ac naturalia hominum officia specie tenus adstruere, re penitus eliminare. *' 4. Quam facilis demum ex hoc empirismo ad materialismum ipsum sit descensus, jam fuit a nobis adnotatum: hinc in ipso Kantio empirismus suus phaenomenalis cum materialismo arctissime copulatur. 22

151. Quantopere porro ecclesiae patres ac doctores ab hac tam abjecta philosophandi ratione abhorruerint, compertum est. Augustinus sane, qui tum ingenii acumine tum diuturno veterum studio in rebus philosophicis adeo

M) Cf. quae diximus in *Praenotandis*. Addimus in ipsis scientiis physicis quae ab experientia totae pendent, non qui plura facta observarunt optime de illis meritos fuisse, sed qui notionibus onlologicis, ac logicis crileriis melius utentes, leges naturae universales ex factis colligere ac recte stabilire potuerunt. Quanto autem id magis in scientiis quae *rationales* vocantur, contingere opus est!

21) Certe si doctrinae morales eorum omnium qui audiunt *utilitarii* ac *socialistae,* expendantur, uti Bentliami, Romagnosii etc. eas in *theorctico* empirismo de quo loquimur fundatas comperies. Hoc sensu verum est quod gallicus explanator Kanlii, idemque kantianus Villers profert: ..Dès qu'on eut placé *les sens* sur le Irône de la métaphysique, l'analogie conduisit *l'interet* sur celui de la morale;" *Philosoph. de Kant,* Metz 1801. pag. 159. Licet hoc improbemus in sensu *purislarutn* kantianorum qui virtutem moralem destrui docent, si homo cx proprio, licet *cerae,* felicitatis suae amore, non cx mera legis reverentia honeste agat.

2î) Hoc jam attigit Baldinottus op. cit. *Tentam. Metaph. Appendix, de Kantii philosophandi ratione,* §. 925. Sed intimos nexus inter kanlianismum et materialismum in apertissima luce collocavit cl. Galluppius, *Saggio critico* etc.

valebat, si ad observationem factorum interiorum solerter provocat, scientiam tamen tum metaphysicam tum moralem non ex illis tantum sed praesertim ex principiis et notionibus ontologicis repetit, ac rationis in eo praestantiam et cum divina mente veluti cognationem ostendit.[23] Inter Graecos Basilius in primis, Athanasius. Damascenus etc. quoties vel de anima vel de Deo. vel de morum lege philosophantur, eidem insistunt viae : inter Latinos posteriores doctores Anselmus in *Proslofrio* et *Mtmoloffio,* s. Bonaventura[24*] atque. ut ceteros omittam, s. Thomas, licet magis Aristotelis, quam Platonis placita sectaretur, semper principia rationis, ac universales notiones ontologicas veluti necessaria scientiarum rationalium elementa adhibet.[25] Detur igitur psychologiae empiricae quod revera ipsi tribuendum est. sed vera ontologia non sejungatur ab ea. nisi non tam philosophiam, quam philosophiae umbram habere quis velit, quae proinde Christianae ipsi lidei exitialis existât.

ZΠ. *DE HERMESIANISMO PHILOSOPHICO.*

152. Ninus jam comperta est historica genesis illius philosophicae doctrinae. quam Georgius Hermesius haud multis ab hinc annis invexit.[26] Hermesius enim superiorum philosophorum ac theologorum scientiam pauci aut nihili faciens, cum theologiam omnem in tenebris jacere putaret[27], ac. in gravissimis jamdiu de anima, de Deo. de revelata religione dubitationibus versaretur[28], cumque ex philosophicis scriptis Kantii et Fichtei, quibus inprimis delectabatur, acrius se ad ejusmodi dubia excitari persentiret, no\am

ii y

w) Cf. lib. X. *De Trinil.,* libros très *contra Academicos,* sed praesertim lib. II. *De libero arbitrio,* cap. 7—12- ubi Augustinus in dialogo cum Evodio de uumerorum ac unitatis ideis philosophando, ostendit scientias morales ac metaphysicas aeque incommutabilibus ac aeternis principiis inniti ac res geometricas.

*) -Retinet, ait egregie s. Bonaventura, (mensi *scientiarum principia et dignitates* ut sempiternalia et sempiternaliter, quia numquam potes! sic oblivisci eorum (dummodo ratione utatur), quin ea audita approbet et eis assentiat, non tamquam de novo percipiat, sed tamquam sibi innatu et familiaria recognoscat'· *hin. mentis* etc. cap. 3.

2J) Cf. supra num. 142- nota 4. pag. 322- Ilaud inficiamur aliquos e scholasticis esse conceptibus abstractis abusos, ac ontologiam saepe non tam realem quam *nominalem* sectatos fuisse: sed abusus rei veritati minime officiunt.

s) Quoad germanicos. plures jam de hoc argumento conscripserunt. Quoad ilalos cf. si lubel articulos duos jam a me editos ac insertos in *Annali delle science religiüset* vol. VII. fasc. 19- et vol. IX. fasc. 27.

2,J *Philosoph. Einleilung* seu *Introdudio philosophica.* Monasterii 1819. Praei. pag. IV.

Ibid. pag. IV, V. -Et tamen ego, inquit . nondum *fundamentale dubium CGrundzweifel) utrum reapse Deus sit.* mihi professus eram, usque dum tandem conscientia mea, aut quocumque tandem aptiori eam modo appellare quis velit, vis illa insuperabilis interior quae me impellebat, ita me iterum iterumqne atque acriter increpabat de mala fide, qua ego me super *fundamento rerum omnium* illudere volebam, ut me tandem determinavi ad hanc ipsam etiam quaestionem aperte aggrediendam ℮tc,·

philosophandi viam, nullius ante pede tritam, pertentare aggressus est. Post diuturnas plurium annorum commentationes emersit e dubio29: ac systema tandem illud philosophiae confecit, quod scientiae metapbysicae ac morali iterum construendae, revelationi Christianae et catholicae religioni demonstrandae, ac demum ipsis theologicis dogmatibus aedificandis unice aptum ac firmum judicavit. Illud porro in sua *Introductione philosophica* fuse exposuit. A ceteris hujus doctrinae philosophicae vicibus commemorandis, utpote jam notis, heic supersedemus; sed quoniam tractationis nostrae ratio fd postulat, nonnullas animadversiones instituemus 1. circa *methodum,* 2. circa *naturam,* 3. circa *applicationes* hujus philosophici systematis quod ex nativa origine ac instituto suo arcte cum fide ab auctore ipso conjunctum est.

153. I. **Methodus.** Quoad methodum incipit Hermesius a *dubio,* per *dubium* perpetuo progreditur, ac perseverat in *dubio* quousque vel minima dubitandi ratio supersit. Dubium porro istud hermesianum est 1. *universale,* quippe complectitur quamcumque veritatem, nulla excepta, etiam primitivam, etiam evidentissimam sive facti, sive rationis; respicit ipsum principium contradictionis, ipsam existentiam ac realitatem objectivâm nostri *Ego,* factum ipsum *immediatum conscientiae,* etiam *subjective* tantum spectatum.30 2. Est *serium* ac *positivum,* quia de ejusmodi dubio expresse loquitur Hermesius: profitetur se ex tali *serio* dubio philosophando processisse: declarat se pro iis scribere qui eodem *serio* dubio31 laborant; hortatur alios ad *hoc ipsum* dubii genus in seipsis data opera excitandum.32 3. Est *illimitatum,* siquidem dubia in omnibus et undequaque conquirenda sunt, per *omnes dubii ambages* transeundum33, eaque retinenda ac fovenda nisi omnino *necessitas absoluta rationis* tandem cogat ad aliquid pro vero admittendum vel tenendum; secus nihil unquam verum ac certum esset, sed omne aequo jure affirmari negarive posset.34 Hoc igitur *dubium* quod basis ac fundamentum systematis hujus est, limites prorsus omnes excedit illius *dubii* mere *hypothetici,* seu potius

nEt nunc tandem, ait, (gratiae ob id *sint Deo meo quem iterum inveni}* persuasionem illam nactus sum quam tantopere expetebam ac quaerebam : ego nunc tandem certus sum *Deum exislere,* me extiturum ac vitam habiturum aeternam : certus nunc sum christianismum esse revelationem divinam$_{Z}$ et catholicismum esse verum christianismum ibid. pag. 12. >.Sed dum ego doceo ac vindico fidem meam, numquam ullo modo illam existimationem, quae debetur caeleris diversis confessionibus, violabo. Quum aliquis sine ulla requie obluctatus est per *riginli cl amplius annos* ut *persuasionem* acquireret, camque *coram tribunali rationis* firmiter stabiliret . . . iste sane indulgens erga omnes evadit·.·' pag. 13, 14.

so) Id ex doctrinae hennesianae analyst inferius patebit.

3‘) Ibid. pag. 11, 14.

32J Ibid. pag. 15.

33) Ibid. loc. cit. ubi affirmat Hermesius eum qui praeceptor religionis esse debet, prius *in labyrintho dubii per omnes' suas ambages oberrare oportere.*

3‘) Pag. 10, 11. Hermcsii loca afferuntur in artic. 2. nostro ilalico jam citato ad quem remittimus.

illius *methodicae ignorantiae,* qua philosophus ad cognitionum analysim instituendam. casque suo in ordine collocandas, lingit se nescire quod inquirendo tandem detegit ac demonstrat. Herniesius contra data opera intendit ad omnes possibiles ac serias dubitationes quoscumque qui aecum philosophantur, de quibuscumque veritatibus impellere. Et quamvis demum ex dubitatione ad dogmatismum assurgat, ita tamen methodo suae dubitativae mordicus adhaeret, ita res evidentissimas omnibus dubii ambagibus obnubilat, ita dum aliquid certi te arripere putas, in dubii pelagus iterum te demergit, ut qui ejus premit vestigia, perpetua dubitatione fluctuet oportet. Hinc ex hac methodo factum est, ut Ilermesius ipse in iis quae de veritatis ac certitudinis criteriis se demonstrasse putat, contradictiones haud eflugiat, ac in *circulo vitioso* circumagatur, id quod probaturi sumus. Nimis igitur evidens est nihil esse hac methodo ad scepticismum fovendum aptius. Quid vero si cogites hanc *methodum* ipsam dari tamquam *necessariam conditionem ct radicem Christianae fidei,* eamque ad revelatae religionis veritatem demonstrandam ab Hermesio ordinatam fuisse?35

154. II. **Natura systematis.** Ad hanc dignoscendam opus omnino est paucis exhibere summam primae illius inquisitionis quam veluti ceterarum basim Hermesius instituit. Cardo versatur in eo, an detur pro humana mente *certitudo proprie dicta de veritate ac realitate objectiva rerum?36* Duplex ex hoc ipso cernitur discrimen inter dubitationem methodicam Cartesii, de qua superius locuti sumus, cl eam ab Hermesio statutam. Cartesius professus est se methodo sua quidquid ad fidem pertinet, sartum tectum plane relinquere velle: Hermesins a sua methodo *rationabile* ipsum *obsequium fidei* pendens omnino facit. Cartesii dubitatio revera fuit philosophica quaedam, vel etiam verius dixeris, velut *poetica* fictio, quam ipse stalim deserit, ut veritatem avide arripiat, firniilcrque stabiliat. Hennesius in omnibus dubii ambagibus serio diuquc circa omnem etiam primitivam veritatem versatur, lequc ita haerentem ac suspensum delinet, ul quo tandem evasurus sis nescias: ita vero tandem ad aliquid firmi pervenit, ul dubitationes omnes ex animo itajam ad dubitandum assueto minime dispellantur. Cartesius ad Deum citissime ascendit; Hennesius non modo *mundum internum,* scilicet nostrum *Eyo,* sed etiam *mundum externum,* ac legem ipsam moralem perfecte obligantem jam demonstrata exigit, antequam de existentia Dei loqui

'* *Introd. phil.* praef. pag. XVII. Certe quisquam possit. Plura alia urgeri possent: non quod nos omni ex parte velimus defendere methodum cartesianam, quae abusibus obnoxia esse potest, sed ut eluceat, quod etiamsi Hennesius suam dubitationem a Cartesio hauserit (nisi ea verius *indiijena* hermesiani criticismi planta dicenda sil), eam certe extra omnes cancellos protruserit ac maxime saltem periculosam effecerit- Ex hoc factum est, ut Prof. Baltzer vitium hujus methodi in praeceptore suo Hermesio aliqua ex parte dissimulare non potuerit: nQui vult Hermesium considerare, debet principia ejus, non *formam* assumere. . . . Forma apud Hermesium debet absolute ob plures rationes dici gravis ac implexa *(schicerfallig)* id quod necessario consequi opus erat ex methodo heurislico-analytica ita severe persecuta, quemadmodum in Hermesio contingit obluclante cum reliquiis kanlianae haeredilalis:" op. cil. fasc. 259. Quod attinet ad *principia* Hermesii posthac videbimus, aliasque ab ipso Ballzerio confessiones ingenuas excipiemus.

J6) Hennesius ita rem proponit: „Eslne pro homine determinatio aliqua super veri-

juxta Hermesium hujus certitudinis psychologica origo esse potest: vel enim determinatio animi circa veritatem nobis *necessario* imponitur et dicitur *tenere pro vero}* vel *libere* a nobis admittitur, et dicitur *admittere pro vero.* 37 De utraque ergo in duplici sectione inquirit Ilermesius.

155. Porro *tenere pro vero*88 est ex *necessitate immediata,* si enascitur in mente ex mera repraesentatione subjecti ac praedicati et nexus inter utrumquo, qnin tamen intelligatur realitas talis nexus, quin ulla intercedat *cognitio:* est vero ex *cognitione*19 ac proinde ex *necessitate mediata* si illius nexus realitas intelligatur, quod tamen contingere potest ex vi aut *intelligm-tiae,* aut *phantasiae.* Prius ergo quaerit Ilermesius utrum detur *tenere pro vero* tutum ac firmum ex *cognitione,* quae procedat ab *intelligentia* aut *evidentia* rei.40 Cum autem haec *intelligentia* aut *evidentia* possit esse vel *immediata* scilicet *intuitiva,* vel *mediata* scilicet *demonstrativa,* quaestio de utraque occurrit. 41

156. Tota vero haec quaestio post longas ambages hac conclusione absolvitur: e sola *cognitione intellectiva* seu ex *evidentia,* sive sit *intuitiva* sive sit *demonstrativa,* nullum omnino dari posse *tenere pro vero tutum* (certitudinem) nec *objeclivum* nec *subjectivum.* Quippe non datur 1. nec ex cognitione seu evidentia, quae ab intuitione sensibili externa procedit; 2. nec ex illa quae ab

tale quae luta sil, — per quas vias enascitur illa, — ac una ex illis polest necne aptari ad demonstrationem christianismi?" *Inlrod. Phil.* pag. 83.

3|) Ibid. pag. 86. Illud *«nobis imponitur* ila ab Hermesio effertur: *wird uns angelhan.*

îs) »Tenere pro vero (das Fiiricahrhalten) consistit in hoc quod nos *teneamus* (non tantum *cogitemus)* judicium nostrum consonare cum veritate, ac proinde *realiter* existere *relationem* cogitatam inter *subjectum* et *praedicatum :* ibid.

**) Aus Erkennlniss.*

4°) Hennesius vere exorditur inquisitionem a *cognitione* ex vi *phantasiae;* sed quoniam eam stalim rejicit, quippe nullam ul per se palet certitudinem veram gignere potest, eam partem inquisitionis omittimus. Cf. hic arlic. nostrum 2. pag. 36.

4I) Quam nos dicimus *intelligentiam,* seu etiam *evidentiam* rei, dicitur ab Hermesio *Einsieht.* atque ita alibi eam explicat: •*Einsieht* est ea cognitio qua perspicimus *(einsehenj* rectitudinem aut non rcctiludinem alicujus judicii, estque vel *mediata* vel *immediata,* prouli ad *sciendam* illam rectitudinem vel non rectitudinem requiritur aliud *scire* vel non;- pag. 130 (nota). Potest illa fortasse ad *claram ac distinctam ideam* Cartesii revocari. Quidquid sit, nos *intelligentiae* aut *evidentiae* vocibus eam exprimimus, sic tamen ut sensum Hermesii heie determinemus. Celerum ex *immediata intelligentia* nos juxta Hermesium putamur tenere pro *veris* cognitiones *intuitions (Anschauungen)* tum *a posteriori* uti intuitiones *sensus externi* aut *sensus intimi* tum *a priori* uti *axiomata* geometrica; pag. 89. Contra vero ex *mediata intelligentia* putamur *tenere pro veris theoremata* geometrica, et quidquid demonstratione indiget, unde *demonstratio* dicitur *medium intelligentiae* seu *evidentiae.* ‘ Tota porro haec psychologica divisio ex neo-philosophia kantiana et fichtiana desumpta est. Hinc axiomata ipsa geometrica ex *necessitate* non immediata sed tantum *mediata* pro veris haberi deberent. Cf. animadversiones quas fecimus de hac re in artic. nostro secundo.

intnitione sensibili interna dimanat; 3. nec ex illa quae oxurgit ex intnitione necessariarum inter ideas relationum: 4. nec demum ex illa quae profinit ex testimonio propriae conscientiae circa sui ipsius immediatam oxistentiam.42 Ratio juxta Hermesinm apodictica hujus conclusionis haec est, quia tametsi in cognitione *directa* illa intelligentia seu evidentia determinet mcntem ad *tenendum pro vero,* tamen in cognitione *reflexa,* seu accedente reliexione, *evidentia* illa numquam nos reddit certos utrum illa directa cognitio, sive *objectiva sive* etiam *subjectiva,* necessaria sit. Itaque cum quivis actus *reflexus* cognoscatur per alium actum *reflexum,* daretur progressus actuum reflexorum *in infinitum,* quin unquam ad *necessariam* cognitionem quae determinaret ad aliquid *tenendum pro vero,* perveniretur.

157. Haec pars hermesianae inquisitionis quae omnis videtur certitudinis destructiva, est quaedam veluti machina ab Hermesio contra Kantium admota. Kantius enim posito principio quod nulla detur certa cognitio nisi sit *necessaria,* nulla autem *necessaria,* nisi haec necessitas *intelligentia* percipiatur, *logicam* demonstrationem a *priori* in omnibus exigebat. Hermesius contra cum ex vi *cognitionis* et *intelligentiae* nihil certi nos tuto tenere posse psychologice se demonstrasse putet, gloriatur se hoc pacto principium *logico-syllogisticum* Kantii suis ipsis armis profligasse.43 Yerum heic plura contra Hermesinm occurrunt.

158. 1°. Ille idem qui principium Kantii *logicam* demonstrationem in omnibus quaerentis refellit, in hujus principii laqueos se conjicit, quippe omnia reapse logice *demonstrare* vult, factum ipsum *immediatum* conscientiae, ipsam actualitatem nostri *Ego,* ut melius ex insequentibus constabit.

159. 2°. Hinc procedit contra Kantium semper *probiematice,* nimirum supponendo *factum immedialum* conscientiae, sed numquam admittendo ejus realitatem sive *objectivant* sive *subjectivam;* quinimmo in dubium identidem revocando, ut suae universali dubitationi semper adhaereat.44

3î) „Verbo, ait Hermesius (per hanc viam) nos nequimus *tuto* admittere uti *renie»·* nc quidem *exi&tentiam* nostrae *immediatae conscientiae,* nec nostrum *necessarium scire* et *cogitare* de illa;·· ibid. pag. 130. Si quis avet cognoscere totum processum quo Hermesius ad hanc conclusionem devenit, consulat artic. nostrum secundum de Hennesii philosophia.

°) Hinc Hermesius certitudinem rerum etiam geometricarum, quatenus ex intrinseca illarum *evidentia* provenit, eliminat, easque nullum *objectioum valorem* habere, sed tantum *purum* ac *subjectivum cogitare necessarium* esse statuit. Ita vero se putat causam Christianae theologiae contra Kantium plane vindicasse: siquidem, ipse ait, si certitudo ex sola vi *intelligenliae rei* haberi non potest nec in metaphysicis, nec in mathematicis ipsis rebus, nil habet theologia unde illis cedere debeat, si hanc certitudinem assequi non potest. Sed vide art. nostrum secundum citat.

4‘) Absurdum certe est disputare philosophice vel dubitando de voracitate testimonii *immediatae conscientiae* vel illam tantum *problematic?* supponendo: quidqnid enim ratiocinando effeceris, cujusnnm valons erit nisi *dubii* aut *problematic!,* quale est testimonium unde illud deducis ? Heic

160. 3°. Kantianus posant in Hennesium facile regerere: si tuum argumentum quo probas ex *intelligentia* et *cognitione,* non (lari ullam certitndinem, validum sit, jam hoc ipso probatur aliquid certi posse e sola *intelligentia* et *cognitione* probari. 45

161. 4°. At quod caput est, Hermesius 1. inutilem plane operam in Kantium suscepit40: etenim principium *ralionalisticum* Kantii satis per se concidit, dum ostenditur Kantium ipsum ex facto *immediato* conscientiae tamquam indubitato profectum esse atque super hoc totum suum systema *formalismi* superstruxisse: unde ipse etiam convincitur aliquid *rationaliter* ac *rationabiliter* admisisse, etiam sine *rationali* demonstratione.47 2. Non

aptari potest illud praeclarum Augustini: .An aliter scires te habere rationem, nisi id ratione percipercs?" *De lib. arbilr.* lib. II. cap. 38.

'* Hanc instantiam eludcre vellet Hermesius, dum pag. 134. fatetur hanc ipsam demonstrationem suam nullum prorsus habere valorem *objectivum,* sed tamen pro iis saltem valere debere, qui (uti kanliani) admittunt *tenere pro vero* certum ac firmum ex *intelligentia (Einsicht).* Sed isti iidem ipsi urgebunt semper, quo jure tu potes evertere certitudinem *intelligentiae,* nisi ex *intelligentia?* Et si revera efficis quod contendis, ergo aliquid certi *inlelligentia* per se necessario deprehendet.

u) Fatetur candide ipse Baltzer Hermesium in tota hac parte inquisitionis suae oleum et operam perdidisse. >.Hoc potest sufficere ad patefaciendam *primam kantianam reliquiam* in Hermesio manentem: ex ea quippe ipse adactus fuit ad *criticas* inquisitiones, quas ipse ceterum ex via puri facti paucis paginis absolvere potuisset;" loc. cit. pag. 122. >.Quum igitur Hermesius admissa suppositione kantiana se confert ad refutandam kantianam philosophiam *ope proprii hujus* (philosophiae) *principii,* fuit hoc, si rei substantiam spectes, labor inutilis ct parum meritorius ... ac eo minus meritorius quod iste ipse secundus articulus, modo non adeo explicatu facilis, talem subiit interpretationem ac si Hermesius vellet ibi ad exitum perducere *suam ipsius philosophiam,* dum tamen ipse tantum intendit refellere principium Kantii.·· Ita Baltzerius pag. 164, ac inter caeteros qui ita Hennesium interpretati sunt, me etiam ibi recenset in meo secundo articulo anti-hermesiano. Ego vero Baltzerio, quoniam ipse sincero procedit animo, reponam *non me quidem fugisse,* Hermesium in ea parte inquisitionis suae, dum *tenere pro vero* necessarium ex vi *intelligentiae (Einsicht)* adeo acriter impugnat, Kantium impugnare velle. Id apertis verbis tradidi non uno in loco; ac scriptum meum ita absolvebam ut monerem lectores, Hermesium post illud *opus destructionis* ad *aedificium suum philosophicum construendum* demum accedere. Igitur omnes animadversiones meae eo tantum spectabant ut ostenderem, Hbrmesium, quo Kantium profligaret, ad ipsam *legitimam intelligentiae* ac *evidentiae vim* profligandam progressum esse: id quod et nunc iterum affirmo ac enucleatius declaro. Scio ne hoc quidem Baltzerio arridere posse, quippe qui in *necessitate credendi,* seu in *necessaria fide* omne critérium verae certitudinis reponit: sed illa *fides* aut ex ipsa *evidentia* rei oritur, et tunc saltem esset *improprietas* loquendi (vide *Praenoland.* n. 28 seqq.): aut est *coeca* et *subjectiva,* et illam plane rejicimus.

,T) Rem quoad Kantium egregie jam adnolarat Galluppius: »Kant esplicitamente non ammette Γ *aliquid inconcussum,* poichê egli pretende che la sua critica sia una scienza assolutamcnte *a priori;* ora non sarebbe tale se ella partisse dai dati sperimentali della coscienza; ma essendo intrinsecamente impossibile di filosofare, senza ammetter il fallo dclla coscienza, cgli *implicilamente* ammette *V aliquid inconcussum,* poichè questo filosofo non ha alcun

taro Kantium refutavit, quam scepticismum juvare videtur Hermesius. Ex *eo* enim quod falsissimum sit principium Kantii nil certi nisi per logicam demonstrationem *a priori* admittentis, non sequitur non dari ullam *necessariam* cognitionem ex cujus *intelligentia per se* animus tutissime ad verum determinetur. Cum enim *evidentia* immediate fulget, cum animus *ultimam* rationem propositionis pervidet, cum in factis internis *immediatis,* in ipso perceptionis facto cognoscit rem aliter se habere non posse, (quippe dum sentit aut percipit animus, fieri nequit ut non sentiat, aut non percipiat) habetur certe *necessaria* cognitio metaphysica, sive absolute et *a priori,* sive hypothetice et *a posteriori,* sed quae firmissimam ac rationabilem, nullo autem modo mere *coecam* ac *subjectivam* certitudinem de veritate rei gignit. w Quaerere vero in actibus reflexis perpetuo ulteriorem rationem illius ipsius rationis in qua mens immediate *veritatem* intuetur, seu quaerere *rationem eorum quorum non est ratio,* hoc humani intellectus et rationis non est, sed delirantis ingenii. E contra Hermesius, dum ad alterum extremum deilectit, dum ex ipsa *intelligentiae,* ex ipsa *evidentiae* vi suum *tenere pro vero* tutum exurgere numquam posse, nequidem de testimonio immediato conscientiae, contendit: quo alio poterit certitudinem omnem, nisi in cocco quodam ac subjectivo facto, seu *fide* invenire, quo nil scepticisme opportunius? Rem porro ita esse inquisitionis hermesianae progressio ostendet.

162. Profligata quoad certitudinem, seu *tenere pro vero* tutum, omni *cognitionis* ac *intelligentiae* vi, aggreditur Hermesius alteram inquisitionis partem, an scilicet ea certitudo detur ex *necessitate immediata,* e subjecti nempe et praedicati eorumque nexus mero conceptu, sine ulla cognitione aut judicio de nexus ejusmodi veritate, ita tamen ut etiam in actibus reflexis talis *persuasio perseveret.*[49] Adnotat hic porro quaestionem hanc, post pliilosophicam Kantii crisin, versari totam circa principium *rationis sufficientis*[50],

timore dclle contradizioni." *Letters filosofiche* etc. pag. 296.

48) Necessitas quippe illa oritur ex *immediato intuitu* veritatis: nec aliud quam ipsa *cognitio veritatis* potest humanam mentem *necessario* ad assensum determinare. Praeclare id declarat Gerdilius: «Quando è lo spirito consapevole a se stesso della evidenza con cui conosce una verilà, egli non puô non dirsi a se stesso rillettendo, che la cosa c realmente quale egli la vede, poichè non si puô conoscere intuilivamentc ciô che non è. Laonde riguardo a quel particolare oggetlo si acquieta perfeltamente la voglia che ha lo spirito di sapere; voglia che nasce dalla inclinazione che lo spinge a rintracciare il vero, finchè l'abbia scopertn, che vale a dire, finchè gli rimane qualche cosa da conoscere. . . La conosccnza è dunque la norma naturale del giudizio: cioè la conoseenza è ciô che naturalmente determina il giudizio.* *Deli ori(tine del senso morale,* tom. II. pag. 278. opp. Roma.

,9J Hoc eiTormat objectum *articuli tertii Intr. Phil.* pag. 145 el seqq.

*·) Germanice *Dei' Satz vom Grund* seu *Principium fundamenti,* quod continet in se juxla Hermesium; veluti principia *subordinata,* tum principium *substantiae,* tum principium *causae efficientis.* Hinc nos pro *ratione sufficienti* usurpabimus quandoque vocem *fundamenti (Grund).*

undo inquirendum an istud talem certitudinem revera ex *necessitate* iwme-*diata* progignat.51 Quaerit ergo Hermesius in hoc principio: ,.omne quod exlstit, debet habere *fundamentum* unde ait“ *i. quid* cogitemus; 2. *quomodo* cogitemus.62 Detegit porro quod haec mentis functio qua cogitatur *funda-mentum* seu *ratio sufficiens* alicujus entis percepti, non pertinet ad *intellectum,* quia jam supponit hanc facultatem suum intelligendi actum plene *implevisse,* et illi *supervenit* ad hoc ut ens perceptum *reale* reddatur, ac *tutum* contra *negationem* realitatis.M Ergo ea functio pertinet ad aliam plane diversam facultatem nempe *rationem,* cujus propria est *synthelica* operatio *fundandi* seu *stabiliendi.54* Hinc ratio cogitat diverso omnino modo ac intellectus. Iste *analytice* ac *logice,* illa *synthetics.* Iste *intelligit* et *plene* quidem intelligit, illa nihil intelligit et tamen *fundat* ens ut vere sit. Iste cogitat necessario objectum aliquod: illa necessario cogitat *fundamentum a priori, superadden-*

Sl) Adnotat Hermesius, quod ante kan-lianam instaurationem etiam alia principia, uti illa *identitatis, contradictionis, exclusi medii, communiter existimabantur* nos determinare ex *immediata necessitate* ad ea pro *veris* habenda tum in cognitione *directa,* tum in *reflexa,* ast post Kan-tium non amplius ea philosophice spectari nisi veluti *meras leges cogitandi:* hinc, ait Hermesius, eos qui adhuc illa appellant *principia formalia veritatis,* verbis ludere: quia «principium *formaliter verum* non est nisi reda *cogitatio* sine *ullo respectu* ad *veritatem,* ac principium *veritatis forma-lis* nil nisi *lex cogitationis*;·· loc. cit. pag. 150. Ex quo patet haec *rationis princi-pia* nullum *valorem objectivum* juxta Her-mesium habere: de quo alibi. Tantum dc *principio causali,* pergit Hermesius, est adhuc quaestio inter *realistas,* qui valorem illi *objectivum* ac *realem* tribuunt, et *idea-lisms,* uti Kant el Fichte, qui etiam illud inter *formalia* principia seu inter meras *le-ges cogitandi subjectivas* amandant. Ergo de hoc tantum, concludit, potest heic quae-stio institui; ib. pag. 151.

H) Intr. Phil. pag. 153.

w) ..Haec nova igitur cognitio non est ullus actus *intellectus (des Verstandes),* quia nil in ea *intelligitur,* nec etiam ullus *intelligendi* actus per illam procuratur aut promovetur: sed ea praesupponit *το intel-ligere* et quidquid pertinet ad illud, veluti *completum (vollbracht),* et supervenit tunc ejusmodi *actui cognoscendi completo* veluti novus omnino ac ab eo diversus co-gnoscendi actus, ad hoc ut *ens* seu *objec-tum* in primo actu jam cognitum reddatur *subsistens,* ac *tutus fiat* a *non-esse*. uno verbo, ut *fundatum* sit *(damit es begriin-det irerde) i"* loc. cit. pag. 154.

M) Ratio seu *facultas fundandi* est *Vernunft. ..Ratio,* ait Hermes, est facul-tas *absolute* distincta ab *intellectu,* etsi cum isto adhuc a tam magnis philosophis aetatis nostrae *quoad substantiam (dem* HVi-e/z *nach)* fuerit identificata;ll pag. 159. Licet porro *aliqua distinctio* inter has fa-cultates admitti possit, ut alibi diximus, an haec tamen *substantialis* distinctio, in ipsa illarum *essentia* posita, detur, sanio-ribus philosophis judicandum relinquimus. Ceterum *functionem rationis* dum *enti fun-damentum superaddit (hinzudenkt),* esse *synlheticam* juxta Hermesium, evidens est ex ipsis terminis. Ballzer Hermesium ex-planans plane *syntheticam* vocat, loc. cit. pag. 225. Hinc Hermesius hoc sensu *actum cogitandi* rationis vocat *creativum (das schopferische Denken),* 1. c. pag. 157. quia nempe *a priori ex suo fundo* educit *fundamentum* illud *(Grund),* scilicet con-ceptum *realis* substantiae aut *realis* cau-sae, quo *fundat, stabilit,* ac *reale* reddit objectum seu *ens illud* necessario perce-ptum ab *intellectu,* quod secus in mero *formalis cogitationis* statu maneret.

dum objecto quod cogitat intellectus. Quid vero compellit rationem ad illud fundamentum cogitandum? Est necessitas naturae rationis quae ut admittat aliquid existere, debet posse cogitare *quomodo illud esse queat.* Hoc vero non est *cogitare logicum;* est *comprehendere,* ex quo sequitur rationem ad id impelli ex necessitate *comprehendendi,* ac proinde ratio definiri etiam potest *comprehendendi facultas.*™ Ast hic porro detegitur, rationem tunc solum adstringi ad fundamentum cogitandum si prius admittat *ens,* necessario cogitatum ab intellectu, esse jam *reale.* Ergo necessitas rationis est tantum *conditionata* et *mediata:* id est, pendet a praevio judicio rationis *tenendi* seu *admittendi* aliquid *pro vero* ac *reali.* Posito hoc, jam ratio non modo cogitat *necessario fundamentum* superaddendum objecto^ sed hoc *fundamentum* ipsum *pro vero ac reali tenet.*56 Itaque Hermesius ejicit quod principium *rationis sufficientis* ‘determinet ad *tenendum pro vero* ex necessitate *immediata.* Nihil igitur adhuc, concludit Hermesius, circa objectum praecipuum inquisitionis, nempe certitudinem de *objectiva* veritate, effectum est. Quippe ratio nihil potest efficere nisi jam admittatur *realiter* esse quod *cogitatur* existere. Quid ergo restat? Hoc unum: quod nempe in nobis determinatio ad *tenendum pro vero ac reali* existât jam *ante reflexionem,* atque ita ut post reflexionem, per qiioscumquc actus *reflexos irrevocabilis* omnino maneat.'7 Haec est unica conditio a qua exitus totius pendet inquisitionis: in eam ergo in quarto distincto articulo toto animo incumbit Hermesius, realitatem aliquam, sicubi dari potest, tandem arripere cupiens.58

«Ratio. ail ipso, *debet cogitare posse, ipiomodo illud (ens) esse, possit.* Patel, hoc non significare ullam *logicam cogitationem.* (Et quinam aliunde, prosequitur Hermesius, posset hacc fieri possibilis per superadditam cogitationem alicujus *fundamenti?* Aliquid *logice* non est cogitabile'solum propterea quia continet in se contradictionem, et *logice* cogitabile fit per *meram remotionem contradictionis.)* Significat ergo *intime perspicere (einsehen} comprehendere (begreifen);·* 1. cit. pag. 161, 162. Heic iterum Hermesius excludit quod ratio, adhibendo principium *causale, analylice* judicet: sed interim animadverte *contradictionem* Hcrmesii, quam inferius melius patefaciemus. Ratio debet *intime perspicere* juxta Hermesium quomodo *possibilis* res sit, et *possibilem* non judicaret, *nisi haberet rationem seu causam sufficientem unde sit.* Ergo ratio hoc judicium efformat *ex principio ipso contradictionis.* ergo *per remotionem contradictionis,* ergo *logice* cl *analylice a priori.* quamvis *realiter.* Cf. *Praenot.* n. 35 (nota).

M) Intr. Phil. pag. 178 seqq. Semper insistit Hermesius in hac distinctione inter *necessarium cogitare* et *necessarium tenere.* Ast hic posset urgeri adversus illum: si ratio *tenet* pro *vero et reali* fundamentum quod ipsa *necessario cogitat,* estne hoc ob aliud *fundamentum?* Et hoc aliud, estne iterum propter aliud *ulterius?* Atque ita in infinitum. Quod si affirmet rationem *tenere* pro *vero ac reali* illud *fundamentum* per se, quia scilicet *comprehendit, perspicit intime (einsieht)* illud *fundamentum* esse intrinsece *necessarium:* ergo, aliquis concluderet, datur *tenere pro vero,* id est, *persuasio* luta ex vi *perspicientiae* seu *evidentiae* rei *(aus Einsieht),* quod Hermesius omnino negat.

w) Loc. cit. pag. 181.

48) Loc. cit. pag. 184.

163. Quoties, sic ille fere argumentatur, videre mihi videor aliquid *necessario cognoscere,* sive *immediate* sit sive *mediate,* me ipsum in sensu intimo *persuasum* invenio de realitate objecti; dum e contra si *cognitio necessaria* non est, sed aut a phantasia aut a voluntate dimanat, *cognitionem* utique invenio, ast *persuasionem illam* non item.[59] Haec porro *ante reflexionem omnem* mihi indita est, quippe cum illo conscientiae actu quo *primum cognosco me cognoscere,* jam simul conscientiam habeo me *persuasum* esse de objecti cogniti realitate. Ergo est *necessarium tenere* sive *persuasio,* non autem *sic volita admissio.* At enim, instat Hermesius, num ego debeo tantum *scire* et *cogitare* me habere ante quemcumque actum *reflexum* illam *persuasionem,* aut revera *necessariam persuasionem* habeo *illam* habendi? [60] Nam si primum esset, jam ego in secundo actu conscientiae haud amplius determinarer ad illam primitivam *persuasionem* uti *existentem* habendam, sed illam uti mere *phaenomenicam* spectare possem, ac nihil proinde nacti fuissemus. i'il At enim in secundo illo actu conscientiae non ego *scio* tantum et *cogito* necessario existentiam illius *persuasionis,* sed invenio simul in me conjunctam novam *persuasionem* de *realitate* ejus quod *scio* et *cogito.* Et sic actus iterando invenio semper *persuasionem* de *persuasione,* quod mihi ante quemcumque actum reflexionis *persuasio* de realitate objecti data fuerit, idque in infinitum. [61] Ergo jam sumus circulum *necessariae cogitationis* emensi, et sumus *necessariae persuasionis* campum assecuti.

164. Verum *persuasio* ista qua objectum *habeo pro reali,* est mere *subjectiva,* et ceterae *successivae persuasiones reflexae* circa *illam* usque in infinitum non sunt nisi *subjectivae:* quinam ergo certitudinem de *existentia objectiva* dare queunt?[62] Fateor, reponit Hermesius, sed quid inde? Num alia potest ab homine aut quaeri, aut obtineri quam *maxima certitudo subjectiva de realitate* objecti? Amplius homini datum non est, immo plane esset repugnans. Inde vero non sequitur *necessarium* illud *tenere* (persuasionem) nullam majorem certitudinem dare quam det *necessaria* tantum *scientia, cognitio,* aut *cogitatio* rei: quippe cum *necessaria cognitione* stat adhuc possibilitas *tenendi contrarium:* at cum necessario illo *tenere* nequaquam. Et

a) Semper *germanice* est *Fiirtcahrkal-itn* seu *tenere pro vero.* Nos tamen ne semper hybridis his vocibus utamur, quandoque claritatis ergo dicimus *persuasionem,* qoae idem fere significare videtur.

M) Loc. cit. pag. 187.

*') Loc. cit. pag. 188, 189. Quod ego transfero *persuasionem* de *persuasione* est apud Hermesium *das Halten des Italiens,* seu *tenere de tenere,* nimirum iteratio actuum reflexorum circa primum *tenere* directum. Verbo, tota rationalis certitudo juxta Hermesium circa objeclivam realitatem illius *directae* persuasionis est in hoc progressu posita: *teneo quia teneo,* et sic in infinitum. Baltzerius hic loci vitio dat Hermesio quod *formule* cum *reali, subjectivum* cum *objective* confuderit; loc. cit. pag. 240 et seqq.

62J Hoc sibi objicit Hermesius ipse pag. 189 et seqq.

quamvis denegare haud valeam *possibilitatem quod aliter in se res se habeat.* immo quod ipsum meum *tenere* seu persuasio *nonnisi apparens* sit, tamen ego illam et istud pro *reali omnino tenere* cogor, et hoc debet sufficere. 64

165. Est ne igitur confecta inquisitio? Minime subdit Hermesius: nil aliud hactenus nacti sumus, quam *persuasionem reflexam,* quod nos habuerimus ante reflexionem *persuasionem* directam de *realitate* rei perceptae. Sed num necessitatem habemus, in *reflexionis statu* agnoscendi, quod illa *directa persuasio* fuerit revera *necessaria,* seu *vera* ac *realis,* aut non potius a *phantasia* aut a *voluntatis arbitrio* promanans? Uno verbo estne illa *directa persuasio* per actum *reflexum revocabilis* aut *irrevocabilis?* Haec erat altera pars inquisitionis, qua infecta, nil esset factum omnino. Igitur ad ultimum inquisitionis stadium devenimus, a quo nimirum pendet utrum meta attingi tandem possit necne. 64 Ita porro rem ad syllogismum revocando, conficit Hermesius. *Major:* ad hoc ut *in reflexione* possimus illam *persuasionem de realitate objecti* revocare, opus est *inquirere in nobis fundamentum* seu *causam* illius, *ac expendere* utrum revera nos adstringat ad ita *tenendum,* aut utrum *mere phaenomenica* necessitas illa fuerit, sic ut nos huic apparentiae ante reflexionem ex mero defectu cognitionis nosmetipsos tradiderimus. 65 *Minor:* atqui non possumus in nobis hoc *fundamentum* seu *causam* invenire ac expendere nisi *fidentes immediatae conscientiae nostrae:* id quod *nullo modo* fieri potest, siquidem probavimus *dictamen immediatae conscientiae* ante quamvis aliam *persuasionem* non posse *certum* esse, ac proinde ne persuasionem quidem de hoc *dictamine* tutam esse posse. 66 *Consequentia:* ergo ne quidem possumus valido modo sive invenire sive expendere in *actibus reflexis fun-*

w) Nimis interest afferre verba ipsa Hermesii: »Cum ego, scribit in *Introd. Philosoph.* pag. 191 et 192, aliquid debeo *tenere* (habere pro vero) non possum tunc certe denegare *possibilitatem iptoil res se habeat in se aliter ab eo quam ego eam teneo:* attamen ego non habeo possibilitatem *tenendi,* quod res aliter sit. aut possibilitatem ipsam *non tenendi* quod ita sit. Eo autem modo quo ego illam *tenere debeo, taliter* illa mihi est, et *talis* debet pro me manere quousque illam ego debeo habere *pro tali.* quidquid demum *res esse possit in semetipsa.* Hoc vero non contingit etrea *cognoscere necessarium.* — Istud ipsum necessarium *tenere* (persuasio) potest utique in se esse merum *phaenomenon (Schein):* nos non possumus oppositum demonstrare, aut cognoscere: sed quaevis oppositi cognitio aequivaleret noncognitioni, et illud unice quod supra noncognitionem se extollere posset, esset necessarium *tenere* de re cognita in illa: el hoc nobis datum est." Jam prius pag. 147. dixerat: «Utcumque sit *in se rerum* aut *falsum* id quod ego *pro vero debeo tenere.* si ego invenio quod ego illud *pro cero debeo* tenere, atque aliter nequeo. tunc *est* et *manet verum* pro me."

M) Loc. cit. pag. 192. §. 36.

es) Unde nam *major* haec constat Hermesio, nisi ex testimonio *immediatae conscientiae?* Ergo fidem, *implicite* saltem, ejus veracitati habet.

In hac *minori* iterum *subtrahit* Hermesius fidem omnem jam implicite praestitam *immediatae conscientiae;* el *consequentia ipsa* ex vi tantum hujus *negationis* deducitur.

damentum acu *causam* persuasionis illius quae nobis ante reflexionem data est: ac proinde ea persuasio manet certe *irrevocabilis.* Quod erat demonstrandum.

166. Ita demum sibi gratulatur Hermesius se basin metaphysicae invenisse: primam scilicet realitatem ac primam veritatem, nempe: *realitas rei cujus immediatam conscientiam habemus; et veritas dictaminis immediatae conscientiae testantes id quod in nobis est.*07 Habes, optime lector, totam hujus inquisitionis summam: nunc, ex pluribus quae animadverti in illam possent, pauca haec accipe.

167. I. Argumentum postremo allatum cui tota innititur machina, duplici vitio laborat. 1. Primum heic Hermesius qui psychologica investigatione, non logica demonstratione, uti Kantius, procedere profitetur, in ipsum principium Kantii palam incidit, dum *demonstratione* syllogistica probare contendit factum ipsum de *irrevocabilitate reflexa persuasionis directae* immediatae conscientiae. 2- Quod magis est, circumagitur aperte in *diallelo,* seu vera *petitione principii.*09 *Major* nititur *veracitati* conscientiae immediatae;

) *Intr. Phil.* pag. 198.

*·) Ut res luculentius pateat, adsciscirаus hic testimonium ipsius Baltzerii, qui de hac petitione principii fuse agit in §. 64. op. cit. ubi scribit: »Si vir veluti Hermesius, qui ulpole empiricus psychologus *circulos oitiosos* in philosophicis principiis systematum Kantii et Fichtei detexerat, ac ita suam psychologiae viam primus straverat, si talis vir nihilominus in principio fundamentali sui proprii systematis . . . philosophice constabiliendo in *petitionem principii* prolabilur; potest inde colligi quam *proditorius* esset *labyrinthus* ille in quo germanorum mens debebat *punctum saliens* philosophiae invenire, posleaquam ipsa perdidisset filum ariadnaeum empiricae psychologiae. atque inter ambages *logici arbitrii* se oberrare sivisset."

Ita vero pressius ad rem pag. 252. »Eodem prorsus pacto, inquit, *persuasio illa de persuasione (das Halten des Italiens)* ab Hcrmesio declarata, non est nisi *phaenomenicii.* minime vero *realis,* id quod Hermesius ob furtive in eo illapsam *illusionem* non vidit. — Postquam ergo ita ostendisset Hermesius illam *persuasionem de persuasione* veluti (supposilitie) *realem,* procedit ad quaestionem de *irrevocabilitate reflexa,* atque heic *infidelis eradit principio suo psychologico, et necessitate impulsus iterum in logicam demonstrandi methodum kanlianam* praecipitat. Erat quippe ipsi impossibile illam *persuasionem de persuasione* in interiori immediata conscientia veluti irrevocabilem invenire, quando hujus conscientiae *certitudo* (seu *veracitas)* adhuc ipsi *problematiea* erat: hinc *volens nolens* debuit quaerere illam irrevocabilitatem ope alicujus *argumenti,* id quod fieri non poterat quin recurreret ad *principium causale.* Attamen *argumentum* ipsum ope illius principii poterat vicissim tantum institui per *immediatam internam conscientiam* quae illud comitatur; ac proinde, cum istius (conscientiae) veracitas nondum stabilita esset, solum uti argumentatio in circulo versans poterat se exhibere: id quod Hermcsium effugit. Iste error eo notabilior est, quia in formanda hac argumentatione habetur in *majori* fiducia implicita interiori *immediatae conscientiae,* et statim postea in *minori* insistitur in illius veracitate *veluti non probata* ad inferendam inde consequentiam syllogismi. Ergo hic unum idemque medium cognitionis adhibetur diversis, sibique plane contradictoriis modis, et sumilur tamquam probans *pro fine positivo et negativu* in una eademque re.“ Postea rem uberius adhuc declarat.

3

minor et *consequentia* fundantur in eo quod nulla potest *tuta fides* huic ipsi testimonio haberi. Argumentum praeterea eo recidit: nos debere fidere im-*mcdiatae conscientiae directe* percipienti ac persuasionem .habenti de *realitate objectiva* ex hac proprie ratione, quia *reflexe* non possumus ullo pacto fidere *immediatae ipsi conscientiae.* Quisquis porro totum Hermesii processum rimetur, videbit enm in perpetuo circulo versari, dum nunc.testimonium immediatum conscientiae *problemalice* sumit, ut *ambiguum* vel *gratuitum,* nunc *sceptics* ut *fallax,* nunc *dogmatice* ut *irrevocabile* et *infallibile.*

168. П. Quum philosophus aliquis post suas omnes inquisitiones eo deveniat. ut declaret se talem humanae cognitioni ac realitati objectivae rerum certitudinem tutari, quae firmissimam persuasionem tibi pariat, sed ita ut *res possint* nihilominus *esse in se aliter* omnino, nempe *non existere,* dum tu tamen debeas *persuasus esse illas existere:* ac ipsa eadem haec *persuasio* quae te cogit ad ita et ita tenendum, *possit esse merum phaenomenon:* num hoc non est *certitudinis objectivae* causam tibi plane desperatam declarare ? Hoc porro agit Hermesius. 69

169. ПІ. In *objectivitate facti* immediatae conscientiae primam *veritatem* ac *realitatem* locat Hermesius. Optime: sed quaenam est *objectwitas* illa, nisi animus in ipsa habeat *actualitatem* ac *realitatem proprii sui Ego?* Atqui hoc negat mordicus Hermesius, qui nimirum id ad alteram plane distinctam quaestionem rejicit, ubi longam ac implexam demonstrationem conficit ut probet istud *Ego* esse *reale* et *objectivum.70* Ergo quidquid hactenus de *ob-*

”) Recolantur superius exposita pag. 337. nn. 163·, 164 cuin notis.

70) Inlr. Phil. Secunda Inquisitione, ubi ad conficiendam demonstrationem existentiae Dei, prius fuse demonstrare aggreditur Hermesius *realitatem mundi* tum *interni,* tum *externi (der htnen- und Aussenicelt).* Ita porro in *articulo primo* quaestionem proponit: »*Debet ne ratio reflectens habere pro reali internum mundum nobis apparentem?"* quam ut resolvat, nimirum ut *fundet realitatem nostri Ego,* fere quadraginta pagellas insumit. Objicit sibi porro in limine ipso, quod posita *necessaria realitate objectorum* qualia *apparent* in conceptu nostro, deberent etiam uti *reales* admitti *modificationes rov Ego,* ac implicite proinde videretur etiam admitti debere ipsum *Ego* uti *reale.* Subdit tamen: ..Qui huic *apparentiae credit,* debet etiam judicare, jam illico simul inventam esse *realitalem* roû *Ego.* . . Neque rarum est ita judicari ex tali *apparentia (Schein)* valde rcvera *deceptrice.* Cui nota non est illa celebris adeo demonstratio pro *realitate τοῦ Ego: Ego cogito, ergo existo.* Et quid aliud haec est nisi illa *illusoria de·· monstratio?* Utique jam ista ... eo vitio laborat quod assumitur *actualitas cogitationis* ex *testimonio immediatae conscientiae,* quin prius *necessaria certitudo istius testimonii per aliquid aliud fuerit ostensa.* Sed hoc etiam vitio seposito, semper admitteretur propter *definitam realitatem cogitationis,* id est, propter *realitatem modificationis τον Ego, realitas* ipsius *Ego.* . . . Ad detegendam hanc *fallacem illusionem* etc.· pag. 280,281. Plura inde patent: 1. Hermesius exigit demonstrationem pro ipsa *immediata conscientia.* 2. *Illusionem* existimat ex *realitate affectionis* nostri *Ego* slatim concludere ad *realem nostram existentiam.* 3. Nullum *sensum* sui ipsius animo essentialem agnoscit. 4. *Duo Ego* admittit, *phaenomenicum* nnum, alterum *substantiale.* 5. Ut fiat legitimus ex primo

jectivitate reali conscientiae nc de *principio causae* probavit, in *Ego* mere *phaenomcnico* fundatur. Et quomodo *Ego phaenomenicum* potest ad quidquam quod non sit mere *phaenomenon,* jure concludere?71

170. IV. Principium *causale* hermesianum, de cujus *realitate* contra Kantium detecta maxime gloriatur Hermesius, sibi ipsi pugnat. Nam 1. est judicium *syntheticuni a priori:* siquidem asseritur esse functionem plane *syntheticam* qua ratio producit, ac ex ipsa *natura sua creat fundamentum,* quod ipsa *superaddit* enti *percepto necessario* ab intellectu, idque sine ulla objecti *cognitione;* ergo superadditur a ratione *coeco modo,* quin cognoscat utrum *praedicatum* illud *fundamenti* subjecto conveniat necne. Ergo *synthetics* omnino et a priori *kantiano modo.* 2. Est simul judicium *analyticum a priori:* siquidem asseritur, rationem superaddere fundamentum ex necessitate *comprehendendi quomodo res cogitata necessario ut realis ab intellectu, possibilis sit.* Ergo ratio cognoscit *impossibilitatem oppositi;* ergo videt quod principium, *nil est sine fundamento,* revocatur ad principium *contradictionis;* est ergo judicium *identicum,* ac proinde *analyticum a priori.72* Quae major pugna?

171. V. Hermesius nedum *essentialiter* rationem ab intellectu distinguit, sed perpetuam inter illa pugnam inducit. Intellectus, kantiano modo, non est per euin nisi facultas conceptuum, mera facultas *necessario cogitandi,* ac est per *se* fallax, quae nihil potest *tenere* ut *verum* ac *reale.* Ratio contra ad alterum transitus, longam ac implexam ratiocinationem exposcit, deductam ex *successivis permutationibus* nostri Ego, ex principio *substantiae,* ac ex principio *causalitatis,* quae jam admitti debent uti principia *non formalia* sed *realia* ante *realitatem* ipsius *Ego* qui illa percipit. Istane est philosophia quae incipit a *realitate;* aut non potius *philosophia illa abstracti intellectus {Philosophie des Verstandes),* quam tamen Hermesius se primum valide oppugnasse prae se fert?

71) Videtur hoc Baltzerium non eflugisse, si mentem ejus rite assequimur, dum ail, .ita Hermesius in cognitionem venire potuisset, quod illud *Ego* a se praesuppositum in *interiori veluti animi fundo* non solum debeat esse *Ego formale,* seu *Ego-subjectum,* sed etiam *Ego reale* seu *Ego-objectum:* quia secus in se non *posset habere potentiam* detegendi *fundamentum* aliquod *reale* et *formale,* id est aliquod *Non-Ego* substantiale, *objectum* simul et *subjectum ;u* 1. c. pag. 236.

72J Recolantur tum quae in *Praenotandis* de hoc principio *causali* monuimus, num. 35, tum quae de principio causali hermesiano jam adnotavimus paulo ante pagg. 334, 335, n. 162, not. 51. Ex his et ex praecedentibus potest colligi, quanti faciendum sit meritum quod tribuitur Hermesio a sectatoribus ejus, quod nempe primus omnium principium *causale* psychologice demonstraverit ut vere *reale* adversus Kantium. Quid? quod Baltzerius ipse qui magnas ob id Flennesio grates habendas profitetur, in §. 63. *fasc.* 2. *cit.* expresse ostendendum assumit propter alias rationes, quas non est hujus loci referre: ..Hermesium principia sive *existentiae {vom Seyn)* sive *causae {vom Grand),* quae veluti *realia* prius invenerat, postea ob *psychologicum errorem* inter objectum *formale* et *reale* scientifice perdidisse, et solum uti principia *formalia* in sua metaphysica construenda adhibuisse.“ Quod quidem semper recidit in vitium fundamentale hermesiani systematis, quod in circulo mere *formali* ac *subjectivo* perpetuo versetur.

est *unica* facultas *realitatis* et *veritatis:* quae debet *necessario dubitare* de *realitate* cujusque rei quae ab intellectu ut *realis* percipitur73: quae sola potest *tenere* ac *admittere* aliquid ut *reale* ac *verum.* Quid magis anti-psychologicum ?

172. VI. Hermesius modo item plane kantiano *intellectui formas* seu *categorias* suas *a priori* vindicat: solum *intuitiones* sensibiles *spatii* et *temporis* quas Kantius *a priori* item admiserat, rejicit Hermesius, easque *a posteriori* esse posse asserit, minime tamen ostendit id quod ad kantismum refellendum praecipuum caput esse videbatur.74

173- VH. Magnum psychologicum inventum quo Hermesius se metaphysicae basim detexisse putat, est distinctio illa inter *necessarium cogitare et scire,* et *necessarium tenere.* Dum necessario cogitat ac scit *intellectus* objectum *uti reale,* nondum, ait ipse, illud est *verum* ac *reale* pro me : est *logica* cogitatio, cujus *oppositum* possum *tenere.* Ast cum *ratio* necessario tenet pro *vero* ac *reali* objectum. impossibile plane est. me aliter illud *tenere.*75

”) -Statim ac, ait Hermçsius pag. 181, accedit reflexio, ac *ratio* investigat cogitationem *intellectus* ens uti *reale* exhibentem *(das rcalisirende Denken),* tantum abest ut *ratio debeat* amplius pro *reali* habere illud quod *intellectus* cogitat nt *reale,* quin potius necessario *dubitare* debet de *realilate* hujus cogitationis *intellectus.* . . Atque ista dubitatio potest utique repelli per actum voluntatis *rationi* ipsi *contradicentem,* ac proinde coram ejus tribunali *repudiahilem,* sed numquam *tolli.*- Eliam hoc loco possumus provocare ad testimonium Baitzerii qui eamdem psychologicam *antilogiam* in magistro suo Hermesio inter intellectum et rationem dolet; tametsi ipse ex *aliis principiis* ad hoc deveniat. Vide op. cit. 65, 66. ubi ostendit Hermesium *locupletasse rationem cum praejudicio intellectus,* dum ex altera parte *intellectum modo kantiano* cuth *dispendio rationis locupletavit;* ac praeterea functiones *intellectus* ac *rationis* non tam *logice distinxisse,* quam *psychologice* contra naturam rerum ab invicem *separasse.* aut potius hostiles effecisse.

**) Satis est consulere Hermesium *Intr. Phil.* pag. 156. ubi scribit: -Etiam intellectus efformat *a priori* puros conceptus suos *realitatis, qualitatis, substantiae* ac caeteros (nempe kantianas categorias).· Mentem Hermesii explanat Baltzerius. ac queritur de hac kantianismi reliquia in illo pluribus locis. ..*Intellectum* (ait pag. 262.) considerat Hermesius, kantiano plane modo, uti meram facultatem cogitandi, et quidem a *priori.*- Si quis porro congereret omnia loea in quibus Ballzer amore veritatis ductus profitetur, Hermesium ..laqueis kanlianis irretitum adhuc fuisse, reliquias kantismi veluti haereditarias conservasse, kantismum nonnisi dimidiate superasse, subjectivum pro objective, formale pro reali assumpsisse, demum nonnisi *semirealismum* assecutum esse,- is certe plures paginas ex iis conficeret. Ita auctor iste qui omnes hujus systematis rimas perlustrarat.

's) Hinc Hermesius, referente BaÎtzer. affirmare solitus erat, philosophiam Kantii esse philosophiam *cognoscendi,* suam vero esse philosophiam *tenendi.* Hinc idem Hermesius collaudat Fichteum eo quod solus hoc philosophicum dictamen protulerit: -A scientia, seu scire ad objectum scientiae transire, impossibile plane esse: idcirco aut nos debere statim a realilate incipere posse, aut numquam nos posse ad realitatem pervenire.· Sed num Hcrmesius huic principio fidelis existit, dum demonstrationem exigit pro realilate testimonii immediatae conscientiae, multoque magis pro actualitale objectiva nostri *Ego?* Cf. quae modo adnotavimus.

Age voro, ad analysln revocetur illud *tenere* Hermesii. Quid est nisi necessaria *persuasio* animi *rem ita et non aliter esse?* Et ea persuasio a quonam gignitur, nisi a necessario *assensu* alicui necessariae propositioni seu judicio? Nunc quaerimus: necessarius *assensus* ille perficiturne ex *cocco* impulsa et instinctiva lege, an vero a cognitione veritatis? Si primum dicit Hermesius: ergo illud *tenere suum* non est nisi *coccum* ac *subjectivum,* quod nullam certitudinem legitimam tutari potest, planeque coecis Reidii *instinctibus* aequivalet. Si alterum : ergo cognitio *veritatis* est. causa generatrix omnis assensus. omnis persuasionis ac certitudinis: ecquid reapse nisi *veritas* mentem potest ad assensum necessario determinare? Admittimus ergo quod certitudo ex tribus elementis *logice* distinctis constet, cujusmodi sunt: 1. veritas in objecto; 2. persuasio firma in subjecto: 3. motivum, seu *ratio* evidens quae illam persuasionem de veritate gignit. 76 Sed cur *psychologice* res scindit Hermesius? Quia nempe, regerit ipse, si *necessario cogitamus* tantum, semper possumus *tenere* oppositum saltem *reflexe.* Atqui negamus plane: etenim, si vere *necessaria* est cognitio ac judicium, talis erit etiam in actu *reflexo;* quia nimirum veritatis intuitus semper aeque invincibiliter determinabit assensum nostrum, nisi nobis ipsis vim maximam inferre, ac ipsi possibilitati cogitandi valedicere velimus.77

Tς) Hic vero adnotandum quod eum veritas in propositione, seu inluitione aliqua immediate fulget, tunc ipsa veritas objecti, et motivum quod in nobis persuasionem firmissimam gignit de illa, identificantur: quia tunc veritas ipsa est ultima ratio logica. in cujus immediato intuitu non possumus non plene conquiescere e.idemque non firmiter adhaerere.

~) Sane quid sibi vult psychologica sua distinctione Hermesius? An quod dum quis necessario cogitat ac cognoscit tantum, impossibile idem simul esse el non esse, aut effectum non posse sine causa existere, oppositum *tenere* possit? An quod dum ex testimonio immediato intimi sensus cognoscit necessario sc cogitare, sentire, velle ac proinde existere, possit tamen sibi contrarium persuadere; aut dum se *passive* affectum sentit, se non ab aliquo objecto, quodeumque tandem sit, a se distincto affectum *tenere?* Quis hoc affirmabit? Nullus, ajebat hoc sensu s. Thomas, potest cogitare veritatem non esse.- *Ile Veril.* qu. X. art 12. >.Ea quae naturaliter rationi sunt insita, verissima esse constat, in tantum ut nec ea esse falsa sit *possibile* cogitare." *Contr. genl.* lib. L cap. 7. «Scire est causam rei cognoscere, et quoniam impossibile est aliter se habere.'· *Ibid, de Ver.* qu. cit. ari. 10. Fatemur in certitudine morali, ut jam monuimus in *Praenotandis* n. 27, posse voluntatem majorem habere influxum , ita tamen ut quandoque aeque- rationabilis ac ineluctabilis inde persuasio exurgat. Sed quid praeterea significat illud Hermesii : «Cum ego *teneo* aliquid pro vero ac reali, jam impossibile est quod ego oppositum teneam?- Certe, scholasticus regereret, in *sensu composito* verissimum est, quia dum assentior, non possum non asscntiri. Sed quaestio est utrum quis debeat necessario in eo assensu, in eo *tenere* perseverare. Atqui si admittitur, illum qui necessario tantum aliquid cognoscit, posse semper contrarium hujus *tenere,* jam poterit etiam revocare necessarium assensum sive quodeumque *tenere.* Quid porro aliud sceptici efficere saltem conantur? Sed nos hisce reponemus cum Joann. Duns Scolo : ..Si quis proterve neget illos actus inesse homini, non est cum eo ulterius disputandum; sicut nec cum dicente non video colorem : sed illi dicendum tu indiges sensu

174. Plura adhuc supercssent adnotanda do empiristno hujus systematis[78], aliisque non paucis; sed haec satis pro re nostra dicta sint: aliqua tantum de altero certitudinis hennesianae fonte, de *admittere pro vero,* brevissime attingamus.

175. *Tenere pro vero,* de quo hactenus, est persuasio illa quae oritur ex *ratione theoretica; admittere* autem *pro vero* est, quae enascitur ex *ratione* mores praescribente, seu *practica.*[79] Dictamen legis moralis exurgit juxta Hermesium ex ea facultate, qua quisque approbat illud omne quod *vis estω,* seu quod ratio necessario agnoscit uti *reals,* ac maxime illas *vires* quae dignitatem hominis supra cetera entia terrestria ostendunt, uti *intdligentiam, libertatem, beneficentiam* in ceteros etc. et reprobat contraria. Hinc ratio practica suum supremum *imperativum categoricum* ita profert: ..Exhibe pure et serva in te et in aliis *dignitatem humanam."*[81] Hinc imponit fines practices seu morales *necessarios:* hinc *necessitatem* moralem, strictam scilicet obligationem parit: quippe ratio est *législatrice,* legemque suam sanctione communit, nempe *reprobatione* vel *repudiatione sui ipsius* in eos qui illam violant.[82]

176. Nunc igitur quaerit Hermesius num detur: *„tutum admittere pro vero* ex motivis finium moralium *necessariorum* seu clarius: ..num ex *practica ratione obligante* possit unquam dari necessitas *admittendi* aliquid (ali-

quia caecus es. Ita quia quodam sensu interiori experimur istos actus in nobis, si istos neget, dicendum est eum non esse hominem, quia non habet illam visionem interiorem quam alii experiuntur se habere.- *In lib.* IV. *Sent. dist.* XLLH. qu. 2.

7S) Remittimus nos ob id ad articulum nostrum secundum jam cit.

Distinctio rationis in *theoreticam* et *praclicam* antiquissima est, et cum ah ipso Aristotele tum saepe a s. Thoma ac scholasticis caeteris usurpata; sed illud etiam verissimum, *unam* tantum rationem ab iis agnitam fuisse, quae nempe si in mera contemplatione speculativa veri sistit, *theoretica,* si autem cognitionem veri ordinat ad opus, ac mores proinde moderatur, *practica* dicta est. Hinc quidquid a ratione practica decernitur, semper in ipsa ratione theoretica suum debet fundamentum habere. Instaurationi vel eversioni kantianae debetur ea essentialis distinctio qua ratio humana in duas veluti partes est scissa, quae simul confligant oportet, dum ratio *practica* illud debet admittere ex officio morali ut postulatum aut practice verum, quod *theoretica* ratio aut respuit, aut de cujus veritate aequo jure dubitare potest. Hermesium porro non reprehendimus quod eam scholasticam distinctionem sectatus fuerit, sed quod kantianis principiis indulgens, saltem ex parte in vilia illa, uti nunc ostendemus, delapsus sil.

9<r) Germanice est *hiraft,* 1. c. pag. 204.

91) Adnotal Hermesius, quod si agatur de *perficienda* hac humana dignitate, tunc ratio practica non imperat, sed hortatur ct consulit.

91) ..Practica ratio, ait. est legislatrix *fGesePzgeberin);* sensualitas autem nequaquam;·· pag. 210. »Ipsa imperat: *tu debes* .. . Per accedentem poenam repudiationis sui ipsius (homo quippe *reprobat se ipsum)* accipiunt imperia rationis praclicae sanctionem legum, aut . . . quod idem est, imponunt nobis moralem necessitatem, ea implendi;- pag. 209. Plura hic occurrerent notanda de hoc morali systemate hermesiario, ubi ratio est *autonoma,* educit e fundo suo legem strictamque obligationem, imperat sibi ipsi et obedire debet. Quid moralem Kantii doctrinam exhibet fidelius? Sed innuisse sat esto.

quam *cognitionem} pro vero* quod *theoretice* sit ***dubitabile***en hujus secundae sectionis objectum. *Affirmative* quaestionem resolvit Hermesius ex istis principiis: omne *imperativum* seu officium *absolutum* rationis *practicae* exigit observantiam, ac proinde omne id sine quo observari *non posset;* atqui sunt plura principia seu officia moralia universalia *absoluta* quae, nisi *admittas pro veris* illas circumstantias *licet theoretice dubitabiles* in quibus unice illa obligant, seu officia *absoluta* sunt, jam non possent impleri; ergo ratio *practica* imponit in iis casibus necessitatem *admittendi pro veris circumstantias* illas (seu illam cognitionem), licet *theoretice dubitabiles.* [83]

177. Nimis praestat expendere exempla quibus rem illustrat Hermesius. Ex posito supremo moralitatis principio (quod continet etiam *obligationem* adhibendi media necessaria ad illum finem) suapte consequitur: 1. *Officium absolutum* quo tenemur ad vitam proximi praesertim periclitantem omni ope servandam, puta, si quem videamus in aquis jamjam se submergentem: atqui nisi tunc *admitteretur pro vero testimonium sensuum externorum,* quinam illi umquam posset officio satisfieri? Ergo licet *theoretice dubitari semper de ejusmodi testimonio queat,* ratio *practica* imponit tunc officium *admittendi pro vero* illud testimonium. [84] 2. *Officium absolutum* vitam nostram *mediis omnibus* conservandi; atqui nisi quis, dum infirmatur, *admitteret pro vero medicum habere scientiam necessariam,* ac *nullam voluntatem necandi,* numquam posset satisfacere officio quo alienam opem eo in casu tenetur adhibere. Ergo tametsi semper *theoretice* dubitare queat de scientia ac honestate medici, debet ex *practicae* rationis imperio utrumque *admittere pro vero.* [85] 3. *Officium*

“) Longam disputationem Hermesii ad hanc syllogismum revocari facile posse nobis visum est. Hic porro primum adnotes velim rationem *moralem* seu *practicam* numquam esse critérium posse certitudinis ac veritatis, sed hoc jam praesupponcre. Omnis quippe *certitudo,* cum a persuasione firma ac rationabili, sine formidine oppositi, producatur, debet a ratione *theoretica* manare: et quidquid demum ratio *practica* directe vel indirecte praescribit, eatenus *validum* esse pelesl, quatenus *theoretica* ratio illud uti verum ac reale habet: secus homo numquam sc moraliter obstrictum sentiret. Ergo ratio *practica* nil per se addere potest circa veritatem objcctivam rerum, quae nempe aut *certa,* aut *dubia,* aut *probabilis* manet, prout ratio *theoretice* judicat. Ac ipsum judicium *reflexum* quo *theoretician* seu speculativum dubium directum saepe tollimus et practica securitate operamur, num non *theoreticum* est, et in ipsa *theoretica* ratione vim excril persuadendi?

s’) Loc. cit. pag. 227. ..Vere, ait Hermesius, ratio *theoretica* in hoc casu ob suam necessitatem comprehendendi est jam necessitala ad *tenendum* pro rcali illud quod nos per externum sensum intuemur sed, addit, hoc non excludere necessitatem *admittendi* illud pro vero ex morali officio, quia in iis circumstantiis semper potest *rationabiliter (mit Grund)* dubitari *theoretice* dc veracitate illius sensationis, ac utrum ea sensibilis cognitio non sit nisi mera *itlusio;* pag. 228.

85) Hoc aliaque hujus generis exempla quae affert Hermesius (c. gr. nos debere saltem *aliquos* pro vere *pauperibus admittere;* secus numquam satisfacere possemus *praecepto morali* eleemosynae etc. I, ostendunt eum *probabilitatem* cum *vera certi-*

absolutum quod nos confugere obstringit, ut linent moralem assequamur, ad *experientiam* aliorum in subsidium nostrum atlsciscendam. Sed quoniam exigentia mediorum non potest mensuram excedere necessitatis, exigentia alienae *experientiae* dimetienda ex necessitate est. Hinc si satis alicui sit *experientia coaevorum, ratio practica* hanc tantum praescribit: si vero quis etiam *experientia* aetatum *anteactarum* indigeat, ratio *practica* imperat illi ut ad hanc etiam assurgat. Sed quomodo posset hoc medium necessarium adhiberi, nisi *admitteretur pro vera* cognitio temporis anteacti? Et quid est ejusmodi *cognitio* nisi *historia,* quae scilicet temporum omnium monumenta servat? Ergo ex imperio rationis *practical·* iis in casibus tenemur *admittere pro vero* testimonium *historiae,* licet *theoretica ratio motiva dubitandi de illo* numquam non habeat.86 4. Ratio *practica* imperat absolute ad aeris incolumitatem morumque custodiam tuendam, ut sepeliantur aut comburantur corpora defunctorum. At istud praeceptum impleri numquam posset, nisi *indubitate admitteremus pro vero* aliquem *revera esse mortuum;* aliunde vero *theoretica ratio* numquam adigitur necessario ad *tenendum pro vero,* quod corpus *mortuum apparens iterum victurum non sit.* Ergo ex vi *moralis imperativi tenemur admittere pro vero,* illum qui *mortuus videtur, mortuum revera esse.* 87

178. Ita Hermesius conficit rationem suam *practicam* saepe efficere, ut ex morali officio debeamus *admittere pro vera ac reali* aliquam *cognitionem,* quam ratio *theoretica* non potest *tenere* uti *veram* atque *realem,* sed *semper de illa dubitare potest.* 88 Verum ut totam hanc theoriam plene teneas, magni

tudine confundere. Probabilitas quidem, praesertim si maxima sit, in picrisque vitae negotiis satis est ad prudenter agendum. Si enim e. gr. antequam vescaris, exigeres certitudinem *metaphysicam,* aut etiam stricte *moralem,* quod cibi veneno infecti non sint, eam aut numquam, aut nonnisi longo tempore assequereris cl fame interea perires. Tunc igitur ratio ipsa ex *theoretica* illo judicio dictat *practice* prudens esse ex probabilitate illa, praesertim si maxima, agere: quippe aliter fieri non potest At quid hoc commune habet cum vera 'certitudine seu physica seu morali, qua *theorelice* et omni dubio remoto certus quis est, rem sensibus suis rite dispositis percipere, aut a tide dignissimis testibus accipere, quaque in ea evidentia sive physica sive morali tutissime conquiescit?

En hermesianum critérium pro auctoritate historica, pro illa scilicet auctoritate cui tota posthac inniti debet demonstratio religionis chrislianae. *Theorelice.* ait Ilcrmesius, de omnis historiae veracitale dubitandum est: *practice* tamen admittenda, si officium morale obstringit ad experientiam antiquitatis consulendam. Ergo, qui nullo ejusmodi tenetur officio, nullum validum motivum haberet unde e. gr. persuasus esset, Caesarem olim extitisse; ergo nullam *theorelicae* rationi ipsi vim inferret, si hoc denegaret? Cetera inferius.

ST) En hermesianum critérium pro miraculo quovis ac speciatim resurrectionis a mortuis dijudicando (cf. *Inlrod. Phil.* pag. 587 seqq.): ita probari debet Lazarum fuisse revera mortuum, ac postea ^revocatum ad vitam. Non igitur *theoretica* ratio est quae certa sit. ex indubiis naturae legibus, cadaver quatriduanmn extinclum omnino esse: sed ratio *practica* imperat id admittere propter publicam incolumitatem. Sed num ratio practica imperaret cadaverum sepulturam. si ratio theoretica non haberet ea vere pro mortuis?

Animadvertimus tamen, Flermesium

momenti sunt canones hermesiani insequentcs, quels in subjectis notis brevitatis gratia animadversiones nostras interserimus.

179. I. Homo de nulla re *moraliter certus est,* nisi de eo quod ratio *moralis obligans* imperat *admitti pro vero;* ut nempe detur locus *possibilitati implendi aliquod ipsi indeclinabile officium morale.* Ista *practica* persuasio *imperata* reddit hominem *moraliter certum.* Nihil praeterea. 89

180. II. *Admittere* aliquid *pro vero* plane distinctum est a *tenere pro vero.* Est nempe purum *admittere* ad hoc ut possimus agere in reflexione perinde ac si *teneremus* rem *pro vera.* Hinc potest semper *dubitari* de illa *theoretics,* licet numquam haberi illa possit *pro falsa.*90

181. III. In ea *practica* persuasione nulla urget nos necessitas physica (ut contingit in *persuasione theoretica),* sed necessitas est mere *moralis,* id est *obligamur.* 91

182. IV. Neque *immediate* obligamur, sed *mediate,* scilicet ut aliquid velimus vel agamus. Hinc, si *praescindere omnino* possimus a veritate *cognitionis* ac interim in *theoretica dubio* manere, licitum id nobis est: sed tamen *practice* ita debemus *velle* et *agere,* sicut in casibus in quibus habemus *theoreticam* indubitatam persuasionem. 92

non de quacumque cognitione *theoretics dubitabili* hoc affirmare: sed tantum de iis casibus in quibus *ratio dubitandi theoretics* exurgit ex motivis *universalibus,* ad ipsam rei naturam generatim pertinentibus, non vero si exoriatur ex aliquo *peculiari* motivo superaccedente. E. gr. si haberes *peculiarem* rationem dubitandi, quod iste vel ille medicus omni scientia careat, aut malo animo sit contra te comparatus: tunc enim Hermesius negat moraliter posse a ratione practica imperari admissionem scientiae et honestatis in eo medico, contra illud dubium *theoreticum.* Hoc porro vocat *enteritim generale admittendi pro vero;* pag. 237 seqq.

Novum *moralis* certitudinis conus invehit Hermesius ad quam nempe debet ipsa *physica* certitudo revocari, quaeque non adest, nisi *urgeat morale praeceptum,* quae hanc persuasionem imperet. Ergo quoties praeceptum tale non datur, dubitabit quisquam e. gr. an existai Roma, quam numquam vidit, aut etiam si vidit, quia sive de testimonio quocumque aliorum, sive de testimonio sensuum externorum semper *rationabiliter (mit Grund) theorelice* est dubitandum.

90) Ita Hermesius, qui jam *rationem* et *intellectum* ab invicem sciderat, nunc iterum *rationem* ipsam in se scindit, kantiano semper modo. *Theoreticum dubium* de rcali veritate in una rationis parte: *practica acquiescienlia,* perinde ac si veritas certa esset, in altera parte rationis. Dico *partes,* quia si nonnisi diversae functiones ejusdem identicae facultatis essent, quinam haec posset simul de eadem re dubitare el conquiescere?

91) Sed num non quandoque talis est evidentia sive alieni testimonii, sive historicae auctoritatis, ut moralis certitudo inde cnascens *metaphysicae* plane aequiparari possit? Num non eamdem quandoque vim, si eam oppugnare velimus, rationalitati nostrae inferre debemus, sive certitudinis molivum *intrinsecum* sit sive *extrinsecum?*

9T) Tunc igitur *practice* operaremur manente dubio *theoretico* speculativo: at quid si hoc dubium respiceret honestatem moralem actionis? Quid si spectaret veritatem *fidei?* Ergone sufficeret *practice* velle el agere ac si Christiana fides haberetur *pro vera,* et tamen duhium *theoreticum* in mente habere an ea vera sil? Et potest ne unquam praescindi a *veritate* cognitionis.

183. V. Nos possumus utique eam *practicam* persuasionem *imperatam* a ratione *practica,* sicut quodvis aliud morale officium, repudiaro, eo ipso quod opus libertatis est; sed repudiatio ejusmodi est violatio *officii,* ac proinde inseparabilis ab illo est sanctio *reprobationis sui ipsius.* 93

184. VI. Demum, concludit Hermesius, ista persuasio *practica* validissimum critérium *certitudinis* est. Quippe talis est 1. si tantum spectetur veluti *securitas practica:* nam quomodo magis absolute *tuto* agere possumus, quam id agendo ad quod *moraliter* tenemur? 94 2. Si referatur etiam ad *objectivam* veritatem rerum : nam si in reflexione velim cogitare quod ratio *practica* me decipiat, et quod e contra *dubium* illud *theoreticum,* quod ex ejus imperio *practice* contemnere debeo, rerum veritati respondeat, jam deberem admittere simul istam sublimissimam facultatem finium moralium, etiam dum *morali* necessitate dirigit, me contra *objectivam* rerum *veritatem* ducere.9' *Hoc certe possibile est*90, sed ego nequeo illud *admittere;* quemadmodum quoad persuasionem *rationis theoreticae possibile est contrarium;* sed ego illud *tenere* nequeo. Hactenus Hermesius cujus theoriam paucis sed fideliter retulimus. 97

si *theoreticum* dubium de illa perseveret? Meminerint qui talia defendunt, numquam licitum esse operari *inoraliter* cum dubio speculativo de liceitate acliouis : ac assensum fidei stare non posse cum mera *probabilitate* speculativa quod Deus sil locutus.

Ex hoc sequerelur quod quicumque certitudini morali refragaretur, *quaecumque* tandem sit *res* de qua agatur, et in *quocumque* casu graviter *peccaret.* Verum tamen est quod juxta Hermesium hoc non esset *peccatum* nisi *philosophicum,* nempe contra *rationem autonomam,* ac infligentem poenam *reprobationis* sui ipsius *(der Selbstvericerfunij.)*

M) Aliud est securitas *practica moraliter bene* agendi, aliud *certitudo* de veritate et realilate objecti. Illa exigit tantum persuasionem quod actio hic et nunc *licita* sit; ista persuasionem firmam ac rationabilem quod res *ita et non aliter* sit. Illa quandoque cum probabilitate, praesertim maxima, de veritate rei stare potest, quin immo saepenumero agendum est, quin *certitudo* possit haberi; haec vero plane distincta a *probabilitate* est, et veluti in *indivisibili posita.* Cf. *Praenotanti,* n. 21 et 26. Ex quo consequitur quod ubi *certitudo* et non mera *probabilitas* exigitur ad *moraliter* agendum (uti ubi agitur *de veritate fidei), securitas* illa *practica* non essel nisi falsa securitas.

M) Sed si revera ratio *practica* quidquam praescribit directe vel indirecte refragante ratione *theoretica,* quid prohibet quod illa uti deceplrix habeatur? Atqui juxta Hermesium, qui conflictum inducit inter utramque, res ita plane se haberet. Si igitur supponi nequit quod ratio *practica,* dum aliquid imperat necessitate *morali* praestandum, nos ducat contra veritatem objeclivam rerum, idcirco est, quia nil ipsa edicit. nisi ratione *theoretica* suffragante, seu ut clarius loquamur, quia ratio *una metaphysice* est, nec sibi ipsi pugnare potest, quod Hermesium effugit.

'e) En igitur quo semper recidit lota certitudo hermesiana, ex duplici fonle rationis sive *theoreticae* sive *praclicae* hausto. Ratio *theoretica* cogit *physice* ad tenendum aliquid pro *vero* ac *reali,* sed tamen semper *possibile est* ut objectum in se *verum ac reale* non sit. Ratio *practica* cogit *moraliler* ad *admittendum* aliquid pro *vero et reali;* sed tamen *possibile semper est* quod objectum in se *rerum ac reale* non sil: nempe quod utraque ratio nos perpetuo illudat atque decipiat

9T) Totam inquisitionem suam de ratione *theoretica* et *practica* concludit Hermesius eas ad unitatem principii revocando, nimirum ad *fidem ; Intr. Phil.* §. 44. Si quidem juxta ipsum *fides* amplectitur tum *tenere pro vero* (persuasionem *theoreticum)* tum *admittere pro vero* (persuasionem *practicam):* ex primo exurgit *fides necessaria,* ex altero *fides libera :* ita ut in omni objecto sive scientiae sive auctoritatis *fides* sit *verum motivum* certitudinis. Est illa quae nobis tutatur veritatem et realitalcm objectivam; est, ipse dicit, ultima mela quo philosophus possit pertingere. De hoc fusius postea; interea tamen *ei. Praenotanda* n. 28.

") Jam *Intr. Phil.* pag. 121. profitetur aperte Hermesius, se *aliam,* plane veritatem doctrinarum Christianarum quaerere ac illam cui hactenus Christiani unice vim tribuerunt. Hanc porro invenit in imperativo *rationis praeficae,* quae supplet totum id in quo Christiana revelatio deficit *theorelice* a certiludine. Verbo, lota certitudo hujus revelationis *theoretica* non est nisi *probabilitas,* maxima etiam si vis, sed nihil praeterea. Veritas historica aut physica miraculorum *summe probabilis* est; voracitas Christi et apostolorum *summe probabilis* est, et ita porro: sed hoc non impedit ut *theoretics* semper dubitare queamus, num revera illa facta *exliterint,* num fuerint *supernaturalia,* num apostoli, num Christus ipse *decepti* aut *deceptores fuerint.* Hoc *dubium theoreticum ,* juxta Hermesium, ratio *theorelica* a se depellere non potest. Ideo confugiendum omnino est ad rationem *practicam,* quae cx *morali* imperio nos cogat ad ea omnia uti *vera ac realia* admittenda, frustra ratione *theoretica* obsistente et reluctante. Ratio igitur *practica* lanium potest demonstrationem de veritate objectiva religionis Christianae conficere. En clavis lotius hermesianae philosophiae ac theologiae.

185. Jam vero si quis hanc doctrinam de *morali certitudine* sedulo scrutetur, si animadversiones illas quas in notis adjecimus ob oculos habeat, si consideret hoc *admittere pro vero,* seu *practicam* hanc persuasionem, licet cum *theoretico dubio* de opposito conjunctam, esse demum fundamentum cui innititur certitudo *miraculorum* ac *prophetiarum,* certitudo *historica* existence realis Christi et apostolorum, certitudo de ipsorum *voracitate,* certitudo *historica* sacrorum librorum, uno verbo certitudo omnium *motivorum credibilitatis* Christianae revelationis, ac proinde tota *demonstratio* de hujus revelationis veritate ab Ilermesio confecta; is demum agnoscat oportet quam labili fundamento tota haec sit machina superstructa. 98 Id certe luculentius pateret, si omnem hujus demonstrationis veluti texturam singillatim heic persequi atque enucleare possemus; sed hoc eos limites quos nobis in hoc volumine praefigere debuimus, longe nimis praetergrederetur.

186. Satis igitur sit principiorum philosophicorum exposuisse naturam; quod idcirco a nobis paulo forte fusius quam theologicae praelectiones expostulare viderentur, praestitum est. Verum cum haec principia ab auctore ordinata sint ad Christianam fidem demonstrandam, debuimus ita referre, ut ex iis posset quisquam arguere cujusmodi haec esse debeat demonstratio. Ut tamen aliquid de *applicationibus* hujus systematis philosophici delibemus, pauca de *Theosophia,* seu naturali theologia hermesiana juverit postremo exhibere.

187. III. Applicationes. Ex *theoretica* demonstrata realitate mundi, quem vocat, *interni* ac *externi,* progreditur Hermesius ad quaestionem : utrum

ratio reflectens debeat *tenere,* quod Deus existât, quaeque illi attributa adscribere. " Et quoniam ratio *theoretica* ac *practica* est, de utraque inquirit. Expeditissima porro res est quoad *practicam* rationem, quippe quae cum es positis principiis *legislatrix* per se sit. omnia moralia officia ex line necessario *humanae dignitatis* exigat, *stricte* ac *perfecU* obliget, suasque leges *sanctione* communiat; quid ipsa, inquit Hermesius, Dei existentiam postularo posset? 100 In ratione vero *theoretica* invenit *necessitatem causae primae* ob contingendam rerum : atque hinc demonstrationem suam petit ac fuse evolvit. Hoc unum porro argumentum firmum ac legitimum declarat: cetera rejicit, quin immo eos carpit qui plura congerunt ad Dei existentiam probandam argumenta, quippe quae nil aliud efficiunt nisi illud etiam, quod firmum est, *suspectum reddere, atque ita irreparabile detrimentum* afferunt. 101 Ad argumentum physico-theologicum quod attinet, opus esset, adnotat Hermesius, ut ratio adigeretur admittere, quod iste ordo, ac finium convenientia in universo, nonnisi opus *intclligentiae* esse possit. Atqui hoc numquam ratio sola satis evincere valebit. 103 Ex Hermesii igitur mente *theoreticae* rationi minime repugnat, quod admirabilis hic rerum ordo complete spectatus, causarumque finalium constans subordinate mero casui fortuito adseribatur.

188. Circa divinam *essentiam* exigit ratio quod Deus sit ens per se existons veluti *substantia: vis creatrix una, unica, aeterna, absoluta, personalis:* ac demum quod mundus *mutabilis* nequeat esse *subjectum* vis hujus, neque *substantia* Deus.103 Si quis vero quaereret, subdit Hermesius, utrum divinitatis aliquod *subjectum* detur et an istud sit *mundus ipse nobis immutabilis apparens, tellus haec nostra, et corpora caelestia ab omni quod mutabile sit*

**) *Introd. philos. Inquis.* H. sect. 2. art. 1.

,oe) 65. pag. 415.

,01) Sunt verba Hermesii pag. 413. ubi praemiserat: ..Hactenus a me persecuta hac de re tractatio saltem aperte ostendet, haud eerie non esse rem adeo expeditam istud fundamentum omnis theologiae valide demonstrare, atque hinc dum aliquis tot probationes putat se habere in promptu, poterit jam suspicionem habere de omnibus quae tales existimantur etc.-

,oî) Ita porro argumentatur Hermesius : «Quum urgetur, productionem operum humanarum, veluti e. gr. *domus.* numquam a coccis viribus operantibus repeti posse, parum inde probatur. In effectione operum humanarum debet *natura* non suos *ipsius* sed *nostros* fines ad exitum perducere: id ergo quod ipsa non efficit, ubi nos ipsi finem praefigimus, potuit utique eadem efficere, ubi suos *proprios* fines, si ita loqui fas est, persequebatur: quando quippe non ista vel illa vis, sed tot vires (quantas quis scit?) suam activitatem exercebant. Quis porro nos cogit admittere quod natura statim, primo veluti jactu, opus suum absolverit? Num ipsa non potuit multas sine numero edere productiones, quae omnes in ordine ac finium convenientia deficerent, ac proinde nullam firmitatem haberent, quousque tandem una ex illis (et quis dicere posset post quot transformationes?) bene cesserit, quae nempe hoc ita bene ordinatum, aptisque finibus constans universum constituerit, atque hinc in se fundamentum stabilis durationis habuerit?· pag. 411.

,w) Pag. 395 seq.

segregata 104 reponi deberet, id *numquam demonstrari posse.*103 Attamen illud etiam verum est, quod ratio talem hypotbesim si quidem gratuito in medium proferretur, ne quidem omnino posset ob aliquod peculiare fundamentum uti *erroneam* repudiare. *Revelatio* nobis ostendet quod *quidquid extra Deum est› est creatura Dei* '°6, atque ita quamcumque indeterminationem, quae superest hac in re, tollit e medio.107 Sed estne Deus in *tempore* ac in *spatio?* Negat Hermesius omnino quoad *tempus;* utrum vero non *compleat spatium,* ratio nil habet unde hoc negare cogatur. *Revelatio* tamen ostendet Deum esse *spiritum* in oppositione ad *corpora,* et ad omnem extensionem, id est, eum esse *puram vim,* atque ita demum spatium ab existentia ejus eliminatur.108 Ex istis Hermesii locis sequitur rationem *theoreticam impossibile* omnino non invenire, quod Deus non sit *purus spiritus,* non *omni extensione* careat, non *occupet spatium* etc.

189. De attributis vero Dei quid statuit Hermesius? Considerat ratio *theoretica* Deum 1. relate ad creationem mundi; 2. ad ordinem et causas finales in operibus suis; 3. ad felicitatem creaturarum, praesertim hominis. 109 Hinc necessario agnoscit in Deo 1. *potentiam incomprehensibilem:* 2. *scientiam incomprehensibilem:* 3. *incomprehensibilem bonitatem:* sed an haec attributa in Deo *infinita* sint, ratio juxta Hermesium non docet. Nescit ergo utrum Deus *omnipotens* sit: sed hoc unice scit *Dei potentiam* longe humanam omnem potentiam superare. 110 Itidem nescit *theoretica* ratio utrum *omnisciens* sit. sed solum scit scientiam ejus humanam longe transcendere.111 Quoniam vero Deus voluntate sua mundum creavit, hinc ejus, seu creaturarum naturam intelligere debuit, ac proinde etiam *ordo* et *finium convenientia* in ipsis velut opus intentum a Deo haberi debet'12. Sed tamen *ratio theoretica* non cogitur

1<M) Num id quod *contingens* natura est, a toto eo quod *mutabile* est segregari posse putat Hermesius?

10i) Verba sunt omnia Hermesii; pag. 399.

"}* Ibid. pag. 400.

,0T) Ergo ne revelatio tantum? Ratio ergo per se *possibile* agnoscit, quod aliquid *extra Deum* non sit creatura Dei?

«··) Ibid.

loa) Pag. 451 seqq.

ne) En locum opportunissimum Hermesii: «Si quisquam quaerat a me, an Dei potentia sit *infinita,* aut *omnipotentia,* fateri cogor, me sine revelatione supernatural! id probare non posse: quia mundus creatus finitus, *unicus cognitionis fons* quem heic habeo, nullum necessitans motivum huic affirmationi praebet. . . Vere *vis creatrix* debet mihi *infinita* apparere: quippe omnes meos conceptus transcendit; sed num idcirco ista *realiter infinita* est? . . . Ego igitur ita me cohibeo ut nil hac de re sciam nisi **quod**.....potentia Dei ratione extensionis quidem suae maximam admirationem excitet, et quod ob intimam naturam suam, siquidem *potentia creatrix* est, est illa maxime sublimis, cujus hominis ratio habeat ideam, sed respectu cujus intellectus hominis nullum amplius habet conceptum;·· pag. 456.

ni) »Si etiam hic quaeratur, inquit, an (facultas cognoscitiva Dei *infinita* sit, ac utrum ejus cognitio sit *omniscientia,* debeo iterum, sicut feci de *potentia* Dei, respondere, me id sine supernaturali revelatione probare non posse, idque ob eamdem rationem ut supra*; pag. 462.

"') Tbid. pag.^457. Ex eo quod heic af-

hoc ftTiere, nisi relate ad *ordinem et convenientiam* finis inter diversas partes cnjusque *singularis adis,* non vero relate ad *connexionem finiumque subordinationem* unius entis ad alterum. Etenim fieri absolute potuit, ut Deus intenderit *res ipsas* et *intrinsecas* earum relationes, *e.rtrinsecae* vero rerum inter se sint opus plane *fortuitum,* nullimode intentum a Deo. 1,3 Nihilominus ratio *practica* nobis imperat, ut eas etiam *extrinsecas* relationes admittamus pro effectu intelligentiae divinae.1,4 Demum ratio *theoretica* non potest affirmare quod Deus *futurum omne* sciat, sed tantum illud *quod spectat créaiuras suas. ”*5

190. Atque haec in Deo attributa exigit *theoretica* ratio; *practica* vero quid? 1. *Sanctitatem,* quae quidem natura *absolute* perfecta in Deo esse debet, sed *extensive* tamen *limitibus circumscripta* esse potest ,16; 2. *amorem* liberum et *bonitatetn* erga alios, quae item absolute in se *perfecta* sunt, sed *extensive limitata* esse queunt.117 Ex hisce attributis practica *ratio* determinat in Deo, seu potius moraliter praescribit Deo finem, quem ipse sibi praestituere debuit in creatione ac destinatione hominis. Nimirum Deus creare debuit *hominem propter hominem,* et quidem propter istius felicitatem “8, eandemque maximam possibilem ,19; si vero Deus nilo pacto gloriam suam in creatione mundi intendisset, hoc *philautiam* in Deo argueret, ac propterea ratio *practica* id nequit admittere. 120

firmat Hermesius de necessitate spectandi facultas adeo longe humanam exsuperat, mundum relut opus profectum ex intelligentia Dei, minime revocat, quod supra asseruit, de infirmitate argumenti physicothcologici. Ibi enim agebatur de probatione exislentiae ipsius Dei deducenda ex *ordine cosmico:* heie vero, posita jam cxislcntia Dei, deducitur tantum quod debuit creare mundum voluntate et intelligentia.

*’) Ibid. pag. 458.

“') Gravissimam rationem affert Hermesius: «Si namque, ait ipse, nos non modo in aliquo speciali casu, sed in amplis naturae regnis universe ac sine exceptione . . . . admitteremus tales *fortuitos* effectus, contradictorium esset exigere usum intellectus et rationis in arcto circulo praclicae nostrae vitae ad similes effectus longe tenuiores obtinendos, iliumque praescribere veluti indispensabilem ad instituendam, et ordinandam moralem conformationem animi nostri;'· pag. 458.

*14) Pag. 463. En rationem Hermesii: «Quia hoc *(futurum)* si reale flat, sciunt etiam homines: quanto magis ergo debet illud cognosci a Deo, cujus cognoscitiva quique creator esi!-

,,e) Ita Hermesius pag. 475. .*Sanctitas Dei* est, ut vidimus, juxta naturam suam intrinsecam *ahsutute perfecta;* sed *ertensice* potest utique esse *limitata (beschriinket).* Siquidem demonstratum est Deum velle *omne morale bonum ,* quod ipse *cognoscit;* sed *iliimilationem* cognitionis suae nos probare non possumus. Hinc possibile semper est, quod haec sit *limitata,* cl consequenter quod aliquid *moraliter bonum foret pro ipso* (Deo), si illa esset *illimitata,* quod *nunc non datur pro ipso."*

*’’) -Quoad extensionem, pergit ipse, possunt illa (amor cl bonitas) semper *limitata* esse, quia possibile quidem est quod cognitio Dei limitata sit, et quia proinde possibile utique est, quod Deus *non cognoscat omnem felicitatem* cujus *ens extra eum capax esse possit;'·* pag. 476. Cf. etiam pag. 490. ubi fusius id ipsum declarat Hermesius.

"·) Pag. 479.

n#) Ibid. pag. 495.

*“) Cf. quae hac de re diximus in *Tract, de Deo Creatore.*

191. Haec theosophiae veluti lineamenta ex sola introductione philosophica Hermesii desumpsimus. Quid si in illud dogmaticae Christiano-catholicae pelagus ingredi voluerimus, in quo multo fusius de Deo ejusque proprietatibus pertractatur? [121] Interim tamen quae de methodo, de principiis, de applicationibus hujus systematis *philosophice* spectati persecuti sumus, satis, ut arbitramur, esse queunt ad probandum utrum nos aequo jure hoc systema iis accensuerimus, quae *objective,* seu *per se* (nil enim *subjective* seu de personis decernere volumus) verae fidei susceptioni saltem *indirecte* obsistunt.

CAPUT IL

DE RATIONE CUM FIDE.

192. Rationem humanam hactenus ante fidem consideravimus: vidimus quippe quid illa recte adhibita ad hanc capessendam conferre valeat, quoque illa pacto viam divinae fidei sternere, atque ad ejus, ut ita dicam, vestibulum ducere possit ac debeat. Nunc quae rationis partes sint investigandum, dum ipsum fidei templum ac veluti penetralia ingressa, objecta ejus amplectitur ac profitetur. Ne vero quidquam idearum claritati desit in difficili ac salebroso admodum argumento, caput istud in duos item articulos dispertiemur, quorum alter intrinsecam fidei naturam ac constitutiva persequetur, alter vero de nexu fidem inter ac scientiam ac mutua relatione disceptabit.

DE FIDE IN SUA NATURA SPECTATA.

193. Tametsi propositi nostri haud sit tractatum de fide conscribere, quod non pauci praeclarissimi auctores summa cum laude jamdiu praestitere l, necessarium nihilominus existimamus ad analysin varia ejusdem fidei *constitutiva* revocare ob multiplices errores, qui etiam in bonum finem postremis hisce temporibus oborti sunt illarum occasione controversiarum, quae in Ger-

[121] In *Introduce Phil.* Hermesius declarat se non attingere Dei attributa nisi quatenus id inservit scopo suo revelationis veritatem demonstrandi. Celera ad dogmaticam remittit. Ex dictis porro palet quam merito ab apostolica sede Hermesii doctrina damnata sit circa Dei essentiam, sanctitatem, justitiam, retributionem praemiorum, et poenarum inflictionem, circa Dei libertatem etc. etc.

') Complures ex erroribus qui aetate hac nostra circa hoc argumentum, quamvis etiam ex optima quandoque intentione, exorti sunt, profluxerunt ex neglectu horum fontium, in quibus apte pertractatae reperiunlur pleraeque quaestiones, quae tamquam novae magna idearum confusione reproducuntur. Scholastici illi qui hodie parvi adeo fiunt ac negliguntur, intimos recessus hujus materiae penetrarunt. Inter eos praeter s. Thomam, omnium principem, Suarezius, Vasquezius, Valentia, De Lugo, celeris omissis, optime de ea meriti sunt, uti ex dicendis planum fiet.

mania potissimum et in Galliis agitari caeperunt. Etenim qui humanae rationis imbecillitatem absolutam adstruunt, quique contendunt scientias ac veritates rationales a fidei principiis dependere, ecquid efficiunt aliud quam fidei naturam cum scientia commiscere, et commune veluti quoddam *formate* principium in iis agnoscere? Sic qui a fide ipsa praeviam omnem demonstrationem, seu evidentiam credibilitatis objecti excludere connituntur, perinde ac si id libertati assensiis objectis fidei praestandi officeret, veram fidei pervertunt naturam. Item qui inficiantur dari de eodem objecto posse fidem ac scientiam, perniciosas ipsi fidei inde inferunt consecutiones. Ex altera vero parte, qui demonstrationes illas, seu credibilitatis motiva veluti ultima fidei actus *resolutiva* spectant, hanc pure rationalem ac humanam efficiunt. Rem igitur valde opportunam nos facturos judicamus, si in praesenti articulo continenti propositionum serie veram fidei naturam, ejusque constitutivorum analysin breviter complectentes, eam a contrariis erroribus pro virili tutemur.

PROPOSITIO I.

in natura sua ac principio formali spectata essentialiter a scientia distinguitur.

194. Vix opus esset hanc propositionem attingere post ea, quae fuse sumus in primo capite persecuti, legitima rationis jura independenter a fide vindicantes. Sed tamen, quoniam hic directe non rationis sed fidei natura in tuto ponenda est. rem sub alio adspectu breviter tractandam aggredimur.

195. Sic igitur propositam thesim evincimus: *fides* ex dictis est assensus liber, quem praebet intellectus divina gratia praeventus et adjutus, ex imperio voluntatis a gratia item excitatae, veritatibus divinitus revelatis ob Dei ipsius revelantis auctoritatem: quo fit, ut fides plane supernaturalis sit 1. *ex principio* eam gignente, nempe ex gratia quae supervenit naturae, quaeque prorsus gratuita est 1: 2. *ex objecto* quod constituitur ab omnibus et solis veritatibus quas Deus homini patefacere dignatus est, modo peculiari ab eoque plane distincto, quo seipsum in naturae operibus manifestat; 3. *ex motivo,* quod vocant *formali,* quodque aliud non est aut esse potest quam Dei ipsius revelantis auctoritas, quae includit summam ejus sapientiam, bonitatem ac veracitatem, quibus ipse nec decipi nec decipere potest; 4. *ex fine* demum ad quem datur, qui consistit in supernatural! beatitate, seu in intuitiva Dei visione ac fruitione, ad quam assequendam fide homo praeparatur una cum reliquis virtutibus supernaturalibus, quae ab ea veluti a radice ac

') Haec fidei catholicae doctrina est quae adstruitur adversus pelagianos, uti ostendimus in Tract. *De gratia,* et constat praeterea ex non paucis damnatis propositionibus Baji, praecipue vero prop. I, II, III, IV, V, VU, IX.

fundamento dependent.[2] Contra vero *ratio* ex qna naturalia acientia acquiritur 1. homini insita est ab ipsa constitutione sua, cnm hic natura sua ait ens intelligentia ac ratione maxime praeditum; 2. objecta habet huic intelligentiae plano consentanea sibique propria, id quod a nobis in primo capite pluribus vindicatum est; 3. cognitiones ordinis sui acquirit per exercitium intelligentiae suae; 4. nec tandem se attollit nisi ad abatractivam Dei cognitionem ac naturalem amorem.[3] Fides igitur ac ratio, ac proinde scientia natura sua ab invicem toto caelo discriminantur.

196. Rursum: si fides ac scientia essentialiter non distinguerentur, in plura dilaberemur absurda. Etenim 1. quoties peccaremus in scientiam, toties in fidem ipsam peccare dicendi essemus. 2. Homo sine revelatione facultatibus suis naturalibus uti non posset, atque a dono superaddito et adventitio omninoque gratuito scientiae mere naturalis principia unice dimanarent.

197. Accedit quod ecclesia supponat dari infideles negativos seu omni prorsus supernatural! revelatione destitutos. Atqui si isti in omnimoda veritatum metaphysicarum ac moralium ignoratione versarentur, id quod consequitur ex sententia quam refellimus, exleges omnino essent, nec unquam vere peccare possent. Haec autem rationis non minus lumini adversantur quam sanae catholicae doctrinae.

198. Demum id ipsum conficitur conditione revelationis supernaturalis inspecta. Post protoparentum lapsum divino beneficio data est homini revelatio, ut in eo repararetur status ille gratuitus supernaturalis justitiae a qua exciderat per peccatum.[4] Haec porro revelatio utpote tota objectiva ac superaddita poterat homini dari vel non dari, data vero ab homine conservari poterat aut amitti, uti plures immo plerique eam reipsa amiserunt aut saltem foede corruperunt, quin propterea omnis in iisdem naturalium veritatum cognitio defecerit. Quamvis enim primitiva revelatio, praeter objecta solius ordinis supernaturalis, plura complecteretur, quae natura sua ordinis naturalis sunt, id tamen non *absoluta* necessitate factum est, quasi homo in *physica* fuerit impotentia objecta ejusmodi per se cognoscendi; sed ex divina

*) Cf. Suarez, tract. *De triplici virtute theologica;* tract. *De fide,* disp. I. sect, i et 2. nec non Bolgeni, *L· economics della (ede cristiana,* Brescia 1790. cap. 1. ari. 11.

J) Huc etiam refertur prop. 34. Baji, qui utrumque ordinem confundebat dicens: «Distinctio illa amoris (ac proinde duplicis cognitionis Dei naturalis ac supernaturalis), naturalis quo Deus amatur ut auctor naturae, et gratuiti quo Deus amatur ut beatificator, vana est et commentitia, et ad illudendum sacris litteris, et plurimis veterum testimoniis excogitata."

«) Quum de revelatione homini lapso facta heic disserimus, haud intendimus excludere revelationem, quae facta homini fuerit ante peccatum. Certum enim est Deum se modo supernaturali manifestasse homini innocenti, eumque fuisse allocutum; sed cum illa revelatio non sit ad propositum nostrum, ideo coarctavimus sermonem nostrum ad revelationem homini datam post lapsum, quia haec sola spectat ad ordinem reparationis humanae de quo disserimus.

plane dispensatione, quae hoc pacto hominum pleronimque consuluit sive ingenii tarditati, sive deceptionis facilitati, qua veris saepe falsa intermiscentur, sive impedimentis quibus major hominum pars a profundo veritatis detinetur studio, aliisque demum ejusmodi difficultatibus aut incommodis benigne prospexit: ex quibus omnibus juremerito inferunt theologi *moralem* revelationis necessitatem etiam quoad naturalis ordinis veritates. Ceterum revelatio veritatum presso sensu supernaturalium ea est, quae hominem ex parte objecti ad supernaturalem ordinem elevat, quibusque credendis fide theologica opus est. Cum igitur haec gratuito supervenerit homini, atque ab eo amitti aut respui possit, aperte consequitur eam omnino rationalem transcendere naturam, nec ab ea posse veritates illas sive metaphysicas sive morales pendere, quarum si omnis homini detrahatur cognitio, natura ejus rationalis ac intelligens destruatur necesse est. Veritates proinde supernaturales homo *credit,* naturales autem *cognoscit etiam,* aut saltem cognoscere potest.

199. Liberrima tum sacrarum Litterarum, tum patrum auctoritate haec firmare possemus: ast haec jam a nobis praeoccupata fuerunt in superiore capite; ne proinde actum agamus, ad ea loca remittimus. Ob eamdem plane rationem, atque ut brevitati studeamus, difficultates quae in hanc- thesim urgeri possent, omittimus. Eae quippe in illas fere reciderent, quae propositae in cit. capite fuerunt, ac satis abunde ibidem solutae.

PROPOSITIO

Licet motiva credibilitatis extrinsecam pariant objectorum fidei evidentiam, numquam tamen constituere possunt motivum formale actus fidei.

200. Eos impetit propositio, qui perperam praerequisitam motivorum credibilitatis cognitionem et persuasionem ad prudentem praebendum fidei assensum cum fide ipsa confundunt, ejusque *formali* motivo, quasi nempe fides ipsa in se spectata in extrinsecam illam objectorum evidentiam resolveretur, aut *formale* motivum actus fidei ab eadem evidentia constitueretur. Porro toto caelo istos a vera fidei notione abludere facile colligitur ex iis quae in praecedenti propositione de *principio, effectu, motivo formali* ac *fine* fidei theologicae disseruimus.

201. Etenim cum actus fidei debeat necessario, et ab intrinseco *supernaturalis* esse, fieri numquam potest ut constituatur aut eliciatur tamquam ex principio *formali* ab evidentia motivorum credibilitatis, quae ex se tota naturalis est, et naturalem parit certitudinem aut persuasionem.

202. Insuper actus fidei talis est, ut infallibilem objectivamque certitudinem secum ferat, quae naturalem quamvis superet certitudinem. Jam vero ejusmodi certitudo fructus esse nequit humanae cujuscumque disquisitionis

aut industriae, sed nonnisi a divina gratia, seu principio supernatural! produci in nobis potest, innitique prorsus auctoritati debet divinae.

203. Huc accedit, quod ejusmodi credibilitatis motiva, quaecumque demum sint, nonnisi extrinsecam evidentiam, ut innuimus, efficere queant: actus vero fidei feratur in objecta, quae non intrinseca modo evidentia destituta sunt, sed sunt nobis obscura ac rationi nostrae impervia, cum eam excedant, cujusmodi sunt mysteria, et objecta spei nostrae, quae in futura scilicet expectatione consistunt. Qua de causa fides ab apostolo definita est *sperandarum substantia (νπόσταβι) rerum, argumentum non apparentium;* quibus propterea intellectus noster firmiter assentire debet, eisque adhaerescere perinde ac si intrinsecam ipsorum evidentiam haberet, eaque'intuitive cerneret.

204. Demum, si fides theologica, de qua disserimus, resolveretur in evidentiam motivorum credibilitatis tamquam in *formale* motivum, conceptus ipse fidei theologicae destrueretur: siquidem in principium humanum ac naturale resolveretur; ac fides esset prorsus philosophica ac rationalis. Hinc jure merito rationalism! neoterica schola, quam impugnamus, accusata est, quin unquam ab ejusmodi accusatione se liberare potuerit. *Credere sicut oportet* non amplius donum Dei esset, secus ac definitum fuerit ab arausicana synodo; sed esset in cujusvis hominis docti aut philosophi potestate eam sibi propriis viribus comparare, prout pelagiani haeretici, ac semipelagiani effutierunt.

205. Quae cum ita se habeant, concludamus necesse est, fidem theologicam resolvi in Dei gratiam tamquam in *principium* suum, et in auctoritatem Dei revelantis tamquam in suum motivum *formale* seu in totam et *adaequatam* rationem cur credatur; numquam vero in evidentiam motivorum credibilitatis quae fidei extrinseca sunt, ac solum praerequisita, quae *varia* pro diversis hominibus esse possunt, quaeque demum *absolute* necessaria non sunt, cum fieri queat ut sine illis vera possit, fides haberi, ut identidem contingit, in rudioribus praesertim, qui ejusmodi motivorum examinis saltem accuratioris incapaces plerumque sunt, quibusque gratia supplere potest ac supplet.

DIFFICULTATES.

206. Obj. 1. Fides est quidam status in nobis existens quo persuasi sumus de realitate objectiva rei cognitae, et in quo constituimur aut per *necessarium tenere pro vero rationis theoreticae,* aut per *necessarium admittere pro vero rationis praclicae,* quaecumque demum sit *causa* seu *motivum* ex quo status ejusmodi in nobis producatur: unde sublimi mentis intuitu apostolus affirmat: ..Fides est sperandarum *substantia* (id est *realitas)* rerum, argumentum non apparentium/l l 2. Ergo fides omnis natura sua *rationalis* est,

Ita Hermes in *Introii. Phil·* §. 44· cf. quae superius diximus. Magnifica porro

quippe quae ex necessitate vel *physica* vel *morali rationis* enascitur; atque hinc fides ipsa in divinam revelationem, quae una ex *formis* seu *speciebus fidei* est, atque speciale suum *credendi motivum* in *divina auctoritate* · habet, resolvitur in necessarium actum rationis sive *tenendi* sive *admittendi pro vero* omne id quod uti revelatum proponitur. 3. Certe rationalis *demonstratio* est verae *fidei radii'i,* seu generatrix; at vero in quodnam fides debet ultimato resolvi nisi in illud a quo suam *genesim* agnoscit? 4. In hoc porro humilitas fidei consistit, quod admittat ea, *quae non videt,* hanc solam ob causam, quia *ratio id postulat,* ac proinde quia homo se *totum tradit rationi.*[4] 5. Necessaria utique est gratia; sed ad quam fidem? Ad eam nempe quae *efficax est,* quae *tantum vere theologica est,* quae *nos attollit* supra *terrestres res, quam sequitur perfecta et libera voluntas diligendi Deum nosque ad perfectum ducit legis et spiritus supra carnem dominium.*[5] 6. Demum credendi motiva, cujusmodi sunt e. gr. miracula, cuinam auctoritati innituntur nisi humanae? Ergo cum ipsa nos permoveant ad assentiendum fidei, patet fidem ultimato in humanam resolvi auctoritatem. Quod si contendas illa divinae auctoritati

habet Hermesius de hac rationis *fide,* quae nobis sola *realitatem objectivant* lutatur, sive objectum sit *rationale* sive *supernaturale,* et quodeumque sit *moticum* unde procedit, nempe aut sensus iniimus, aut sensus externus, aut ratio, aut auctoritas vel humana vel divina etc. Hinc juxta haec varia motiva exurgunt totidem *species* seu *formae* diversae fidei. Itaque Hermesius in hac sua definitione fidem ipsam *theologicam* comprehendit, ut patet etiam ex verbis apostoli, quae allegat; immo acerbe theologos omnes carpit ob communem fidei definitionem, asseritque eos qui *fidem* ad auctoritatem coarctant, ejus naturam plane destruere!

') Adnota in hermesiana schola *auctoritatem Dei revelantis* vocari *moticum credibilitatis.* Ita auctor libri *Acta Hermesiana,* pag. 61. Hoc ipsum hausit ex eadem schola Baltzerius. Vid. op. cit. fasc. I. pag. 89.

3) *Intr. Phil,* praef. p. XVII. .Falsum est, dicit Hermesius, quod inter humilem fidem et *demonstrationem* dubia studiose conquirentem . . . adsit oppositio: e contra *ista dubia conquirens demonstratio, radix et conditio est piae fidei.*« Sed neque hic sistit Hermesius : nam non ad veritatem fidei generatim, sed ad *singula objecta* fidei requirit tamquam fidei *radicent,* id est, *conditionem sine qua non.* hanc ipsam demonstrationem. .Distinctio *objectorum* fidei, et demum examen *rei* propositae est ergo juxta vestrum proprium judicium (loquitur Hermesius adversariis suis) requisita ad piam fidem possibilem reddendam. Sed quinam poteritis aut audebitis acquiescere *uni* rei propositae, atque *alteri* nequaquam, ac consequenter objectum *unum* admittere, *alterum* vero repudiare, quin hanc electionem vestram ope severae *demonstrationis* rectam ostenderitis?'· Ibid.

4) Ita Hermes *Introd. Phil,* praef. pag. XVHL En verba Hermesii: -Non in hoc, quod credatur sine *praecia demonstratione ;* sed in hoc consistit humilitas fidei, quod assumatur illud quod non videtur, *solum propterea quia ratio exigit* illam *admissionem,* et quod ratio talem admissionem exigat, id ostendit *praecedens demonstratio.* Ista *traditio (Hingebung} sui ipsius ductui rationis,* quae in cogitatione et in actione credentis se prodit (sive quod ejus fides habeat *pro objecto rem religionis,* sive quidquid aliud), non est tenuis abnegatio jurium nostrae sensualis naturae etc."

s) Ita idem auctor in *Theol. dogm.* III. pag. 469 — 471.

niti, ecclesiae scilicet infallibilis, quae illorum factorum veritatem testatur^ necessario in circulum prolaberis quo veritas et infallibilitas ecclesiae per miracula probaretur, veritas autem miraculorum per infallibilitatem ecclesiae; quo nil absurdius. Ergo.

207. Resp. Ad 1. *D.* Juxta placitum Hermesii, *C.* juxta theologos ac philosophos saniores omnes, A. Jam utique improbavimus conatum istum philosophicum Hermesii, *scientiam* et *auctoritatem,* evidentiam *intrinsecam* et *extrinsecam, immediatam* et *mediatam, visionem intellectualem* et proprie dictam *fidem* ad unum principium revocandi, nimirum ad *fidem rationalem* quae juxta varium motivum distinguitur ab illo in *necessariam* et *liberam.* Haec neoterica fidei notio nil facit, nisi *verae fidei* divinae naturam permiscere cum scientia, eamque proinde totam *rationalem* reddere.6 Id probat ipse hermesianus abusus auctoritatis apostoli. Nam praeterquamquod *νηόοταϋι* . seu *substantia* vertitur ab Ilermesio *realitas,* quum apostolus ea voce significaverit subsistentiam, basim, fundamentum rerum sperandarum, ut liquet ex orationis serie, ex aliis ejusdem locis ubi eandem vocem usurpat, atque ex patrum et interpretum catholicorum expositione7; num eam definitionem generaliori illi fidei *rationali* ab Hermesio invectae unquam aptare cogitavit apostolus? Num apostolus non de ea tantum fide locutus est, quae est *ex auditu,* quaeque in divina auctoritate revelante unicum suum habet fundamentum?

208. Ad 2. *N.* Heic enim omnes verae fidei notiones pervertuntur, quidem 1. assensus quem intellectus a gratia praeventus et adjutus, ex imperio voluntatis a gratia item excitatae, praebet fidei objectis ob *solam auctoritatem* Dei revelantis permiscetur cum praerequisitis. seu cognitione illa quae *ordinarie* hunc debet praecedere assensum, ut prudenter praestetur. Haec porro cognitio *extrinseca* prorsus est, ut diximus, actui fidei theologicae, neque *absoluta* necessitate ad illum requiritur; est tota praeterea naturalis, ac humana industria comparari potest: proinde numquam eam appellaveris actum fidei, aut recte dixeris illi inniti actum fidei supernaturalis, quin incidas in doctrinam uti haereticam ab ecclesia damnatam.8 2. Persuasio realitatis objectorum fidei in ista sententia proveniret *efficienter* ac *formaliter,* ut cum schola loquamur, sive ex *ratione theoretica,* sive saltem ex *ratione practica,* cum tamen illa ex Dei gratia velut *principio suo* et ex auctoritate Dei revelantis, uti adaequato *motivo formali,* suam genesim unice habeat. 3. Hinc auctoritatem Dei revelantis vocare *motivum credibilitatis,* est *motivum,* unicum *formale intrinsecum,* ob quod credimus, confundere cum extrinsecis adminiculis seu praerequisitis, quae suadent credendum esse, Deum hoc in

*) Cf. quae in *Praenotant.* jam monuimus num. 28.

7) Cf. Eslium in hunc loc. ubi copiosissime et erudite lotum hunc apostoli textum exponit et evolvit.

8) Huc enim spectat can. III. sess. VI. cone, trident.

casn esse locutum, quaeque diversa pro diversis hominibus et multiplicia *esse* possunt.

209. Ad 3. *D.* Si talis esset relatio demonstrationis praeviae ad actum fidei, *C.* si secus, _V. Certe consequentia sua veluti sponte descendit ex praemissa illa hermesiana. qua demonstratio constituitur veluti fundamentum et *radix fidei.* Sed quis theologus catholicus hoc ferat? Num actus fidei est illatio syllogistica, quae sequitur necessario ex praemissis? Absit. Adde absurditatem illius affirmationis ex eo etiam nomine, quod nonnisi ex *demonstratione* fides pia gigni statuitur, cum nonnisi *propositio sufficiens* ac *motivum* credendi requiratur, quod varium pro variis individuis esse potest; ac nulla praeterea ratio habetur de habitu fidei per baptismum infuso, in iis qui in Christiana religione nascuntur, quo fit ut sine *demonstratione,* et tamen rationabili obsequio credant, ac pie firmiterque credant. 9

210. Ad 4. *D.* In sensu hermesiano, *C.* in sensu vere catholico, Λ. Admittimus certe hominem ratione ipsa duci ad credendum, eo sensu nempe quod ratio non crederet, nisi cognosceret esse credendum, ut loquitur s. Thomas; sed hoc non probat nisi necessitatem adminiculorum, seu praerequisitorum ad actum fidei, de quibus hactenus. Nimirum necessaria est propositio sufficiens fidei, necessarium extrinsecum aliquod evidens motivum credibilitatis, aut saltem quod gratia suppleat in rudioribus intellectibus quidquid desit ex parte evidentiae hujus extrinseci motivi. Sed dum aliquis *actu credit* non sese *rationi totum* tradit, quia secus mere rationalis fidei actum eliceret; sed se totum divinae infallibili auctoritati ut revelanti tradit atque committit, rebusque ejus nomine propositis licet in se obscuris atque humanum captum excedentibus inhaeret, tum assensu plenissimo intellectus, tum adhaesione firmissima voluntatis: id quod fieri non potest nisi divinae gratiae afflatu intellectum illustrante ac voluntatem hominis permovente.

211. Ad 5. A' Ecquis umquam catholicus dixerit ad solam fidem *efficacem* gratiam necessariam esse? Numquid non vera fides erit *fides mortua* qualis in peccatoribus reperitur? Numquid non erit donum Dei ac proinde ex gratia proveniens? Quid dicemus de illis omnibus, quae fidei actum praecedunt, quibus scilicet Deus cor hominis pulsat, movet et inclinat?10 Con-

') Cf. quae scripsimus in tract. *De baptismo,* cap. IV. prop. II. Id vero non officit quominus etiam in credentibus motiva ipsa credibilitatis ad fidem roborandam inserviant. Hoc sensu ajebal Augustinus: •Tenet me in ecclesia consensus omnium populorum, tenet me veritas miraculorum ětc.· *Ep. Fundani,* cap. 4.

,0) Sane quoties non solum infideles verum etiam peccatores tanguntur hujusmodi gratiis actualibus, eisdemque resistunt? Quoties saltem illis permoventur ad orandum, adre sistendum cupiditatibus, quin tamen se omnino liberent a statu peccati? Numquid isti actus, siquidem his gratiis peccatores obsequantur, aliique ejusmodi non erunt salutares, ac proinde virtute actualis gratiae eliciti? Nisi hoc diceremus, in propositiones incideremus quesnelianas atque bajanas ab ecclesia proscriptas.

funditur igitur in allegatis verbis fides *vera* cum fide *viva* informata a caritate; at haec duo valde inter se differunt, ut theologis omnibus notum est. ||

212. Ad 6. *D.* Credendi motiva prout praerequisitum, praeambulum aut conditionem denotant ac prudenter assentiendum revelationi tamquam divinitus datae, innituntur auctoritati humanae, *C.* in illa resolvitur fides nostra tamquam in motivum adaequatum *formale, N.* Nisi enim gratia accedat, qua permoveamur ad actum fidei supernaturalis eliciendum, numquam in istum erumperemus; persuasio autem aut convictio quae in nobis gignitur ex evidentia motivorum illorum, tota naturalis est, nec ad actum fidei spectat, multo vero minus motivum ejus *formale* constituit.

213. Quo praejacto fundamento, jam evanescunt quae adjiciuntur tum

") Hic praestat in jnedium adducere verba ipsa Helvenichii qui in op. cit. pag. 105 seq. dum contendit liberare Hermesium a pelagianismi aut semipelagianismi macula, haec scribit: «Omnis quaestio de gratiae *actualis,* quam theologi vocant, necessitate, referenda est *ad salutis operationem.* Operamur autem salutem, si lex spiritualis carnali superior facta in nobis est, idque tam firme et constanter, ut omnes et appetitiones et actiones nostras dirigat ad honesta (moraliter bona) perficienda, hoc est, eo dirigat, ut et velimus omnia, quae vult Deus, el fugiamus omnia, quae ab ipso aliena sunt, atque hoc modo servantes mandata divina, nosque ad similitudinem Dei plane conformantes, disponamur et apti fiamus ad adipiscendam salutem seu beatitatem aeternam. Ex his jam facile apparet, quid per *actus salutares,* itemque per *opera salutaria* intelligendum sit. Videlicet actus salutaris is est, quo sive *proxime* sive *remote* efficitur, ut lex spiritualis superior fiat vel etiam superior maneat, majoremque vim accipiat, atque ita disponat nos ad salutem. His propositis definitionibus Hermesius primum generatim demonstrat (pag. 449 seqq.) gratiam actualem, supernaluralem et internam etiam justificatis omnino necessariam esse ad salutem operandam, et quidem eo modo, ut haec salutis operatio sine gratia illa neque inchoari, neque continuari, neque perfici queat, id est, ut lex spiritualis sine gratia illa neque impetrare principatum, neque constanter obtinere et exercere possit.·· Porro ut patetjuxta Hermesii hermesianorumque istorum de gratia theoriam: 1. gratia solum afficeret *voluntatem* non autem *intellectum ;* ast gratia quae necessaria est ad fidem, *etiam* intellectum, immo potissime afficere debet, cum fidei actus proprie ad assensum intellectus pertineat, quae firmam in eo ac supernaturalem certitudinem persuasionemque gignat; 2. confunditur hic et ubique ab his auctoribus gratia quae *elevationis* dicitur cum gratia *medicinali* seu reparationis; 3. juxta hanc theoriam Adae in statu innocentiae, in quo nullam ille concupiscentiae luctam experiebatur aut alia impedimenta, gratia ad credendum *salutariter* non fuisset necessaria; 4. demum, ut cetera praetermittamus, quid sibi volunt ille principatus *superior,* lex illa spiritualis quae *superior* fieri debeat *carnali* etc. de quibus hic constanter sermo est ad mentem Hermesii? Illud vero maxime qdnotandum est, quod auctor iste pag. 68. reprehendit cl. D. Liebermann eo quod dixerit: «Quamvis *fidei nostrae assensus uni nitatur auctoritati divinae,* et *propria fidei causa sit interior Dei afflatus,* qua movemur ad assentiendum Deo, requiruntur tamen exterria adminicula ětc» En porro censuram hermesianam : „Nam quod credendi actum suspensum facit (Liebermann) ab *auctoritate divina,* et propriam fidei causam in *interiore quodam Dei afflatu* positam esse declarat, in eo scilicet a se ipso desciscit, et aut *fallaciter agere,* aut *parum considerate* judicandus ěst.· Ilane in Hermesii schola concipitur natura fidei divinae?

de fide in vera miracula ob auctoritatem humanam, aut auctoritatem ecclesiae, tum de circuli vitiosi labyrintho. Etenim juxta analysin iidei ex principiis a nobis constitutis, nos prius perducimur per motiva credibilitatis tamquam praeambula et praerequisiia in certam cognitionem verae Christi ecclesiae ,2, quae est fidei regula proxima: deinde per Dei gratiam elicimus actum fidei de vera ecclesia et infallibili ejusdem auctoritate; ab ecclesia accipimus Scripturam et Traditionem, objecta denique reliqua fidei, quae in eisdem continentur. Falsum propterea est nos credere, fide scilicet divina, ecclesiae ob motiva credibilitatis: falsum nos ab ecclesia certiores fieri de veritate ac divinitate miraculorum: falsum denique fidem nostram inniti auctoritati humanae. '3

PROPOSITIO ΠΙ.

Demonstratio cujus capax est veritas christianae fidei, aut motitum quodcumquc credibilitatis non officit libertati illi qua voluntas actum fidei imperare debet.

214. Est adversus eos qui autumant, quod si vera detur Christianae fidei demonstratio, assensus qui ex ea promanat, jam liber non sit sed plane necessarius, ex quo inferunt positivam de veritate Christianae fidei demonstrationem admitti non posse, quin fidei naturae ac merito derogetur, ac quaecumque motiva credibilitatis posse tantum *obices removere,* ut credatur; non vero persuasionem ullam inducere, quod credendum sit.

215. Ut igitur ad rem ipsam accedamus: quamvis admitteretur proprium scientificae demonstrationis esse, ut necessario ad assentiendum cogat intellectum, talem nihilo secius· vim illa non habet, nisi cum evidentia demonstrationis circa *objectum* ipsum *immediate* ac *intrinsece* versatur, non item vero cum solum ejusdem afficit credibilitatem1 Porro demonstratio quae de fidei veritate in genere fit, aut de fidei articulis etiam singillatim, minime *immediatam* seu *intrinsecam* evidentiam objectorum fidei attingit, sed *extrinsecam* tantum atque *mediatam,* eorum videlicet *credibilitatem,* ac propterea intellectum ad assensum praebendum haudquaquam per se cogere valet.

*2) Id aulcm vel *explicite* vel *implicite* contingere potest, ut opportune adnotat Greg. de Valentia, qui ostendit praeterea, cum *motivum* seu *inductivum* ad credendum non *unum* sed *varium* sit, propositionem tamen infallibilem ecclesiae esse *conditionem necessariam* et quidem *unam* pro omnibus, quia fides *una* est. Cf. *De fide,* disput. 1. quaest. 1. punct. 4.

n) Cf. Bolgeni op. cit. *L' economia della fede,* cap. 1. art. X; item Suarezium *De fide,* diss. III. sect I. num. 5.

') Duo haec ab invicem discriminanda sunt, cum alia sit *evidentia rei,* alia *evidentia credibilitatis,* ut scite animadvertit Suarez 1. c. sect. VII. n. 2. item sect. V. n. 6 seqq. Cf. etiam *Praenotanda* nostra n. 24.

216. Hoc autem luculentius adhuc firmatur ex eo quod hic agatur de ejusmodi demonstratione, quae non parit per se evidentiam *metaphysicam,* quamvis in eam quandoque resolvi possit per principia, ut ajnnt, *reflexa.*2 Ceterum evidentia quae haberi potest per motivorum credibilitatem, non est nisi plerumque *moralis,* aut interdum *physica,* pro iis nempe qui signa ac prodigia oculis suis usurparunt. Moralis porro evidentia ex morali certitudine exurgens pendet, uti alias adnotavimus, ex accurata consideratione plurium factorum contingentium, in qua proinde haud parum valet dispositio ipsa subjecti animum ad rem sedulo applicantis, ac rationum vim rite percipientis.3 Quod si quis signum aliquod suis sensibus immediate percipit, certitudinem quidem ac evidentiam *physicam* factorum illorum acquirit; non ea tamen evidentia videt nexum qui intercedit inter facta illa ac Deum revelantem, neque videt revelata objecta quae inevidentia omnino ac obscura manent. Accedit quod assensus objectis fidei divinae praestandus longe firmior sit,'ac difficilior proinde quocumque naturali assensu. Cum igitur tota evidentia aut certitudo quae ex fidei extrinseca demonstratione oritur, talis profecto non sit, quae necessario intellectum ad assensum praebendum pertrahat, voluntatis est ejusmodi assensum intellectui imperare; siquidem sola evidentia metaphysica, uti animadvertimus, ea est quae immediate rapit intellectum ad assentiendum. Quapropter licet metaphysice evidens sit Deum esse summe veracem, immo veritatem ipsam, quae proinde nec falli nec fallere potest: licet etiam metaphysice evidens sit Deo revelanti fidem esse adjungendam; nihilominus utrum Deus sit reipsa locutus, hoc illudve revelaverit, nobis non constat nisi per motiva credibilitatis, quae cum possint semper obnoxia esse non paucis neque exiguis difficultatibus, uti ex illorum inspectione et consideratione planum fit, voluntatem etiam rite ad veritatem dispositam requirunt.4 Exinde idcirco sequitur, haud esse necessarium posse *physice* et absolute ejusmodi assensum praebere.

217. Sane experientia jugis id apertissime ostendit. Atque ut ex ipsis sacris litteris auspicemur, pharisaei certe conspexerunt miracula Christi, nec illa sunt inficiati, immovero quandoque admirati sunt; potuissent propterea ac debuissent Christo credere5; attamen: *Pontifices et pharisaei dicebant, quid facimus, quia hic homo multa signa facit?6* cum praeterea ad confirmandam divinam Christi missionem Petrus et Joannes insigne ac publicum

2) Recolantur quae scripsimus in tract. *De cera relig.* part. I. cap. ILL η. 174 seq.

·) Cf. *Praenotanti,* num. 27. et quae paulo ante jam diximus.

4) Satis est oculos conjicere in difficultates quas attub'mus adversus argumenta, quibus ostendimus dari notas divinae ac supernaturalis revelationis, in tract, cit. *De cera relig.* cap. ILI. el adversus ea argumenta , quibus adstruximus existentiam ejusdem revelationis, ibid. cap. V.

s) Cf. Luc. V. 24 – 26; Joann. X. 25. et alibi passim.

6) Joann. XI. 47.

pafrassent miraculum, iterum iidein dicebant: *Quid faciemus hominibus istis? Quoniam quidem notum signum factum est per eos, omnibus habitantibus Hierusalem: manifestum est, et non possumus negare*[1], nec tamen assensum praebuerunt; nempe, ut loquitur s. Augustinus: *collegerunt pontifices et pharisaei concilium et dicebant, quid facimus? nec tamen dicebant, credamus.*[8] Plurea nihilominus melius dispositi crediderunt in Christum, *videntes signa ejus quae faciebat.*[9] Quod si ita se gerebant illi ipsi qui spectatores fuerunt miraculorum Christi et apostolorum, quanto magis possunt cohibere assensum ii quibus miracula non constant nisi per auctoritatem historicam? Id ipsum dic de credibilitatis motivis reliquis, de vaticiniis eventu comprobatis, do doctrinae excellentia, de martyrum testimonio, de propagationis modo christianae seu potius catholicae religionis, deque ejusdem inter tot conflictus conservatione, aliisque ejusmodi, Ex quo inferunt theologi praeter evidentiam credibilitatis ad praebendum assensum fidei veluti divinae, opus esse interiori gratiae subsidio quo cor docile efficiatur, alioquin illa non obstante credibilitatis evidentia, homines non assentiuntur.

218- Quare optime s. Thomas in quaestione: ..Utrum credere sit meritorium." cum sibi objecisset: ..Ille qui assentit alicui rei credendo, aut habet causam sufficienter inducentem ipsum ad credendum, aut non. Si habet sufficiens inductivum ad credendum, non videtur hoc ei esse meritorium, quia non est ei jam liberum credere et non credere. Si autem non habet sufficiens inductivum ad credendum, levitatis est credere, secundum illud (Eccli. XIX. 4.): *qui cito credit, levis est corde;* et sic non videtur esse meritorium. Ergo credere nullo modo est meritorium." Cum haec, inquam, sibi objecisset s. Doctor, ita respondet: ..Ad tertium dicendum quod ille qui credit, habet sufficiens inductivum ad credendum. Inducitur enim auctoritate divinae doctrinae miraculis confirmatae: et quod plus est, interiori instinctu Dei invitantis. Unde non leviter credit. Tamen non habet sufficiens inductivum ad sciendum; et ideo non tollitur ratio meriti."[10] Quibus breviter, ut solet, complexus est quae nos fusius exposuimus.[11]

219. Concludamus igitur, demonstrationem cujus capax est veritas fidei, aut motivum quodeumque credibilitatis, non officere libertati illi, qua voluntas actum fidei imperare debet, prout ostendendum nobis proposuimus.

') Act. IV. 16.

*) *Tract. XL·IX. in Joann,* η. 26.

·) Joann. II. 23; III. 2; XL 45. etc.

,0) II. 2. qu. 2. art. 9. ad 3. Paulo aliter leguntur haec verba in ed. roman. 1586.

ll) Cf. Suarez, *De fide.* diss. IV. sect. V. num. 6. ubi inter cetera scribit: »Dico in primis, hanc evidentiam (credibilitatis) non impedire actum fidei circa res sic credibiles, quia semper fides relinet suam majorem certitudinem ac perfectionem; nam in superioribus dictum est, etiam evidentiam veritatis, si sil inferioris ordinis, non impedire verum actum fidei ejusdem veritatis: ergo mullo minus impediet evidentia credibilitatis, quae ^emper relinquit obscuram veritatem ipsam.

DIFFICULTATES.

220. Obj. Nullatenus consistere potest actus fidei liber cum objecto evidenter cognito. 1. Evidentia enim, ipso Suaresio fatente, cogit *convictionem* '2; jam vero idem dici debet de evidentia quae versatur circa credibilitatis motiva. Nam si evidentia cogit invincibiliter convictionem circa objectum evidenter cognitum, non minus eam coget circa motiva credibilitatis evidenter cognita; ideo nullo modo potest esse liber assensus qui exinde emittitur, nec propterea meritorius. 2. Deinde qua ratione fides, seu fidei objectum possit esse evidenter credibile, concipi nequit; siquidem vel aliquid evidenter credibile dicitur ob fidem humanam seu naturalem, qua quis cognoscit motiva credibilitatis esse in se evidentia, vel ob fidem divinam. Porro si primum adstruitur, actus qui eliceretur, esset fidei tantum humanae, qualis nempe de aliis etiam humanis objectis naturaliter habetur. Repugnat autem posterius, quia quod aliquid sit evidenter credibile fide divina, nequit supponi, cum hoc donum sit internum, quod proinde esse nequit evidenter credibile. Ergo.

221. Resp. *D.* Objecto cognito sub ratione *evidentis in se, C.* sub ratione *credibilis, N.* Et pariter ad 1. prob. *D.* Evidentia objecti intuitive cogniti cogit intellectum, *Tr.* vel C. evidentia credibilitatis, *N.* Jam adnotavimus diversa omnino ratione disserendum esse de evidentia, aut de cognitione evidenti metaphysica et intuitiva qualis e. gr. est illa principiorum seu axiomatum; et de cognitione moraliter evidenti, aut etiam, si cum Suaresio loqui velimus, de mere abstractive et scientifica.13 Si de priore sermo sit, facile damus illam extorquere necessario assensum intellectus nostri, neque in his liberum esse hominis assensum, sub quo respectu Suaresius affirmat solam evidentiam cogere intellectum posse.** Si vero de posteriore loquamur, negamus talem esse ejusmodi evidentiam, ut necessario, nempe necessitate absoluta et *physica,* praesertim in rebus fidei divinae, ei sit adhaerendum; in hoc enim intellectus influxui voluntatis haud parum subest, quae si rite disposita non sit, ac veritatem oppugnare velit, potest facilius lumen intellectus obscurare, ac ad assensum negandum pertrahere. Porro posterioris

") Disp. VI. sect. 8. II. sect. 4. num. 9. et disp. III. sect. 9. η. 3 seqq. turn disp. IV. sect. 6. η. 5. el alibi passim.

I3) Etenim prima est *immediata,* quae consistit in intuilione principiorum quae ferunt secum evidentiam immediatam, e. gr. totum est majus sua parte, impossibile est idem simul esse et non esse, aliaque id genus multa; contra vero altera, nempe scientifica et abstractive ea est, quae comparatur ope discursus, et ratiocinationis per longam etiam deductionem ex principiis, ac propterea vocatur *mediata.* Cf. Suarez disp.

M) In primis animadvertendum est, verba Suaresii loc. cit. num. 2. haec esse: ..Sola evidentia cogit *intellectum.*» Deinde haec verba praecise profert Suaresius inter dubia quae proponit; resolvit vero quaestionem et suam profert sententiam n. 12 et seqq. ubi ponit tres conclusiones, quae ibidem videri possunt.

generis est evidentia quam gignunt motiva credibilitatis naturaliter cognita. Exinde, ut diximus, et ex natura objectorum credendorum fluit necessitas gratiae qua permoveantur intellectus et voluntas ad firmiter assentiendum illis ipsis veritatibus, de quarum credibilitate homini evidentia naturali constat.15

222. Ad 2. Resp. aliquid posse sub diverso respectu aut naturale esse aut supernaturale; naturale prout *cognitum,* supernaturale prout *creditum.* Naturalis igitur erit actus, si judicium intellectus quod voluntatem praecedit, potest elici ac reipsa elicitur vi naturalis ratiocinationis, aut cognitionis signorum, quae efficiunt illa objecta evidenter credibilia; supernaturalis autem erit, si illustratione et inspiratione Spiritus S- superveniente perfundatur intellectus, permoveaturque voluntas ad actum fidei eliciendum circa illud ipsum objectum quod erat naturaliter cognitum, ut quis credere possit *sicut oportet* juxta catholicam doctrinam.16 Uti enim animadvertit Suarez, supernaturalis illa superveniens illustratio intellectus. quae praecedit voluntatem credendi, non est necessaria ad judicium crcdibilitatis elformandum sed solum praerequiritur propter supematuralem actum.17 llae ratione omnia rite componuntur quae videntur sibi invicem adversari; siquidem ex una parte judicium, quod fit ab intellectu ob motiva naturaliter cognita, naturale *quoad suam substantiam est;* ex altera parte ob superveniens gratiae subsidium fit supernaturale *ratione modij* quo elevatur, et movet supernaturaliter voluntatem, ut imperet assensum supematuralem intellectui circa fidei objecta. Haec planiora adhuc fient ex insequente propositione.

PROPOSITIO IV.

Potest de uno eodemque objecto haberi simul scientia ac fides.

223. Eosdem perstringit propositio adversarios quos superiore propositione adorti sumus, qui verentur ne fides penitus pereat aut saltem debili-

**) Cf. Suarez disp. IV. sect. 5. η. 6 seq. et disp. VI. sect. 8. η. 11; nec non card. De Lugo in tract. *De virtute fidei divinae,* disp. IL sect. 1. η. 104. cujus verba haec sunt: -Objiciunt, quia assensus lidei debet esse liber: quando autem objectum evidenter constat, non assentitur libere intellectus, sed ex necessitate; ergo non erit assensus fidei. Ad hoc facile respondetur ex dictis : actum fidei semper esse liberum, quia licet aliunde necessitetur intellectus ad assentiendum illi objecto, numquam tamen necessilatur ad credendum illud cx motivo revelationis divinae, quod sufficit ut actus fidei liber sit, non quidem in se, sed in causa, nempe in voluntate imperante, sive sit voluntas imperans solum assensum ad veracitatem et revelationem, quo assensu stante necessitetur intellectus ad credendum objectum revelatum propter divinam auctoritatem, sive requiratur etiam voluntas alia imperans alium assensum praeter assensum praemissum.K

li) Cf. Suarez disp. VL sect. 8. η. 18.

”) Ibid. η. 12, 13, 14.

tetur per scientiam, verenturque propterea ne si ulla detur demonstratio circa aliquid eorum quae fides docet, haec e medio tollatur aut detrimentum capiat. Perperam autem eos ita sentire sic luculenter ostendimus.

224. Ex dictis in prima ac secunda propositione distincta prorsus ab invicem sunt lidei ac scientiae principia; scientia enim innititur principiis naturaliter cognitis fides vero auctoritati innititur Dei revelantis, quae constituit propterea motivum seu objectum formale ipsius fidei. Cum igitur revelatio non solum complectatur ea quae captum rationis nostrae superant, verum etiam veritates quae naturalis ordinis sunt, adeoque absolute rationis nostrae aciem minime excedunt, consequens est posse ex diversis principiis idem objectum cognosci, seu quod idem est, posse fidem ac scientiam in eodem subjecto de eadem re simul amice consistere, seu de uno eodemque objecto simul scientiam ac fidem haberi.[1]

225. Sic possumus sola ratione duce cognoscere e. gr. Deum existere, unum esse, pluribusque iisque infinitis attributis esse praeditum, quae necessario competere debent primo enti, causae necessariae, aeternae, independent! ac existent! necessitate naturae suae, seu enti quo nihil majus nihilque melius excogitari potest. At haec ipsa ex divina novimus revelatione. Idem dic de animorum immortalitate ac libertate, de praemiis aut poenis quae pro meritorum diversitate nos manent in altera vita, aliisque ejusmodi non paucis veritatibus quas et fide tenemus et ratione etiam cognoscimus ac demonstramus. Alioquin nisi hoc admittatur, sequeretur hominem, quo doctior evadit, eo magis de fide amittere, cum tamen ab experientia contrarium constet.[2] Siquidem conspicimus viros doctissimos symbolum fidei profiteri, quamvis Deum et quidem unicum et omnipotentem esse, coeli terraeque conditorem etiam demonstratione per principia rationis cognoscant. Melior praeterea dicenda foret in adversariorum hypothesi rudiorum quam doctorum conditio; quod nemo nisi absurde affirmaverit.

226. Quapropter comperimus illos eosdemque ecclesiae patres ac doctores, qui plures easque solidissimas dederunt de Dei existentia ejusque attributorum demonstrationes, ut veritates ceteras silentio praetereamus, inculcare fidei necessitatem in illas easdemque veritates a Deo revelatas. Etenim s. Cyrillus hierosolym. in *Catech. IV.* adstruit necessitatem credendi in Deum, ejusque attributa fide tenendi e. gr. potentiam, sapientiam, libertatem etc.[3], quae tamen per rationem cognosci queunt; sic etiam s. Augu-

[1]) Cf. quae scribit Estius in cap. 11. epist. ad Hcbr. in v. 1.

[2]) Huc refertur quod scribit apostolus: „Accedentem ad Deum oportet *credere quia est.*" Si accedat quis philosophus ad Deum, quem scientia seu demonstratione cognoscit existere, numquid ut credat debebit amittere aut rejicere scientiam?

[3]) Num. 4, 5 et 6. edit. Toullci pag. 53, 54. el iterum *Catech.* VI. quae est *De uno Deo.*

stinus, qui in op. *De civitate Dei* docet officium fidei *primum et maximum esae, ut in verum credatur Deum* et alii passim.[5] Hinc eximius Suarez pluribus ostendit posse ab eodem de una eademque veritate haberi simul cognitionem etiam evidentem et fidem[6]; et ante ipsum s. Thomas docuit credenda esse quae naturali ratione probari possunt.[7]

227. Sive igitur diversa spectemus principia ex quibus eaedem veritates dimanant, sive earumdem naturam, sive denique sentiendi et agendi rationem quam ecclesiae patres et doctores tenuerunt, patet quod proposuimus, posse videlicet de uno eodemque objecto scientiam simul ac fidem haberi.

DIFFICULTATES.

228. **Obj.** Scientia et fides in eodem subjecto de eadem veritate se invicem excludunt, immo implicat eas posse simul consistere. Nam 1. scientia exposcit cognitionem, eamque saltem in suis principiis intuitivam et evidentem; fides vero in sua notione negationem involvit cognitionis intuitivae ac evidentis; cum autem aliquid ab eodem simul videri et non videri repugnet, repugnat igitur proposita thesis. 2. Adversatur praeterea **Scripturae**; fides enim cx apostolo *est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.*[8] Si non apparent quae fide creduntur, nequeunt hoc ipso esse scita aut visa. 3. Huic auctoritati innixi ecclesiae patres constanter docent fidem de iis esse quae non videntur. Inter ceteros s. **Augustinus**: *Quid est,* inquit, *fides, nisi credere quod non vides*[9]? et clarius adhuc fidem ex eo coihmendat, quia *quod creditur non videtur*'[10]; et iterum: *Quod intelligimus,* scribit, *debemus rationi, quod credimus, auctoritati.*[11] Sic etiam s. **Gregorius** M. ad ea Christi verba: *Quia vidisti me Thoma, credidisti,* cum fides sit de non apparentibus respondet: *Quia* Thomas *aliud vidit, aliud credidit... Hominem ergo vidit, et Deum confessus est*'[12]. pro certo sumens non posse idem credi et videri. 4. Horum vestigiis insistens **angelicus Doctor,** veluti principium firmum ubique statuit minime posse in eodem

A

Lib. IV. cap. 20.

à) Uli Ruffinus in *Eryusil. symboli.* η. 4, s. Joann. Chrysost. aliique quos referi Greg. de Valentia in op. cilalo. Hinc s. Thomas II. 2. qu. 2. art. 4. O. docet necessarium esse homini accipere per modum fidei non solum ea, quae sunt supra rationem, sed eliam ea, quae per rationem cognosci possunt. Cujus doctrinae tres affert rationes, quarum postrema est -propter certitudinem, ratio enim humana in rebus divinis est multum deficiens. . . Ut ergo esset indubitata et certa cognitio apud homines de Deo, oportuit quod divina eis per modum fidei traderentur quasi a Deo dicta, qui mentiri non potest."

e) Disput. III. lota sect. IX.

') Ut patet ex textu modo adducto, et praeterea I. p. qu. 1. art. 6 et 7. et *Contr. genl.* lib. I. cap. 4.

8) Hebr. XI. 1.

') *Tract. XL. in Joann,* η. 9.

10) *Tract. LXXIX.* n. 1.

n) Lib. *De ulilit. credendi,* cap. 11. n. 25. superius cit.

*') Hom. XXVI. *in Erang.* n. 8. opp. edit. maur. tom. I.

subjecto aliquid esse *visum* seu cogniturn, et *creditum;* ex innumeris prope locis qui ex ipso afferri possent, iste sufficiat: *Manifestum est, quod imperfectio cognitionis est de ratione fidei; ponitur enim in ejus definitione:* ***fides*** *enim est substantia* ***sperandarum rerum*** *etc. et sic imperfectio cognitionis est de ratione fidei. Unde manifestum est,* ***quod fides non potest esse perfecta cognitio, eodem numero manens***[13]*;* aut etiam apertius: *Omnis scientia,* scribit, *habetur per aliqua principia per se nota, et per consequens visa, et ideo oportet quaecumque sunt scita, aliquo modo esse visa.* ***Non autem est possibile quod idem ab eodem sit visum et creditum.*** *Potest tamen contingere, ut id quod est visum vel scitum ab uno, sit creditum ab alio.*™ Qui propterea docet, quod *Deum esse et alia hujusmodi quae per rationem naturalem nota possunt esse de Deo, ut dicitur Rom. 7.* ***non sunt articuli fidei sed praeambula ad articulos.***[13] Nec obstat ejusmodi veritates in symbolo contineri; siquidem respondet s. Doctor semper sibi constans: *Ea quae demonstratione probari possunt, inter credenda numerantur, non quia de iis simpliciter sit fides, apud omnes, sed quia praeeliguntur ad ea, quae sunt fidei et oportet ea saltem per fidem praesupponi ab his, qui eorum demonstrationem non habent.*[16] Ergo.

229. Resp. *N. A.* Ad 1. prob. *D. min.* Repugnat idem videri et non videri ab eodem subjecto *per eundem actum, Tr. per diversos actus, N.* Repugnare utique videtur eodem actu quempiam simul videre et credere, seu videre et non videre; ast non est repugnantia seu contradictio quod quis diverso seu distincto actu, itemque per diversum medium aut principium cognoscat et credat. Sic. implicat aliquem eodem simul actu' pedibiis et curru iter facere; si autem diverso aut distincto actu, non item. Jam vero cum alius sit actus, aliudque principium quo aliquis naturali facultate cognoscit seu intuetur, alius autem quo idem fide supernatural! aliquid credit ob divinam auctoritatem, patet minime repugnare sub diverso respectu distinctoque actu quempiam aliquid cognoscere et credere.[17] Hoc vero magis in casu nostro pro substrata materia patefit ex eo, quod non agatur de visione seu cognitione intuitiva, sed de cognitione et visione abstractiva, qualis per scientiam obtinetur, quaeque proinde capax est firmioris certitudinis aut saltem firmioris adhaesionis intellectus imperatae a voluntate ob Dei auctoritatem, quam habeat adhaesio illa qua intellectus et voluntas in objecto conquiescunt per solam cognitionem quae acquiritur per scientiam.[18] Deinde

I. 2. qu. 67. art. 3. O.

H) II. 2. qu. 1. art. 5. O.

B) I. p. qu. 2. art. 2- ad 1.

,6) II. 2. qu. 1. art. 5. ad 3. Alia plura ejusdem s. Doctoris testimonia cf. apud P. Rozaven op. cit. edit. prim. p. 110 et 130. Cf. De Lugo op. cit. disp. II. sect. 3. n. 105 seqq. item sect. 2. n. 66. Cf. etiam Vasquez in III. p. s. Thomae disp. LUI. cap. 1. n. 5. cl disp. LXII. cap. 4. n. 33. Suarez 1. c. n. 119.

*8) Cf. auct. cill. loc. cit. et De Lugo sect. 2.

permisceri nequit scientia cum scientiae principiis: principia siquidem utpote per se nota, ac immediatam evidentiam praeseferentia movent necessario intellectum ad assentiendum absque ullo voluntatis influxu; non item vero conclusiones, quae ex iisdem principiis longa saltem deductione trahuntur, in quibus nempe cum talis evidentia, plerumque saltem, haud affulgeat, intellectus non adeo invincibiliter cogitur: unde relinquitur voluntati ejusmodi vis, ut illum ex rationum pondere determinare queat ad assensum.19

230. Ad 2. *D. Fides est sperandarum* etc. prout subsunt fidei, *C.* prout scientia cognoscuntur, A' Responsio patet ex dictis; nam si distincto actu ac medio aliquid possit credi et cognosci, sequitur actum cognitionis non adversari actui fidei. Huc accedit, scientiam haud nobis praebere *apparentiam* seu cognitionem rerum divinarum prout in se sunt, sed solum, uti diximus, abstractivam, quae proinde illam relinquit obscuritatem quam fides supponit.20

231. Ad 3. Eadem esto distinctio; quandoquidem eodem sensu loquuntor patres. Sane in objectis testimoniis ss. Augustinus et Gregorius M. exponunt naturam fidei, quae in suo conceptu postulat, ut assentiatur auctoritati, secus ac scientiae notio exposcat.

232. Ad effatum autem s. Gregorii M. speciatim adnoto, ipsum rationem eorum habuisse, quae sub sensus cadebant apostoli Thomae, in quibus certo non habetur fides, non autem voluisse excludere fidem illius circa substantiam, quae latebat sub apparentiis, cum citra dubium sit, tum apostolum Thomam, tum apostolos reliquos non minus credidisse in veram Christi humanitatem, cum et hujus veritas fidei articulus sit.

233. Ad 4. *D.* Statuit s. Thomas non posse in eodem subjecto aliquid esse simul visum et creditum in sensu exposito, *C.* alio sensu, *N.* Nec aliud evincunt allegati textus, aliique magno numero qui facile adduci possent. Hi enim probant dumtaxat tenuisse angelicum Doctorem, minime posse sub eodem respectu haberi scientiam aut si lubet, cognitionem evidentem

,9J Cf. Suarez disp. HI. sect. 9.

Î9J Huc referuntur quae scribit Estius in cap. 11. v. 1. epist. ad Hebr. ubi exponens illud apostoli *argumentum non apparentium,* haec habet: .Haec quippe fidei laus est, propter auctoritatem divinam assensum firmissimum praebere iis quae non apparent, utcumque reclamet sensus noster carnalis. Quamquam contingit *et ea quae apparent,* si testimonium habent divinum, *a nobis credi;* sed in iis credendis non elucet fidei virtus, quia *etiam* sine ejusmodi testimonio recipiuntur, velut sensu vel experientia, et humanis testimoniis, abunde cognita: ut Jesum crucifixum et mortuum esse, Davidem regnasse, Paulum gentibus praedicasse. Quo referenda sunt *etiam* ea quorum haberi potest scientia demonstrativa: ut unum esse Deum optimum maximum, et alia hujusmodi. Non ergo sentit apostolus id omne, quod creditur, esse *non apparens;* sed fidem esse eam animi qualitatem, qua propter Dei verbum ac testimonium certissime recipimus *etiam* ea quae non apparent, quaeque sensus humanus credere refugit. Haec enim sunt quae *per se* sub objecto fidei continentur; celera non item.- Cf. etiam De Lugo op. cit. disp. П. sect. П. n. 98. ubi fuse propositam difficultatem solvit.

slmul et fidem, quae illam excludit. Ceterum s. Thomam haud existimasse fidem et scientiam de eadem veritate in eodem subjecto absolute repugnare, constat ex ejus doctrina, qua tenet habitum fidei habitum scientiae non excludere, seu scientiam et fidem de eadem re simul consistere posse31; tum etiam ex eo quod pro certo adstruat sive angelos sive primum hominem ante peccatum simul habuisse abstractivam Dei cognitionem longe ea perfectiorem quam nos per scientiam comparare possimus, una cum fide. 22 Removet proinde solum a fide cognitionem intuitivam ipsius Dei quam in patria, uti speramus, consequemur. 33 Igitur nisi velimus angelicum Doctorem secum ipsum committere, in eadem et ipsum sententia fuisse, fateamur necesse est.24

DE NEXU AC MUTUA RELATIONE FIDEM INTER AC RATIONEM.

234. Satis pro re nostra naturam et constitutiva fidei in se spectata enucleare sategimus: nunc quomodo fides ipsa in actu credendi ejusque objectis ad rationem se habeat, investigandum. Plures in hoc enim errores profligandi sunt. Nam praeterquam quod increduli omnes philosophorum sibi nomen adsciscentes, quavis aetate, ac recentiore etiam nostra proclamare haud destiterint, admissa fide actum et conclamatum de ratione hominis esse, haud parum est disputatum utrum fides aliquid credendum quod nativis rationis ipsius principiis adversans sit, proponere queat, aut revera proponat. Jam supra commemoravimus haud paucos e protestantibus, Luthero duce, in ea stetisse sententia, quod inter fidem et scientiam, theologiam et philosophiam bellum existere oporteat, ac aliquid utique dari *theologice* verum quod *philo-*

Apud Suarez disp. III. sect. IX. n. 4. et patet praeterea ex iis, quae paulo ante ex s. Doctore attulimus.

M) Π. 2. qu. 5. art. 1. O. cujus haec verba sunt: ..Illa sola manifestatio excludit fidei rationem per quam creditur apparens, vel visum id, de quo principaliter est fides. Principale autem objectum fidei est veritas prima, cujus visio beatos facit, et fidei succedit. Cum ergo angelus ante confirmationem, et homo ante peccatum non habuerit illam bealitudinem, qua Deus per essentiam videtur, manifestum est, quod non habuit sic manifestam cognitionem qua excluderetur ratio fidei. Unde quod non habuit fidem, hoc esse non potuit, nisi quia penitus ei erat ignotum id de quo est fides.··

M) Ibid, in resp. ad 1. «Potest dici, inquit, quod contemplatio, quae tollit rationem fidei, est contemplatio patriae, qua supernaturalis veritas per essentiam videtur. Hanc autem contemplationem non habuit angelus ante confirmationem, nec homo ante peccatum; sed eorum contemplatio erat allior quam nostra, per quam magis de propinquo accedentes ad Deum, plura manifeste cognoscere poterant de -divinis effectibus et mysteriis quam nos possumus."

M) Cf. Salmeronem in cap. it. epist. ad Hebr. diss. XX. ad 10. dub. opp. tom. XL pag. 764. et Greg. de Valentia dispul. I. *De fide,* qu. 1. puncto IV. §. 2. opp. edit, lugd. 1663. Tom. III. pag. 68 seqq.

sophice falsum sit, et e contra': quinimmo plures eo pervenerunt, ut illud Tertulliani *credo quia absurdum,* veluti fidei tesseram constituerint.[2] Neque pro veritatis amore omittere volumus aliquot etiam ex theologis nostratibus arbitratos esse, principia prima evidentia ac universalia rationis vim omnimodam probandi habere in rebus naturalibus; in rebus tamen fidei non item, utpote quae cum rationis fines undequaque excedant, iis non sunt principiis rationalibus dimetienda.[3] Nos igitur legitimam inter fidem et rationem concordiam tuentes, propositionibus insequentibus id praestare conabimur.

PROPOSITIO I.

Fides neque extinguit naturale rectae rationis lumen, neque illi umquam potest adversari.

235. Statuta thesis hoc facile argumento conficitur: Si fides nativum rationis lumen extingueret eiquo adversaretur, hoc fieret vel quia ipsa coecum omnino a ratione exigeret objectis credendis assensum, vel quia rationi quidquam credendum proponeret quod cum ejus principiis adversa fronte pugnaret. Atqui neutrum consistit.

236. Primum porro evincit quidquid hactenus disceptavimus de necessitate praeviae illius cognitionis naturalis, et quidem certae, circa *credibilitatem* divinae revelationis ad actum fidei ope divinae gratiae supernaturalem eliciendum. Si namque fides ipsa, veluti *praerequisitum* exigit ut ratio intelligat aliquo modo *quid* credendum sit[1], ac ut praeterea videat *quare cre-*

*) Cf. num. 9. hujus part. III.

*) Hoc etiamnum ab aliquibus Germaniae protestantibus, qui dicuntur *ortho dori,* quippe symbolicos libros suos contra rationalistas luentur, veluti lidci professio tenetur.

3) Mirum porro est Anton. Genovesi hanc anti-philosophicam doctrinam sectatum esse. Ipse enim HI. part. *Elem. metaph.* cap. 5. §. 18. asserit cum universali quidem inQnitaque ratione dictata omnino divinae fidei cohaerere; at pronunciata humanae rationis divinorum ad mysteriorum materiam non pertinere, porrigiquc tantummodo ad naluram rerum factarum: id porro etiam de *axiomatibus* dicit, unde concludit: «Naturam itaque Dei non attingunt; ergo inde nec pro nec contra argumentum duci potest. Itaque eos hoc in loco probo scholae theologos, qui perspectissime prorsus respondent hoc (scilicet: *quae sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se)* et similia alia axiomata in creatis rebus locum habere, non in divinis." Hanc falsam doctrinam optime refellit alter egregius sane ilalus philosophus Caesar de Horatiis jam in romano archigymnasio professor, in libro *De universali methodo philosophandi officioque philosophi,* Romae 1778. cap. 20.

') Jam rite Augustinus adnolavit, non omnia in mysteriis cadere sub fidem, sed quaedam in iis nos satis noscere, unde aliquam credentes de mysterio ipso notionem concipere possumus. „Crcdimus, ait s. Doctor, Jesum Christum natum de Virgine, quae Maria vocabatur. Quid sit autem Virgo, quid sit nasci, et quid sit nomen proprium, non credimus, sed prorsus novimus;" *De Trinit.* 1. VIII. cap. 8- Idem dic de celeris mysteriis, unde falsum est quod oggerunt increduli, mysteria nil nisi

dendum; si talia evidentis credlbllltatis motiva fides exhibet, quae illam rationabili plane modo inducere valeant ad iidei objecta amplectenda, nonne rationis jura nedum non destruit, sed sarta tecta tuetur? Irrationabiliter ergo ageret ratio, si positis illis extrinsecis credendi motivis intellectum captivare in obsequium primae veritatis revelantis, Dei, detrectaret. 2

237. Sed alterum etiam aeque, invicte probatur: revelatio enim, quae fidei objectum est, ac naturalis ratio nonne Deum pariter habent auctorem? Nonne duo veluti radii ejusdem luminis indefectibilis sunt, duo veluti rivi ab eodem inexhauribili fonte manantes? Quinam igitur pugnantes inter se poterunt esse? Quomodo veritas veritati unquam poterit contradicere? aut Deus sibi ipsi contrarius esse, ut contraria per diversa illa media nos doceat? Certum igitur est nulla divina dogmata adversari rationi posse: tali nempe rationi quae recte et ex lege naturae suae procedat, non vero quae utcumque contra rationales suas leges temere peccet.3

238. Praeterea veritates a fide propositae aut captui rationis accommodatae sunt, aut illum prorsus exsuperant. Quoad primas nulla est oppositio pertimescenda: siquidem talia veritatis germina, licet firmiora atque uberiora, ratio inde percipit a fide, quae in suo, ut ita dicam, solo ratio ipsa aut jam detexerat, aut absolute detegere potuisset, quaeque nunc illa per fidem etiam edocta poterit facilius nativo lumine suo evolvere, novisque ejusdem ordinis veritatibus locupletare. Quod si de veritatibus rationem excedentibus seu de mysteriis agatur, numquam ratio intrinsecam in iis repugnantiam percipere valebit: haec enim cognitio supponeret perfectam *subjecti* et *praedicati* ac *intrinseci* eorum nexus notitiam: quod quidem ipsa mysterii natura excludit. 1 Quid est enim mysterii propositio nisi notitia rei, quam dari nonnisi a dicente seu revelante cognoscere poteramus, et quae quoad *existentiam* quidem constat, sed quoad *modum* existendi, et quoad omnes qualitates non declaratur, immo nec innotescere potest? Omnis igitur

vanum verborum sonum esse, omni conceptu destitutorum.

5) Apposite heic ita rationem ipsam alloquenlem inducit DugueC: .›Ecoutez un maître qui m'est supérieur et n'écoutez que lui. C'est par mon ordre que vous me quittez, et c'est ma lumière qui vous conduit à une autre. Il est juste que je sache si c'est Dieu qui révèle ses volontés et scs mystères, parce que je ne dois croire que lui, et ne me fier qu'à sa vérité; mais quand je suis certain que c'est lui qui parle, je n'ai plus qu'à l'écouler et me taire." *Des principes de la foi.* Tom. I. chap. i.

3) Nonnisi ex prava philosophandi methodo oriri hanc oppositionem posse, ostendit solide Caesar de Horaliis op. et cap. jam cilt., atque in eo totus est ut rectam methodum philosophandi commonstret, cunctisque philosophis suadeat. Plura porro ibidem ad religionis dogmata luenda opportuna compcries.

4) Egregie declarat hoc argumentum cl. Gerdilius in op. *Introdwzione alio studio della religione,* exemplis etiam ex mathematicis adductis. Cf. pag. 135 seq. atque etiam si lubet tract, nostrum *De vera religione,* tom. I. cap. I. prop. III.

repugnantia erit tantum apparens, quam ratio recte instituta dispellet.' Hoc janidiu animadvertit s. Thomas.6 Hoc declaravit expresse synodus lateran. V. illis verbis: ,.Cumquo verum vero minime contradicat, omnem assertionem veritati fidei contrariam omnino falsam esse definimus.·'7 Hoc demum ipsum nos quoque in toto praelectionum nostrarum decursu, ubi de mysteriis fidei nostrae singillatim est actum, conficere adnisi sumus.

DIFFICULTATES.

239. I. Obj. Nulla dari major oppositio potest quam fidem inter ac rationem. Nam 1. fides est coecus assensus objectis in quibus nil ratio intelligit ac videt, Ratio autem nonnisi in evidentia quiescit, atque absolutum jus habet cuncta inquisitioni suae subdendi, ut de veritate aut errore novissimum proferat judicium. 2. Hinc satis celebrari nequeunt, qui cogitationem philosophicam ab auctoritatis jugo emancipare conati sunt: quo factum est ut cuique jam integrum sit de magnis illis problematibus, quae Deum, hominem ac naturam respiciunt, libere disceptandi, 3. Id vero quin ullam impietatem redoleat, Deum ipsum rationis auctorem extollit quippe ea sola obedientia rationabilis est, qua ratio legibus certisque principiis suis unice obtemperat.8 Ergo.

') Argumenta *physice* tantum aut *moraliter* certa ad fidei dogmata labefactanda nihil valere possent: quippe cum illa non absolutam sed *hypotheticam* necessitatem habeant, divinam nequeunt naturam attingere. Metaphysica tantum principia, quae in principio *contradictionis* fundantur, ad divinam quoque naturam pertinere dubium non est, ac proinde oppositum illorum absolutam in Deo ipso impossibilitatem certissime evincerent: quod qui negent theologi, jam omnem certitudinem evertunt, ac tollunt possibilitatem ipsam humanae rationi quidquam de Deo ejusque proprietatibus statuendi. Ast nullum est mysterium quod principio ejusmodi metaphysice adversari ostendi possit: nulla difficultas in hoc quae solubilis non sit; nec omnes incredulorum conatus aliud effecerunt, nisi distortum ac sophisticum suum ratiocinandi modum patefacere.

6) Lib. L *Contr. gent.* toto cap. 7. ubi hoc copiose evolvit. Satis hic nobis sil ea adducere quae habet n. 1. Ea enim, inquit, quae naturaliter sunt insita, verissima esse constat, intantum ut nec ea esse falsa sit possibile cogitare: nec id quod fide tenetur, cum tam evidenter divinitus confirmatum sit, fas est credere esse falsum. Quia igitur solum falsum vero contrarium est, impossibile est illis principiis, quae ratio naturaliter cognoscit, praedictam veritatem fidei contrariam esse.-

7) In *Collect. Cone,* veneta Colcli, torn. XIX. col. 842- Editum porro est hoc decretum adversus philosophos illos qui autumabant posse aliquid verum esse in theologia, quod falsum sit in philosophia. Tantum autem abest ut synodus illa quidquam a *redo* rationis usu adversum fidei pertimesceret, ut Leo X. tunc pontifex philosophos aetatis illius excitarit, atque hortatus sit ad demonstrationes pro animarum immortalitate ex naturali ratione conficiendas, et contraria argumenta dissolvenda.

s) Haec quidem aliaque ejusmodi plura profert cum schola neo-eclectica D. Bouillier philosophiae professor lugdunens. in *Discours d'ouverture à la faculté des lettres de Lyon,* Lyon 1840, a pag. 5 ad 10. Ceterum haec non sunt nisi leve specimen rationalism! philosophici qui nunc plures

240. Reap. *N.* Λ. ad 1. *D.* Fides est caecus assensus quoad *intrinsecum* in mysteriis subjecti ac praedicati *nexum, C.* quoad motiva *extrinseca* firmum assensum praebendi, *N.* Ea est humanae rationis natura, ut nil sine firmo ac rationabili motivo pro vero et certo hahere queat, ac tale motivum quaerere in ipsius jure positum est. Sed cum objecta cognitionis sint diversae naturae, ac a diversis fontibus promanent, *motiva* illa assensus firmi ac rationabilis *intrinseca* aut *extrinseca* esse possunt. Num omnia quae ratio ut vera admittit, ac admittere debet, ex puris idearum relationibus, aut ex contemplatione naturae procedunt? Num poterit ipsam veritatem historicam repudiare, licet motivis tantum extrinsecis innitatur? Quinimmo nonne ex eanone recepto newtoniano experimentis constantibus ac cortis credendum est, etiam si ratio non pateat? et quot physica pro indubitatis habet, licet ea partim cognita, partim incognita sint? Fides igitur hoc non denegat rationi jus ut in illa fundamenta revelationis inquirat, quae firmissima credendi motiva suppeditant: *testimonia* enim ejus *credibilia facta sunt nimis,* et ipsa *vincet cum judicabitur.* Ast ipsam velle mysteriorum naturam ratione metiri, hoc esset in Deum superbe insurgere, perinde ac si ille in infinita natura ac scientia sua non haberet, quod rationem humanam latere posset ac deberet.

241. Ad 2. *D.* Qui conati sunt emancipare cogitationem philosophicam a jugo auctoritatis philosophicae, *Tr.* divinae, A'. Nil nostra refert quidquid ad varia philosophorum dogmaticorum placita spectat: sua sint rectae rationi integra in hoc jura. Ast cogitationem philosophicam ab auctoritate divina revelante, ac veritatem revelationis suae tot argumentis indubiis testante emancipare, non laudi sed magno rationis ipsius philosophantis probro ac detrimento est. Qui enim ita procedit, *rationabile officium,* quo in divinum auctorem suum obstringitur, pessumdat, veritati affulgenti se subtrahit, sublimissimam illam cognitionum partem, quae rationem ipsam supra se extollunt, recondita humanitatis mysteria patefaciunt, veram hominis destinationem aperiunt, physicum, intellectualem ac moralem ordinem miro inter se nexu copulatum ostendunt, a se stultissime rejicit·, et in ipsis illis veritatibus, quas ratio per se cognoscere posset, sed quae firmius et uberius a revelatione

occupat scholas in Galliis, ac magis in dies progreditur, ut patet ex documentis pastoralibus episcoporum Galliarum. Eminet inter haec quod dedit archiepiscopus tolosanus D. d'Aslros adversus Galien Arnoult profess, in universitate tolosana, cujus nou pauca excerpta exhibet. In quo illud notamus, quod disserens hic professor de religione Christiana, cujus progressus ad perfcciibilitatem adstruil, concludit: «Elle *exchiera la foi,* pour faire place *à la raison.* . . . . Dans l'avenir il y aura triomphe éclatant et développement complet des principes du christianisme etc." Vid. *L'union catholique,* 5. Fev. 1842. Haec schola christianismum post Hegel philosophicum facit, quaeritque Christum historicum *in idea* mentis. Verum de his partim disseruimus, partim paulo infra uberius disseremus.

traditae sunt, iterum fluctuat atque caecutit. Id porro lacrymabili sano sed luculento exemplo recens neotericae pseudophilosophiae ostendit historia. 9

242. Ad 3. *Neg.* in sensu adversariorum. Utique ea sola est obodientia rationabilis, qua ratio legibus certisque principiis suis obtemperat: sed num leges certaque rationis principia exposcunt, ut ea sola pro veris habeat ratio quae *intrinsece* videt ac intelligit. aut externis sensibus suis usurpat? Num lex rationis certissima non est. ut etiam illud admittat, cujus existentia validissimis argumentis licet *extrinsecis* probata sit? Quid magis igitur rationi conforme, quam divinae auctoritati manifeste docenti totam se tradere, atque in ea veluti in amantissimae matris sinu tuto conquiescere ?

243. II. Obj. Posito principio quod fides rationi adversari nec possit nec debeat 1. jam destruitur vera in mysteriis *supernaturalismi* ratio.10 Nam sequitur inde 2. rationem debere *singula fidei dogmata* ad suum tribunal arcessere. ut judicet per acrem demonstrationem num illa in propriis fidei fontibus, verbo nempe Dei scripto et tradito contineantur; secus, pro iis saltem qui hujus inquisitionis capaces sunt, actus fidei non esset prudens, et in rationem peccaretur11; 3. etiam postquam demonstratum sit aliquod dogma

*) Merito hic commemorandum est egregiam opus cl. D. Severini Fabriani, *La religione cristiana dimostrata per Ia natura de' suoi misteri,* Modena 1828— 1837. in quatuor partes divisum, in quihus haec invicte ostendenda suscipiuntur: .Nella prima, che tutti i sistemi di religione o d'incrédulité inventati dagli nomini contengono misteri, i quali con le loro assurdità offendono Fumana ragione. Nella seconda, che tutti i sistemi di religione c d'incrédulité inventati dagli uomini contengono misteri. i quali colle loro conseguenze corrompono la morale. Nella terza, che sola la religione cristiana conliene misteri, i quali invece di offendere. sublimano Fumana ragione. Nella quarta, che sola la religion cristiana conliene misteri, i quali invcce d: corrompere perfezionano la morale:" vid. *Jnlroduz.* pag. 6 et seqq.

,0) Hanc et sequentes objectiones libuit afferre, quia non desunt praesertim in Germania sive catholici sive protestantes qui ad alterum extremum rationalisme oppositum deflectunt, et rationis *nihilismum* inducunt, occasionem etiam ad id ex damnatione Hermesii doctrinae, ut alias adnotavimus, arripientes. Nos voro veritatis ac religionis bonum unice sectantes, quae vere hic in Hermesio reprehendenda sunt, patefacimus, ut extrema devitentur, ac media illa via qna tuto incedi potest, elucescat.

*') Hermesii sectatores mihi forte succensebunt quod hanc doctrinam praeceptori suo tribuam, cum ipse in dogmatica Christiano-catholica part. L pag. 21. haec habeat: -Si Jesus est *legatus* Dei . . . verum est *omne id* quod tamquam Dei legatus docuit. ... Nobis tunc opus non est amplius eam doctrinam *demonstrare,* minus vero eam comprehendere. Si ostensum semel est, Jesum eam docuisse, nos debemus illam idcirco uti veram amplecti ciquc credere-° Opponent etiam plura loca in quibus Hermesius *ecclesiae magisterium* veluti catholicae fidei tesseram proclamat.

Optima haec quidem ; sed cum toto Hermesii systemate quonam pacto cohaerent? I. Etenim quid est quod Hermesius pro discretione et admissione *singulorum* fidei articulorum, ut fides pia cl rationabilis sit. *demonstrationem* acerrimam pro *conditione sine (μια non* exigit expresse? cf. quae ex eo superius attulimus ex *Inlr. Phil.* II. Quare Hermesius in sua *flfethodologia* praemissa *Positivae Introductioni in christ, catholicain theologiam,* canones hosce veluti indeclinabiles statuit: -.1°. Nos debemus vale-

esso certo revelatum, rationem non poswe nec debere illi aesentiri, nisi *prius* exploratum habeat dogma illud principiis suis naturalibus minime in se repugnaro12; 4. hinc verum prorsus esset, rationem in negotio fidei *principem,*

dicere omnibus systematibus tum theologiae tum *religionis,* in quantum ea nondum veluti certe vera noverimus *theoretice;* id quod possumus exequi si vivam in animo persuasionem habuerimus, quod nullum, ne quidem e. gr. *catholicismus* aut *christianismus* generatim, ideo verum sil, quia in eo nati sumus; et quod nos sancte et juste apud conscientiam nostram agemus, si nos ad illud (systema religionis) converterimus, quo ratio nostra nos ducet, quia ista est *unica norma,* quam auctor *nostri esse* nobis a nativitate impertitus est in hujus vitae cursu, cum dictamine alte in corde nostro proclamante, eam sequendam esse ubicumque illa *demum nos ducere possit. 2°. Nos* debemus parati esse oraculum rationis sequi, *sine ullo respectu* ad modum quo illa se habeat cum doctrinis theologicis aut *religiosis hactenus retentis* . . . quia secus peccaremus in rationem nostram ct proinde in illum qui eam nobis dedit, et id quidem in ea re ex qua forte salus nostra pendere deberet in tempore et ǽeternitate, pag. 30, 31. Suntnc tales canones catholicis theologis, aut theologiae catholicae alumnis praescribendi, quasi nempe ex rationali *demon strutione* instituenda pendentem facere deberent vel perseverantiam fidei in catholicismo, vel ejus repudiatione? III. Quare Hermesius in sua *methodologia* praemissa ad L pari. Dogmaticae suae, praescribit 1) quodvis dogma ut *problema* spectandum esse; 2) quaeritur circa illud quid habeant theologiae fontes: 3) circa sensum cujusque loci instituuntur grammaticae, criticae, philosophicae inquisitiones etc. Hoc praestito circa locos omnes, debent simul conferri et videri num sese mutuo fulciant; .ac tunc demum debet interrogari *ratio, quid ipsa post hoc omne exigat ut admittatur tamquam doctrina Jesu.* Ista est doctrina unica *historica vera.* Si ratio *non exigit quidquam admittere* uti doctrinam Jesu historice veram, tunc doctrina *problematice* ab initio proposita . . . concidit per se, veluti aliquid de quo revelatio nil decernit, extra theologiam specialem christ, catholicam. . . . Postea vero si *doctrina Jesu* historice certa sit, quaeritur de ejus *interna* veritate . . . sed eatenus, quatenus aliis *certis cognitionibus rationis contradicat ner nej"* ibid. pag. 135.

n) Hanc etiam doctrinam insinuat Hermesius uti in nota praecedente, et hic duobus locis ex eo depromptis firmamus. L In 1П. parte *Dogm. christ, cath.* pag. 141. postquam ipse ex omnibus cognoscendi fontibus revelatis existentiam peccati originalis *complete demonstraverit* (sic ipse) ac juxta *positivam doctrinam* christianae catholicae theologiae satis probaverit, nondum tamen eam *firme statutam* esse declarat, *quippe nescimus* utrum *demonstrari possit ulla contradictio hujus doctrinae cum ratione. . .* Hanc autem cognitionem eo *magis necessariam esse* ait, quod plures hanc contradictionem revera inveniant. Hic crero Hermesio ad prudentem fidem in peccati originalis dogma satis non est, quod constet illud revelatum esse ex Scriptura, ex Traditione et ex magisterio ecclesiae, sed *necessarium* prorsus est demonstrare quod non *adversetur rationi.*

II. Alterum luculentius exemplum est in ipsa III. parte dogmaticae pag. 254. ubi postquam Hermesius fuse ostenderit Jesum Christum Deum-hominem esse, haec habet: ..Nunc ergo ex omnibus principiis cognitionis christianae catholicae fidei probatum est, in Christo Jesu naturam divinam inter et humanam revera intercedere unionem non moralem sed physicam, ex qua naturae ambae in subjectum unum coalescunt, quod est Deus-homo;u et pag. 253. jam dixerat: ..Conceptus iste Jesu Christi nobis datus est a s. Scriptura, a Traditione et a fide expresse declarata ab universali ecclesia. Ergo nullum est dubium de rectitudine illius *juxta conformitatem cum revelatione* - - - - sed de admissibilitate illius *secundum rationem* valde decertatum est in veteri ecclesia..... Itaque vitari

immo *unicam* normam esse oportere : quae quidem omnia praecipuum Hermesii systematis vitium constituunt.

244. **Resp.** Ad 1. Si *supernaturalismi,* quem vocant, mysteriorum ratio consisteret *in absurdilatc, C.* si in *incomprehensibilitatc* tantum, A'. Aliud est mysteria *incomprehensibilia* esse, aliud *absurda* ac cum ratione manifesto pugnantia. Baylius utique duo haec confundebat, sed temere omnino. Primum enim proprium ac essentiale mysterio est, quippe rationis Unes natura sua praetergreditur: alterum indignum homine *rationali* esset, indignum fido *super· naturali,* indignum Deo *veritatis* fonte unde dimanat. 13

245. Ad 2· *D.* In sensu Hermesii, *C.* in sensu vere catholico et orthodoxo, A'. Distinguendum porro hac in re inter illos qui fidem primo amplectuntur, et eos qui fidem jam susceperunt. Quoad primos certe exigit ratio, de ordinaria lege, ut aut per inquisitionem sedulam motivorum credibilitatis, aut per sufficientem eorum propositionem certa moraliter fiat de revelationis existentia, deque ecclesiae proponentis auctoritate. Sed ubi hoc assecuta sit, ac divinae gratiae afflatu revelationi ac proponenti ecclesiae fide assentiatur, jam ex ecclesiae infallibilis auctoritate debet dogmata ab eadem nomine Dei revelantis proposita uti certissima fide divina suscipere, sine *ulla* de singulis *demonstratione,* quamvis e propriis theologiae fontibus hausta. Secus enim non ob auctoritatem Dei revelantis et ecclesiae proponentis crederet, sed ob rationalem demonstrationem, qua se judicem constitueret, utrum quodvis dogma revelatum divinitus sit nec ne, quod esset fidem destruere, ac in protestantinm principium dilabi. Quoad illos vero qui fidem jam susceperunt eique adhaerent, nil vetat quominus examen, quod vocant, *confirmativum* atque *inhaesivum* instituant, sive generatim de motivis credendi in revelationem et ecclesiam, sive de fundamentis cujusquc dogmatis in ipso verbo Dei revelato. Hoc quidem praecipue theologi munus est, sed non ab hoc examine debet

nullo modo potest quaestio *utrum ratio re vera* necessario cogatur ad habendam *pro impossibili* unionem illam naturae divinae et humanae in unico subjecto. . . Negatio peremtoria hujus quaestionis est *conditio fidei nostrae in Jesum Christum* ut Deum-hominem, hactenus *ex revelatione probatum;* ac proinde haec est *irremissibilis exigentia* ad fundandam fidem nostram, ac divinam redemptionem.- Patet ergo quod prius quam *ratio* huic exigentiae satisfecerit, *fides fundata non sit ex* Hermesio: et si ratio revera illi exigentiae satisfacere nequiret, numquam fundaretur fides in Jes. Christum.

*3) Hinc rejicimus omnino illud *credo quia absurdum est,* quod certe, si est protestans, catholicum non est. En quid auctor germanicus Frau^nstadt in libro *Die Menschicerdung Cottes* etc. seu *De Incarnatione Dei juxta suam possibilitatem, reulitatem et necessitatem,* Beroliui 1839, scribat : -Sed quid juvat iterum solutio (occurrentium difficultatum) si quidem ob *contradictionem insolubilem* contentam in conceptu incarnationis Dei, incomprehensibilis redditur ipsius possibilitas? . . . Homini juxta conscientiae leges cogitanti, quousque illa contradictio non solvatur, nil aliud reliquum est, nisi sibi ingenue fateri dissidium inter fidem et scientiam, inter religionem et philosophiam, et Consequenter a *credo* ut *intelligam* regredi ad *credo* quia *absurdum* est.“

aut potest fides cujusquam formaliter pendere, secus iterum in mere *rationalem* fidem recideremus. Hinc patet quam latam errori viam straverit Hermesius, dum ad prudentem fidei assensum suam illam de singulis dogmatibus demonstrationem postulavit.

240. Ad 3. Iterum *D.* Juxta Hermesium, *C.* juxta sinceram fidei naturam, *N.* Eo ipso quod ratio certa sit Deum esse locutum, ac ecclesiam divina auctoritate praeditam esse ad verbum Dei proponendum, jam illa tenetur verbum illud revolatum fide suscipere: nec alia rationalis inquisitio circa dogma ipsum requiri ulterius potest. Si namque certo jam constet esse verbum Dei revelatum, hoc ipso certo jam constat nil haberi quod rationi adversari posset; secus qui ageret, assensum divinae revelationi certo cognitae suspensum ac pendentem faceret ab inquisitione sua mere *rationali,* utrum scilicet natura dogmatis principiis suis rationalibus adversaretur nec ne. Aliud vero est quod theologus ad dogmata fidei tuenda ac illustranda hoc etiam praestare debeat, ut nil ea habere demonstret, ex quo ulla repugnantia cum rationis principiis possit inferri. Officium theologi et officium credentis Hermesius plane confundit.

247. Ad 4. *D.* Si praemissae verae essent, *C.* si falsae, *N.* Certe positis principiis et canonibus ex Hermesio allatis, sine quibus prudens ac rationabilis fides oriri nequiret, consequitur sponte sua rationem *principem,* immo *unicam normam* esse in fidei negotio. At ea nimis rectae methodo ac doctrinae adversantur. Humana enim ratio utique unicum *medium* seu *instrumentum* est, quo nos uti possumus ad motiva credendi percipienda atque ad ipsas res fidei cognoscendas: sed non eo sensu ut *judicet* de singulis dogmatibus, atque ex hoc judicio suam faciat fidem pendentem. Quod si theologus ratione utitur sua ad inquirendum utrum et quomodo dogmata singula fundamentum habeant in verbo Dei scripto vel tradito, non certe *principem normam* fidei suae rationem constituit, si quidem catholice procedit, sed munus suum dependenter ab ecclesiae auctoritate, proxima fidei regula, exequatur prout in capite insequenti clarius edocebimus.

PROPOSITIO II.

Fides nedum humanae rationis incrementis non adversatur, sed ea potius mirifice provehit.

248. Frequens ac solemnis est altera ab incredulis ac rationalises in Christianam fidem impacta calumnia, ex ea nimirum humanae rationis evolutionem ac perfectibilitatem praepediri, ejusque vim sub fidei jugo opprimi omnino atque elidi. Nec ab iis fere discrepant protestantes, qui quamvis fidem, privato nimirum cujusque judicio innixam, admittant, omnes tamen in

ecclesiam catholicam insurgunt, quod ista, dum fidem ex principio repetit auctoritatis, *obscurantismum,* quem vocant, foveat, scientiarumque omnium progressus retardet. Contra hos omnes hanc statuere propositionem heic operae pretium erit.

249. Fidem catholicam certe rationis humanae incrementis nedum non adversari, sed ea mirum in modum provehere, evidens erit, si ex eadem fide sive *directe* sive *indirecte* scientias omnes optimaque studia quibus maxime excolitur ac perficitur humana ratio, juvari vehementer ac promoveri probaverimus.

250. Quod ut praestemus ea ratione quae lucido simul ordini ac brevitati consulat, latissimum scientiarum campum ad peculiares quasdam classes, sapientum judicio satis probatas, ipsaque rerum diversa natura definitas, revocare juvat. Nam vel ad intellectus speculationem, ac theoreticam entium doctrinam scientiae pertinent, nt logica, psychologia, ontologia, anthropologie, cosmologia, naturalis theologia etc. ac *rationales* dicuntur, vel humanam operationem ac praxim prope attingunt, uti ethica, politica, jurisprudentia, et *moralium* nomine veniunt; vel demum in physica rerum natura investiganda, uti physica generalis ac particularis, chemia etc.; aut in quantitate supputanda versantur, uti mathesis ejusque multiplices divisiones, quae disciplinae omnes *naturalium* appellationem sortiuntur. Scientiis demum istis ea adjici possunt studia, quae generali bonarum artium nomine comprehenduntur, qua-

quavis secta secerni, turn <ie supremo ejus visibili capitej quibus constitutis ad quemvis posthac peculiarem articulum aut dogma fidei devenias.'

252. Quid vero cum dogmata singula discutienda et vindicanda, cum disciplinam ab ecclesia sancitam, leges conditas, errores proscriptos, damnatas theses quae integritatem ejus doctrinae quoquo modo labefactant aut temerant, vel propugnanda vel evertenda suscipias? Exinde polemica, seu ut modo loqui adamant, apologetica theologia exoritur quae innumeras fere quaestiones amplectitur agitandas adversus incredulos, haereticos, catholicosque neotericos ad sartam tectamque fidem catholicamque doctrinam adserendam ac protuendam. Quum vero fidei hostes omnibus disciplinis abutantur, abstrusa quaeque rimentur, monumenta conquirant, facta aut historias corrumpant, nulli parcant fraudi atque molimini quo ecclesiam a pacifica sua possessione deturbent, necessitas catholicis oritur quo veritas integra et incorrupta maneat, omnium prorsus disciplinarum subsidium in rem suam derivandi.

253. Ad haec accedit, plures ab ecclesia catholica articulos tradi, qui ad bonas artes provehendas mirifice conferunt, cujusmodi sunt quae cultum externum, aliaque id genus attingunt, quibus factum est ut pictura, architectura, statuaria semper fuerint excultae, summosque viros quovis tempore extulerint de aesthetica optime meritos.2 Quid de linguarum orientalium studio dicam, quarum pleraque monumenta in ecclesia catholica conservata sunt, quibusque impensam semper viri insignes dederunt operam?3 Eodem prorsus modo dicendum est de archaeologia sacra et profana, de palaeographia, numismatica, epigraphia etc. quae in gratiam et commodum Christianae et catholicae fidei quavis aetate altae sunt, et incrementum ingens acceperunt.4 Idem in primis adstrui de geographia necesse est, quae nempe

1) Quae hic vix attigimus ad ostendendum veluti in germine quomodo fides faveat progressibus ipsis rationis, ac quam propterea apte illi consonet, latius in capite insequente ubi de rationis officiis *poni (idem* agemus, erunt evolvenda.

J) Hoc inter cetera ostendunt praestantissima opera clarissimorum virorum Joann. Winckelmann, Joann. Bapt. Aloysii Georgii Seroux d' Agincourt, et Leopoldi Cicognara, qui picturae et sculpturae historiam a suis initiis usque ad aetatem nostram perduxerunt monumentisque omnigenis illustrarunt·, pleraque porro haec monumenta ad rem christianam spectant. Idem dic de historia picturae cl. Aloysii Lanzi S. J. quae pariter patefacit quantum contulerit ecclesia catholica ad ejus progressus et augmentum.

3) Certe monumenta linguae copticae, linguae Syriacae, chiddaicae etc. quae supersunt, ac proinde illarum studium et cultura aut unice, aut magna saltem ex parte catholicae fidei in acceptis referenda sunt; polyglottae biblicae ex missalibus, euchologiis aliisque liturgicis libris, quoad has linguas, sunt confectae non minima ex parte. Semper has linguas excoluerunt catholici in missionum gratiam quas penes illas gentes susceperunt.

' Immortalia semper erunt opera Bosii, Aringhii, Boldetti, Lupi, Marangoni, Muratorii, Zachariae, Morcelli aliorumque magno numero, quae frustra apud protestantes quaeras.

ex *missionariorum* nostrorum excursionibus superiore aetate maximo innotuit.5

254. Et haec quidem *directe:* verum haud minori efficacia scientiarum progressum fides *indirecte* promovit ac promovet. Cum enim catholica tides veluti commune centrum sit in quod ethnicorum et infidelium, judaeorum, haereticorum, schismaticorum, impiorumque omnium tela perpetuo diriguntur, fit ut ejus defensores ad tot ictus elidendos ac infringendos non possint quin in omnigenas scientias ac disciplinas animum solerter intendant. Primis dis-

jectis difficultatibus novae identidem succedunt, quas aliae iterum et aliae continenter excipiunt; inde actio illa jugis exurgit et reactio quibus perpetua praebetur culturae scientiarum omnigenarum alimonia. Quemadmodum vero scientiae ulterius semper progrediuntur, unde novas adversarii indesinenter difficultates urgent adversus catholicam fidem, sic novi pariter exinde excitantur in catholicis progressus ad eas dissolvendas.

255. Ex his luculenter liquet catholicam fidem esse, si hac uti comparatione fas est, ad instar electricae machinae, quae scientiae veluti fluidum excitat ubique communicatque, ac vivus proinde semper et ardens sacer, ut ita dicam, ignis illius ope servatur et alitur. Fide autem sublata, magnum saltem incitamentum scientiis deesset. Quo fit, ut divina providentia ex mala ipsa errorum progenie qua suam perturbari et concuti ecclesiam sinit, hoc inter alia bonum eruere numquam destiterit.

256. Sed alio generaliori argumento confirmatur nostra thesis. Quem enim catholica fides habet auctorem nisi Deum ipsum, nimirum scientiae fontem ac largitorem uberrimum, qui *scientiarum Dominus* voluit appellari6: qui cum inexplebilem veri assequendi cupiditatem homini ingesserit, tum illum in sacris litteris ad scientiam ac sapientiam sibi omni labore ac studio comparandam continenter excitat7: qui a sacerdotibus suis ut scientiam custodiant, et cum aliis diligenter communicent, requirit? Quid arctius igitur cum scientia quam vera fides, catholica nempe, copulatum est? Quod firmius dari potest vinculum ad scientias omnes in unum veluti corpus colligandas, easque incorruptas servandas quam vera fides? Hinc ubicumque fidei hujus splendor effulsit, statim animi ad omnem vitae cultum, ad politiores artes, atque optimas quasque disciplinas excitati. Hinc romani pontifices, ipsius fidei custodes ac vindices nil umquam habuerunt antiquius quam una cum fidei amore studia litterarum scientiarumque ubique fovere vetera illarum monumenta studiose colligere ac inter tot temporum clades servare, sedemque

5) Cf. card. Zurla in *Dissertaz. dei vanlaggi dalla caltolica religione derivati alla geografia e scienze aiuiesse.* Roma

Eccli. I. 1; Prov. IL 6; XXIIL 23. atque alibi saepe.

suam non modo religionis centrum, sed etiam bonarum artium ac disciplinarum veluti domicilium efficere. 8

257. Magnum vero heic ad rem firmandam robur accederet ex tabula comparativa progressuum quos in disciplinarum studiis humana fecit societas ante et post christianae fidei ortum; scientiarum iterum status illis in regionibus penes quas viguit olim Christiana fides, postea vero extincta est, aut ad quas nondum illa pervenit. Tametsi enim in cultioribus mundi antiqui regionibus plura floruerint ingenia praestantissima, Athenis praesertim ac Romae, ecquis non videt quam exigui fuerint scientiarum progressus in cthnicismo, si cum illis conferantur quos tulit posterior aetas? Vix crepuscula cernas fulgentissimae illius lucis quae undique deinceps se diffudit, ac in omni pene scientia emicuit. Si compares florentissimas quondam Asiae et Africae provincias cum barbarie in quam post islamismum, haeresim aut schisma dilapsae sunt, vix eas hac in parte agnosces. Imperium sinense fixum ac haerens in infantia sua post tot saecula perstitit; indicae regiones adhuc in fabularum suarum veluti incunabulis detinentur.

258. Jure igitur concludas oportet tantum abesse ut fides catholica humanae rationis cultui ac incrementis officiat, ut ea mire prorsus juvet provehatque. 9

s) Quis porro posset tot tantaque roman. pontificum in optima quaeque studia et artes promerita percensere? Satis heic esset commemorare celebriores atque illustriores Europae universitates nonnisi ex sententia, favore et assensu roman, pontificum fuisse constitutas. Si quis aliquod hujus rei specimen desiderat, conferat orationem inauguralcm habitam die 4. Nov. ann. 1834 in universitate catholica lovaniensi tunc iterum instaurata, ubi plura diligenter collecta inveniet; *Annali delle scienze religiose,* vol. I. n. 1; Conringium *De antiquit. Academicis,* dissert. VII. Golting. 1739; Georgium Hagelgans, *Orbis litteratus academicus,* Francof. ad ftlaenum 1737; Christoph Meiners *Geschichte der Entstehung* etc. seu *Historia erectionis et progressus scholarum alliorum* etc. Gotting. 1802 — 5; quamvis acatholici merita rom. pontificum in litterariam rem universam minime inficientur.

Quod si Romae tantum sistamus, incensi hujus pontificum studii testes locupletissimi sunt amplissimae bibliothecae erectae, Vaticana praesertim (cf. Morcelli *Inscription. Commentar, subject.* Romae 1783. cap. 8. item *Fasti Orbis christianae');* acadcmiae institutae ad omnigena studia promovenda (cf. Renazzi, *Storia dell' università degli studj di Roma,* Roma 1803 — 1806); monumenta per eos detecta et erecta in urbe de quibus late agit Geoîg. Zoega (in op. *De origine et usu obeliscor.* Romae 1797); musaea demum, ut caetera praetcream, pioclementinum, pianum, ac denique gregorianum, quod nempe immortalis Gregorius XVI. iu aedibus valicanis instruxit, undique comparatis Aegyptiorum Etruscorumque monumentis ad publicam utilitatem. Quid vero dicendum esset de tabulis egregie pictis, nummis omnis generis, aliisque innumeris ab iisdem pontificibus summo studio collectis ad urbis ipsius et religionis ornamentum? Haec omnia aliaque ejusmodi innumera pontificum praeclare gesta in quavis aetate erga scientias atque artes, litteralosque viros pluribus certe voluminibus exarandis uberrimam segetem suppeditarent.

9) Dum haec cursim pro instituto nostro persequimur, gratulandum sane est, quod aetate hac nostra ardens in plurimorum catholicorum animis studium fervescat

DIFFICULTATES.

259. I. Obj. Fides seu principium auctoritatis hostis naturalis est oinnis scientiae, et cujusvis progressus. Nam 1. superstitionem gignit ignorantiae matrem, et quin hominis acuat ingenium, illud auctoritati subdit, quae limites signat quos praetergredi nefas sit. 2. Auctoritas suspiciosa semper ac pavens ubique sibi videtur molitiones videre sive apertas sive occultas in fidei doctrinam. 3. Exinde illae ortae fuere insectationes in summos viros qui primi ausi sunt, trito itinere relicto, se extollere ad inventiones illas, quae immensum scientiis incrementum pepererunt. 4. Exinde pariter prodiit librorum prohibitorum *Index,* quo summi pretii opera interdicta sunt haud exigua scientiarum jactura. 5- Clamat adhuc career Galilaei adversus injustam romanae inquisitionis vexationem. Ergo.

260. **Resp.** Λ' A. Ad 1. prob. -V. Siquidem principium auctoritatis solum intendit ad proponenda omni cum certitudine objecta fidei, nec quid habet per se commune sive cum incremento sive cum decremento scientiarum quas auctoritas non attingit nisi fidei revera adversentur. Absurdum porro est asserere ex eo superstitionem gigni, aut impediri quominus se hominum exerceant ingenia, quod omnem tollit a nobis animi fluctuationem circa ea quae Deus revelavit, quodque naturales ipsas veritates, etsi aliunde rationis captui pervias, perspicuas omnibus certissimasque reddit. Haec difficultas ex nativo enascitur protestantismi principio de *subjectivismo* fidei, juxta quod homo ex proprio veluti fundo fidei articulos efibrmat: quo fit ut revera non quod Deus revelavit, credat, sed quod persuadeat sibi eum revelasse. Hinc quemadmodum in naturalibus scientiis, ita et in iis quae fidei dogmata spectant, perfectibilitatem dari protestantes facile somniant, quo nihil absurdius. Cum igitur vera fides necessario ac natura sua objectiva sit, principium auctoritatis quod catholica profitetur ecclesia, limites figit petulantibus ac lascivientibus ingeniis, ne sibi jus arrogent temerandi aut reformandi opus Dei,

conjunctionem scientiarum omnium cum vera Christi religione alacrius in dies promovendi. In quo collaudandam praecipue se offert nuvilcr instaurata universitas lovaniensis in Belgio, quae huic sublimi scopo adeo naviter docleque adlaborat. Praeclaros etiam commendamus in id ipsum conatus, quos exerit, variis erectis institutis, cditisque operibus Gallia: in qua satis sit periodicum opus memorare — *L'université catholique* — quod veluti monumentum est scientiarum omnium religionis honori dicatum. Haud parum etiam in eundem finem contulit egregium opus anglice conscriptum, sed gallicc ac ilalice translatum, et nunc iterum Mediolani ct Neapoli recusum, cl. episcopi Wiseman, *Conference sopra la connessione dette scienze con la religione rivelata,* omnigena sane eruditione refertum. Haec quidem aliaque hujusmodi multa faustissima omina sunt perfectae illius concordiae fidem inter ac scientiam, quam boni omnes exoptant, quamque nos pro virili et provehere conati sumus, atque adeo conabimur.

quidpiam detrahendo aut adjiciendo, aut etiam aliter intelligendo veritates quas Deus per ecclesiam hominibus credendas proponit.

261. Ad 2. *D.* Ad eum modum quo optima mater suspiciosa ac timida est pro sollicitudine quam gerit erga proprios filios ne perniciem sibi consciscant, *C.* alio sensu, *N.* Nihil sibi aut fidei a se praedicatae timet ecclesia, quae tuta est promissionibus aeterni Dei conditoris sui; ast valde timet ac sollicita est pro salute liliorum suorum. Quamdiu isti dociles sunt, ac se manu veluti duci patiuntur, nihil suspicatur, nihil de ipsis pertimescit ecclesia; cum fraeni impatientes sibi sufficere praesumunt, et vanae cupidine gloriae scientia in propriam perniciem abutuntur, timet de ipsis ecclesia, non secus ac de aliis quibus propinari error facile posset.

262. Ad 3. *N.* Numquam enim ecclesia quempiam insectata est, qui intra debitos scientiae lines se continuerit. Quod si quis eos fines transilierit, et aliqua ratione fidem attigerit, ecclesia jure suo usa est ad insanos conatus cohibendos, quemadmodum civilis respublica in eos animadvertit, qui fundamenta ac basim constitutionis suae concutere nituntur. Certe ea scientia quae divinae fidei veritates quoquomodo laedit, rectae rationi ipsi infensa maxime atque exitiosa est, nec proinde scientiae quidem nomine appellanda.

263. Ad 4. *D.* Ne mala ac depravata doctrina incauti ac simplices decipiantur, *C.* alia de causa, *N.* Itaque animadvertimus 1. apostolicam sedem in conficiendo vulgandoque librorum prohibitorum Indice rationem habere periculi quod imminet eos libros legentibus tum circa fidem tum circa mores 10; 2. haud difficilem se praebere Indicis congregationem aut sanctam sedem in concedenda facultate retinendi legendique libros prohibitos, dummodo ipsa certior fiat ex testimonio ordinariorum, quod alicui noxia esse nequeat illorum lectio, immo utilis esse possit; 3. nonnullos libros prudentis oeconomiae gratia in Indicem referri, qua causa peculiari cessante, non abnuit apostolica sedes eos dein ab Indice expungere praesertim si cum clausula *donec cor-*

10) Plerique enim libri, qui in Indice referuntur, ipsa naturae lege prohibiti sunt, cujusmodi praesertim sunt qui ex professo contra fidem ac bonos mores vulgantur. Ecclesia propterea circa hos libros non aliud efficit quam declarare qui ejusmodi sint, adjectis etiam poenis in transgressores. Cf. egregium opus ab. Zachariae de hoc argumento.

Hj Exemplo sint inter cetera, opera Joann. Pici mirandulani, quae sub Innocentio VIII. censuris notata sunt, postea vero per congregationem ad hoc expresse institutam ab Alexandro VL die 18- Jun. 1493 fuerunt absoluta, ct hoc antequam Index librorum prohibitorum ex decreto trident. fuerit vulgatus; liber pariter M. Mariae d'Agreda in Indicem relatus fuit, deinde expunctus; controversia v. Bellarmini *De potestate Rom. Pontificis temporali* jussu Sixti V. in indicem prius relata, postea vero illo defuncto pontifice exinde sublata est; sic famosae quaestiones circa Christiana officia Slephani Fagundez interdictae sunt, quae deinde decreto speciali dato 18. Aprilis ann. 1630 liberae a prohibitione declaratae sunt; liber item v. P. Scgneri *De concordia inter laborem et quietem* ad tempus prohibitus est, deinde decreto congr. s. Inquisitionis revocata est prohibitio, ut

rigatur prohibitus aliquis liber sit, et correctiones a sacr. congregatione recognitae et probatae fuerint; 4. non ad arbitrium libros in Indicem referri, sed juxta prudentissimas regulas a rom. pontificibus praescriptas, ac post diligens examen multiplicesque consultationes. 12 Quae cum ita se habeant, liquet, nullum omnino detrimentum ex ejusmodi Indice scientiis provenire, earumque progressui.

264. Ad 5. *D.* Si Galilaei causa ea esset quae ab adversariis confingitur, *C.* si omnino diversa, *N.* Jam vero Galilaeus in duplici cui obnoxius fuit examine, humanissime fuit exceptus: ejus doctrina circa motum telluris uti hypothesis numquam damnata fuit, sed tantum ut thesis quam ipse nimis pugnaciter adstruebat. Quod vero ita se gesserit sacr. Inquisitionis tribunal id caussae fuit, quia ratione habita status scientiae physicae illius aetatis fieri non poterat, ut solverentur difficultates quibus systema copernicanum urgebatur, et sane, quamquam Galilaeus id maxime efficere adniteretur, numquam tamen ab illis expedire se potuit. Nam nonnisi post Galilaei obitum, ann. 1645. Torricelli invenit aëris pressionem in tellurem, adeoque fieri non poterat ut ante id temporis solverentur difficultates, quae adversus systema copernicanum ex physica petebantur; ex altera vero parte, cum insolubiles difficultates opponerentur illi thesi, non poterat sensus obvius Scripturarum quae pluribus in locis contrarium videbantur asserere, dimitti. Nefas siquidem est, nisi evidens ratio cogat, relinquere sensum litteralem Scripturae ad ei substituendum sensum metaphoricum et figuratum. In ejusmodi propterea rerum statu prudenter se gessit romana Inquisitio, dum prohibuit Galilaei opera, donec res melius innotesceret, eidemque indixit silentium ad praecavendas turbas quae ex ejus occasione oriri facile potuissent. 13 Qni ultra corticem non figit obtutus, Inquisitionis hoc in negotio agendi rationem carpit: ast qui penitius rem expendit, eam potius commendat. Ad rectum certe

constet ex ejus vita conscripte a P. Jos. Maflejo §. 49.

n) Id aperte liquet ex constitutione Benedicti XIV. quae praemitti solet Indici librorum prohibitorum, qua sola impudentes calumniae dissolvuntur quibus Petrus Tamburinius Insurgit in eum indicem, hoc ipso quod omnia aut fere omnia ejus opera in Jndicem fuerint relata.

,3) Cf. Tiraboschi S. J. *Storia delta letieralura italiana* dall' anno MDC. ali' anno 31DCC. lib. II. cap. 2. §. 7 seqq. nec non Giov. Ballista Venturi, *Memorie e let tere inedite (inora o disperse di Galileo Galilei,* Modena 1818 — 1821. duob. volum. in 4. ubi magno studio et diligentia collecta inveniuntur quae ad Galilaeum spectant: ex his porro diluuntur quae amplificata sunt ab incredulis passim circa processum Galilaei ex parte romanae Inquisitionis.

Cf. duo egregii articuli de hoc argumento in op. periodico *l' Amico Cattolico,* quorum alter prostet fasc. 2. *di ottobre* 1841, alter vero fasc. 1. *di dicembre* ejusdem anni, quibus titulus est: *La, Santa Sede ed il Sistema Copernicano, Milano.* In his porro non solum refellitur D. Libri, sed praeterea ostenditur quam bene de scientia astronomica el de systemate copernicano ipso merita sit apostolica sedes, ita ut increduli conticescere, immo et erubescere debeant.

ferendum judicium non aetatem illam ad no», sed nos ad aetatem illam transferre necesso est. Ceterum opera Galilaei perinde ac Copernici ex nova Indicis editione expuncta sunt.

2G5. II. Obj. In magno versantur errore, qui scientiarum progressum catholicae fidei acceptum referunt. Etenim 1. compertum ex historia est, sub aevum reformationis vehementiorem impulsum scientias ac bonas artes omnes accepisse; notum praeterea est, penes protestantes eas maxime fuisse excultas, nec solum sacrarum, sed et profanarum disciplinarum, humaniorumque litterarum studia profecisse. Nemo qui plane hospes in historia litteraria non sit, ignorat linguarum orientalium, graecae vero potissimum cognitionem exinde auctam; grammaticae institutiones, lexica linguae sanctae ceterarumque affinium a protestantihus magna saltem ex parte repetenda; exegesis biblica, critica, historia, philologia universa item incrementum maximum ab iisdem nacta sunt. Metaphysica vero studia, psychologica, ethica, scientiam juris naturalis et gentium, aliaque omnia tali successu protestantes excoluerunt, ut si qui catholici plenam earum ac penitiorem notitiam sibi comparare volunt, ad illos confugiant oportet. 2. Si propterea ratio habeatur varii scientiarum bonarumque artium status tum ante tum post reformationem, negari haud potest, ita alterum ad alterum se habere uti ad virilem aetatem se habet infantia. 3. Id autem quonam modo factum est nisi ex ipsius reformationis indole, quippe quae cum plenam ab auctoritate libertatem seu emancipationem proclamaverit, jam nullis irretitur vinculis humana ratio, ita ut novis semper ac novis tentandis ac detegendis par sit? Sane protestantes in omnibus semper praeeunt ac viam veluti sternunt, quos deinceps catholici lento gressu sequuntur. Ergo.

2G6. **Resp.** *D. A.* Si fides adiungatur iis quae de se pleriquc protestantes identidem jactare solent, *C.* si res prout sunt sedulo disquirantur, JV.

267. Ad 1. prob. A; Immo vero compertum est longe ante Lutheri, ceterorumque aetatis illius sectariorum perduellionem, ubique locorum in Europa, in Italia vero praesertim, graecam latinamque litteraturam praeter vernaculam, ac bonas universim artes perfectionis apicem attigisse14; Gallias

H) Ecquis ignorat saeculum Leonis X. comparari saeculo Augusti? Si sculpturam specas, tibi sese sistit Buonarroti, si architecturam Bramante, si picturam Raphael Sanzio Urbinas, Julius Romanus etc.; si graecam linguam, tibi occurrunt Angelus Politianus, Sadoletus *atticus* ab Erasmo nuncupatus, Guidiccionus, aliique magno numero; de lingua latina nihil attinet dicere, cum Sadoletus, Bembus, Joann. Ant. Flaminius, Hier. Fracastorus, Sanazzarus, Vida, Caslilionacus, Altilius, Fascitellius, Cotta etc. monumenta post se reliquerint aere perenniora. Floruit aetas illa poetis graecis, latinis, italis; oratoribus, historicis summis. Satis erit percurrere vel leviter tres partes voluminis VII. ed. Rom. historiae litterariae Italiae cl. Tiraboschi, et historiam universae litteraturae cl. Andres lib. I. cap. 13. ut quisque inlelligat quo pervenissent scientiae ac litteratura omnigena saec. XVI. ineunle. Attamen barbarus Lulherus

Hispaniasque summis florentes viris saec. XVI. initio, perinde ac Germaniam extitisse, ut de regionibus reliquis taceamus. 15 Notum est, philosophiam, jurisprudentiam, scientias naturales magna per id tempus animorum contentione fuisse excultas 16; notum denique omnia scientiarum semina jamdiu praejacta felici tunc exitu evolvi coepisse ex universali propemodum regionum omnium commercio, novique orbis detectione, ac inventione typographicae artis '7, priusquam Lutherus cum suis ad pacem Europae perturbandam in medium prodiret. Sive igitur erupisset protestantismns sive non, impulsio data jam fuerat, et scientiae universae eodem omnino modo progressae fuissent, ac reipsa fecerunt. Protestantismns propterea ad scientias ac bonas artes, quod attinet, elementum est plane *heterogeneum.* Ad summum protestantismi origo thesim nostram mirifice confirmat, fidem nempe catholicam tum *directe* tum *indirecti* scientiarum provexisse progressus et incrementa. Dum enim protestantes veram Christi ecclesiam turpiter deserentes acriter in eam insurrexerunt, excitarunt catholicos ad avitae fidei, quae in omnibus fere articulis impugnabatur, defensionem suscipiendam. Omnis quippe actio provocat, uti animadvertimus, reactionem; ac milites dum arma exercent, validiores evadunt.

ausus est exprobare Romae quod nesciret *latine.'* Ac haeretici teuloniei illius sectatores impudenter id ipsum ingeminare non erubuerunt! Apposite Branca op. cit. *De sacr. libror, latinae vulgatae editionis,* tom. I. lib. I. cap. 1. pag. 33. -Quasi vero, inquit, Itali praesertim nostri eo saeculo, quod nobis saeculum omnium elegantiarum non etruscarum modo sed latinarum quoque et graecarum fuit, ope indigerent Getae alicujus aut Davi, ut perpolirentur, ac barbari esse tum primum dediscerent; aut, si qua ceteris linguarum scientia fuit, non illi ejus studium sensumque extulerint e catholicis, potissimeque ex Italia ejusmodi artium altrice, librorumque de iis excusorum parente prima.» Cf. card. Quirinum in ep. ad Samuelem Formejum ann. 1748, dec. 6, alia ad eund. 1749, dec. 7, epist. ad Joann. Rodulphum Isselium ann. 1750, dec. 7 etc. Paulum Colomesium, *Italia orientalis,* pag. 62, 77, 95, 104, 113.

ls) Cf. Andres op. cit. *DelC origine, progressi e stato attuale di ogni letteratura,* torn. I. lib. L cap. 12 et 13. Ipse Bûhle in sua *Historia philosophiae* quamvis ut protestons, kantianisque placitis haud parum addictus, reformationis influxum in scientias exaggeret, tamen agnoscit causas instaurationis scientiarum reformationem praecessisse. »1 lumi riaccesi in Italia dal risorgimento della lelteralura e fllosofia degli antichi sparsero la benefica loro influenza anche nelle vicine contrade e specialmente in Germania verso il finire dei quindicesimo secolo e il principiare dei sedicesimo;« ita ipse incipit sect. II. cap. 1. ex versione italien, Milano 1822, remque ibidem evolvit, licet acatholicis praejudiciis ubique affectum se prodat.

,6) Per id tempus ubique fere florenlissimae universitates studiorum institutae fuerant: celebres inter ceteras erant parisiensis, lovaniensis, bononiensis, patavina. Germania imitata fuerat Italiam et ibidem erectae demum universitates tubingensis ann. 1477, moguntina ann. 1482, wittembergensis ann. 1502, Francofurti ad Oderam ann. 1506 in quibus recensitae disciplinae tradebantur. Cf. Audin, *Vie de Luther,* e<L cit. préface, pag. XXVIII. in quo egregio opere mulla quidem alia invenies ad id quod contendimus comprobandum.

,7J Nam et haec inventio catholicorum est, ac primum opus typis excusum fuit Scriptura sacra ann. 1450 cf. Tiraboschi, *Storia della letleralura italiana,* tom. VI. lib. I. §§. 27. 28.

268. Cetorum ad grammaticae institutiones, lexica, aliaque id genus quod attinet, quamvis hanc adversariis gloriolam liberaliter concederemus[18], inde tantum sequeretur protestantes in materialibus ejusmodi lucubrationibus id nobis praestare officii, quod Tyrii Salomoni in templi aedificatione praestiterunt, lapides nimirum ac ligna caedunt, et quae utilia nobis ad pugnandum cum ipsis arma suppeditant.

269. Exegesis porro, critica, ac philologia, licet eas ipsi erudite adornarint, sunt, uti jam superius, dum de sacr. Scriptura agebamus, adnotavimus, veluti totidem cadavera spiritu et vita destituta; et dum protestantes illis

[18] Dixi: *Quamvis id adversariis concederemus;* nam neque hoc ipsis facile damus, siquidem quovis tempore linguae istae fuerunt excultae, pluresque semper magna cum laude in eis excelluerunt; cujus rei assertorem damus hominem ex lutherana familia, Petrum nempe Albinum. Is, posleaquam trans alpes *penetrasse ex Italia yraecas litteras et hebraicas* quoque memorasse!, ita pergit: ..Neque in Italia studium id refrixit, ubi floruerunt Joannes Picus Mirandulac princeps, Dalyli Hebraei, qui Taurini vixit, discipulus, et hujus obtrectator Mithridates romanus, Aegydius yiterbiensis, et hujus etiam discipulus Hieronymus Seripandus, Patricius neapolitanus, Hieronymus Aleander, et Fridericus Fulgosus, duo romanae sedis senatores archiepiscopi, Augustinus Justinianus genucnsis ex dominicano monacho nebiensis episcopus, ex cujus Bibliis octoplis Psalterium totidem linguarum absolutissimum est, Augustinus Steuchus eugubinus cisanensis episcopus, Sanctes Pagnini lucensis, Peirus Galatinus Minorita, qui Capnionem adversus complicem Hochslratianos defendit, ct qui hos antecesserunt, Raymundus Marlinus, Gotalanus, et Porcheltus auctores Vf*ctoriarum* et *Pugionis.* Quibus omnibus Marcellus II. et Paulus III. pontifices romani una cum Ptolemaeis Senensibus nobilibus, Lactantio patre, Laelio et Aemilio filiis linguarum omnium peritia insignibus accensendi (Petri Albini Nivemontii *Commentatio de linguis peregrinis,* pag. 10 seq. edita primum ann. 1542 apud Branca op. cit. pag. 37, 38);“ qui postea accedens ad suae sectae germanos enumerandos, tres tantum commemorat, dicens: ..Quemadmodum et sua laus debetur Pellicano, Munstero, Fagio (ib. pag. 12);° ex quibus duo saltem priores, quidquid linguis valebant, secum ex catholicorum societate detulerant, prout plures alii id ipsum fecerant, uti Melanchthon, Reuchlinus, Huttenius. Recensitis innumeri prope alii adjici possent. Verum ne res nimium protrahatur, remitto auditores ad P. Cherubinum a s. Joseph, in *Apparatu biblico* toties cit. tom. L diss. praelim. sect. IV. quae inscribitur: *Collatio haereticorum cum catholicis in Scripturae peritia,* ubi duplicem indicem texuit catholicorum, qui ante Lutherum, ac aetate Lulheri in linguae praesertim hebraicae et graecae peritia floruerunt, quos si pervolverint novatores, haberent unde erubescerent; omitto polygloltam adornatam sub card. Xiraenio ante reformationem; decreta Clementis V. qui aliorum doctorum, qui antecesserant, exemplo in oecum, conc. viennensi saec. XIV. initio studii linguarum approbationem addidit, et confirmavit quidquid de his peractum erat in ecclesia. Immo lib. VI. *Constitutionum* quae deinde *clementinae* dictae sunt tit. L *de Magistris* hoc studium praecepit; omitto quod Leo X. pro studio linguae arabicae et hebraicae praestitit, quae constituit Greg. XIII. Paulus V. Clemens XI. etc. Cf. Branca op. et loe. cit. Audin, */listiore de la vie de Luther,* cap. 16. Plura etiam hanc in rem reperies in op. *Specimen variae litteraturae quae in urbe Brixia ejusque ditione paulo post typographiae incunabula florebat,* Brixiae 1739; et in *Decade* III. *epistolar.* card. Angeli Mariae Quirini, Brixiae 1744. Vid. etiam Fabricy op. cit. *Des titres primitifs,* tom. II. pag. 151 seqq.

indefesso labore incumbunt, nobis alimentum quod sacrae Scripturae praobent, quo salubriter nutriamur, relinquunt. 19

270. In metaphysicas, psychologicas, authropologicas disciplinas plurimum certe praesertim recentiori aetate incubuerunt protestantes: nec *indirectas* quas illarum progressui aiferre utilitates potuerunt, inficiar! volumus. Sed si solida utilitas scientiarum ex veritatibus aut noviter detectis, aut firmius probatis, aut aptius illustratis pensanda est. quid de philosophici» eorum conatibus dicendum erit, cum eos videmus nunc ad scepticismum ac idealismum, modo ad empirismum ac materialismum, tum ad panlheismum atque autotheismum toto pondere dilapsos! Difficile admodum est, quod philosophus protestans ita rationem suam moderari sciat, ut tandem ad positivam Dei revelationem oppugnandam non feratur.

271. Si quam item sibi protestantes laudem in jure naturae aut gentium excolendo compararunt non minorem sibi jure tribuere possunt catholici, qui illis etiam hac in parte praeiverunt, candide fateutibus protestantibus ipsis20; sed qui praeterea caverunt se ab erroribus illis sane gravissimis, in quos jurisperiti protestantes identidem inciderunt ac incidunt.21

272. Ad 2. *D.* Ita tamen ut protestantismo ejusmodi progressus nullo modo tribui possit, C. ut debeat aut possit illi tribui, A' Si enim, uti vidimus, germina omnia profectus ejusmodi jam erant praejacta, si elementa ejus omnia jamdiu existebant ante protestantismi ortum, si adjuncta quaeque rerum eidem favebant, si validissima demum impulsio data ubique jam fuerat, evidenter patet eam ingeniorum evolutionem sponte ac necessario omnino contigisse, planeque a protestantismo fuisse independentem.

*') Recol. quae scripsimus part. II. sect. L cap. 3. ari. 2.

M) En quomodo inter ceteros loquatur de Grotio Joann. Jac. Schmausius in *Historia juris naturae* quam exhibet lib. I. 2Vori *systemat.* sui ejusdem *juris* §. 21-.Alterum de Hugone Grotio praejudicium in eo situm est, quod is jus naturae novum tradiderit, atque a scholasticorum grylis purgaverit, adeoque ut hujus disciplinae reformator et restaurator habendus sil: quum potius quidquid de jure naturae profert, nihil aliud sit, quam vetus scholasticorum doctrina;" recensitis deinde praecipuis hac de re grotianae doctrinae capitibus, concludit: -Haec omnia in fusioribus excerptis, quae ex veteribus recentioribusque scholasticis supra tradidimus, reperiri possunt· Apud Joann. Franc. Finetti S. J. *De principiis juris naturae et gentium.* VeneL 1765. Torn. L lib. L cap. 5.

") Cf. Finetti op. et lib. cit. cap. 3. quod inscribitur: *Vana est protestantiuinjactatio de instaurata, illustratague el ad perfectionem perducta a se juris naturalis doctrina.* Vid. etiam capp. insequentia. Sane ex protestantiuin doctrinis manavit ea juris naturae hominisque officiorum tractatio, ac si tota hominis destinatio hujus vitae limitibus esset conclusa, atque ab omni immortalitate animi praescindere deberet, id quod praesertim Puflendorfio solemne fuit, nimios in hoc sectatores nacto. Item absoluta rationis praclicae *autonomia.* Deo omnino seposito, rejectio *legis aeternae* in Deo, immutabilitas juris naturalis sublata. *officiorum specialium* erga Deum negatio, ac tot alii errores in singularibus juris naturae praeceptis nonne eodem ex fonte fluxerunt?

273. Ad 3. iV. Potius enim proteatantismus ex nativa indole sua iiedem incrementis maxime obfuit, utpote qui rationis *nihiUtmum* ab initio proclamaverit, ut saepius adnotavimus, et absolutum fuerit contemptum professus omnis humanae philosophiae.[22] Quod si postea secus ac prima ejus ferret institutio, philosophiam ac disciplinas reliquas exedendas suscepit, id ex eo factum est, quia ad exemplum Luthcri et Calvini, qui se extulerant adversus ecclesiae auctoritatem, protestantes aequiores injustum excusserunt patriarcharum suorum jugum, et per quandam reactionem ita se ah omni emanciparunt auctoritate, ut rationem normam principem, immo unicam constituerint agendorum et credendorum[23]: ac demum plerique eorum in omnem impietatem dilapsi sint, uti tota rationalism! historia patefacit. Haec nos dolentes, non animo protestantes insectandi dicimus: neque hanc inter ipsos et catholicos comparationem instituimus ut omnem illis scientiae ac eruditionis laudem praeripiamus; sed ut frequentibus ipsorum insectationibus

”) Lutherus sane omnis philosophiae se hostem, ut vidimus, professus est. En quid de ipso scribat Erasmus: «Nonne Lutherus scripsit omnem disciplinam tam practicam quam speculativam esse damnatam? Omnes scientias speculativas esse peccata et errores? Nonne Melanchlhon aliquando damnavit scholas publicas? etc." ep. 59. lib. XXXI. ap. Audin op. cit. pag·. 196. Qui iterum epist. 1006. ad Willibaldum Pirckheimerum sic de lutheranismo scribit: «Ubicumque regnat *lutheranismus, ibi litterarum est interitus.* El tamen hoc genus hominum maxime litteris alitur. Duo tantum quaerunt, *censum* et *uxorem*. Cetera praestat illis Evangelium, huc est, potestatem vivendi ut volunt;" opp. edit. Lugd. Batav. 1703. Tom. III. part, poster, col. 1139.

**) Nempe ratio per systema protestanlismi oppressa atque ad *nihilismum* dejecta per quandam reactionem se extulit, ac vindicavit se de oppressoribus suis, ct in aliud extremum prolapsa jugum cujusvis auctoritatis excussit, ut alias cum cl. Môhler animadvertimus.

• Ceterum quantum contulerint catholici principes ad scientiarum ac bonarum artium ardorem excitandum excunte saec. XV. et ineunle XVI. ante exortam reformationem, colligi facile potest ex iis quae habet Andres op. cit. lib. I. cap. 13. n. 220 seqq. ubi ostendit aemulationem quae viguit inter Italiae principes mediccos, eslenses, rom. pontifices, aliosque in disciplinis omnibus promovendis; civitates principes Romam, Florentiam, Urbinum, Ferrariam etc- inter se de primatu contendisse. Antiqui codices graeci et lalini undique conquirebantur. Leo X. excitabat Erasmum. Sancten Pagnini aliosque doctos illius aetatis. Quod vero speciatim attinet ad viros ecclesiasticos in promovendis scientiis, salis erit eruditum opus percurrere cl. Severini Fabriani cui lit. *Dei beneficii prestati dagli ecclesiastici alie scienze,* Bergamo 1832, in quo ostendit quid illi contulerint in promovendis *mathesi pura, mechanica, hydrodynamica* et *nautica, optica, astronomia, geographia* et *chronologia;* duas item egregias dissertationes card. Mai, quarum altera inscripta est: *Meriti di Pio VII. e dei clero verso la letteratura,* altera vero: */ vicendevoli uffizj della religione e delle arti;* in quibus vir doctus omnes prope disciplinas ac bonas artes percurrit, ostendilquc luculentissime quam bene meriti de illis fuerint catholici, praesertim vero ecclesiastici quovis tempore. Quibus ad majus reformationis dedecus adjici possunt opp. com. Monlalcmbert, *Du Vandalisme el du Catholicisme dans Cart,* Paris 1841, vol. L in 8., et *Monumens de C histoire de sainte Elisabeth de Hongrie,* Paris 1841, vol. I. in fol.

occurramus, quibus catholicam romanam ecclesiam veluti obscurantism! parontem traducunt. Eam certe· talem minime experti sunt, qui ex ipsis proiestantium castris in illius sinum se receperunt recentiori hac aetate, viri sane clarissimi, Schlegel. Stolberg. Werner, Haller, De Joux, totque alii sive germani, sive angli, sive galli, quorum numerus augescit in dies.

CAPUT III.

DE RATIONE POST FIDEM.

274. Postquam ab infallibili ecclesiae magisterio aliquid credendum de fide propositum est, ac etiam postquam iis omnibus, quae ecclesia credenda proponit, quispiam interiorem intellectus ac voluntatis assensum, divina opitulante gratia, praebuit, nullaene amplius rationi partes supersunt? Haudquaquam sane, sed plura sunt in quibus poterit humana ratio post susceptam fidem se exercere, suasque exerere vires.

275. Verum ut id legitime fiat, et hinc inde latentes devitentur scopuli, debet ratio certas sibi a fide ipsa praestitutas regulas sectari, eamque praecipuam, ut non primas sibi in ejusmodi negotio vindicet partes, nec se umquam ab ecclesiae magisterio subducat, sed veluti ancillam se exhibeat fidei, minime vero uti arbitram ac dominatricem. Hoc modo fidei ac rationis legitima jura in tuto posita erunt, vanae reddentur accusationes quas increduli ac rationalistae adversus catholicum auctoritatis principium intentant; immo vero componentur sententiae quas nonnullae catholicae scholae aetate hac nostra in speciem contrarias, ac invicem adversantes proferunt. Methodum igitur nostram sectantes in duos pariter articulos postremum hoc caput dispertiemur, in quorum altero de recto rationis usu post fidem, in altero de ejusdem post fidem abusu tractatum habebimus.

DE RECTO RATIONIS USU POST FIDEM.

276. Ratio, seu scientia ac fides, ut vidimus, amico inter se foedere copulantur ante fidem et cum fide: non igitur putandum est, ipsas posse aut velle divortia facere postquam ratio se fidei subjecit, et sacro, ut ita loquar, connubio ratio et fides conjunctae sunt. Restant propterea rationi· etiam post fidem jura sua, immo et debita, quibus illa vicem officii reddens fidei, ad hanc tuendam ac illustrandam tota se confert. Munera haec rationis post fidem ei vindicanda aggredimur adversus illos, qui rationis veluti hostes sese exhibent, dum omnem scientificam inquisitionem a fidei dogma-

tibua repellunt, suspectosque traducunt eos qui fidem et scientiam simul conjungunt magno fidei ipsius lucro ot ornamento. Sit igitur

PROPOSITIO I.

Post susceptam fidem potest humana ratio fundamenta ipsius fidei singulorumque dogmatum investigare, eaque tueri.

277. Jam alias distinximus, nec umquam satis distinguendum est duplex in viro theologo munus, *fidelis* scilicet ac *doctoris.* Prout *fidelis* est, non discernitur ille in assensu quem fidei praebet, ab alio quopiam infimae rudisque plebis credente, cum unice credat ob auctoritatem Dei revelantis et ecclesiae proponentis, adspirante, ut supponitur, divina gratia. Prout vero idem *doctoris* sustinet munus, potest praeterea, immo et debet in fundamenta inquirere ipsius fidei, ac singulorum dogmatum quae per fidem cognoscit et credit, non quidem propter se tantum, sed praecipue propter alios rationem exposcentes de ea, quae in ipso est spe.[1] Quapropter haud innititur aut inniti potest inquisitionibus suis, ut credat, cum ejus fides ab illis nullo modo pendere queat, sed *unice,* uti diximus, a motivo *formali* fidei divinae.[2]

278. His praemissis vix probatione egere videtur thesis nostra. Nam cum objectum, ut vocant, *materiale* fidei nostrae totum *historicum* sit, ac revelatio ipsa sit *factum,* adeoque et illa omnia quae in revelatione continentur; fit, ut revelatio ejusque objecta possint quoad eorum existentiam documentis demonstrari non minus ac credibilitatis motiva, quae nempe homini evidenter suadent talem reipsa esse revelationem, quae divinitus data perhibetur. Haec porro omnia sine alacri seduloque studio, sine scientiae ac rationis ope, ac longa diuturnaque meditatione nemo jam sibi poterit comparare.[3] Quis itaque ea assequetur nisi theologus, cujus munus est haec

') I. Pel. HI. 15.

J) Haec, ut superius adnotavimus, ab Hermesio non rite distincta, sed temere permixta fuerunt.

3) Quod hic dicimus de molivis crcdibilisque etiam internoscendis tutandisque *alacri seduloque studio, scientiae ac rationis ope, ac lonya diuturnaque meditatione* opus esse asserimus, intelligi debent quoad eos, qui singillatim haec expendunt, eorumque vim ad convictionem intellectus exponunt ac vindicant ab impugnationibus incredulorum. Si autem simul illa spectentur ac in suo complexu, quandam evidentiam praeseferunt, quae rudiorum etiam oculos percellat eisque evidenter credibilem reddat divinam revelationem. Hac ratione componi inter se posse videntur quae Valsecchius et Spedalierius contraria scripserunt. Valsecchius enim una cum Bcrgicrio contendit rudes posse sibi facile comparare compendiosam demonstrationem credibilitatis christianae, seu supernaluralis ac divinae revelationis; Spedalierius in *Analyst examinis critici Frereti,* cap. XIII. art. 2 el 3. ulrumque impugnavit, atque adeo singulari plane sententia progressus est, ut praerequisita ad fidei actum, ordinaria lege omnibus necessaria, rejecerit, in quo certe suffragium doctorum non tulit. Optima in hoc habet cl. Gerdilius ad ostendendum quomodo etiam rudis

ipsa objecta credibilia ostendere? Potest itaquo humana ratio post adeptam fidem fundamenta ipsius investigare ac detegere, ut eu illis possit proponere qui ad eam investigationem minus idonei sunt et comparati, caque ab adversariorum impetu tueri.

279. Quod vero de fide ejusque fundamentis in universum dictum est. de dogmatibus singulis dici pariter debet. Exploratum quippe est ecclesiam dogmata sua non cudere, aut de novo proferre, cum apostolorum obitu omnis in ea cessarit revelatio, quae ad fidei depositum spectet4; ea igitur tantum credenda proponit, quae ex divina accepit atque hausit revelatione. Jam vero ecclesia auctoritate infallibili, ac infallibili magisterio a Deo conditore suo instructa, contenta est quae a Deo accepit credenda fidelibus positive proponere, quin unquam disceptet, aut cum fidei hostibus congrediatur: docilitatem proinde solum exigit a filiis suis, nec iis solet rationem reddere, cur hoc potius quam illud dogma credendum proponat.5 Duplex inde in doctore munus oritur obeundum, tum videlicet adstruendi existentiam verae ecclesiae a Christo institutae, ejusque constitutionem seu naturam, proprietates ac notas, nec non dotes quibus ab eodem Christo cumulata est, tum confirmandi dogmata singula ab ecclesia veluti fidei objecta proposita, initio sumpto a regulis fidei remotis, Scriptura et Traditione, in quibus fidei depositum totum continetur, ac deinde gradu facto ad peculiaria dogmata reliqua. Duplex porro hoc munus obire nequaquam poterit, qui fide contentus una rectae atque excultae negligat rationis subsidium.6

280. Et illud huc accedit, quod nonnulla dogmata expresse in Scripturis haud contineantur: nonnulla etiam patrum effata, eorum praesertim qui ante exortam peculiarem quamque haeresim floruerunt, obscuritatem praeseferant, immo interdum contraria videantur iis quae postea definita ab ecclesia sunt. Insuper haud pauca dogmata reperiuntur. quae superant angustam mentis nostrae aciem. Si quis proinde ea velit adstruere atque defendere, opus omnino ei est, ut praeter amplissimam Scripturarum, sanctorumque patrum cognitionem, in usum adsciscat hermeneuticam, exegesim, dialecticam, aliaque subsidia quae necessario requiruntur ad illustranda tuendaque catholica dogmata, atque ad frangendos adversariorum conatus.

populus fidelium rationabiliter omnino adhaereat Christianae catholicae fidei, de ejusque veritate certus moraliter sit. Cf. *Introdirzione alio studio delta relig.* pag. 137 seqq.

4) Revelationes enim privatae quae circumferuntur, e. gr. s. Hildegardae, s. Gertrudis, Birgiltae etc. quaeque etiam probatae ab ecclesia dicuntur, non eo sensu probatae sunt, quod auctoritatem aliquam habeant ad ea, quae fidei sunt, adstruenda, sed solum ad *aedificationem fidelium.*

s) Recolantur superius dicta.

e) Hinc optime Canus, *De locis,* iib. IX. cap. 4. ..Qui theologiam sic instituit, ut nihil habeat cum naturae ratione conjunctum, umniaque egregiae disciplinae sola Scripturarum fide metitur, hic, si in ea opinione persistat, et non interdum naturae bonitate vincatur, nec theologiam colere luerique potest, nec fidem, nec humanitatem."

28E Talem fuisse constantem agendi rationem patrum cujuevis aetatis, apologetarum Christianae et catholicae fidei , doctornmque Christianorum omnium supervacaneum esset ostendere. Ecquis sane non suspiciet eruditissima et profunda scripta ('lenientis alexandrin!, Justini, Origenis, Athanasii, Eusebii, Tertulliani, Cypriani, Hieronymi, Augustini, Leonis M., ut de insequentihus taceamus? Placet quod hactenus diximus gravissimis Augustini verbis confirmare, qui disserens de *sermone scientiae,* quem commemorat apostolus I. Cor. XII. 8. -.Quo, inquit, fides saluberrima, quae ad veram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, roboratur: qua scientia non pollent fideles plurimi, quamvis polleant ipsa fide plurimum. Aliud est enim sciro tantummodo quid homo credere debeat propter adipiscendam vitam beatam, quae nonnisi aeterna est: aliud autem scire quemadmodum hoc ipsum et piis opituletur, et contra impios defendatur, quam proprio appellare vocabulo scientiam videtur ăpostolus/ 7

282. Tum ipsa igitur rei natura, tum constans patrum et ecclesiasticorum tractatorum agendi ratio evidenter ostendunt, posse post susceptam fidem humanam rationem fundamenta fidei singulorumque dogmatum investigare eaque. tueri, prout a nobis 'enunciatum est.

DIFFICULTATES.

283. **Obj.** 1. Ejusmodi investigatio opponitur simplicitati fidei; 2. plurimum item ejusdem merito detrahit. 3- Exinde illa dimanant elogia a patribus etiam prolata eorum, qui una fide contenti, ulterius non inquirunt cur ita credant. 4. Sed praeterea aleae plena est haec inquisitio cum fieri possit ut argumenta quae militant aut pro fide in genere aut pro singulis articulis in specie, debilia appareant ac levia contra vero validissima videantur quae illam oppugnant, atque indidem dubia oriantur, magno fidei ipsius detrimento. Ergo. ,

284. **Resp.** Ad 1. A'. Immovero plurimum confert ad fidem confirmandam. Roipsa si simplicitati fidei investigatio adversaretur, atque ejusmodi persuasio invalesceret, jam satis essent fides et ignorantia, quo quid optarent magis acerrimi fidei osores? 2. Damnandi igitur essent omnes ecclesiae patres atque doctores. qui tot vigiliis laboribusque rem Christianam ac fidei causam adjuverunt; contra vero summis essent laudibus celebrandi, qui a studio abhorrent ut otio vacent sola fidei simplicitate, contenti. Quo profecto nihil absurdius dici potest, et contra ecclesiae sensum, quae perpetuo stimulos addidit sacerdotibus ut studia impense colerent. 8 Itaque tunc

T) *De Trinit.* lib. XIV. cap. 1. num. 3.

*) Cf. Mabillonium *Fract de studiis monasticis,* part. I. cap. 13. item P. Chcrubinum op. ct loc. cit. ubi traduntur decreta conciliorum el rom, pontificum.

solum scientifica inquisitio opponitur simplicitati fidei, cum quis dubius in fide haeret, ac scientiae ope vult per examen revera *dubitativum* eam sibi persuasionem comparare, quae pendere unice dehet ex pio credulitatis affectu, quem Deus per gratiam infundit, et vi cujus voluntas imperat intellectui plenam objectis fidei adhaesionem firmissimumque assensum.9

285. Ad 2. *D.* Si eo dirigatur scientifica inquisitio ut quis credat, C ut confirmetur in fide quam toto corde tenet, zV. Haec enim confirmatio non ex animi dubitatione, sed ex ingenti potius fidei oritur amore, quo fit ut summa perfundatur voluptate qui ad ejusmodi investigationem animum applicat, prout passim de se testatur regius Psaltes dicens: *In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus divitiis. . . . Laetabar ego super eloquia tua, sicut qui invenit spolia multa.*10 Sane ecquis affirmare audeat tot sanctos doctosque viros, quot floruerunt in ecclesia Dei, detrimentum aliquod passos esse in fidei suae merito ob tot illos labores quos in fidei defensionem exantlarunt? Immo certum est hoc meritum in immensum auxisse. Tunc solum ergo fidei potest merito nocere scientifica investigatio, quum quis ad illam permoveatur ex fidei infirmitate aut dubio, minime vero cum ab ejusdem fidei amore ac firmitate excitatur.11

286. Ad 3. *D.* Commendati sunt fideles, quibus doctoris munus non incumbit, si ecclesiae auctoritati innixi ulterius non inquirunt cur ita crcdant, *Tr.* qui praeterea munus habent fidei tuendae populosque docendi, i¥. Transmisimus primum membrum, quia dummodo sub magisterio ac directione ecclesiae, ea qua par est animi docilitate quispiam scientia utatur, haec nulli unquam nocet, sed potius prodest plurimum'2; praesertim ubi fideles iis in

') Qui certe chrislianus et fidelis est, ne puncto quidem temporis assensum fidei veritati, ac ohedientiam auctoritati ecclesiae suspensam tenere potest; secus enim manifeste peccaret in fide. Sed tamen uti Bellarminus recte adnotal cap. 3. *De verbi Dei interpret-* cap. 10. ad 7. argum. «posito hoc duhio et hoc peccato non male facit scrutando, dummodo id faciat intentione inveniendi veritatem et non calumniandi. . . Deberet ille quidem sine examine recipere doctrinam ecclesiae, tamen melius est ut examinando praeparetur ad veritatem, quam negligendo remaneat in suis tenebris.· Ex quibus magis patet distorta agendi ratio Hermesii : quandoquidem si ipse dubitabat, ut fatetur, ac nutabat in fidei fundamentis, rcclc, in sensu hic declarato, illam suam inquisitionem philosophicam ex dubio suo positivo suscipiebat: sed quonam jure id ipsum ad fundandam rationabilem fidem, veluti *conditionem sine qua non* potuit a ceteris vere credentibus postulare?

I0) Ps. CXVIII. 14. 162. In quos textus cf. quae praeclare scribit Segneri, *Manna delt anima* ad diem X. et XXX. Decembris.

‘‘) Cf. card. Cusanum in op. *De docta ignorantia.* Basileae 1565, praesertim lib. III.

**) Quapropter hortandi semper fulcies sunt ad lectionem probatorum auctorum, ad instructiones sibi idoneas comparandas, aliaque adminicula adhibenda, quibus dispellatur ignorantia, qua nihil deterius est, et qua fit ut non pauci infirmi sint et ad pravam vitam proclives. Optimum sane consilium fuit illorum episcoporum, qui praesertim in Galliis bibliothecas librorum piorum instruendas curarunt, quibus fideles juvari possint; aeque collaudanda est dis-

locis et adjunctis versantur, in quibus facile possunt ab incredulis et haereticis seduci ac decipi, nemo profecto unquam sanae mentis ignorantiam ac tenebras commendaverit. Quoad reliquos autem ulterius non inquirere perinde esset atque a proprio munere deficere, seque reos sistere Deo et ecclesiae, cum eam negligant cognitionem, quae uniuscujusque statui necessaria est.

287. Ad 4. *D.* Aleae plena est quoad eos qui se tradunt ejusmodi inquisitioni absque debitis dispositionibus, *Tr.* vel *C.* quoad eos qui illis praediti sunt, *N.* Nullum prorsus instat perversionis periculum iis qui animum gerunt humilem ac sincerum in tali inquisitione, immo potius magnum iis accedit emolumentum. Si quando sibi minus firma videntur deprehendere argumenta ad dogma aliquod peculiare constabiliendum, norunt simul haud iis inniti ipsius dogmatis veritatem, sed auctoritati infallibili ecclesiae: nec unquam casum contingere posse in quo haec desciscere a vero queat in fidei proponendis objectis. Propterea quin nutent in fide, firmantur in ea, fatentesque interim propriam ignorantiam ac ingenii tenuitatem, conatus renovant atque eluctantur denuo, certi se quod optant assecuturos. Si autem agatur de ecclesia ipsa, aut de fide universim, tot taliaque sunt argumenta quae pro illa decertant, ut eo res demum deveniat, scilicet vel ab omnibus esse animum despondendum de cognoscenda verae religionis ac verae ecclesiae cujusvis existentia, vel si qua sit, nullam aliam esse praeter catholicam posse, ad cujus veritatem testandam argumenta illa credendi ac motiva mira prorsus consensione conspirant. Paganismus, islamismus, sectae haereticae et schisinaticac si conferantur cum majestate ac firmitate ecclesiae catholicae, penitus evanescunt. Si proinde recto quis animo comparatus sit, fieri nequit ut aliquando nutare possit, immo non proficiat, magisque in fide sua confirmetur. Quapropter, quod consequens est, si nonnulli naufragium fecerunt, non fidei ipsius defectui, non scientificae inquisitioni, sed pravis animi dispositionibus, cupiditatum aestui, praesertim vero mentis superbiae id tribui unice debet. Deus enim immutabili lege superbis resistit, qui quoniam tenebras consectantur, permittente Dei justo judicio, illas densissimas inveniunt, ab iisque obvolvuntur: cujus rei exempla omnis fere aetas ecclesiae suppeditat.

PROPOSITIO IL

Potest praeterea humana ratio fidei doctrinam ad tractationem vere scientificam evehere.

288. Medium heic debemus iter insistere inter eos qui in praesentia in duas veluti adversas partes distrahuntur. Alii enim nihil nisi fidem, uti

tributio bonorum librorum, quae opponatur distributioni librorum pessimorum quos ubique diffundit societas biblica. Veneno siquidem antidotum parandum est.

vocant, *historicam* ac *positivam* admittere vellent, ita ut pro suspecto habeant, uti innuimus, quidquid scientia philosophica doctrinae positivae fidei adjicere nititur; alii e contra sic scientiam connexionem necessariam cum fide historica et positiva habere contendunt, ut vix ex ipsa dogmatum ipsonim evolutionem et existentiam non repetant.

289. Quae ut apprime intelligantur, et venis quaestionis status innotescat. nonnulla praemittere cogimur quae lucem simul affundant, viamque commonstrent quam tuto terere possimus inter lubricos qui eam impediunt et circumstant anfractus.

290. Itaque animadvertimus I. fidem *historicam* et *objecticam,* seu fidei doctrinam divinitus revelatam et ab ecclesia propositam nulla pendere ratione posse a scientifica quavis inquisitione et investigatione, siquidem nobis a Deo data est: absonum autem esset contendere, quod extrinsecus nobis provenit quodque divinitus accepimus, ab humana scientia quoad suam existentiam pendere. aut a quovis humanae philosophiae systemate ab hominibus excogitato.

291. Adnotamus II. ejusmodi fidem *objectivant* esse veluti basim inconcussam, et normam praeterea inflexibilem ad quam inquisitiones nostrae omnes exigendae sunt, ita ut si in aliquo vel minimo puncto ab ea desciscant, hae sint corrigendae, ac numquam intorquere fas sit aut inflectere quoquo modo ad systemata philosophica fidei doctrinam, quod impium esset.

292. Hac ineluctabili basi praestituta, dicimus III. nihil obstare quominus ad tractationem vere scientificam fidei doctrina evehatur. Hac autem scientifica tractatione significamus non solum argumenta illa quibus humana ratio conficit demonstrationem existentiae revelationis et ecclesiae, illustrationem praeterea et defensionem omnium dogmatum, sive haec collective sive distributive spectentur, de quibus egimus in propositione praecedenti; sed potissime eorum mutuum intimum nexum, relationem ac dependentiam una cum consecutionibus quarum fecunda dogmata sunt, quaeque ex illis veluti principiis dimanant aut deducuntur, sive ad theoricam sive ad praxim pertineant, unde unum veluti scientiae corpus exurgat, in quo proprie scientiae theologicae ratio consistit.

293. Ne tamen etiam in hoc scientifico processu abusus obrepat, animadvertimus insuper IV. rationis aut scientiae non esse intimos ipsos mysteriorum recessus penetrare, ita ut autumet intrinsecus ea cognoscere seu comprehendere posse, ac veluti conceptus logicos aut metaphysicos spectare. Siquidem non desunt ex recentioribus, qui fidei doctrinam in ordine ad scientiam in tres veluti phases partiantur; harum prima juxta ipsos complectitur patres, secunda scholasticos, tertia epocham ab instaurata philosophia. Hac divisione praemissa distinguunt inter id, quod vocant, *quid* dogmatum, et id quod eorumdem dogmatum *quomodo* appellant. Deinde progredientes dicunt, patres

ad nos tranemifliese rù *quid* dogmatum. scholasticos vero et philosophos posteriores nobis aperuisse τὸ *quomodo* dogmatum, hoc tamen interposito discrimine, quod scholastici *το quomodo* dogmatum ad conceptus *logicos,* philosophi voro ad conceptus *metaphysium* revocaverint. Eo demum progrediuntur, ut vix dogmata ipsa ac mysteria ex scientiae fundo non arcessant, et cum scientia non identificent. l

294. His igitur ita declaratis sic assertam propositionem in sensu exposito adstruimus. Potest humana ratio fidei doctrinam ad tractationem vere sciontificam evehere, si 1. id valde conferat ad ipsius doctrinae dignitatem et commendationem; si 2. quin obstet, ejusdem doctrinae natura in id nos conducat; si denique 3. constans ac perpetua patrum ac doctorum sentiendi et agendi ratio id ipsum maxime suadeat. Atqui rem ita esse singillatim evincere aggredimur.

295. Ac primo quidem valde conferre scientificam ejusmodi tractationem ad ipsius doctrinae dignitatem et commendationem ex ipsa rei notione evincitur : siquidem tractatio vere scientifica illa censetur et est, qua ex principiis ratis ac firmis apud omnes deducuntur consequentiae, quae in illis latent: receptum proinde est ut scientia definiri soleat cognitio certa et evidens rei necessariae et immutabilis per proprias ipsius causas. In casu autem nostro ejusmodi causae seu principia sunt veritates ipsae divinitus revelatae2: porro eas veluti principia assumere, earum vim declarare, dispositionem patefacere, mutuamque relationem, dependentiam ac nexum ostendere, latentes denique consecutiones ex illis deducere, conferre item curo scientiis reliquis prout substratae materiae natura patitur, analogiam quam cum illis habent commonstrare, aliaque ejusmodi praestare quibus fidei objecta, mysteria praecipue non modo credibilia, sed suasibilia efficiantur3, ad fidei ac doctrinae

Hos certe scopulos non declinavit Dr. C. F. Hock auctor germanici recentis operis *Gerbert oder Papst Sylvester 11. und sein Jahrhundert,* seu *Gerbertus aut papa Sylvester 11. ac saeculum illius.* Vindob. 1837. Nam praeter plures theologicos errores, saltem ex inaccurate verborum theologicorum usu profectos, praeter doctrinas quasdam apostolicae sedi haud parum infensas; quae auctor in praefatione praesertim dicit de *dogmatum Christianorum* veluti *phasibus,* de illorum *elaboratione ope philosophiae,* de *compenetratione fidei ac philosophiae.* quae comparatur cum ipsa *hypostatica unione* Jesu Christi, ac *idioinaium communicatio* ab eo dicitur, aliaque id genus mulla legitimos fines undequaque excedunt. Nos equidem a philosophiae usu rejiciendo plane abhorremus, uti manifeste patet; abusus tamen improbamus et semper improbabimus. Ast haec sufficiant: siquidem dc hoc eodem opere *crisis* edita est in ephem. roman. *Annali delle scienze religiose* num. 39. Nov. e Dic. 1841. a clariss. auctore ejusdem nationis confecta.

2) Cf. Petavium, prolegomen. cap. VIII. ubi exponit multiplicem *scientiae* nominis acceptionem, et quatenus theologiae competat ex veterum ac rccenliorum sententia.

3) Huc refertur toties a s. Augustino inculcatum principium : *Crede ut inlelligas,* quo alludit ad illud Is. VII. 9. ex graeca vers. LXX. *Nisi credideritis, non intelligelis;* cui perpetuo insistit s. Doctor. Speciminis gratia unum vel alterum ex eo testimonium describemus: ac primo ex ejus

Christianae sen catholicae dignitatem commendationemque conferre nemo sobrius inficias iverit. Quandoquidem praeterquamquod ejusmodi pertractandi ratio mentem humanam perficit, ac in sanctuarium ipsum, ut ita dicam, divinitatis ad proprias ejus rimandas contemplandasque akissimas veritates introducit: veritates ipsae quae principium simul ac objectum disciplinae nostrae constituunt, scientifica hac methodo expositae majorem claritatem percipiunt, severiore ordine disponuntur, intimius cognoscuntur, ac plura immensae uti-

epist. ad Consentiam quae esi 120. Cum enim Consensus hunc veluti canonem statuisset: »Non tam ratio requirenda, quam auctoritas sequenda sanctorum;· sic illi respondet: -Si a me, vel a quolibet doctore non irrationabiliter flagitas, ut quod credis, inlelligas, corrige definitionem tuam, non ut fidem respuas, sed ut ea, quae fidei firmitate jam tenes, *etiam rationis luce couspicias.* . . Absit ut ideo credamus, ne rationem accipiamus. . . Et ideo rationabiliter dictum est per prophetam : .Visi *credideritis, no» inteUigetis.* Ubi procul dubio discrevit haec duo, dcdilque consilium, quo prius credamus, ut id quod credimus intelligere valeamus. . . Propterea monet apostolus Petrus, paratos nos esse debere ad responsionem omni poscenti nos rationem dc fide et spe nostra: quoniam si a me infidelis rationem poscit fidei et spei meae, el video quod antequam credat, capere non potest, hanc ipse ei reddo rationem in qua, si fieri potest, videat quam praepostere ante fidem poscat rationem earum rerum, quas capere non potest. Si autem jam fidelis rationem poscat ul quod credit, intelligat, capacitas ejus intuenda est, ut secundum rationem redditam sumat fidei suae quantum potest intelligentiam, majorem si plus capit, minorem si minus: dum tamen quousque ad plenitudinem cognitionis perfectioncmque perveniat, ab itinere fidei non recedat. . . Haec dixerim, ut fidem tuam ad amorem intelligentiae cohorter, ad quam ratio vera perducit, et cui fides animum praeparat. . . Porro autem qui vera ratione jam quod tantummodo credebat, intelligit, profecto praeponendus esi ei, qui cupit adhuc intelligere quod credit: si autem nec cupit, et ea, quae intelligenda sunt, credenda tantummodo existimat, cui rei fides prosit ignorat.“ (Cap. 1 et 2. n. 2, 3, 4, 6, 7.) Quod autem juxta s. Doctorem suasibilia intelligentiae mysteria ipsa effici possint, luculenter patet ex iis, quae scribit in *Serm. de verb, evang. Luc.* ..Forte de via mala, inquit, hoc est de vita mala fatigatus nescio quis amicus tuus, non inveniens veritatem, qua audita et percepta beatus fiat . . . venit ad te tamquam ad Christianum, et dicit: Redde mihi rationem, fac me Christianum. Et interrogat quod forte tu per simplicitatem fidei nesciebas: et non est unde reficias esurientem ; et cum vis docere, cogeris discere. . . Saeculi hujus ignorantia valida est, hoc est, nox media, et urget amicus esuriens. Tibi forte sufficiebat simplex fides, illi non sufficit. Numquid deserendus est? Numquid de domo projiciendus est? Ergo ad ipsum Dominum ... pulsa orando, pete, insta. . . Cum autem perveneris ad lres panes, hoc est, ad cibum et *intelligentiam* Trinitatis, habes et unde vivas, et unde pascas, nec peregrinum venientem de via reformides, sed excipiendo civem, domesticum facias.·· Serm. 105. cap. 2 et 3. num. 2 — 4; et alibi passim. Nec ab eo discrepat s. Thomas, qui *Cont. gent.* lib. I. cap.8. haec scribit: ..Humana ratio ad cognoscendam fidei veritatem quae solum videntibus divinam substantiam potest esse notissima, ita se habet quod ad eam potest aliquis veras similitudines colligere: quae tamen non sufficiunt ad hoc quod praedicta veritas quasi *demonstrative,* vel per se intellecta *comprehendatur.* Utile tamen est, ut in hujusmodi rationibus quantumcumque debilibus se mens humana exerceat, dummodo desit comprehendendi vel demonstrandi praesumptio, quia de rebus allissimis etiam parva et debili consideratione aliquid posse inspicere jucundissimum est.·' Alia inferius dabimus.

litatis sive pro parte theoretica sive pro practica ex eis in usum derivantur. Scientific» praeterea tractatione Christianae religionis veritates excultae atque expolitae sublime prorsus ornnique ex parte admirandum aedificium constituunt, quod ad sui contemplationem mentem rapit, quo profecto nihil jucundius in his terris, suavius, sanctiusque nihil accidere potest.

296. Quin vero doctrinae revelatae natura scientificae huic obstet evectioni, ad eam nos potius inducit, prout secundo loco constituimus; quod facili ostenditur uegotio. Quippe ad eum modum, quo Deus admirandum hujus universi in quo versamur spectaculum haud subjecit oculis nostris ut stupidi illud, prout specie sese obtutui nostro offert, unice inspiciamus, sed etiam immo potissime, ut per partes singulas illud rimemur, ordinem inquiramus, expendamus leges, relationes quas res omnes ad invicem habent intelligamus, deducamusque industria ac sollertia in usum et commodum nostrum, ex iisque proinde Deum sapientissimum ejus conditorem admiremur atque laudemus; sic. mundum, ut ita loquar, divinum ac supernaturalem, qui ex fide historica coalescit, nobis exhibuit non ut ejus tantummodo *objectivitalem* credamus, eique unice inhaereamus, verum etiam ut intimius quoad ejus per nos fieri potest, pro uniuscujusque ingenii modulo, ac prout natura rei patitur, eum intelligentia nostra perscrutemur, ac contemplemur, assurgamus ad altiora cognoscenda, nitamurque assequi quae ea sub cortice delitescunt. Ilinc eadem ratione, qua ex penitiore hujus universi cognitione longe augustiorem nobis de supremo numine ideam comparamus, eadem ex penitiore quam per tractationem scientificam adipiscimur mundi supernaturalis notitia, sublimiorem de Deo ejusque religione cognitionem obtinemus. Fides proinde historica et objectiva quoddam veluti vehiculum est, quo in eorum intelligentiam perducimur, quae prius sola fide tenebamus: germen est quod ulterioris semper evolutionis capax est: fons denique est speculativae contemplationis, ex quo aquas haurire theologi jugiter possunt ad scientificam suam tractationem magis elaborandam perficiendamque.

297. Exinde factum videmus, quod tertio loco positum est, ut patres omnes contenti haud fuerint vindicare adversus novatores fidei depositum, seu singula dogmata ex Scriptura et Traditione ut in illis sisterent, sed haec ipsa dogmata subjecerunt philosophicae ac scientificae investigationi, in eorum intelligentiam eluctati sunt, ac subjectivos proprios de illis conceptus et speculativas suas investigationes ceteris exposuerunt ut dogmata ipsa immo

4) Ad hos subjectivos patrum conceptus de fidei articulis spectant omnes explanationes, expositionesque quibus ipsi uti doclores dogmata singula illustrarunt ac de illis philosophati sunt. Referta porro ejusmodi explanationibus ac rationibus peculiaribus, sub quibus fidei articulos inspexerunt menteque sua conceperunt, sunt patrum scripta; haec proinde veluti promptuaria plenissima existant e quibus exurgit *theologia patrum* nuncupata, quaeque ab eruditissimis theologis catholicis proximis

et mysteria planiora ihtelllgentiao nostrae ac suasibilia ipsi rationi efficerent. Haud detrectarunt cum opus fuit in usum adsciscere philosophiam, cui potissimum addicti erant ad enucleandos evolvendosque proprios conceptus circa singulos fidei articulos, eorumque nexum et complexionem.5 Hinc sublimes illae theoriae quas in eorum scriptis suspicimus circa unitatem Dei, cum disceptarent adversus polytheistas 6; circa mali originem ac summi principii unitatem libertatemque hominis, cum insurgerent adversus gnosticos, valentinianos, marcionitas, manichaeos7; circa rerum e nihilo eductionem et providentiam Dei. cum pantheistas et stoicos8 perstringerent; idem dic de Verbi divini aeterna generatione, de Trinitate, de Incarnatione, aliisque ejusmodi mysteriis religionis nostrae, cum acriter pugnarent adversus eorumdem osores. Ecquis enim opera hac ex parte non admiretur magni Athanasii, utriusque Cyrilli, utriusque item Gregorii, Basilii, Augustini, ut caeteros praetermittamus, in quibus omnibus profundam ubique philosophicam cernis dominari de christiania mysteriis tractationem, sublimissimosque conceptus?

298- Neque a patrum vestigiis recessere scholastici, qui in unum doctrinae corpus varia dogmata collegerunt, disposuerunt, illustrarunt, ac intima ipsa, ut ita loquar, fidei penetralia ingressi, eam ad vere scientificam ac speculativam celsitudinem evexere. Eminet in his s. Anselmus cantuariensis quem nemo in hac pertractandi ratione facile superavit, praecipue vero s. Thomas qui Angelici nomen jure adeptus est, s. item Bonaventura, aliique hene multi. Nec desiit hoc studium et haec agendi ratio, ut nonnulli autumant, concilii tridentini aetate9: sed perseveravit ad haec usque ferme tem-

superioribus saeculis collecta et exposita est; inter quos eminent Petavius, Thomassinus, Habert episc. vabrensis, Boucat.

s) Notum est ecclesiae patres sive graecos sive latinos versatos fuisse in platonica potissimum philosophia. Ad Christiana proplerea dogmata explananda patres identidem platonica illa philosophia usos esse, compertum quilibet habere potest qui vel leviter percurrat volumen primum dogmatum theologicorum Petavii ac Thomassinii. Neque vero ab his dissentit, si rite intelligatur, vel ipse Baltus, qui hac in parte patrum mentem accurate expendit.

6) Cf. apud Petav. *De Deo,* lib. I. cap. 3 et 4. et apud Thomassin. *De Deo,* lib. II. cap. 1 — 7.

7) Cf. s. Irenaeum lib. II. *Contr. Haeres.* Tertullian. *advers. Hermogenem* et in quinque libris *contr. Marcionem ,* s. Epinh;m. *Haeres.* XXXI. et *Haeres.* XLI, XLIL XLIU et XLIV, nec non LXVL edit. Petav., s. Gregorium nyssen. *contra Manich. syllogismi decem,* opp. tom. IL edit Paris. 1615. pag. 612, Titum bostrensem episc. lib. 1res *adv. Munich,* in *Bibliolh. Pair.* Galland. tom. V. etc. Tibi prolixum elenchum exhibebunt J. Alb. Fabricius in utraque *Bibliotheca graeca et latina,* et Remig. Ceillier ord. Bened. in *Histoire générale des auteurs sacrés.*

·) Inter quos eminent Synesius, Theodorclus inter graecos; Tertullianus, Augustinus inter latinos. Plura utiliter in unum collecta reperire est apud Thomassin. *De Deo,* lib. II. cap. 9 et seqq.

') Hos inter est praecipue prof. Baltzer, op. cit. fasc. L §. 34. pag. 215 seqq. qui censet connexionem inter *objecticismuui* et *subjectirismum* seu inter doctrinam dogmaticam, historicam et scientificam intelligentiam conatus perseverasse in ecclesia

pura, siquidem praestantissirni posthac ingenio ac doctrina theologi scholastici floruerunt, qui antecessoribus plerisque pares sin minus superiores sunt. 10

299. Quod si id semper licuit, imrno et commendabile fuit, nulla potest subesso ratio ob quam in praesentia voluti noxium abjiciendum sit aut ah eo quidquam pertimescendum, dummodo intra fines quos praestituimus se contineant ii qui praeter fidem intelligentiam quaerunt, seu qui scientifica tractatione fidei doctrinam amplificant. Quin etiam illud addimus et nos in ea proficere, et ulterius progredi posse patrum exempla consectantes juxta praeclara Vincentii lirinensis verba: „Sed forsitan dicet aliquis: nullusne ergo in ecclesia Christi profectus habebitur religionis? Habeatur plane, et maximus. Nam quis ille est tam invidus hominibus, tam exosus Deo, qui istud prohibere conetur? Sed ita tamen ut vere profectus sit ille fidei, non permutatio. Siquidem ad profectum pertinet, ut in semetipsum unaquaeque res amplificetur, ad permutationem vero, ut aliquid ex alio in aliud transvertatur. Crescat igitur oportet, et inultum vehementerque proficiat tam singulorum quam omnium, tam unius hominis quam totius ecclesiae, aetatum ac saeculorum gradibus, *intelligentia, scientia, sapientia*... Fas est etenim, ut prisca illa caelestis philosophiae dogmata processu temporis excurentur, limentur, poliantur; sed nefas est, ut commutentur. . . Accipiant licet evidentiam, lucem, distinctionem; sed retineant necesse est plenitudinem, integritatem, proprietatem. 11

catholica usque ad epocham sic nuncupatae reformationis, ita ut per ea saecula numquam apud catholicos scientia et speculatio philosophica velut elementum fidei hostile habita esset. Cum vero reformatio *objectiva* ac *historico* ecclesiae dogmati opposuit *subjectivismum* suum, nempe propriam cujusque sentiendi ac speculandi de fide libertatem, tunc catholici *objectivo* dogmati a conc. tridenlino adserto unice adhaerentes, coeperunt ab omni *subjectiva* ac *philosophica* circa fidem speculatione abhorrere, veluti fidei periculosa aut infensa. Ita factum est inter utramque divortium, sic ut ab aetate concilii tridentini ad haec fere tempora magnum in *ecclesia catholica scienlificum silentium* subsecutum fuerit haud exigua scientiae jactura. Haec Baltzer, cujus sententiae subscribere haud possumus: quippe nullo lempore ecclesia ab usu recto rationis et philosophiae speculativae in rebus fidei animos avocavit; sed tantum abusus licentiosiorum ingeniorum compescuit, cavilque ne per nova philosophiae systemata identidem prodeuntia, si ambiguae aut periculosae indolis essent, quidquam fidei immutabilitati et veritati damni inferretur.

,0) Nemo profecto hanc laudem denegabit ulrique Soto, Suaresio, Vasquesio, card. Toleto, card. De Lugo, card. Cienfuegos, aliisque pene innumeris qui non solum *Credo catholicum,* ut cit. Baltzer loquitur, adstruxerunt adversus protestantes, sed praeterea ad ejus speculativam intelligentiam per scienlificum processum sese extulerunt, atque ipsi etiam in caelo catholico veluti astra emicuerunt. Quod si theologi *positivi* nuncupati aut *historici* qui pariem apologeticam coluerunt, aliam viam sectati sunt, necessitas eos ad id impulit, cum undique protestantes fundamenta fidei historicae evertere adniterentur.

“) Cap. 23. *Commonit.* 1. §. 23. *Biblioth.* Gallandi

DIFFICULTATES.

300. Obj. Fides historica omnem prorsus scientificam respuit tractationem: 1. illa enim caecum postulat assensum, haec vero postulat intelligentiam. 2. Haeretici omnium primi scientiam ac intelligentiam dogmatum invexerunt, utpote qui fidei simplicitate minime contenti, ad formas philosophicas fidei mysteria redigentes, sacrum depositum labefactarunt. 3. Hunc sane abusum illis perpetuo exprobrant ecclesiae patres, atque in his Tertullianus qui exinde haeresum omnium originem repetit 12, et Joann. Chrvsostomus retundens haereticos quod semper in ore haberent illud πώ *quomodo?* Sic reliqui passim.14 4. Quapropter merito s. Thomas toties inculcat rationis officium circa mysteria mere *negativum* esse, quod scilicet in difficultatum solutione consistat.15 Ergo.

301. Resp. JV. .4. Ad 1. prob. *D.* Scientifica tractatio postulat intelligentiam absque detrimento illius assensus quem fides exposcit. *C.* cum ejusdem detrimento, iV. Dummodo itaque fides ipsa in omni sua parte prout ab ecclesia proponitur, sarta tectaque teneatur, nihil impedit quominus ducetur homo majorem, quoad ejus fieri possit, assequi ejusdem intelligentiam. Id unum cavendum est ne sub obtentu intelligentiae aut scientificae inquisitionis normam ipsam seu fidei objectum sibi quis velit subjicere, fidem ad systema philosophicum revocando per identitatem philosophiae ac theologiae, prout nonnullis non minima fidei jactura contigisse novimus. 16

302. Ad 2. *D.* Haeretici omnium primi scientiam ac intelligentiam dogmatum invexerunt per substitutionem *subjectivismi objectivae* et *historicae* fidei, *C.* per meram scientiam ac intelligentiam eorumdem dogmatum intra praestitutos fines, X Id enim fert omnium haereseon natura, ut privatus sensus ecclesiae auctoritati sufficiatur. Detrectantes siquidem novatores omnes se ecclesiae magisterio subjicere, fidem *objectivam* temerare aggrediuntur. In hoc autem alii aliam viam inierunt. Primis quippe ecclesiae saeculis nonnulli aut nimium judaismo addicti, aut ethnicorum fabulis, aut

”) Lib. *De praescript.* cap 7 scq.

”) *floinil.* IV. in I. ad Corinth, n. 1 et 2. Itera *Serin. U. de incomprehensibili Dei natura,* num. *2* et alibi.

H) Praesertim s. Greg. nazianz. *Orat.* XXXIV. n. 72 seqq. opp. edit. Paris. 1630. Tom. I. pag. 559; s. Hilarius, *De Trinit.* lib. X- n. 53- ed. Veron. 1740. Tom. II. pag. 559; Hcsychius in *Levilic.* lib. II. capitis VL pars altera in *Dibliolh. Patr.* Lugdun. tom. XII. pag. 72.

1 Praecipue I. p. qu. 32. art. 1. ubi inter cetera scribit: ..Quae fldei sunt, non sunt tentanda probare, nisi per auctoritatem his, qni auctoritatem suscipiunt. Apud alios vero sufficit defendere non esse impossibile quod praedicat fides.

ie) Posset hic etiam commemorari salis recens exemplum scriptoris germanici F. Baader qui cx speculatione sua scientifica, mysticisme nescio cui admixta, adeo progressus est longe, ut fidei doctrinam laeserit, ac omnes rectos catholicos a se averterit.

variis demum philosophorum placitis, adniei sunt haec ipsa in christianismum transferre, et hac ratione fidei doctrinam corrumpere ac temerare. Hac ergo do causa in novatores illos insurrexerunt patres, eorumque temeritatem merito damnarunt.17 Idem vero inaequantibus saeculis contigit, uti in Abaelardo patuit, contra quem acriter depugnavit s. Bernardus.18

303. Ad 3. *D.* Ob pravum haereticorum abusum in fidei deposito labefactando, *C.* ad omnem legitimum usum eliminandum, *N.* Id sane patet 1. ex eo quod iidem patres philosophicas disciplinas excoluerint, atque in usus proprios adsciverint19; 2. ex summis laudibus quibus identidem patres ejusmodi studia commendarunt20; 3. ex ratione ipsa quam tenuerunt in haereticis illis perstringendis, quod platonica aut aristotelica scita substituissent Christi doctrinae, aut saltem eamdem doctrinam ita ad placita philosophica accommodassent, ut divina Salvatoris doctrina in mere philosophicam commutaretur. Satis enim est vel leviter objecta patrum testimonia inspicere, ut pateat quaenam fuerit occasio objurgationum illarum et scopus.21 Quo

”) Cf. Petav. *De theolog. disciplinis,* tom. I. cap. 3. §. 2 seqq.

,s) Exemplum Abaelardi eo notabilius est quod ipse auctoritatem ecclesiae in rebus fidei decernendis numquam negarit. >.Si quid est divinorum mysteriorum quod intelligere non valemus, Spiritui per quem scripta sunt, docenda potius reservamus, quam temere definiamus." Ita ipse in *Prol.* ad opus cujus titulus *Sic et non.* Attamen cum revera ad fidei mysteria non tam illustranda quam demonstranda subtilibus humani ingenii rationibus ita uteretur, iisque fideret, ut fidem ipsam *aestimationem* (quasi *opinionem)* appellaret quam ratio humana certam ostendere deberet, merito subtilioris theologici rationalism! parens est habitus. Ex quo patet satis non esse ecclesiae magisterium agnoscere ad rationalism! scopulos declinandos, si quis ratione interim sua abutitur in rebus fidei: eosque qui ad speculativam intelligentiam dogmata fidei conantur evehere, si nimis proprio ingenio ac phantasiae indulgeant, in rationalismum aliquem dilabi facile posse.

Ceterum haud recte prof. Cousin, *Ouvrages inédits d'Abélard pour servir à Chistoire de la philosophie scholastique* etc. Paris 1836. *Introd.* §. IV. scribit. ..En théologie il mit de côte la vieille école . . . qui *exposait sans expliquer,* et fonda ce qu'on appelle aujourd'hui le *rationalisme.* Abélard a essayé de se *rendre compte* de la seule chose qu'on pût étudier de son lems, *la théologie* ... a entrepris de *transporter la raison dans V autorité."* 1. Enim falsum est quod *res fidei explicare,* eorum *rationem reddere, rationis usum in iis adhibere,* si quidem id rite fiat, *rationalismum* constituat. 2. Falsum praeterea, haec omnia primum ab Abaelardo praestita in theologia fuisse; quippe jam saeculo XL exeunte Anselmus cantuarien. ingenia theologorum ad id vehementer excitaral, ac *scholasticae* fundamenta jecerat, hoc veluti principium constituens: »Sicut rectus ordo exigit ut profunda christianae fidei credamus, priusquam ea praesumamus ratione discutere, ita negligentia mihi videtur, si posteaquam confirmati sumus in fide, non studemus, quod credimus intelligere;« *Cur Deus homo,* cap. 2. Illud igitur Anselmum inter et Abaelardum et utramque schûlam erat discrimen, quod ille pro fundamento habebat *credo ut intelligam,* iste vero quaerebat intelligere *ut crederet.* Cf. *Proslog.* cap. 1.

”) Cf. Petav. ibid. cap. 4.

α0) Plura congessit hanc in rem Petavius patrum testimonia Clementis praesertim alexandr., Grcgorii nazianzeni et nysseni, Basilii, Ambrosii, Augustini, aliorumque quae cit. cap. 4. recoli possunt.

2I) Sane haec inter cetera scribit Tertul-

reipsn sensu Plato et Aristoteles haereticorum parentes nuncupati sunt ac praeforniatores, eorumque philosophia haerescon omnium promptuarium appellata. 22

304. Ad 4. *D.* In ordine ad rigorosam demonstrationem et comprehensionem mysteriorum. *C.* in ordine ad aliqualem saltem intelligentiam, iV. Dum angelicus doctor solum officium *negativum* rationi videtur adseribere, demonstrationem proprie dictam mysteriorum fidei instituendam ex rationis principiis excludit, plenamque eorumdem mysteriorum comprehensionem : quae quidem verissime statuit, cum utrumque absonum omnino sit; at nuspiam illam excludit intelligentiam ac scientificam cognitionem, quam nos adstruimus, immo non uno in loco contrarium aperte docet. 23

lianus loc. cit. «Quid ergo Athenis ei Hierosolymis? Quid academiae et ecclesiae? Quid haereticis et christianis? Nostra institutio de porticu Salomonis: qni et ipse tradiderat, Dominum in simplicitate quaerendum. Viderint qui *Stoicum, et platonicum,* et *dialecticum* christianismum protulerunt.“ S. Ambrosius in Ps. CXVIH. serm. XXII. n. 10. ..Elaborandum est igitur . . . ne quis adsertionem nostram per philosophiam *depraedetur.* Sic enim ariani in perfidiam ruisse cognovimus, dum Christi generationem putant usu hujus saeculi colligendam. Reliquerunt apostolum, sequuntur Aristotelem. Relinquerunt sapientiam quae apud Deum est, elegerunt disputationis tendiculas et aucupia verborum secundum dialecticae disciplinam.- En quo sensu patres philosophiam in rebus fidei damnaverint.

nj Cf. Petav. loc. cit. cap. 3. §. 2 el 3. Plura etiam hanc in rem libi suppeditabil Nebridius a Mûndelheim can. regul. in op. *Philosophia s. Augustini,* seu *Philosophia Christiana,* A’iennae 1654. Praef. cap. II, HI et VHL

Rcipsa s. Doctor II. 2. qu. 2. art. 1. 0. «Actus iste, inquit, qui est credere, habet firmam adhaesionem ad unam pariem, in quo convenit cum sciente et intelligente : el tamen ejus cognitio non est *perfecta per maximam visionem,* in quo convenit cum dubitante, suspicante el opinante; et sic proprium est credentis ul cum assensu cogitet;" et qu. 8. art. 8. ad 2. ..Fides non potesl universaliter praecedere intellectum. Non enim posset homo assentire credendo aliquibus propositis, nisi ea aliqualiter *intelligeret.*· Porro istud *intelligere* non assumit Angelicus de aliqua tantum extrinseca cognitione, sed de intellectione intima objectorum propositorum, ut palet ex iis quae scribit ibid. art. 1. O. Nomen intellectus quandam *intimum* cognitionem importat: dicitur enim *intelligere,* quasi *intus legere;*· el in resp. ad 3. «Intellectus, inquit, nominat quandam excellentiam cognitionis penetrandi ad intima," nempe eorum quae revelantur. Loquitur siquidem de intellectu prout est donum gratiae, quod perficit naturam. Demum ibid, ad 2. quaerens, quare ejusmodi *perfectio* dici potius debeat *intellectus* quam *ratio,* respondet: -Ista superadditio non dicitur ratio, sed magis intellectus : quia ita se habet lumen superadditum ad ea, quae nobis supernaturaliter innotescunt, sicul se habel lumen naturale ad ea, quae primordialiter cognoscimus." Sed cf. de hoc argumento Fallelti can. reg. *Lo studio unalitico della religione.* Roma 1827. Part. III. tom. II. *Discorso preliminare,* turn cap. 6. ubi copiose rem hanc discutit.

DE ABUSU RATIONIS POST FIDEM.

305. Rationis post lidem abusum vocamus illam agendi perversitatem, qua quis contendit non rationem fidei ab ecclesia tamquam infallibili auctoritate praedita propositae, uti par est, esse subjiciendam; sed fidem *objectivam* subjiciendam esse rationi, ita ut ratio cujusque individualis, seu potius *spiritus privatus* sit norma princeps, immo unica, independens et absoluta ipsius fidei, quae tota proinde *subjectiva* efficitur. Tales porro sunt protestantes, et qui ab iis progeniti sunt rationalistae ac mythici. Cum vero protestantes, saltem qui *orthodoxi* audiunt, procul rationalistas ac mythicos repellant, immo et confutare istorum systemata enitantur, duo a nobis heic effici debent, *primo* scilicet ostendere rationem ab auctoritate fidem *objectivam* omnino adsciscere debere, *secundo* evincere rationalismum ac propterea ejusdem modificationem, mythicismum, necessario ex intima natura ac essentia protestantismi effluere, seu quod idem est, nullum dari medium, si *logice* ac *historice* etiam res consideretur, inter catholicismum ac totius christianismi destructionem. Quae quidem insequentibus propositionibus efficere aggredimur.

PROPOSITIO I.

Nequit humana ratio se ipsam unicam fidei regulam constituere, quin fidem destruat, quae ab auctoritate pendet.

306. Crimen hoc est haereticis omnibus commune, qui se extollere ausi sunt contra auctoritatem divinitus institutam, ecclesiam Christi videlicet, ut custos esset ac vindex depositi revelationis, immo etiam ut magistra esset infallibilis, ac proinde regula fidei proxima credendorum et agendorum ; ita ut seipsos seu rationem individualem tamquam fidei normam ac regulam substituerint. Nulla tamen secta usque ad novatores saec. XVL in principium formale erexit independentiam absolutam rationis a quavis auctoritate. Lutherus omnium primus libertatem examinis proclamavit, eamque veluti characteristicani notam, immo constitutivam protestantismi ejusque basim posuit. Porro principium istud fidei omnino eversivum esse perfacile ostendimus.

307. Ex suo loco demonstratis Christus ecclesiae a se conditae universum commisit revelationis depositum, eique praedicationem commendavit doctrinae suae: in hunc finem infallibilitatis dote eam communivit, ut rite jugiter fungeretur munere quod ei demandavit·, ut autem fidem penes gentes omnes obtineret, virtute signorum eandem instruxit. 1 His freta praesidiis

1) In hujus trad. part. L sect. I. cap. 4.

ecclesia evangelism universis gentibus annunciavit ac annunciat. Harum officium fuit ac est motiva expendere credibilitatis, do quibus cum ipsis constiterit, nil aliud superest, quam adspirante divina gratia credere iis omnibus ac singulis quae ab ecclesia credenda proponuntur. Quivis alius processus alogicus est; siquidem in propositione ecclesiae duo illa habentur quae ad rite credendum requiruntur et sufficiunt, motivum scilicet formale, et regula proxima credendorum, quorum alterutrum si desit, nulla vera concipi fides objectiva potest. Per motivum namque formale quisque cognoscit non posse subesse falsum iis quae Deus revelaverit; per regulam proximam unusquisque pariter certus fit hunc vel illum articulum, omnesque etiam fidei articulos collective sumptos esse a Deo revelatos.

308. Jam vero qui abjecta hac regula infallibili solaque tuta sibi jus arrogat expendendi, secernendi, judicandi revelationis objecta, ut inde ratione individual! ceu norma ac dnce decernat quid fide divina credendum sit, quid vero ab articulorum fidei censu sit respuendum; is universum fidei systema labefactat, ejusque veluti oeconomiam. Evertit enim illud 1. quoad ipsum revelationis depositum, seu regulam remotam, quae ex Scriptura ac Traditione exurgit; siquidem anceps haerere debet circa Scripturarum canonem, earumdemque integritatem, sensum dogmaticum, sensumque traditionalem 2; 2. evertit quoad singula dogmata, quippe a se unice pendet determinare quaenam vera, quaenam autem adseititia habenda sint: 3- evertit quoad firmitatem ac unitatem fidei, cum omnino unicae *subjectivae* persuasioni inniti debeat; haec autem varia pro uniuscujusque affectione necessario cum sit, necesse prorsus est ut omnia nutent, omnia fluctuent, ac in perpetua varietate et transitu posita sint, ex quo omnis dissolvatur unitas, horribilis inducatur confusio, donec fides ac ipsa fidei notio penitus intereat.3

a) Recolantur quae scripsimus in hujus tract, part II. sect. I. cap. 1 seqq.

s) Praeter ea quae passim hac de re scripsimus tum in hoc, turn in tract. *De vera relig.* part. II. prop. VII et IX. juverit haec confinnarc ex statu praesente religionis in Borussia, quae est palladium protestantismi. En quid scribal testis oculatus ad redactorem ephemerid. *L' t'nivers,* die 18. Jul. 1841. ..Berlin est le centre de la science protestante, qui, comme vous le savez, croit être arrivée au point de se trouver non seulement indépendante de toutes croyances religieuses, mais encore *bien au-dessus de toute vérité révélée.* . . La philosophie de Berlin prétendait que la raison humaine était parvenue à un degré de développement et de maturité, qui la mettait en étal de parvenir par ses propres forces à la connaissance de toutes les vérités que l'homme avait autrefois acceptées *comme venant à'une source supérieure, et lui étant communiquées par la révélation.* Elle soutenait que la raison humaine pénétrait bien plus dans l'intelligence la plus intime de ces vérités, que ne l'auraient jamais pu faire les hommes qui, étant éclairés eux-mêmes d'une lumière surnaturelle, avaient tâché de les expliquer. La religion et la philosophie, disait-elle, ont le même objet, mais la seconde est bien plus supérieure à la première, parce qu'elle arrive par elle-même à la conception claire et évidente des principes de toutes choses, principes que la religion ne fait qu'indiquer d'une manière obscure et voilée. Ces idées

309. Possemus equidem haec omnia facto ipso historico protestantisme tum *successivi* tum *simultand* confirmare: verum partim de his ĕgimus partial in inaequent! propositione de hoc ipso nobis erit agendum. Interim luculenter ex dictis colligitur actum prorsus de fide objectiva ac historica esse, ubi ratio se ipsam unicam fidei regulam semel constituerit, cum munus ejus sit se tamquam pedisseqttam auctoritati subjicere, eique ancillari.

DIFFICULTATES.

310. Obj. 1. Protestantismus suam adhuc religiosam retinet formam, vita adhuc et vigore pollet, crescit in dies, viresque exerit validiores, nec desperat se cito *justa magno cultui* esse persoluturum.5 2. Etenim non aliam profitetur fidem praeter quam biblica volumina exhibent, hominum commentis rejectis. 3. Nec tamen putandum est juxta protestantismi systema homines ex se, sola naturali ratione, veritates supernaturales promere ex Bibliis, sed interiore divina Spiritus sancti inspiratione freti juxta divina promissa. 6 4. Neque ad divinum hunc Spiritum, interius veritatum omnium magisteriüm obtinendum humano conatu, aut oratione, aliisve adminiculis opus est: siquidem Deus hominem invadit, eique substantialiter conjungitur: cum individuo quolibet nova quaedam fit divini Verbi incarnatio: et quemadmodum *Logos* humanitatem Salvatoris assumpsit absque hujus cooperatione, sed *passive* tantum se habentis, sic individua singula assumit, pervadit ac penetrat, immo cum ipsis identificatur, ea movet, regit ac infallibilia efficit. Ex quo patet

ont été adoptées par la plupart des hommes distingués et savans de Berlin; voilà ce qui explique pourquoi ils n'expriment ni haine, ni aversion pour ceux qui tiennent encore à des doctrines religieuses *positives:* ils prennent ces hommes en pitié, tout en honorant en eux leurs bonnes intentions. Vous avez encore besoin d'une religion révélée, d'un culte extérieur, de cérémonies, vous disent-ils, c'est très-bien, nous comprenons parfaitement l'état dans lequel vous vous trouvez, car nous y étions aussi; mais vous en sortirez peut-être, si vous pénétrez plus avant dans les éludes philosophiques, si la lumière de la science éclaire enfin votre raison. . . Le mouvement des esprits en Europe, ou pour mieux dire dans le monde tout entier, vers la religion catholique, vers ΓEglise, mouvement que l'on n'ignore pas à Berlin, est considéré dans cette ville comme quelque chose de bien inférieur à ce développement intellectuel, auquel tout est subordonné en Prusse, comme un état transitoire par lequel l'humanité passera pour arriver au faîte atteint déjà par les philosophes Prussiens. Jamais orgueil scientifique ct intellectuel n'a été poussé plus loin. Il a aveuglé les hommes les plus intelligens et exercé une fâcheuse influence sur la direction des affaires intérieures en Prusse." Plura etiam ac singularia anccdola cf. in op. *De la Prusse et de sa domination sous les rapports politiques et religieux,* Paris 1842. *Partie religieuse* chap. 3. sect, première, pag. 342 seqq.

D In Tract. *De vera religione,* loc. cit.

lia passim in publicis ephemeridibus quas ipsi evulgant. Vide f *Univers* 9. Julii 1842 ubi protestantes disserentes de ecclesia catholica hac phrasi utuntur: »Cette Ilion *vaincue* qu'on appelle *Γéglise.*ᵘ

e) Cf. Baudry in op. cil. *Gémissements (Γun coeur catholique*, pag. 71 seq.

longe tutiorem protestantem esse in iide sna, quam quilibet catholicus possit, qui nonnisi *accidentalem* cum Deo unionem profitetur una cum incerto *synergismo* seu libera divinae motioni cooperatione.[7] 5. Tantum igitur abest, ut protestantismus auctoritatem rejiciendo amittat fidem, ut in supremo potius gradu illam possideat Ergo.

311. Resp. Ad 1. *D.* Protestantismus adhuc formam suam retinet *negativam, C. positivam,* Λ. Persistit scilicet protestantismus in natura ac forma sua *negativa,* quae nil aliud est nisi perpetua protestatio adversus legitimam auctoritatem, ac fidei veritates quas in sua perduellione negavit. Hoc certe sensu profecit ille plurimumque profecit, cum fidem paulatim corroserit ac peremerit universam. Hoc item sensu vita idem ac vigore pollet, ea nempe vita quae tota se prodit in fide catholica persequenda, quo fit ut nulli parcat labori, nulli fraudi, mendacio nulli ut eam, si quidem fieri posset, subruat atque convellat. Cum proinde inferi portae sibi semper victoriam pollicentur adversus Dominum et adversus Christum ejus, quid mirum si stolida hac inanique plane spe protestantismus alatur, atque soletur de parentalibus quamprimum *magno cultui,* ecclesiae nimirum catholicae persolvendis? Ast eum aeterna veritas, Christus, de ecclesia a se super Petrum fundata pronunciaverit: *et portae inferi non praevalebunt adversus eam,* allidet profecto se protestantismus ad hanc petram, et confringetur, et conteretur, et comminuetur.[8] Sane nulla fortasse alia extitit aetas qua et ecclesiae firmitas, et protestantismi infirmitas. immo vero absoluta impotentia pateret magis quam in praesenti, quum ecclesia praesidiis omnibus temporalibus fere destituta, propriisque relicta viribus, obnitenteque contra ipsam universali quadam conspiratione, tamen nedum subsistit, sed vitam viresque suas sic exerit, ut vix alias adeo exeruerit; contra vero protestantismus in dies magis dissolvitur et ad interitum vergit.[9]

7) Ila fere recentes protestanlismi mystici sectatores, qui Berolini praesertim suam habent sedem, Hengstenbergo duce.

e) Praeclare omnino invictus episcopus ac martyr Joann. Roffensis his verbis jam aetate sua configebat Lutherum et lutheranos similia effutientes, quae nos Calvino et calvinianis ac protestantibus omnibus seu haereticis cujuscumque denominationis aptamus: ..Huc adsis et tu Lulhere cum lutheranis omnibus luis, et omnia studia vestra in unum conflate, neque unquam efficietis, quin vera praedixerit Christus, nempe quod super petram, hoc est Petrum, aedificaturus esset ecclesiam: stat contra vos haec auctoritas invicta, quae etiam de vobis triumphat et triumphabit.“ Apud Schelstrate, *Antiquit. cedes.* tom. II. diss. IL cap. 6. art. 1. η. 2.

’) Ne vero haec exaggerata a nobis videantur, praestat documentis firmare ex auctoribus ipsis protestantibus desumptis. Porro D. Macauly protestans anglicanus iu suis *Considerationibus super historiam pontificatus romani* a prof. Leopoldo Ranke adornatam, quas exhibet in *Revisione Edimburgensi* fasc. mensis Oct. 1840 fatetur 1. ecclesiam romanam recuperasse *dimidiam* saltem partem eorum quos amiserat per reformationem; 2. majus nunc seu magis extensum esse dominium pontificatus romani, quam unquam quovis extilerit alio sacculo; 3- superare sectas omnes Christianas etiam collective sumptas; 4. af-

312. Ad 2. *D.* Et hac proprio de causa fidem omnem *objectivam* amisit protestantismus, *C.* veram profitetur fidem, *N.* Etenim praeterquamquod et ipsa sacra Biblia articulum fidei constituunt, quem nonnisi ab ecclesia, ut suo loco ostendimus [10], protestantes habere possunt; ad eum plane modum fidem suam protestantismus ex sacris Bibliis hausit, quo inde gnostici, manicliaei, sabelliani, ariani, nestoriani etc. hauserunt antiquitus, nunc vero hauriunt sociniani. methodistae etc. qui scilicet professi sunt et profitentur omnes fidem suam ex sacris Bibliis unice arcessere, commentis ecclesiae catholicae, id est, romanae repudiatis. Attamen omnes haeretici vel increduli fuerunt aut sunt, cujusmodi pariter est protestantismus haereseon omnium viridarium.

313. Ad 3. *D.* Id est nonnullorum protestantium, *C.* omnium, *N.* Mira semper et viguit et viget circa istiusmodi systema interioris inspirationis individualis varietas inter protestantes quam jamdiu expendimus [11]: cum igitur

firmat se nullum signum cernere imminutionis catholicae ecclesiae; 5. immo vero praevidet futuram subsistentiam ejusdem ecclesiae super ruinam patriae suae; 6. denique, ceteris omissis, agnoscit ecclesiam hanc pleno vigore pollere, novosque jugiter progressus facere. Brevitatis causa verba ipsius auctoris praetereo. Cf. *Annali delle scienze reliff.* vol. XIII. n. 37. *Luglio e Agosto* 1841. In ephem. *Univers* 10. Mars 1842 legitur: «D'après une note que nous (*L'institut catholique* publié à Lyon) avons publiée en 1831 el que nous empruntons à M. Ozanam, qui lui-même se basait sur les calculs de Malte-Brun, auteur protestant, *l'accroissement des catholiques, comparativement à l'époque de Luther, serait de 35 millions,* et depuis 1831 il a dû s'augmenter beaucoup." In sola provincia genevensi ex confessione proteslantis Baumgarten ab ann. 1822, dum protestantes per singulos annos creverunt in proportione 2 ad 100, catholici creverunt in proportione 72 ad 100. Cf. ibid. 8. Mars 1842. Possem plura alia adjicere, ne tamen prolixus nimis sim, haec sufficiant. Cf. *Tableau général des principales conversions, (pii ont eu lieu parmi les prolestans et autres religionnaires depuis le commencement du XIX. siècle,* par l'ab. Rohrbacher, 2. edit. Paris 1841. Noti sunt progressus Catholicism! in Anglia, in Hollandia, America etc. Et tamen stultuli illi protestanles qui quotidie diffluunt. confidunt se *quamprimum* exequias celebraturos *magni cultus,* glorianlurque de Ilio *devicto!* Quod vero spectat ad fraudes et vexationes protestant!um adversus ecclesiam catholicam, legi omnino debet opus cit. *De la Prusse et de sa domination,* Paris 1842. *Partie religieuse,* sect. II. *Du Gouvernement prussien vis-à-vis des catholiques. Nécessité pour le gouvernement prussien de recourir contre le catholicisme à des moyens indirectes; énumérations de ces moyens:* 1. *Organisation religieuse militaire;* 2. *organisation religieuse de l'instruction publique;* 3. *fonctionnaires publics et mariages mixtes;* 4. *législation religieuse.* Omni ratione nititur gubernium borussicum opus hoc supprimere, ac efficere ut oblivioni detur. De Russia nihil attinet dicere, cum ejus vexationes in catholicos nimis nolae sint; cf. op. *Persecutions et souffrances de l'église catholique en Russie,* Paris 1842, item: *Allocuzione della Santilà di nostro Signore Gregorio PP. XVI. al sacro collegio nel concistoro segreto del* 22. *Luglio* 1842 seguila *da una esposizione corredata di documenti suile incessants cure della slessa Santilà Sua a riparo dei gravi mali da cui é afflitta la religione cattolica negl' imperiali e reali dominii di Russia e Polonia.* Roma 1842.

*°) Supra part. IL sect. I. cap. 1. prop. L

Ibid.

alii illud admittant, rejiciant alii, alii vero iisdem Scripturae textibus innixi temperent pro lubitu varieque adornent12, quis non videat totum istud systema cui tantopere fidebant protestantes, stultum plane se prodere?

314. Ad 4. *D.* Ita ut et in hoc systemate novum habeatur nutationis protestantismi argumentum, *C.* veritatis, Λ. Quondam protestantes inhaerentes Lutheri doctrinae de homine substantialiter per originalem noxam foedato, ac de perseverantia concupiscentiae etiam in renatis quae *formalis* peccati rationem habeat, immensum, ut ita dicam, Deum inter et hominem posuerunt intervallum13; accusabant propterea catholicos eo quod gratiam sanctificantem animae justi *inhaerentem* esse docerent, adeo ut illi hoc nomine fuerint a Tridentino damnati.14 Nunc vero recentiores protestantes ad *mysticismum* ac *pietismum* nescio quem dilapsi, adeo arctam contendunt unionem esse Dei cum homine justo, ut *substantialiter* Deum cum eo conjungi, immo et cum eo fere substantialiter identificari autument, totidemque fieri veluti *incarnationes* quot justi efficiuntur. Objurgant proinde catholicos quod nimiam Deum inter et hominem distantiam collocent, dum nonnisi *accidentalem* unionem propugnant inter Dei gratiam et animam justi. 15 Nimirum semel ac via veritatis deseritur, prona est ac praeceps ad opposita extrema prolapsio; *dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.*

315- Ad 5. *D.* Nempe eo ipso quod recens protestantismus in supremo gradu fidem se possidere jactat, omni fide destitutus est, *C.* vere fidem possidet, *N.* Possidet enim *subjectivum fanatismum* qui novas identidem formas assumet cum nova quaeque apud illum theoria praevaluerit. Fides protestantismi, si hoc uti nomine velimus, semper *temporalis* est, ac proinde nulla, quandoquidem jugiter pendet ab hominum adinventis, quae eum dextrorsum aut sinistrorsum trahunt, haud secus ac in amplis Africae desertis magni illi arenarum cumuli qui prout a ventis agitantur et compelluntur, et sedem immutant, et novas perpetuo formas assumunt.

PROPOSITIO II.

Ab essentiali protestantismi constitutione ac natura necessario profluit rationalismus; seu si protestantismus est verus, falsus est christianismus.

316. Protestantismus qualis a Luthero primum prodivit, bifariam spectari debet, tum nempe in essentia, seu natura et constitutione sua, tum in

n) Cf. Baudry op. cit. *Gémissements dun coeur catholique,* pag. 74, 75. ubi documenta afferuntur.

u) Vid. quae scripsimus in Tract. *De gratia,* part. Π. cap. 1.

u) Sess. VI. can. XI.

IS) Recolantur quae nos superius adnotavimus de hac Dei cum homine conjunctione per *caritatem diffusam in cordibus nostris,* n. 130. ubi quo sensu juxta plurium theologorum sententiam dici possit hujusmodi unio *substantialis,* explicavimus.

sua forma exteriore et accidentali; sub priori respectu *ralionalutieus* plane fuit, ac talis prodivit vel ab ipsa origine sua; sub posteriori respectu *super-naturalisticus* extitit.

317. Duo porro ad propositionis nostrae veritatem evincendam a nobis praestanda sunt: primo quidem rationalisticum essentia ac natura sua pro-testantismuin esse, adeoque rationalismum necessario ac sua veluti sponte debuisse ex eo promanare et evolvi; secundo per rationalismum pessumdari prorsus totumque everti christianismum, seu religionem christianam. Utrum-que porro *jure* et *facto* seu *thcoretice* et *practice* facile ostenditur.

318. Ac primo quidem protestantismi super terram apparitio *supema-turalis* in speciem fuit, Bibliis videlicet innixa ac veluti pallio *symbolorum* contecta. Si principium tamen ex quo prodivit in lucem , si spiritum qui intus alebat totamque agitabat molem, consideres, haec nonnisi rationalistica fuerunt. Sane Lutherus, rejecta penitus infallibili ecclesiae auctoritate, suf-fecit eidem spiritum suum privatum, seu ut modo loqui adamant, rationem suam individualem veluti normam ac judicem tum in critica biblica, tum in exegetica, tum in dogmatica, proclamavitque, ut saepe diximus, principium libertatis et examinis in religionis negotio. Jam vero in hoc proprie na-tura ac vis consistit rationalism!, qui profitetur rationem principem normam esse credendorum et agendorum, ita ut ista ex proprio fundo statuere de-beat, judicare ac decernere qüid sentiendum sit de Bibliis eorumque valore, nec non de eorumdem sensu, ut inde eruat quid sit in religione tenendum. Absque hac substitutione numquam enatus esset protestantismus, immo ne concipi quidem posset.[1] Spectata igitur natura ac essentia protestantismus non est nisi rationalismus, larvatus tamen supernaturalismo, qui per Biblia et symbola seu fidei professiones statuebatur. Et haec quidem *jure*.

319. *Facto* porro, prout secundo loco proposuimus, rationalismum ex protestantismo progenitum esse atque ad perfectionem adductum, constat ex historia. Protestantismus enim in auctore ac parente suo veluti *personifica-lus* est; quoniam vero Lutherus vi principii a se constituti, uti criticus in Bibliis expunxit librorum partem e censu canonicorum ac proinde divinitus inspiratorum[2]: uti exegeta talem Scripturis sensum subjectivum affinxit

') Id vidit vel ipse auctor protestans cit. *Histoire critique du rationalisme en Allemagne,* nempe Ainand Saintes, qui pag. 7. scribit: ..Quoiqu'il soit vrai de dire, logiquement parlant, que *les principes* du rationalisme se confondent avec ceux du protestantisme, ou du moins qu'ils en dé-coulent, et que l'établissement de la réfor-mation *devait amener inévitablement* le rationalisme etc." et iterum pag.'439. »On a vu comme le rationalisme *est sorti tout naturellement de la reformation telle que Γont faite Luther el ses collaborateurs;* c'est le fruit qui était enferme dans le bou-ton dont l'arbre de la réforme devait se parer, à moins que l'arbre ne fût coupé avant son développement.α

2) Recol. quae superius habenlurpart.il. sect. I. cap. 1.

quem sibi in illis deprehendere visus est: uti dogmaticus illos excogitavit articulos qui proprie lutheranam doctrinam constituunt dc peccato originali, de amissione liberi arbitrii, de sola fide justificante etc.; exinde rationalismus in triplici sua forma *critica, exegetica, dogmatica,* veluti ex germine arbustum quod postea in arborem crevit omnesque fructus suos protulit, evolutus est.

320. Rationalismus *criticus* a libris deutero-canonicis ad proto-canonicos progressum fecit, ac unum post alium suis, quibus inscripti erant, auctoribus abjudicavit tum Veteris tum Novi Testamenti libros. 3 Inspirationem penitus abjecit, spectavitque hos libros uti opera ac monumenta humanae rationis sese alacriter evolventis4, erroribusque tamen omnigenis adspersa.5

321. Rationalismus *exegeticus* eventus omnes supernaturales naturali prorsus modo exposuit, vel ad mythos historicos, aut poeticos, aut historico-poëticos relegavit6; mysteria aut in Scripturis reperiri negavit, aut tamquam *aesthetica symbola* habuit ac uti *praesensiones* quasdam *religiosas*7; id est, miracula, vaticinia, mysteria plane sustulit *e* medio. 8

3) Cf. ibid. Porro protestantes *orthodoxi* adnisi sunt impugnare Slraussinra (qui inficialus est aulhcnticitalem quatuor evangeliorum, contendens, nonnisi post centum annos a Christi morte conscripta esse) ex conformitale evangeliorum cum actibus apostolorum. Atqui vix elapsus annus erat a publicatione Vitae *J. C.* quum professor tubingensis quaestionem proposuit, utrum critica *nihil* adhuc *posset* super Acta apostolica ct in epistolas Pauli? Hinc ipse cacpit expungere postrema capita in quibus iter apostoli Pauli Romam refertur, et interim promittit sive a se, sive ab aliquo alio citius serius submissum iri critico examini tum Acta apostolorum, tum epistolas omnes apostoli, nempe ad ea expungenda a numero authenticorum scriptorum. Primam epistolam ad Timotheum omnino Schleicrmacher rejicit ex canone; cf. ejus epist. *Ueber den sogenannten ersten Brief* etc. seu *De sic nuncupata prima epistola Pauli ad Timoth.* Berol. 1807. Wilke negat evangelia Matthaei et Joannis ab his apostolis fuisse conscripta, ac dum Straussio se opponit, in pluribus convenit cum ipso; cf. *Hist. erit.* etc. pag. 193- Twesten affirmat nondum clausum esse canonem scripturarum; cf. op. cit. pag. 226 seqq. Gfrôrer negat valorem historicum trium cvangcliofiftn *synoptieorum,* ibid. 191.

') Praeter superius dicta loc. cit. cf. quae scripsimus de systemate hegeliano.

4) Juxta Semlerum aetate Christi duae factiones erant inter se contrariae, gnoslica et judatea; Christus venit ad eas conciliandas; hinc cum inveniretur in factione judaica, affectabat Moysi obsequium· conciliare; cum vero in factione gnostica reperirelur, insurgebat adversus gentis suae praejudicia. Post Christi mortem Petrus se declaravit pro factione judaica, Paulus pro gnostica. Quatuor evangelia quae supersunt, favent factioni judaicae; quae referebant Christi sermones in favorem factionis gnosticae, perierunt, si excipias illud Marci (haeretici gnostici). Epistolae Pauli favent gnoslicismo. Epistolae catholicae Petri ct Jacobi scriptae sunt ad fusionem operandam utriusque factionis. Cf. cit. *Hist, critique,* pag. 141, 142 seqq.

e) Recol. superius dicta part. II. sect. I. cap. 2.

') Ila de Wette ibid. pag. 381.

8) Ila Eichhorn, Gabler, Paulus, Bauer. Exinde Scherer damnavit omnes prophetas veluti totidem *impostores,* ita ut sine ipsis vera fides melius fuisset in terris constabilita; ibid. pag. 214 seqq. Ex quo optime concludit Starckius in suo *convivio Theoduli,* pag. 134. protestantismum hac ratione

322. Rationalismus *dogmaticus* perficiens *epurationis,* ut vocant, opus a Luthero incoeptum, omnia et singula temporis progressu corrosit: inficiatus siquidem est divinitatem Christi Jesu, cumque inter sapientes seu gnosticos, aut essenios connumeravit9; totam evertit satisfactionis ac redemptionis oeconomiam ; Christi resurrectionem et in caelum adseensum, futuramque proinde corporum resurrectionem ac finale judicium veluti accommodationem judaicis locorum praejudiciis traduxit10; apostolorum doctrinam tamquam inutile ac perniciosum doctrinae Christi additamentum spectavit11: baptismum denique ac coenam, praeter sacramenta reliqua, veluti ritus mere symbolicos aut mnemonicos adseivit.12

323. Et haec quidem rationalismus *vulgaris* nuncupatus 13 ; rationalismus siquidem *gnosticus·* seu *sapiens* ac *inteiligens* ulterius progressus non modo symbolismum omnem (fidei confessiones) e medio sustulit, sed Kantii, Schellingii, llegelii aliorumque transcendcntalium philosophiam amplectens eam in religionem invexit, atque utramque simul permiscuit. Effectus porro hujus adoptionis extiterunt identitas philosophiae ac religionis, destructio omnimoda christianismi historici seu realis, suffectio religionis philosophicae, ex sola nempe moralis aut intelligentis naturae humanae constitutione depromptae 1;* Christus jam non est nisi idea humanitatis in homine, et per hominem

tollere e medio omnes probationes christianismi.

') Cf. egregios articulos recentis collectionis periodicae quae in Hollandia vulgatur sub titulo *Der Katholik* etc. seu *Catholicus, Ephemeris religiosa historica et litteraria,* Jan. 1842, art. I. *Status protestantismi,* pag. 8. Rôhr in suis epistolis super rationalisme spectat Christum ut hominem ordinarium, quin necesse sit recurrere ad eventus supernaturales ad ejus nativitatem explicandam. Cf. op. *Hist, critiq.* pag. 278.

Ie) Ita Eberhardt, HcfTler, Gabler, L. Nitzsch, Wegscheider: juxta kantianos sunt totidem allegoriae, juxta De Wette mors expiatoria Christi Jesu debet esse symbolum conformilatis, et reconciliationis omnium oppositionum in campo sensus religiosi. Ibici pag. 410.

") Bôhme tribuit *rationalismiun* Christo, *supernaturalismum* vero apostolis in op. *Die Religion J. C. aus den Urkunden,* seu *Religio J. C. e documentis originariis.* Halle 1825. *Hist. erit.* cit. pag. 260. Eckermann censet satius esse uti solis doctrinis Christi, rejectis apostolis, ad se praecavendum ab errore. Ibid. pag. 277.

*2) Cf. quae scripsimus in tract. *De Bapt. et de Eucharist.*

13j Distinguitur siquidem nunc rationalismus in *vulgarem, empiricum, gnosticinii* ac *mysticum.*

H) Rationalismus modernus sive *gnosticus* dici potest: *Theologia absorpta a philosophia.* Christianismus juxta hunc rationahsmum non est nisi gnoslicismus qui triumphavit *de judaismo;* contra vero juxta Gfrôrer, non est nisi *purus judaismus* excepto dogmate de Messia. Paulusius non reperiebat in Evangelio nisi metamorphoses orientales. Ast De Wette affirmat christianismum esse *judicium idéale* sine omni rationabili basi. Ita ceteri ejusmodi scriptores juxta varium rationalism! genus quod unusquisque sectatus est. Cf. documenta in cit. *Hist, critique du rationalisme* etc. pag. 328, 211, 191, 213 etc. Haec quidem opera continens 450 paginas tota est de hoc argumento , et tamen non est nisi specimen multo amplioris ac profundioris operis quod hac in re confici posset, praesertim si a catholico viro susciperetur.

historicum expressa15; Dei cum universo, potissimum vero cum humanitate identitas, individualitatis extinctio, seu ut verbo dicam, pantheismus sive materialis sive idealisticus proclamatus est16; subjectivismus demum aut objectivismus absolutus, aut etiam *subjectum ~objectum* absolutum fuit per gnosticum hunc rationalismum christianismo historico substitutum. 17

324. Quae cum ita se habeant, juverit ita concludere: per protestantismum a Luthero adornatum ac in ipso *personification* rationalismus tum *vulgaris* tum *gnosticus* in suo germine ac embryone delitescebat, aut etiam si lubet, veluti protestantismi anima latens una cum exteriore supernaturalistica forma, veluti corpore, necessario et ex intima ejusdem protestantismi natura ortus est. Eadem porro exigente natura, labente tempore, evolvi coepit, magis deinde ac magis ex latebra seu involucro quo tegebatur, sese manifestavit, donec ad maturitatem adductus symbolicum omne supernatura-

**) Ita praeter Straussium Edelmann qui illum praecessit, nisusque est demonstrare Christum non esse nisi *repraesentantem rationis* seu *sapientiae Dei;* ibid. pag. 86. Juxta Bretschneiderum Christus repraesentabat *ideam hominis religiosi* qua de causa dictus est *filius Dei,* docuitque ceteros ad eandem sibi promerendam *qualificationem;* ibid. pag. 271. Juxta Daub Christus in excellentiori gradu possedit *identilalem conscientiae divinae et humanae,* quo sensu Deus factus est homo; forma proinde ejus apparitionis super terra est factum historicum christianismi; ita in *Theologumenis s. Doctrinae de religione Christiana,* Heidelberg 1806. Straussius demum in sua *Dogmatica* quam vulgavit post *Vitam J. C.* nititur ostendere *Christum hegelianum* (conceptum scilicet in idea philosophica) in perpetuum deleturum *Christum evangelicum;* ibid. pag. 350. Juxta De Wette divinitas Christi spectari nequit nisi tamquam idea *aesthetica;* ibid. pag. 408. Omitto aliorum placita qui Christum traducunt veluti hominem spectantem ad societatem secretam a qua liberari non potuit ab infami nece, aliaque ejusmodi, quae vel referre taedet; cf. cit. arlic. *Ephem. Hollandicae.* Interim ex his levibus lineamentis colligere poteris, quinam sint fructus protestantismi, nempe apostasia a Christo et christianismo universo. Oh! si Lutherus, *beatus* ille *megalander,* ut eum vocant protestantes, posset consurgere ad videndum opus suum! Attamen quot inter ipsos adhuc deblaterant adversus superstitionem ecclesiae romanae, illius nempe ecclesiae sine qua actum prorsus esset de Christiana religione, ut fatetur vel ipse tigurinus minister protestans Lavaler in epist. ad com. de Stolberg data, cujus haec verba sunt: ..Je vénère l'église catholique comme un antique et majestueux édifice, «/Mi *conserve les traditions primitives* et des titres précieux. *La ruine de cet édifice serait la ruine de tout le christianisme."* Apud *C Univers,* 9. Juin 1842.

ϟ Recolantur quae paulo ante scripsimus de hegelismo et pantheismo. His principiis rationalism! gnostici innixus Schleiermacher in suis *sermonibus* concludebat, vitium esse putare animam immortalem esse in sensu existentiae seu durationis individualis; anima siquidem non est pro theologia speculativa, nisi portio quaedam *absoluti,* quae in ipsum refundi debet. Cf. *Hist. critique du ration,* pag. 413.

,7J Huc referuntur pariter quae superius attulimus de hegelismo et neo-eclecticismo, cf- *Hist, critiq.* pag. 351 seqq. Sane paucos ante dies sectatores philosophiae hegelianae Berolini protestati sunt, ut clamori propriae conscientiae satisfacerent, et vitarent hypocrisin, se nolle deinceps pertinere ad ullam religionem, quippe revelationes quibus innituntur religiones positivae (historicae), non sunt nisi fabulae. Cf. Anti *de la relig.* Juill. 1842. pag. 89.

listicum pallium seu integumentum dilaceravit ac exuit, nativamque suam indolem patefecit. Atqui rationalismus ex demonstratis *jure* et *[acto, a priori* et *a posteriori, thcoretice* et *practice* necessario secum fert totius christianismi extinctionem. Ergo rite concludimus, ex protestantismi essentiali natura necessario profluere rationalismum, seu quod idem est, si verus est protestantismus, falsus est christianismus. 18

325. Sic nempe horrendam justissimus Deus ultionem sumpsit de perduellibus ejusmodi ecclesiae filiis, qui superbia incredibili tumentes, erroris intemeratam Christi sponsam suamque matrem arguere non dubitarunt. Excaecati enim sunt, evanuerunt in cogitationibus suis, ac dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, ac plane traditi et ipsi in desideria cordis eorum, ut faciant quae non conveniunt. 19

DIFFICULTATES.

326. Obj. 1. Adeo genuinus protestantismus ab omni rationalismi labe alienus est, ut ab ortu suo philosophiam omnem, omnemque rationis usum a Christiana religione eliminaverit, atque etiamnum rationalismum veluti sibi extraneum validissime oppugnet, 2. Scopus et objectum reformationis baud fuit *destructionis* sed *epurationis,* ecclesiam scilicet liberandi a pontificia tyrannide, foedisque abusibus qui ex illa promanarant. 3. Quapropter non libertatem absolutam ac independentiam proclamavit, sed illam solam qua Christiani ab usurpata illa dominatione eriperentur. 4. Hinc regulam fidei proximam ad quam dogmata omnia exigi deberent, ecclesiam trium quatuorve priorum saeculorum protestantismus constituit. 5. Si qui proinde liberioris ingenii homines in sinu protestantismi insurrexerunt adversus symbolum augnstanum, hi desciverunt plane a protestantismi indole et constitutione, perinde ac desciscunt catholici illi, qui in ecclesia pontificia adoriuntur articulos quos illa profitetur. 6. Nec obstat nonnullas inter communiones protestantes identidem circa symbolum mutationes contigisse: hae siquidem accidentales sunt, nec ullo modo fidei substantiam attingunt. 7. Quam vero absurda sit

18) Hoc ipsum fassi sunt non pauci protestantes, uti Semler qui declarabat reformatores, dum ideam dcclesiac docentis, destruxerunt, ruinas maximas attulisse regno Christi; cf. *Hist. erit.* pag. 139. Schleiermacher et ipse fassus est opera reformationis aedificium christianismi dilapsum esse: ibid. 174 seqq. Demum aliis omissis, brevitatis gratia, auctor ipse quem saepe allegavimus historiae criticae rationalismi pag. 401. aperte scribit: »Si l'on ne se laisse pas diriger par l'esprit de parti, on confesse également que la religion telle que les rationalistes ont voulu la conserver ou rétablir, *n était pas même ĭ ombre du christianisme évangélique et traditionel."*

,9) Sane Steinbart unus ex ipsis concludebat, quod religio Christiana cum similis sit alteri cuicumque institutioni (paganismo, islamismo etc.), ut habeat aliquem valorem, debeat gaudium in his terris homini facere, nam ante omnia *sensui debet satisfieri,* quia *sola voluptas* vere ea est, quae accommodata sil miserae humanitati. Ibid, pag. 442.

conclusio praestituta, quod si *verus est protestantismusfalsus est christianismus,* inde apparet quod eadem facile ratione intorqueri adversus ecclesiam pontificiam posset; ecclesia pontificia tot ceteros inter errores docet idololatriam in cultu sanctorum, evacuat crucem Christi per dogmata sua de necessitate bonorum operum, satisfactionis, sacrificii missae etc. ergo, *si vera est ecclesia pontificia, falsus est christianismus.* 8. Sequeretur praeterea ex illa conclusione, satius esse omni valedicere christianismo, quam profiteri protestantismum, quod profecto nemo sanus dixerit, praesertim cum tot honesti piique viri in sinu protestantismi efflorescant, quot vix reperies in catholicismo. Ergo.

327. **Resp.** Ad i. *D.* Protestantismus in sua parte *materiali* spectatus, *Tr.* in sua parte *formali, N.* Nec enim abnuimus protestantismum prodiisse magno symbolorum apparatu ac supernaturalistico fuco ornatum, hostilemque ab ortu suo rationi ac omni philosophiae se praebuisse, seu *nihilismum* esse professum. Ast haec non fuit nisi forma protestantismi exterior ac pallium, ut ita dicam, quo indutus in scenam prodivit. Age vero: et intimam, formalem ac essentialem protestantismi naturam et constitutionem expende. Nonne Lutherus, ac per ipsum Pt in ipso protestantismus universus hoc sibi veluti essentiale *principium,* hoc sibi jus arrogavit, fidem objectivam et historicam sibi subjiciendi, ac symbola varia cudendi manca, imminuta, ac diversa ab iis quae ecclesia catholica a tota retro antiquitate profitebatur? Hoc autem quid aliud fuit, quam propriae ac individual! rationi totum in fidei rebus arbitrium supremamque potestatem deferre, in quo sita est rationalism! origo et natura? Quod si eodem tempore protestantismus bellum indixit rationi àc philosophiae, si *nihilismum* professus est. id nil aliud ostendit quam sibi protestantismum non constitisse, cumulumque esse contradictionum et absurditatum. Si demum ad haec protestantismus historicus repellit a se ac impugnat rationalismum. jure merito a rationalisas incohaerentiae arguitur, ac pugnae cum ipso formali protestantismi principio: merito insuper reprehenditur quod non ex vero spiritu protestantismi se gerat, sed ex cupiditate, privatoque studio partium.

328- Ad 2. *D.* Scopus et objectum apparens fuit *epurationis, C.* verum, A' Reformatio seu *epuratio* ecclesiae ab abusibus fuit utique praeomnis amoveatur aequivocatio. notandum est neque Lutherum, neque ejus cooperatores aut intendisse, aut praevidisse abyssum in quam se conjiciebant, aut si viderunt, exhorruisse; attamen principium quod veluti basin novae reformationis posuerunt, necessario lotum rationalism! opus, ac proinde destructionis christianismi involvebat. Hinc AVegscheider opus suum *piis manibus Jlariini Luiheri libertatis cogitandi adsertoris . . . qui rationi humanae suum jus vindicavit,* dicatam voluit Contra vero auctor *Historiae criticae* rationalism!, eam nuncupavit *a tous les amis du christianisme; à tous ceux qui ne voudraient pas voir dans le monde religieux Γancien paganisme modifié.*

textus, ut in ceteris haercBum antesignanis2', ita et in primis protestantismi auctoribus, quo tegerent propriam perduellionem ac populis fucum facerent: ast cito haec larva cum ab illis tum ab istis decidit, talesqne prodierunt quales reipsa erant, id est in omnia vitia projecti et effusi.

329. Ad 3. iV. Eam enim proclamavit libertatem et independentiam, quae satis esset ad subigendam rationi individual! fidem *objectivam*. In hoc enim sistit controversiae cardo, utrum protestantismus cum spiritum suum privatum suffecit uti normam credendorum et agendorum, se judicem arbitrumque fidei ac morum constituerit nec ne; jam vero cum hoc negari nequeat, quid ad nos si consectaria omnia quae in illo principio suo rationalistico necessario continebantur, statim non deduxerit? Satis est in omni re principium statuere; tempus deinde hominumque subacta ingenia illud evolvunt, ac ad maturitatem adducunt, id quod nimis reipsa contigisse novimus.

330. Ad 4. *D*. Ecclesiam trium aut quatuor priorum saeculorum uti normam ac regulam fidei proximam constituit temere et ex arbitrio, *C*. solido fundamento innixus, *N*. Cum alias jamdiu ejusmodi commentum exploserimus, non est cur iterum pluribus illud persequamur. Siquidem ecclesia aut numquam aut semper fuit et est infallibilis fidei regula. Haeretici antiquiores potuissent eadem ratione exceptionem opponere ecclesiae, quum tertio aut quarto saeculo eos damnavit atque protrivit. Antiquitas sane tota commentum hoc penitus ignoravit. Quaestio denique moveri potest, utrum ecclesia illis saeculis hanc vel illam doctrinam tradiderit, et nullus unquam controversiae exitus erit. 22

331. Ad 5. *N*. et *neg*. paritatem quam instituunt protestantes inter eos quos vocant liberioris ingenii homines, et catholicos qui insurgunt adversus ecclesiae fidem. Etenim illi idcirco sunt symbolum augustanum adorti, quia adversus principium libertatis examinis, quod constituit essentiam protestantismi. statutum illud fuerat, et quidem ab hominibus privatis nulla pollentibus auctoritate quae obligationem inferret, ac vi rationalistici principii, quod facto destruebant. Catholici e converso insurgunt adversus principium auctoritatis, quod constituit essentiam catholicae religionis. Nulla igitur intercedere paritas inter utrosque potest.

Cf. *Hist. du pape Innocent. III.* Frid. Hurler, tom. III. livr. XIV. pag. 4 seqq.

'') Suo loco audivimus Gibbonium ipsum fatentem germina papismi. id est Catholicism!, primis ecclesiae saeculis jam viguisse, prout et alii increduli et protestantes fassi sunt. Contra vero juxta Semlerum ab aetate apostolica usque ad saeculum reformationis perseveravit fusio judaismi et gnosticism), quae facta est opera episcoporum qui in concilium convenerunt in ipsis ecclesiae incunabulis. Notum denique est catholicos contendere adversus protestantes fidei articulos omnes in primaeva traditione contineri. Absurdum itaque undequaque se prodit arbitrarium istud primitivorum protestanlium systema.

332. Ad 6. *D.* Mutationes illae accidentales sunt, ex protestantismi *principio, C. in se, N.* Semel ac enim protestantes rationem individualem proclamarint fidei normam ac regulam principem, cum jam de fidei substantia actum sit, eo sensu quaevis aliae innovationes dici accidentales possunt. Ast non ita si spectetur res in se, in ipsa fidei natura, in motivo suo *formali,* quod non est nisi auctoritas Dei revelantis; a qua nempe vel minimum desciscere atque objectum revelationis vel in minimo articulo pro lubitu immutare, idem est ac substantiam ipsam fidei aggredi ac infringere. Accedit, mutationes, quas vocant adversarii *accidentales,* relativas esse. Nam pro anabaptistes accidentalis plane mutatio est valor paedobaptismi; pro socinianis negatio omnium mysteriorum, et ita porro. Quo fit ut per hujusmodi mutationes *accidentales* fides omnino concidat ac evanescat.[23]

333. Ad 7. Al. Haec enim retorsio jam supponit praeferendum esse judicium individuate auctoritati ecclesiae. Hoc enim sublato nulla amplius fieri retorsio potest. Accusant porro protestantes ecclesiam idololatriae ac superstitionis quoad cultum sanctorum eodem plane jure, quo presbyteriani illam ejusdem criminis incusant ob adorationem Christi in eucharistia, quo sociniani ob adorationem Christi ipsius, et ita deinceps. [24]

334. Ad 8. *Neg.* sequelam: etenim si patres censuerunt melius fuisse ethnicas gentes profiteri vel ipsum polytheismum atque idololatriam, quam atheismum: quanto magis catholici jure censent melius esse speciem saltem ac veluti umbram christianismi a protestantibus teneri, quam omnem penitus christianismum abjici? Praesertim cum plures in protestantismo, ex classe potissimum rudiorum, spiritu saltem spectent ad ecclesiam catholicam, quotquot scilicet ignorantia invincibili laborant de falsitate propriae sectae. Quoad reliquos, ipsi viderint: Deus eos judicabit. Ceterum catholici sequelam hanc dimittunt protestantibus atque schismaticis qui furore perciti adversus ecclesiam catholicam maluerunt aut malunt subditos suos permanere in paganismo, islamismo et judaismo, quam permittere ut catholici missionarii illos

u) Sane Bretschneider in suo *Manuali dogmaticae ecclesiae euangelicae lulheranae,* tom. I. edit. 1839, rejicit omnem admissionem puram ac sensibilem veritatum revelatarum, quia leges naturales mentis humanae sunt in oppositione cum factis in revelatione contentis. Eckermann in sua *Dogmatica,* tom. I. pag. 713, agens de articulis fundamentalibus, censet *solam* existentiam Dei sufficientem esse. Schleiermacher fatetur omnes *mythologies* non esse quoad suum fundum nisi *monotheisticas* et *Christianas,* apud Amand Saintes *Hist, critiq.* ciL pag. 364.

3‘) Henke in op. *Lineamenta instil, fidei christ, histor. critic.* Helmstad. 1795. scribere veritus non est: *Christolatriam* ac *bibliolatriam* in genere esse impedimenta quae auferri absolute debent, atque ad saeculum nostrum spectare asciam immittere *omnibus his superstitionibus :* cf. *Hist. erit.*

ad veram Christi fidem perducant.15 Vere sola ecclesia catholica mater est.

M) Cf. quae scripsimus in tract. *De inatrim.* cap. IV. prop. III. Potius post hactenus dicta juverit sciscitari a plerisque protestantibus, in quem finem tandem tot impensis diffundere satagant Biblia in quae non credunt, propagare christianismum quem funditus labefactant ac destruunt, catholicos demum pervertere, nisi ut totidem apostatas faciant a Christo ejusque religione? quare demum modis omnibus missionaries catholicos impediant ne Christum annuncient? Vere istis hominibus aptantur apostoli verba I. Thess. II. 16. *Prohibentes nos gentibus loqui ut salvae fiant, ut impleant peccata sua semper: pervenit enim ira Dei super illos usque in fmem.* Attamen Borussiac rex et sic dictus archiepiscopus cantuariensis conjunctis viribus adniluntur abortum illum, quem episcopum Hierosolymitanum vocitant, constituere protectorem et adjutorem omnium anglicanorum et evangelicorum qui eo se conferrent ad *conversionem* israêlitarum. Quis porro non miretur novum hunc episcopum anglicano-cvangelicum. et evangclico-anglicanum, id est biceps monstrum neutrius generis; et quidem dum anglicani protestantur adversus evangelicos tamquam *dissidentes,* et evangelici invicem a se repellunt anglicanes uti *semi-pontificios!* Cf. *L' Union catholique* 9. Mars 1842. et *C Univers* 20. Juillet 1842. Ceterum proselytismus israëlitarum non est nisi velamen: vera quippe ratio hujus institutionis est abducere catholicos ab ecclesia, id est, a Christo.

Si quis praeter ea quae hactenus de protestai!tismi natura et phasibus evolvimus, plura adhuc discupiat, consulat aliud egregium opus gcrmanice editum: *Verglei-chende Darstellung des Protestantismus, insbesondere des Lutherischen mit sick selbst* etc. seu *Expositio comparativa protestantismi, ac speciatim lutheranismi secum ipso* etc. Mogunl. 1837. auctore Th. Jos. Heberling.

DE METHODOLOGIA.

335. Institutum nostrum sectantes, postremo hoc loco agemus de applicatione corum quae hactenus exposuimus ac vindicavimus, quatenus nempe theologus in usum suum convertere possit ac debeat quae de locis spu fontibus theologicis constituta sunt. Ne vero in incertum vagemur, accurate definienda occurrunt quae ad id conferre queunt. Sunt autem theologi *munus, methodus,* et *instrumenta.* Ex munere enim quod theologo incumbit facile dignosci poterit qua uti debeat methodo ad illud explendum: ex munere autem ac methodo, quibus demum instrumentis ei opus sit, ut finem sibi propositum recte ac fructuose assequatur. De singulis proinde in totidem capitibus disseremus: cum tamen ad finem nobis properandum sit, nonnisi potiora continenti oratione eaque summis veluti labiis delibabimus.

DE THEOLOGI MUNERE.

336. Munus theologi triplici praesertim ratione spectari potest: aut enim ipse in catholicae fidei dogmatibus rite exponendis, propriisque illorum argumentis firmandis, nec non conclusionibus ex iis legitime eruendis operam ponit: aut intimos illorum nexus, ac intrinsecas rationes, quantum humanae mentis capacitati datum est, inquirere atque illustrare adnititur: aut demum in aciem descendens eadem dogmata adversus impugnatores omnes tuetur, contrariasque rectae fidei opiniones quascumque evertit. Primum dici potest theologi munus stricte *dogmaticum,* alterum *speculativum,* tertium denique *polemicum.* Plerumque vero theologus triplex istiusmodi munus simul conjungit.

337. Quidnam porro praestare possit theologus, quaeque illi leges ac limites servandi sint ubi dogmatico ac speculativo munere fungitur, satis ex iis liquet quae persecuti sumus in capite III. sectionis antecedentis. Aliquid heic potius addimus de tertio illo theologi officio quo manus conserere debet cum catholicae veritatis impngnatoribue; in quo nimirum pro diversa adversariorum specie diversa item ratione officium suum expleat necesse est. Hi porro adversarii sunt aut infideles, aut haeretici, aut etiam catholici neologismum ac novitates consociantes, quibus sincera catholica doctrina labefactari quoquomodo possit.

338. I. Si igitur ipsi agendum cum infidelibus aut incredulis sit, veritatem ac divinitatem christianae religionis iis omnibus argumentis ostendet, quibus evincitur Deum supernatural! modo hominibus suam dedisse revelationem, quaeque suo vindicavimus loco. Si judaei fuerint, ex Veteri Testamento evincet promissum expectatumque fuisse Messiam, qui certo ac praefinito tempore advenire debuit; ex collatione autem utriusque foederis ceterisque omnibus adminiculis ostendendum erit, hunc nec alium fuisse aut esse posse praeter J. C. Nazarenum. Ita vero semper suam instituere pugnam debet, ut ex principiis ab adversario admissis continenter procedat.

339. II. Sin vero illi sit adversus haereticos dimicandum, attendi apprime debet, utrum id fiat ante vel post latam ab ecclesia definitionem. Porro si ante definitionem impugnare theologus debeat novatores, inspicienda illi est natura veritatis quae ab haereticis impetitur; interdum enim adeo manifesta est prava et haeretica istorum doctrina, ut satis ei sit comparationem instituere inter doctrinam quam palam et aperte circa aliquem articulum veluti de fide profitetur ecclesia, et novatorum aggressionem, ut illico theologus deprehendat atque ostendat hanc plane heterodoxam esse. Sic e. gr. quando Arius adortus est divinitatem Verbi statim ut haereticus etiam ante celebrationem nicaenae synodi a patribus est habitus; ac idem de pluribus aliis merito dicendum est.[1] Ast non omnia quae in controversiam veniunt ejusmodi sunt; siquidem plura sunt quae veluti in germine continentur in deposito fidei; aut in quibus non satis liquet traditio, cujusmodi e. gr. aetate Cypriani quaestio extitit de valore baptismi ah haereticis collati. Cum res porro ita se habeat, theologi officium est, sedulo inquirere in fontes theologiae proprios, Scripturam et Traditionem, ut inde veram germanamque eruat ecclesiae doctrinam. Cavere autem maxime oportet ne praeveniat ecclesiae judicium, sed solum ei praesto esse debet in fundamentis exhibendis quibus vera doctrina fulcitur.[2] Quod si edita jam fuerit solemnis ecclesiae definitio

[1]) Uli e. gr. cum Lulhcrus adoritis est septenarium sacramentorum numerum, aliosque ejusmodi articulos, statim uti haereticus proclamatus est. Idem dic de socinianis qui ab omnibus uti haeretici habentur, quamvis a nullo oecumenico concilio fuerint damnati.

[2]) Siquidem theologi meri ecclesiae ad-

non aliud ei superest, quam hanc definitionem mediis omnibus adstruere, atque ab adversariorum telis tueri.

340- III. Salebrosior admodum est agendi ratio quam tenere debet theologus in controversiis, quas agitat cum catholicis ipsis. In duas istae classes dispertiri possunt: aliae quippe sunt fidei, aliae vero veluti adiaphorae ac indifferentes, cujusmodi sunt e. gr. quae duorum atque eo amplius saeculorum tractu in scholis catholicis disceptatae sunt circa gratiae naturam, scientiam Dei, praedestinationem, quin inde quidpiam concluderetur, ingenti saepe temporis jactura, quandoque etiam caritatis detrimento non levi. Cum autem ecclesia nihil circa illas quaestiones definire voluerit, satius erit sna unicuique scholae placita relinquere. Aliae vero doctrinam catholicam proxime attingunt, uti voluntas Dei salvandi omnes homines, etiam supposita originali noxa, ac proinde collatio gratiae quae omnibus necessaria est ad salutem obtinendam: multo vero magis tot erroneae doctrinae jansenistarum, aliorumque neotericorum, qui ea constituunt principia ex quibus periculum instat non solum fidem labefactandi, verum etiam ipsius Christianae religionis basim evertendi. In his theologus strenuam navabit operam, ut intemeratam servet catholicam doctrinam. Sic etiam eos scriptis persequetur suis, qui contra formulas ac loquendi usum in ecclesia longo saeculorum tractu consecratum novas voces, vagas, ambiguas atque suspectas introducunt, ex quibus magna saltem oritur idearum confusio, nec semel sub illis erronei conceptus delitescunt. Cavere tandem debet theologus ne dum nimio zelo adversarios urget, censuris notet catholicorum doctrinam: ipse quidem utpote privatus poterit indicare quae nota inurenda sibi videatur alicui doctrinae, sed eam demum infligere ad solam ecclesiam spu rom. pontificem spectat.3

341. Interdum etiam theologus dum polemicas partes exercet, *ircnicas* etiam, quas dicunt, fructuose suscipere poterit, adversarios ad unitatem fidei excitando, iisdemque compositionis viam veluti commonstrando. Non quod ipse quidquam de catholica veritate cedere possit pro qua etiam cum san-

jutores sunt: veri judices non sunt nisi episcopi cum et sub romano pontifice, ul suo loco ostendimus; adeoque nec debent nec possunt privati theologi horum antevertere judicium.

3) Est enim actus jurisdictionis qui privatis competere non potest. Fatendum est nonnullos faciles sese exhibuisse in ejusmodi censuris ferendis, quique proinde non semel a Bcned. XIV. in suo op. *De synodo* hac de re arguuntur. Porro censurarum theologicarum septem species recensuit conc. constanliense sess. VIII. et XI. in damnatione articulorum Wicleffi quos reprobavit ut *haereticos.* ut *erroneos,* ut *scandalosos,* ut *hlasphemos,* ut *piarunt aurium offensives.* ut *temerarios* et *seditiosos.* His aliae plures adjectae sunt a rom. pontificibus in damnatione plurium propositionum, quae declaratae sunt vel *proximae haeresi,* vel *de luteresi suspectae,* v'el *male sonantes,* vel *schismaticae,* vel *injuriosae,* vel *impiae* etc.; de quibus censuris ex professo agit Montagnus in op. *De censuris seu notis theologicis, et de sensu propositionum,* quod prostat in vol. I. *Cursus theolog. completi,* pag. 1168 seqq.

guino decertandum; sed quod dum veritatis illius jura defendit, ita potest eam efficaciter suaviterque suadere, ita omnem errori fucum adimere, ut animi ad viam unitatis ac pacis ineundam disponantur. Hinc theologia quae hoc obit officium, *irenica* vel *henotica* dicta a recentioribus est.

CAPUT II.

DE METHODO.

342. Methodus scientifica, seu recta et ordinata rei tractatio quae ad veritatem tuto detegendam vel rite tradendam ac demonstrandam inservit, bifariam, ut notum est, a philosophis distingui solet, Nam quae a particulari ad universale, a composito ad simplex, ex partium resolutione singularumque investigatione procedens in veritatis incognitae et latentis notitiam quasi tentando devenit, *analytica* dicta est; quae vero ab universali ad particulare, a simplici ad compositum, de una ad aliam veritatem mutuo nexu cum illa conjunctam quasi componendo assurgit, et non tam veritatem inquirit quam jam exploratam ceteris tradit ac ostendit, *synthetica* audit. Unde etiam prima ut methodus *inventionis,* altera ut methodus *demonstrationis* spectatur.

343. Ut porro de re theologica disceptemus, cum eam ad scientiae dignitatem evehi posse atque adeo natura sua deberi jam vindicatum sit, quin immo cum ceteris scientiis praestet, ut ostendit d. Thomas, quippe a Deo ipso per revelationem *immediate* accipit principia sua [1], quis dubitet eam scientifica omnino methodo, seu quod alii ajunt *systematice,* tractandam esse? At enim quaestio inter recentiores acriter agitatur, quaenam methodus theologiae tractandae magis accommodata sit, et num analytica potius, aut synthetica sit adhibenda.

344. Hac porro aetate, qua philosophi plerique non modo in naturalibus disciplinis sed in rationalibus etiam ac psychologicis analysi maxime delectantur, sunt qui eamdem methodum in theologiam invehi magno cum ejus emolumento posse contendunt: et sunt etiam qui eo usque progressi sunt, ut assererent, dogmata omnia hactenus a theologis tractata in tenebris ac sordibus jacere nisi ad strictam *analysin,* ad methodum nempe plane contrariam illi ab istis adhibitae, revocentur; ac propterea vehementer carpunt superiorum aetatum theologos quod nec firmitati scientiae theologicae, nec veritati fidei methodo sua synthetica consuluerint. [2]

[1]) Cf. I. part. qu. 1. art. 5. ..Testimonium veritatis primae (ait alibi s. Thomas) se habet in fide ut principium in scientiis demonstrativis;- qu. 14. de verit. art. 8.

[2]) Ita aperte Hermesius in ipso Introductionis suae philosophicae limine constituit, se firmam jamdiu persuasionem nactum fuisse, «quod doctrinae theologicae etiam *notissimae* velamine quodam involutae erant, earumque verus sensus in tenebris latens, atque ambiguitati manebat obnoxius, usque dum unaquaeque illarum

345. Nos igitur aliquid de hac quaestione attingentes, primum distinguamus oportet inter theologiam *dogmaticam* proprie dictam, quae nimirum veritates omnes a Deo revelatas, et conclusiones inde manantes complectitur; atque eam theologiae partem, quae *praeambula* persequitur ac *praeparatoria* dici potest, et ab aliquihus *generalis* nuncupatur, quippe quae in principiis ac fundamentis theologiae propriis, nimirum revelationis divinae existentia, verae ecclesiae natura atque auctoritate, sacris Scripturis ac Traditionibus constituendis versatur.[3]

346. Porro si de theologia proprie dicta tradenda disceptes, «dubium, nostro quidem judicio, esse nequit quin methodus scientific» in scholis catholicis adhibenda *synthetica* prorsus esse debeat ac *demonstrativa.* Id enim scientiae hujus indoles ac ratio postulat omnino. Num enim theologus fidei veritates veluti latentes adhuc ac ignotas tractare potest, cum et ipse, et omnes quos edocet, illas jam a proxima fidei regula, ecclesiae nempe auctoveluti integrans pars completi cujusdam systematis non spectaretur; atque hoc systema non aedificaretur per viam inquisitionis (inquisitionis videlicet intellectae ratione plane contraria systemati syntheticae ceterum communi), ac per omnes *dubii* labyrinthos constanter non duceretur." *Intr. phil.* part. III, IV. In melhodologia vero praemissa Introductioni positivae pag. 23 et seqq. invehitur in communem theologorum methodum syntheticam: 1. quia conclusio theologica instituitur hoc paeto per partialem tantum notitiam rei de qua agitur, ac proinde eo modo qui non sufficit ad fundandam *fidem (piae irrationalis non sit.* 2. Hinc conclusio est semper illegitima, el semper incerta, licet etiam forte in se vera esset. 3. Convictio nostra de veritate theseos numquam fere in nobis firma manet, et suspicione carens, dum audimus postea existere contra illam thesim rationes oppositas. Hae porro Hermcsii querelae, seu insectationes lotum doctorum scholasticorum agmen, immo omnes fere theologos ad ejus usque tempus afficiunt. Est ne igitur in ecclesia Christi quoad rationem fidei scientiam tradendi, exponendi, probandi obscurantismus universalis per tot saecula ad Hermesium usque agnoscendus? En tamen quo tendat demum Hermesii sententia.

3) Veritates in quibus theologia dogmatica proprie dicta versatur, non ejusdem gradus ac generis sunt. Aliae enim sunt *veritates aut dogmata fidei,* quatenus sunt *immediate,* revelata a Deo; aliae *conclusiones theologicae,* quae ex primis illis veritatibus, tamquam principiis, legitima deductione ac ratiocinatione eruuntur.

Porro inter *veritates fidei* veniunt primo *articuli* fidei, qui sunt veluti quaedam fidei capita in quibus cetera dogmata continentur, quales sunt articuli contenti in symbolo, quod ecclesia fidelibus credendum proponit. Aliae vero veritates seu dogmata sunt, quae vel in deposito revelationis continentur et communi ecclesiae fide nituntur, et dicuntur *dogmata revelata :* vel etiam ab ecclesia expressa definitione sancita sunt, et constituunt dogmata *declarata* atque stricte *catholica.*

Conclusiones theologicae vel deducuntur a duabus praemissis quae ambae *immediate* sint *revelatae,* vel quarum una tantum de fide sit. altera vero lumine duintaxat naturali innotescat. In utroque casu non sunt *immediate* revelatae a Deo, sed tantum *mediate* vel *implicite.* Porro si conclusio theologica aliunde sit revelata, aut ecclesiae judicio nitatur, ad fidem immediate pertinere dubium non est. Secus vero, cum propositionem unam ex alia ratiocinando eruere rationis humanae sit opus, conclusio ejusmodi ad fidem directe non pertinet. Quod si tamem per evidentem deductionem ex principiis immediate revelatis illata sit, ad fidem *mediate* saltem et *in-*

ritato propositas, divina fide jam credere debeant?4 Si igitur theologi mnnus eo tantum spectat ut veritates illas accurate et ordinate exponat, illustret, demonstret, tueatur: ut ecclesiae doctrinam cum regulis fidei remotis Scriptura et Traditione plane consentientem ostendat; aequum non est ut tractationem suam in ancipiti veritatis inquisitione, quasi tentando et conjiciendo collocet, sed omnino ut veritatem validissimis suis fundamentis, principiis nempe revelatis innixam, *demonstrative* exhibeat.

347. Accedunt ingentia commoda quae ex hac methodo synthetics proveniunt. Nam dum tota rerum exponendarum series probe in antecessum explorata supponatur, possunt singulae res suo quaeque loco atque ordine apte disponi, ut mutuus inde nexus, et scientifica quasi compago exurgat. Principia necessaria conclusionibus praejaciuntur; accurate definiuntur notiones; quae insequentibus lucem affundunt, praemittuntur; propriis unaquaeque res argumentis firmatur. Atque ita cum brevitati, tum praesertim perspicuitati ac soliditati tractationis apprime consulitur.

348. Contra vero plura analytics methodus secum ferret incommoda. Siquidem praeterquamquod difficile tunc quaestiones omnes ita disponi possent, ut strictus ordo, nexus ac dependentia, saltem quantum rei patitur natura, inter unam atque aliam veritatem constituerentur; mirum quot per eam methodum ambagibus innodaretur theologica disceptatio! Quodvis enim objectum de quo *analytice* inquirendum esset, num aliquid et quidnam revelatio doceat, prius in omnes suas partes ac relationes dispertiri oporteret; dein circa omnes istas partes relationesque novam singillatim instituere quaestionem: rationes *pro* et *contra* singulas illarum ex propriis revelationis fontibus expendere; difficultates omnes superare; videre utrum conclusio alii veritati opponatur, utrum principium aliquod exploratum rationis eidem obsistat, ac demum decernere num aliquid certi ex tota hac inquisitione ratio colligere queat.5 Jam vero quis non videt quam difficile ac salebrosum sit per tot tantasque ambages ad argumenti demum exitum pervenire? Quam facilis in adeo perplexa et multiplici inquisitione erroris illapsus! Quam

directe pertinere poterit, pro iis saltem, qui vim deductionis comprehendunt.

4) Perbelle heic quadrant quae Vincentias lirinensis in aureo suo *Commonitorio* habet in illa apostoli verba *depositum custodi,* quae quidem munus etiam cujusque theologi spectant: r.Quid est *depositum?* Id est quod tibi creditum est, non quod a te *inventum,* quod accepisti, non quod excogitasti: rem non ingenii sed doctrinae, non usurpationis privatae sed publicae traditionis, rem ad te perductam non a te prolatam: in qua non *auctor* debes esse sed custos; non institutor sed sectator; non ducens sed sequens.“ §. 27. Sed totus hic liber legi ac perlegi a theologo meretur, ut et munus suum quale sit, rite agnoscat, et quae sibi regulae, quae methodus sectanda sit in catholica veritate tradenda ac illustranda.

5) Haec omnia aliaque etiam multa quae inquisitionem hanc circa quodvis dogma impeditiorem adhuc ac difficiliorem reddunt, praescribit et exigit Hermesius in sua *méthodologie* praemissa dogmaticae speciali christiano-catholicae. §. 43.

latus campus subtilitatibus ac tricis pateret a quibus nonnisi aegre te expedias! Quid vero magis inopportunum juvenum theologorum mentibus informandis ?

349- Quin et illud addi potest, hanc methodum valde fidei periculosam atque adeo noxiam existere. Ex dubio enim tota iucipit inquisitio, et per dubium progreditur. Dogmata quaeque Iidei habentur uti problemata, de quibus ratio individua demum debeat decernere. Esto quod dubium initio *hypotheticum* tantum sit; sed *positivum* ac. *realc* facili progressu evadit Quippe animus assuescit persuasionem in fidei veritatibus suspensam habere, propriis viribus unice fidere, auctoritatem omnem graviorum theologorum contemnere, novas conceptibus jam firmis ratisque ideas adnectere, ecclesiae ipsius magisterium sin minus despicere, saltem ad sua cujusque placita accommodare, atque ita revera rationem in rebus fidei non veluti universale

Pt

quoddam instrumentum, sed veluti unicum medium ac principem normam habere.

350. Cujus rei luculentum, licet triste exemplum suppeditat saeculo XΠ. Abaelardus, sicut alibi commemoravimus, quique illius scholam secuti sunt.6

6) Sane Petrus Abaelardus de quo s. Bernardus scribit ep. 192. ed. maur. .Cum de Trinitate loquitur, sapii Arium: cum de gratia, sapit Pelagium: cum de persona Christi, sapit Nestorium; in hos aliosque errores dilapsus est ex methodo quam sibi sectari praestituerat , nihil scilicet esse fide credendum quod prius ratio admittendum omnino non suaderet, atque ita praeter caetera opus illud suum inscriptum *Sic et non* composuit, in quo rationes *pro* et *contra* unamquamque fidei veritatem congerens, omnia dogmata veluti problemata spectavit, logica rationis vi solvenda. Juverit iterum audire s. Bernardum indolem hujus systematis acriter persequentem, praesertim epist. 190. seu opusc. XL in cit. edit, ubi ita de Abaelardo scribit ad Innocentium II. cap. 1. .Et quid magis contra fidem, quam credere nolle quidquid non possit ratione attingere? Denique exponere volens illud Sapientis: *Oui credit cito, levis est corde;* cito credere est- inquit, adhibere fidem *ante rationem;* et cap. 4. »Ncc mirum, prosequitur, si homo qui non curat quae dicat, irruens in arcana fidei, thesauros absconditos pietatis tam irreverenter invadit, atque discerpit: cum de ipsa pietate fidei nec pie nec fideliter sentiat. Denique in primo limine theologiae, vel potius *stultilogiae suae* fidem definit *aestimationem.* Quasi cuique in ea sentire el loqui quae libeat, liceat; aul *pendeant sub incerto in vagis ac variis opinionibus* nostrae fidei sacramenta, et non magis certa veritate subsistant. Nonne si fluctuat fides, inanis est el spes nostra? Stulti ergo martyres nostri, sustinentes tam acerba *propter incerta,* nec dubitantes sub *dubio* remunerationis praemio durum per exitum diuturnum inire exilium. Sed absit ut putemus in fide vel spe nostra aliquid, ut is putat, *dubia aestimatione pendulum;* el non magis totum quod in ea est cerlu ac solida veritate subnixum, oraculis cl *miraculis* divinitus persuasum, stabilitum et consecratum partu Virginis, sanguine Redemptoris, gloria resurgentis. Testimonia ista credibilia facta sunt nimis. Si quo minus, ipse postremo Spiritus reddit testimonium spiritui nostro, quod filii Dei sumus. Quomodo ergo fidem quis audet dicere *aestimationem,* nisi qui Spiritum istum nondum accepit, quive evangelium ignoret aut fabulam putet? - - - - Academicorum sint istae aestimationes: quorum est *dubitare de omnibus,* scire nihil.·· Hactenus s. Bernardus ; consuli etiam potest de Abaelardo

Nostra vero aetate ad methodum quod attinet in theologiam invectam, Abaelardi vestigiis haud parum inhaesit Hermesius in quo damna illa quae nunc recensuimus, ex hac, quam speciose vocant *heuristicam* vel analyticam, methodo in universam fidem manantia, nimis aperte se produnt.7 In cujus nempe systemate dubium *theoreticum* ac *positivum* ad veritatis inquisitionem exigitur8; auctoritatis theologicae pondus omnino a theologia eliminatur9; novae, planeque labilis ac ad scepticismum pronae philosophiae placita veluti fidei basis adstruuntur'°; essentiales dogmatum catholicorum conceptus immutantur ac pervertuntur'1; atque ita latissima ad errorem omnigenam sternitur via.12

Gaufridus lib. III. vitae ejusdem sancti cap. 5. Ejus porro doctrina proscripta est el libri damnati ab Innocentio Π. cf. *Acta concil.* Harduini lom. VI. part. II. col. 1221 seqq. Frustra porro discipuli Abaehrdi adnisi sunt vindicias magistri sui suscipere, nomen siquidem Abaelardi rationalism! nota inustura ad posteritatem pervenit, nec nisi palinodia potuit ipse sese a promerita damnatione liberare.

7) Apertum sane est, haud longe dissimili ac Abaelardus ratione ex falsa methodo sua peccasse Hermesium. Ipse etiam illud *Sic et non* Abaelardi in fundamentis ac dogmatibus fidei constituendis sectatus, seu potius *antitheticam* kantianam cum dubio *theoretico* in theologiam universam inducens, veluti unicam methodum veritati inveniendae ac firmandae aptam ita dogmata pertractat, ac totidem vere essent *problemata,* ita rationes rationibus opponit, ut animus semper haereat suspensus, quonam demum evasura sit resolutio; ac licet fontes theologiae proprios adhibere profiteatur, totum demum ad rationis defert judicium.

B) Cf. quae supra de hermesianismo philosophico scripsimus, nec non quae adnotavimus n. 243. cum not. adnexa. Certe qui exigit veluti *necessariam* animi praeparationem ad fidei veritatem inveniendam, ut animus etiam in homine jam fideli, saltem theologo, in omnimoda *indifferentia seria* ac *positiva* se ponat circa quodvis systema religiosum, licet *catholicum* sit, ut solum rationis ductum sequatur, quocumque demum haec ratio illum ductura sit, nonne dubium *positivum* ac *reale* de fide jam suscepta etiam catholica praescribit? Atqui ita Hermesius, ut vidimus, in *methodologia* praemissa *Introductioni* suae *positivae;* neque vero in altera *methodologia* praemissa *Dogmaticae speciali* id retractat, sed potius suadet unam eamdcmque methodum jam prius statutam debere etiam toti dogmaticae aptari, ut fides in dogmatibus singulis *rationalis* sil. Cf. *Dogmat. christ, cath.* §. 30. pag. 99. et alibi.

9) Principium Hermesii est, in scientia, etiam theologica, auctoritatem nec veterum nec recentiorum ullius esse ponderis, sed tantum rationis sive theoreticae sive practicae dictamen; cf. *Intr. phil.* pag. 583. Quis porro locos omnes ex ejus operibus recensere posset in quibus ipse doctores scholasticos, thcologosque generatim reprehendit ac sugillat, quod veros conceptus dogmatum plane ignorarint, ac theologiam tenebris obvolverint!

10) Cf. quae de natura hujus philosophiae, supra quam tota juxta ipsum theologia superstrui debet, si quidem theologiam vere catholicam habere velimus, superius disceptavimus.

*') Longum sane opus esset ista omnia persequi. Quis enim paucis complecti posset, quae de Dei sanctitate, libertate, justitia, de novo redemptionis conceptu, de peccati originalis natura, de gratiae distributione, de gratia sanctificante, aliisque ejusmodi dogmatibus docuit Hermesius, ea nempe lubidine abreptus, conceptus omnes theologicos ad placita philosophica rationis suae, quam veluti infallibilem normam ac tesseram veritatis spectavit, redigendi?

,a) Sed nimis hic opportunum est referre verba auctoritatis el sanctitatis plenissima

351. Restat igitur ut concludamus, tot graves ob causas methodum *synthdicam* seu *demonstrativam* in scholis catholicis theologo dogmatico adhibendam esse. Cui quidem ut fideliter sese accommodet, curabit imprimis, cum ad singulas veritates probandas devenerit, statum quaestionis accurate ac dilucide determinare, praenotiones tradere, veritatem catholicam a quaestionibus adseititiis secernere: patefacere quodnam sit objectum definitionis. Proposita itaque hoc modo ecclesiae, aut romani pontificis definitione, aut generatim quavis ecclesiae doctrina tamquam thesi, eam adstruet argumentis suae disciplinae propriis, fulcietque iis omnibus subsidiis quorum capax est, omnemque evasionis aditum adversariis occludet: demum quae eidem thesi quacumque videbuntur ratione adversari, diluet. Haec methodus simplicitate sua se commendat: haec utilitates omnes quae in veterum scholastica methodo inveniuntur haurit, ita tamen ut ejus vitia declinet, et theologiam ad proprios revelationis fontes revocet: haec severitate sua captiosas subdolasque adversariorum fidei artes patefacit'3: haec demum jugi experientia ad juvenum mentes solide informandas aptissimam se ostendit.

352. Major adhuc excitari quaestio posset circa methodum aptiorem alteri theologiae generi, quam *praeparatoriam* seu *generalem* nuncupavimus: quandoquidem ista non in dogmatibus firmandis versatur, sed in ipsa fidei fundamenta inquirit, revelationis nempe existentiam, divinamque originem, veram Christi ecclesiam, Scripturas sacras et Traditionem, e quibus veluti fontibus tota dein propria ac specialis theologia dogmatica sit derivanda. Attamen qui rationes omnes hactenus pro methodo synthetica allatas *demonstrativam* ejus indolem soliditatem. perspicuitatem ac caetera demum

summi pontificis ipsius *Gregorii XVI.* in decreto edito adversus doctrinam Hermesii 26. Sept. 1835. «Magistri existant erroris, quia veritatis discipuli non fuerunt. Peregrinis quippe improbandisque doctrinis sacra ipsi inficiunt studia, et publicum etiam, si quod tenent in scholis et academiis docendi magisterium, profanare non dubitant, ipsumque, quod tueri se jactant, sacratissimum adulterare dignoscuntur fidei depositum. Atque inter hujusmodi erroris magistros, ex constanti et fere communi per Germaniam fama adnumeratur *Georgius Hennes,* ulpolc qui audacter a regio, quem universa traditio et ss. patres in exponendis ac vindicandis fidei veritatibus tramite stravere deflectens, quin cl superbe contemnens et damnans, tenebrosam ad errorem omnigenum viam moliatur in *dubio positivo tamquam basi omnis theologicae inquisitionis.* et in principio quod statuit, *rationem principem normam, ac unicum medium esse, quo homo assequi possit supernaturalium veritatum cognitionem.*·

,3) Ex quo apertum fit quare Lutherns aliique reformationis auctores in methodum scholasticam ac in dialecticam ipsam tantopere sint debacchati. Neque nos probare possumus eos recentiores theologos, qui cane et angue pejus quidquid syllogisticam formam redolet, aversantur, eaque humanum opprimi ingenium etiam in theologia conqueruntur. Abusus certe vitandi, sed cur in sacra hac disciplina tradenda ea est ableganda disceptandi forma, quae cum severas dialectices leges servet, veritatem ad simplicissimas propositiones revocat, in quibus si qua falsilas aut fraus irrepserit, facile apparet?

commoda accurate perpenderit, contra vero incommoda atque adeo pericula omnia quae methodum analyticani in rebus fidei necessario comitantur, in nostram facile descendet, sententiam, syntheticam methodum etiam in hac theologiae parte esse jure optimo anteferendam. Non enim heic agitur de homine qui aut fundamenta christianae religionis ignoret, aut *vero* ac *positivo* dubio circa ejus veritatem laboret: ambiguum quippe haud est quin tali in casu *analyticam* inquisitionem sua veluti sponte enasci opus esset. Agitur de catholico theologo, qui ideo hanc suscipit tractationem, ut fundamenta illa jam explorata revelationis, quae veluti principiorum officio in scientia theologica fungi debent, lirme vindicet ac stabiliat; ut *geneticum,* quem dicunt, illorum ordinem, ac unius ab altero dependentiam accurate constituat; ut ostendat demum scientiam suam propriis iisque validissimis niti principiis, quae pro singulis fidei veritatibus argumenta invicta suppeditant. Quid igitur obstat, aut potius quid non suadet omnino, ut theologus haec omnia *demonstrative* praestet eo plane modo quem paulo ante descripsimus? Scimus qui aliter tractationem suam instituit Hermesius, quos in scopulos etiam hac in parte impegerit: quin immo dici potest ex falsa methodo in philosophica ac positiva introductione sua semel constituta, eo perductum esse ut eam ipsam methodum in specialem dogmaticam theologiam magno cum hujus detrimento inveheret.

353. Quod si agatur adversus incredulos, qui omnem respuunt revelationem, non idcirco, uti jam monuimus, synthetica haec methodus erit theologo polemico deserenda, sed ipsi erit inhaerendum eos perstringendo ex principiis quae iidem admittunt. Si enim vere scepticos theoreticos (si qui tamen dantur) excipias, adversus quos inutilis quaevis esset concertatio, reliqui omnes utut perditissimi nonnulla saltem principia uti vera rataque habent. His itaque arreptis, ah iis exordietur theologus, ac ulterius progredietur propositionum serie ac ordine ita disposito, ut ex una in alteram thesim provehendo illos perducat ad admittendam divinam revelationem. Quo quum pervenerit, difficile haud illi erit eisdem demonstrare existentiam ecclesiae seu societatis a Deo ipso constitutae custodis, depositariae ac interpretis revelationis ipsius: hac in tuto posita ex ejusdem ecclesiae intima constitutione, proprietatibus, ac notis, nec non dotibus quibus a‘divino conditore suo praedita est, facilis ei erit progressus ad adstruendam auctoritatem ecclesiae catholicae, cujus magisterio omnes se subjicere debent ad habendam omnimodam certitudinem tum librorum divinorum, tum veri dogmatici eorum sensus, tum traditionis, ac traditionalis item sensus dogmatici in eadem societate continenter asservati; ac proinde, quod consequens est, illos perducet ad suscipiendam ab eadem ecclesia fidem *objectivam* veritatum omnium quas Deus hominibus patefecit.

354. Neque vero nos dum pro toto theologiae systemate recte solideque

constituendo syntheticam methodum, veluti unice aptam commendamus, cuicumque rerum analyst volumus esse intensi. Nil enim vetat quod, dummodo generalis methodus, quae totum systema scientiiicum informat, synthetica sit, in particularium rerum tractatione analysis quandoque veluti in subsidium adhibeatur. Id locum habere praesertim potest cum theologus munus, quod *speculativum* diximus, suscipiens, intimam mysteriorum indolem, quantum assequi ratione licet, scrutatur, eaque ad quamdam intelligentiam conatur evehere. Id etiam usum habebit, cum adversariorum difficultates solvere aggressus, illarum veluti latebras atque anfractus rimabitur, ut veritas tenebris ab iisdem obducta extrahatur in lucem.

355. Analysin igitur accuratam rerum in variis theologiae partibus, aut etiam analyticam methodum in aliqua singulari de re theologica tractatione nedum non excludimus, sed commendamus etiam: ast pro toto theologico dogmatum sive *generali,* sive *speciali* systemate adornando, ac pro recta dogmaticae tradendae ratione *synthetics* ac *demonstrative* procedendum contendimus. 14

356. Atque haec (ut aliquid demum hac de re coronidis loco innuamus) accommodari etiam possunt quaestioni alteri, quae versari solet de lingua in rebus theologicis adhibenda. Nos enim non ii sumus qui omnem vernaculae linguae cujusque nationis propriae usum e theologica re prorsus exulare jubeamus. Sunt aliquae tractationes vel *apnlogeticae,* vel *polemicae,* vel *irenic.ae,* vel *historicae,* vel *eruditae* ad eam pertinentes, quae vulgari lingua utiliter eduntur, prouti varia locorum, aetatis, hominumque indolis adjuncta suadent. Ast si de systemate theologico universo perfecte instituendo, si de junioribus theologis in sacris disciplinis informandis agitur, nimis graves causae rectum theologum impellere debent ad latinae linguae usum mordicus tuendum ac retinendum.

357. Possem pro hac affirmatione in medinm afferre 1. quod latina lingua utpote constanti et antiquissimo ecclesiae usu consecrata, et *liturgica* effecta, jus quoddam sibi merito adsciscere videtur etiam in sacras disciplinas, quae ecclesiae doctrinam fideique depositum continent15; 2. quod Christi

**) Ita apud scholasticos praeclariores, licet ipsi methodum *syntheticam* ac demonstrativam secuti sint, perfectae passim analyseos specimina occurrunt.

Falso tamen a quibusdam contenditur, scholasticos methodo analytica et ex dubio praeterea *positivo* procedere. Si enim quaestionem principio forma dubitandi proponunt *an* vel *utrum* etc., si insuper difficultates contrariasque sententias prius exhibent; hoc non arguit certe methodum analyticam, cum ipsi revera thesim suam positive ponant, eamque demonstratione evincere conentur. Difficultatum praevia expositio non est nisi materialis ordinis inversio. Dubium vero quo rem plcrique exhibent, ad methodicam quandam ac mere item materialem rei dispositionem pertinet, statimque ad thesim suam systematic ac theoretice probandam deveniunt. Ita videre est apud scholasticorum principem s. Tholuam.

,s) Vide quae egregia habet cl. De Maistre de lingua latina ejusque usu in eccle-

ecclesiam, cum *catholica* vero sit seu universalis, maxime decet valdeque eidem fructuosum est, *universalem* linguam habere qua doctrina ejus *systematics* tradatur ac illustretur, sic ut varii catholicorum theologorum licet diversarum nationum labores in communem ecclesiae totius usum ac fructum venire queant; 3. quod patres quamplures, doctores, ceterique theologici scriptores superiorum fere omnium ecclesiae aetatum latina lingua opera sua potissimum exararint; 4. quod ubi a theologiae scholis latinus ablegetur sermo, vernaculis linguis suffectis, hujus linguae studium in junioribus theologis restinguetur ac decidet, magno cum clericalis coetus dedecore, atque ecclesiae ipsius detrimento.

358. Sed alia est ratio momenti adhuc valde majoris, quae rem nostram omnino conficere debet: maxima nimirum pericula et damna quae fidei catholicae obveniant oportet, si quidem ejus dogmata vernaculis linguis tractentur. Habent enim Christiana dogmata cum ratos firmosque conceptus suos, quos immutare nefas est, tum locutiones illas perpetua traditione atque usu consecratas, quae conceptus illos rite efferunt, perpetuoque integros servant. Atqui si haec omnia cuique e vernaculis linguis committantur, quae variae ac mutabiles sunt, et quas quisque scriptor pro ingenio suo inflectere potest, ac aliam aliis vocabulis significationem tribuere, quis non videt quot inde in dogmata ipsa varietates, ambiguitates, perversiones etiam dimanent? Praesertim vero hac aetate qua tot philosophiae systemata, tot opinionum placita communes conceptus totumque pene dixerim verborum usum ac acceptionem plane sus deque verterunt, nonne valde pertimescendum erit, ne scriptorum ingenia nisi in rebus fidei tractandis fixa aliqua conceptuum ac verborum lege coerceantur, in *profanas verborum novitates,* ac in totius sacrae scientiae perversionem proruant? Atque utinam id non luctuosa nimis recentioris aetatis experientia testaretur !16 Ex quo enim in nonnullis regionibus latina lingua e theologicis disciplinis,, etiam a junioribus erudiendis exulavit, neotericae philosophiae placita ita in theologica dogmata irrepserunt, ita imaginationis aestui habenae laxatae sunt, ita simplicitas fidei, quae in scientia

sia universali in op. ***Du Pape***. livr. I. chap. 20.

1β) Placet heic e Baltzerio exscribere tc- siimoniam percelebris inter Germaniae protestantes, historiae praesertim scriptoris, scilicet *Leo,* qui alio etiam ex capite deflet in Germania sua usum vernaculae linguae in res theologicas invectum, lingua latina derelicta. »Si hiyus saeculi initio, postquam Vatke, De Wette, Gesenius aliique invexerant in theologiam tendentiam illam dissolutionis, extitisset aliqua prohibitio (guber- nii nimirum) ne investigationes ullae quae noxiae esse possent auctoritati Bibliorum apud populum *germanice* ederentur, ac lex sancita esset quod in ejusmodi lucubrationibus lingua latina esset adhibenda, quemadmodum anteactis temporibus existebat, cautum hoc modo ac impeditum fuisset quominus doctrinae talium librorum, uti est *Vita Jesu* a Straussio confecta, per publicas ephemerides iu omnium ore ac manibus versarentur.u Apud Baltzer op. cit. fasc. I. §. 5.

Perrone. Praelectione theolog. III-

etiam theologica elucere debet, adscititiis eat ornamentis et fuco adulterata, ut veram germanamque theologiam frustra desideres. Scriptores invenies, etiam doctrina ac religionis studio caeteroqui praeditos, quorum theologica opera si in aliam quamcumque linguam convertere tentos, vix tolerabilem aliquem sensum, hominumque captui pervium assequi poteris. Haec quidem nos non animo quemquam insectandi proferimus, sed tantum pro religionis bono, pro juventutis in spem ecclesiae adolescentis necessitate, pro sacro illo fidei deposito, corruptibili quovis auro argentove longe pretiosiore, quod quidem theologus quisque, si quidem catholicus haberi velit et sit, purum, sartum, integrum custodire debet et tradere.17

CAPUT III.

DE INSTRUMENTIS SEU MEDIIS QUAE THEOLOGO USUI ESSE POSSUNT.

359. Praeter fontes de quibus in hac tractatione egimus et ex quibus theologus suas haurire debet probationes, plura alia ad rem catholicam adserendam, illustrandam ac tuendam subsidia sibi comparet necesse est. Subsidia haec quae *instrumenta* vocavimus seu media, alia *intrinseca* et propria scientiae sunt, *extrinseca* alia et veluti aliunde adscita.

360. *Intrinseca* porro sunt Scriptura et Traditio cum iis omnibus quae ad eas referuntur, quasque heic spectamus non solum quatenus locos theologicos constituunt ac *remotas* fidei regulas, verum etiam immo potissimum in ordine ad cognitionem, quam sibi de illis theologiae candidatus comparare debet. Quo sub adspectu Scripturarum cognitio complectitur criticam, exegesim, hermeneuticam, linguisticam, archaeologiam. Traditio vero historiam dogmatum, monumenta ecclesiastica, patristicam cum reliquis quae suo loco expendimus.

361. Necesse autem non est ut singula haec capita persequamur, cum satis abunde de illis egerimus in priore secundae hujus tractationis partis sectione: illud tantum animadvertimus, quod dum *historiam dogmatum* commemoravimus, haud significemus uniuscujusque dogmatis originem, prout haeretici atque in his praecipue rationalistae intelligere consueverunt. Siquidem alia illis origo nisi divina revelatio nec est, nec esse potest. Ast per historiam istam unice innuimus originem impugnationis cujusvis singillatim

*7) Praeclare iterum Vincentius lirinensis theologum alloquens: -Catholicae fidei, inquit, talentum inviolatum, illibatumque conserva. Quod tibi creditum, hoc penes te maneat, hoc a te tradatur. *Aurum* accepisti, *aurum* redde: nolo mihi pro aliis alia subjicias: nolo pro auro aut imprudenter plumbum, aut fraudulenter aeramenta supponas: nolo *auri speciem,* sed *naturam* plane.- *Commonit.* §. 22. ed. Galland.

dogmatis: a quibus nempe, quo obtentu, queis argumentis, quomodo item error propagatus fuerit, quas phases subierit, quando dogma adaertum ab ecclesia sit ac definitum, quinam praecipui veritatis catholicae propugnatores extiterint, quibusque usi argumentis sint. Haec enim plurimum conferunt ad eadem dogmata firmanda, praesertim cum haeretici posteriores ut plurimum nonnisi obsoletos ac plene contritos errores e suis veluti cineribus excitarint.[1]

362. Nec aliter dicas de *patristica,* ut trito jam vocabulo utamur, quae nempe se protendit ad pleniorem cognitionem eorum quae ad patres spectant; biographiam praeterea, historiam criticam, uniuscujusque laborum seu commentariorum ordinem chronologicum, operum quae genuina habentur ab adgeriptitiis aut interpolatis secretionem, praestantiores demum editiones complectitur.[2] Ab hac nonnulli distinguere solent *patrologiam* veluti illius partem, cujus praecipuus scopus est in doctrinam sanctorum patrum intimius penetrare, opiniones quaque aetate praevalentes sive theologicas sive philosophicas expendere, quae non parum juvant ad illorum intelligentiam assequendam, atque ad verum eorum sensum detegendum. Patristicae subsidio non modo theologus poterit sese ab illa defendere hoc praesertim tempore sane turpi hallucinatione, qua fit ut testimonia apocrypha pro genuinis ac sinceris adducantur, antiquiores auctores exscribendo qui ea primum protulerunt nondum severiore critice facem praeferente; verum etiam germanam poterit patrum mentem assequi quoad illos textus quibus haeretici abutuntur ad catholicam doctrinam labefactandam. Prolegomena et appositae dissertationes ac notae a doctis illorum operum editoribus adornatae adjumento erunt perutili ei, qui serio velit in id studio incumbere.

363. Optandum quidem esset ut eadem adhiberetur diligentia in cognoscenda scholasticorum critica historia, nec non opinionibus quae apud illos invaluerunt, et mutationibus quibus fuerunt obnoxiae, aliisque ejusmodi ex quibus haud modica commoda in proprium usum theologus derivare posset.

[1]) Exemplo sinl sociniani qui sabellianisiuum, paulicianismum, noëtismum deuuo excitarunt; item lulherani et calviniani qui Aérii, Vigilantii, Joviniani, aliorumque absurda commenta adoptarunt, el ila porro.

[2]) Eminent inter cetera hac de re duo egregia opera, nempe: *Histoire générale des auteurs sacrés et ecclesiastiques* par le IL P. Dom. Remy Ceillier Bénédictin etc. Paris 1729, quod quidem opus XXIII. velum, in 4. constat, praeter locupletissimum indicem qui constituit volum. XXIV; atque *Apparatus ad bibliothecam maximam veterum Patrum et antiquorum scriptorum ecclesiasticorum Lugduni editam,* opera et studio Domui Nicolai Le Nourry presbyteri et monachi ord. s. Bened. duobus volum. in folio, Paris. 1703. Adjumento pariter esse poterunT *Apparatus sacri* Ant. Possevini S. J. Venel. 1606. trib. volum. in fol.; et quoad antiquiores patres praeter Colelerium, qui edidit duobus vol. patres aposlolicos, *Illustrium ecclesiae orientur lis scriptorum qui sanctitate juxta et eruditione floruerunt l. et II. Christi saeculo vitae et documenta,* auctore R. P. Petro Halloix S. J. Duaci 1633 et 1636, duob. volum. in fol.

364- Sed nt aliquid jam attingamus de instrumentis *extrinsccis* et adscititiis, tot fere haec sunt quot, pene dixerim, sunt bonae artes ac disciplinae. Vix enim aliqua ex eis invenitur, ex qua depromere nequeat theologus aliquid saltem quo catholica veritas aut illustretur aut defendatur, Ilis siquidem omnibus cum religionis catholicae hostes turpiter abusi sint ad eam itnpugnandam, theologus ad eas confugiat necesse est, ut inde pharmacum extrahat unde increduli aut haeretici venenum hauserunt, ct arma conquirat unde illi sibi tela quibus eam confoderent, compararunt. 3

36Ô. In harum praelectionum decursu non semel videmus qua ratione catholicae doctrinae adversarii abusi fuerint dialectica, metaphysica, psychologia. physica, mathesi, astronomia, geologia, physiologia, philologia, sculptura, pictura, poësi, archaeologia, historia, politica, utroque jure civili et ecclesiastico. ut sese illis offerebat occJsio. Quoniam vero vix aut ne vix quidem fieri potest ut quisquam sit disciplinis his omnibus apprime instructus, saltem cognoscat oportet, dum veritatis catholicae vindicias sumit, celebriores auctores qui illas singulas excoluerunt, et in unaquaque excellunt, ut inde communire se possit adversus improbos acatholicorum conatus. Quo recentiores vero auctores sunt et scientiam ad ulteriorem perfectionem provexerunt, eo magis videntur idonei; quippe, uti non semel animadvertimus, quo magis scientiae progrediuntur, perimunt difficultates quas illae in sua veluti infantia procrearant. Quapropter theologo maxime cordi esse debet ut cum scientiarum incremento pari gradu incedens, semper eisdem valeat pro opportunitate uti. Sic eam reprehensionem effugiet quae non semel in theologos intentata est, eos videlicet *stationarios* esse, ac dum scientiae omnes saeculo progrediente magis in dies proficiunt ac ditescunt, eosdem in anteactis saeculis consistere, ac in sua paupertate marcescere. Hac ratione se suamque disciplinam ab opprobrio vindicabit, ostendetque theologos haud plane hospites a praesenti scientiarum statu esse, conciliabitque theologicae scientiae virorum doctorum promeritam venerationem. 4 Quamvis enim theologia quoad objectum suum incapax progressus sit, cum illud recipiat et non cudat, tamen quoad rationem

3) Cf. hac de re egregium opus jam a nobis laudatum *Conference sulla connessione delle science e della religione* etc. auctore cl. episcopo Nicolao Wiseman, praesertim vero XII. seu ultimam eonferentiam, in qua egregius auctor ad optima quaeque studia collenda, opportunis ac ingeniosis in medium argumentis allatis, theologos excitat ac impellit.

4) Ceterum quoniam aetate potissimum hac nostra haud paucae tum a catholicis tum ab acalholicis summi momenti agitantur quaestiones ope periodicarum, ut vocani, collectionum, atque ephemeridum etiam, haec instrumenta, quae veluti publica opinionum vehicula sunt, non omnino theologus negliget. Ex illis enim non modo praesentem deprehendet controversiarum statum, sed novissimas praeterea cognoscet erroris formas. Error quippe in perpetuo semper fluxu transituque est, atque has erroris vices cognoscat theologus oportet, ut idoneas aptet responsiones, erroremque de statione in stationem insectetur, donec turpitudine illius in medium prolata eum pudeat sui ipsius. Quod quidem in dies pro-

[Hji

Ii

quaestiones ipsas pertractandi, quoad veritatis illustrationem, insectationem errorum novorum, capax est, uti ceterae scientiae omnes, jugis progressus et perfectibilitatis.

366. Instrumentis igitur tum propriis tum adscititii» stipatus theologus, ac lucidissima scientiarum omnium aureola circumdatus strenue poterit in aciem descendere, quin paveat catholicae ecclesiae adversarios, qui eminus quidem conspecti, specie gigantes videntur, cominus vero se produnt quales reipsa sunt, pygmaeos videlicet, qui per adusta dubii deserta vagantes, non habent ubi pedem figant, aut ubi consistant. Miseros homines qui se suosque adeo ingeniose decipiunt, ac negotiorum maximum, cujusmodi salus aeterna est, lubricae, incertae ac deceptrici subjectivae persuasioni committunt! Utinam superent et intelligerent ac novissima providerent! Utinam errores erroribus cumulare desisterent, ac saeva diu huc illud tempestate jactati in tutum aliquando quietis ac salutis portum sese divina adspirante gratia reciperent! Cuicumque profecto, hac praesertim aetate nostra, sedulo ac sincero animi studio veritatem inquirenti, ea rerum undequaque conditio isque sese offert adspectus, lacrymabilis hinc ac plane desperandus, jucundissimus illinc salutisque plenissimus, ut diu dubius ac anceps haerere non possit. Ex una quippe parte quo magis oculorum intendatur acies, quid nisi congesta rudera sese intuenti exhibent ingentesque ruinae? Ruinae namque sunt misera illa protestantisme discerptio in tot fantasque sectas, sectarumque veluti frustula secum ipsis pugnantium, quaeque veluti folia novos mutantur in annos: ruinae divina sacrorum librorum inspiratio plane sublata; historica et objectiva religionis Christianae fides evulsa radicitus; philosophica qualis sit cumque religio suffecta indefinite progrediens, novisque semper se formis evolvens quin unquam metam attingat; politicus demum in religionis res dominatus, sic ut e principis cujusque nuto pendeat novam religioni formam aptare, novum indere nomen. Haec certe protestantisme ubique facies est, ac simillima mortis imago. Age vero et quid tibi ex altera parte se sistat intuere. Magnificum nempe illud, omnique ex parte admirandum ecclesiae catholicae aedificium a Christo ipso supra solidissimam petram extructum, ac a novendecim prope saeculis in unitate, indefectibilitate, sanctitate ac hierarchica veluti harmonia sua jugiter perseverans. Quod quidem tot jamdiu procellis quassatum, tot occultis tentatum insidiis, tot palam machinis impetitum, nil unquam de stabilitate sua deperdidit, nihil de suo splendore amisit; sed firmius inde ac solidius effectum est, novoque in dies ct clariore lumine coruscat. Illi tot caelestia sidera affulgent quot patriarchae sunt qui illud consalutarunt a longe, quot prophetae qui illud vaticinati sunt, quot apostoli qui illud opera

lestantismo contingit, qui ad tales incitas redaclns est, ut amplius non inveniat ubi se teneat, si vaga verba, ambages, partemque demeris negativam.

sua fundarunt lateque propagaverunt, quot martyres qui pro illo sanguinem suum profuderunt, quot virgines et confessores qui sanctitate sua illud condecorarunt. quot demum doctores qui illud sapientia sua illustrarunt. In eo caelestium donorun^ et charismatum numquam non affluit copia: in eo sacrarum scripturarum integritas ac sanctitas manet: fidei Christianae dogmata ad apicem usque plena et incorrupta servantur: perpetua Christianorum saeculorum traditio ac disciplina sanctissime custoditur. Ad hoc oriens atque occidens, ad hoc septentrio ac meridies oculos perpetuo attollunt, protenduntque manus: ex eoque novi semper evangelii praecones prodeunt, ad regnum Dei per omnes populos et tribus et linguas ad extremas usque mundi plagas disseminandum. Üh! « *oblitus fuero tui,* romana catholica ecclesia, *oblivioni detur dextera mea. Adhaereat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui,* si quidquid mihi Deo adjuvante suppetat virium, in te, quod hactenus praestare conatus sum. ubique praedicanda, illustranda ac tuenda non conferam !

INDEX VOLUMINIS III.

TRACTATUS i)E LOCIS THEOLOGICIS.

PARS II.

p®g.

De verbo Dei scripto et tradito.....5

Sectio prior. De sacra Scriptura.....8

CAPUT I. De sacrorum librorum canone et auctoritate . 8

Prop. I. Canon sacrorum librorum a concilio tridentino editus solidum habet in primitiva ecclesia fundamentum, ac integer est omnino ritinendus.....11

Prop. II. Rejecta ecclesiae catholicae auctoritate nequeunt protestantes certum sacrae Scripturae canonem constituere 40

CAPUT II. De divina canonicorum librorum inspiratione . 47

Prop. I. Jure merito concilium tridentinum docet unum Deum esse librorum canonicorum utriusque Testamenti auctorem, seu eos esse libros sacros, utpote Spiritu S. afflante, saltem quoad res et sententias, conscriptos - - - - 53

Prop. II. Rejecta ecclesiae catholicae auctoritate certo constare nequit protestantibus divina librorum canonicorum inspiratio . 65

CAPUT III. De sacrarum Scripturarum interpretatione 77

ARTICULUS I. De sacrarum litterarum interpretatione dogmatica . 7Ô

Prop. I. Scriptura sacra etiam in iis quae ad fidem et mores pertinent non ita clara est, ut interprete non indigeat 79

Prop. II. Solius ecclesiae est dogmaticam praebere Scripturae sacrae interpretationem.....**89**

Prop. III. Protestantes, abjecta ecclesiae auctoritate, numquam

Pag.

certi esse possunt de dogmatica Scripturarum interpretatione 94

ARTICULUS II. De exegetica seu scientifica Scripturarum divinarum interpretatione..... 110

CAPUT IV. De Scripturae sacrae versionibus - - - - 121

Prop. I. Merito tridentina synodus ex omnibus latinis editionibus quae circumferebantur sacrorum librorum, vulgatam editionem pro authentica habendam esse statuit et declaravit..... 125

Prop. II. Jure optimo romani pontifices societates biblicas nuncupatas veluti noxias et perniciosas iteratis decretis improbarunt..... 143

CAPUT V. De sacrae Scripturae lectione in lingua vernacula . 152

Prop. I. Sacrae Scripturae lectio Christi fidelibus indiscriminatim omnibus minime necessaria est ad salutem . . 153

Prop. II. Numquam ecclesia aut romani pontifices universim prohibuerunt fidelibus sacrae Scripturae lectionem in Lingua vernacula, sed modo improbarunt, modo probarunt, prout temporum, locorum aut personarum adjuncta ac fidelium utilitas exposcere videbantur . 161

Sectio posterior. De Traditione.....172

* **CAPUT I.** De necessitate et existentia traditionis . . 173

Prop. Praeter sacram Scripturam admitti necessario debent traditiones divinae dogmaticae ab illa plane distinctae 175

CAPUT II. De mediis generalibus quibus transmissa est primitiva dogmatica Traditio, quibusque tuto cognosci potest..... 212

Paragr. 1. De ecclesiae magisterio..... 213

Paragr. 2. De conciliorum praesertim oecumenicorum actis . 215

Paragr. 3. De martyrum actis..... 216

Paragr. 4. De sacra liturgia..... 217

Paragr. 5. De praxi ecclesiae in publica et solemni sacramentorum administratione, et cultu religioso..... 219

Paragr. 6. De sanctis patribus..... 221

Paragr. 7. De scholasticis theologis..... 224

Paragr. 8. De haereticis..... 227

Paragr. 9. De historia ecclesiastica..... 229

CAPUT III. De mediis singularibus quibus antiqua traditio transmissa est atque cognoscitur . . 232

Paragr. 1. De epigraphia.....233

Paragr. 2. De veterum Christianorum monumentis reliquis . 236

TRACTATUS DE LOCIS THEOLOGICIS.

CAP. III.

pag.

Do analogia rationis et fidei..... 243

Sectio prior. De analogia rationis et fidei in se spectata 246

CAPUT I. De ratione ante fidem spectata..... 247

ARTICULUS I. De recto rationis usu ante fidem. — Praenotanda 255

Prop. I. Plures veritates naturalis ordinis, quae tamquam praeambula fidei spectari possunt, absque supernaturalis revelationis subsidio recta ratio omnimoda certitudine cognoscere potest..... 269

Prop. II. Ratio, etiam individualis, ac propterea absque consensus generis humani subsidio, potest sibi in pluribus veritatibus certitudinem comparare..... 288

Prop. III. Potest humana ratio certo cognoscere motiva, quae vocant credibilitatis, ac per ea sibi comparara certitudinem existentiae divinae revelationis..... 298

Prop. IV. Potest pariter humana ratio certo verae Christi ecclesiae cognoscere existentiam..... 303

ARTICULUS II. De abusu rationis ante fidem..... 308

Paragr. 1. De philosophicae doctrinae placitis, quae directe fidei susceptioni adversantur..... 308

I. De pantheismo..... 309

II. De materialismo..... 316

III. De fatalismo ac determinismo . 319

Paragr. 2. De placitis philosophicis, quae indirecte fidei susceptioni obsistunt..... 321

I. De sensismo mystico..... 321

II. De empirismo..... 326

III. De hermesianismo philosophico..... 328

CAPUT II. De ratione cum fide..... 353

ARTICULUS I. De fide in sua natura spectata..... 353

Prop. I. Fides in natura sua ac principio formali spectata essentialiter a scientia distinguitur..... 354

Prop. II. Licet motiva credibilitatis extrinsecam pariant objectorum fidei evidentiam, numquam tamen constituere possunt motivum formale actus fidei..... 356

Prop. III. Demonstratio cujus capax est veritas Christianae fidei, aut motivum quodcumque credibilitatis non officit libertati illi qua voluntas actum fidei imperare debet 362

Prop. IV. Potest de uno eodemque objecto haberi simul scientia ac tides 366
ARTICULUS II. Do nexu ac mutua relatione fidem inter ac rationem 371
Prop. I. Fides neque e.xtinguit naturale rectae rationis lumen. neque illi uinquam potest adversari - - - - 372
Prop. II. Fides nedum humanae rationis incrementis non adversatur. sed ea potius mirifice provehit . . 379
CAPUT III. De ratione post fidem 392
ARTICULUS I. De recto rationis usu post fidem 392
Prop. 1. Post susceptam fidem potest humana ratio fundamenta ipsius fidei singulorumque dosrmntum investigare, eaque tueri 393
Prop. II. Potest praeterea humana ratio fidei doctrinam ad tractationem vere scientificam evehere 397
ARTICULUS II. De Abusu rationis post fidem 407
Prop. I. Nequit humana ratio se ipsam unicam fidei regulam constituere, quin fidem destruat, quae ab auctoritate pendet 407
Prop. II. Ab essentiali protestantisjni constitutione ac natura necessario profluit rationalismus: seu si protestantismus est verus, falsus est christianismus 412
Sectio posterior· Demethodologia 422
CAPUT I. De theologi munere . . - 422
CAPUT II. De methodo 425
CAPUT III. De instrumentis seu mediis quae theologo usui esse possunt 434

QUAS IN ROM.

JOANNES PERRONE

E SOCIETATE JESU

IA EOD. COLL. THEOLOGIAE PROFESSOR.

EDITIO XXL RATISBONENSIS I.

NOVISSIMIS CL. AUCTORIS CURIS AC NOTIS ORNATA ET AUCTA.

VOLUMEN IV

DE DEO UNO ET TRINO.

RAT1SB0NAE MDCCCLIV.

SUMPTUS FECIT 0. JOSEPHUS MANZ.

TRACTATUS

DE DEO

EJUSQUE ATTRIBUTIS.

TRACTATIS

EJ US QU E ATTRIBUTIS.

P R O O E M I U M.

1. Qui catholicae religionis veritatem hactenus demonstravimus, iidem simul eorum omnium veritatem demonstravimus, quae ad ipsam religionem pertinent, quaeque ab ipsa traduntur. Siquidem tam apto haec inter se vinculo tamque arcto connectuntur, ut unum idemque plane sint, neque alterum sine altero consistere queat. Itaque jam esset acta res tota, nec ad revincendos heterodoxos, modo sui compotes sint, modo caeca contradicendi libidine non abripiantur, quidpiam deberet ultra requiri. Verum quia non hujusmodi est religio catholica, ut, quemadmodum haereticorum sectae, latebris atque ambagibus velit obtegi, *paratique semper,* juxta monitum Petri ;* catholici homines sumus *ad satisfactionem omni poscenti nos rationed de ea quae*

I. Petr. III. 15. Juvat in hanc sententiam afferre verba Tertulliani *adver. Valentin.* cap. 3. «Abscondat itaque se serpens quantum potest, totamque prudentiam in latebrarum ambagibus torqueat, alte habitet, in caeca detrudatur, per anfractus seriem suam evolvat, torluose procedat, nec semel totus, lucifuga bestia. Nostrae columbae etiam domus simplex, in editis semper et apertis et ad lucem. Amat figura Spiritus Sancti Orientem, Christi figuram. Nihil veritas erubescit, nisi solummodo abscondi; quia nec pudebit illam aures ei dedere, eum Deum recognoscere, quem jam illi natura commisit, quem quotidie in operibus omnibus sentit, hoc solo minus notum, quod unicum non putavit, quod in numero nominavit, quod in aliis adoravit.·'

in noftd *est spe,* libenter de illis dogmatibus singillatim disputare aggredimur. Unum curare debemus, ut, quam ipsa religio viam et rationem tradit, ab ea inter disputandum nusquam deflectamus.

2. Ordimur jam disputare de Deo, a quo sicuti rerum omnium ita et scientiarum, theologiae vero maxime, initia sunt. Agemus primo de ejus existentia, unitate, essentia et attributis generatim; deinde singillatim de praecipuis attributis tum positivis tum negativis absolutis; tertio de intelligentia ac voluntate; ultimo de providentia, praedestinatione ac reprobatione. Quamquam autem hac de re multa philosophi communiter cum theologis tradant, quae theologiae studiosos latere penitus putandum non est; operae, tamen pretium nos facturos existimavimus, si saltem majoris momenti nonnulla hic in memoriam ipsis revocaremus, ut et altius in eorum animis illa deligantur, et cumulatius recentes errores conjunctis facultatis utriusque viribus profligentur.

PARS I

DEI EXISTENTIA, UNITATE, ESSENTIA ET ATTRIBUTIS GENERATIM.

Dei nomine inteliiginnis ens, quo nihil melius esse aut excogitari potest. Inquiremus autem primo an sit, deinde utrum unus an multiplex, denique, quantum humana imbecillitate possumus, quae sit ejus essentia, quae dotes et proprietates.

CAPUT

DE DEI EXISTENTIA.

4. Qui Deum esse negant *athei* seu *atheistae* vocantur, et quidem *positivi,* ut distinguantur ab iis, qui *negativi* passim audiunt, eo quod Deum esse ignorant, si tamen dari tanta ignorantia potest, quam saltem non ad longum tempus dari posse plures merito affirmant.

5. Dari autem plures atheos *practicos,* qui nempe ea ratione se gerunt, perinde ac si nullus Deus esset, heu nimium comperimus; ast non ita certum exploratumque est, utrum dentur athei *speculativi,* seu *dogmatici* vel *theoretici,* qui nempe sibi, obluctantc conscientia, persuadere ratiocinationis vi revera possint, Deum nullum existere. Cum tamen quovis tempore nonnulli fuerint, qui Dei existentiam impugnaverint, cogimur adversus istos hanc inire disputationem. Hi athei theoretici qui, positis quibusdam principiis, scientifice impugnant existentiam Dei, vocantur *systematici,* ut discernantur ab iis qui nullo fundamento nixi id praestare satagunt, qui propterea *non systematici* audiunt.

6. Monendum vero est ex illis divinitatis hostibus alios directe atque

aperta fronte ejus existentiam adortos esse, alios vero indirecte, larvata nempe ac subdola quadam ratione, quibus accensendi plerique ex iis sunt, qui vel non aliam ponunt Dei existentiam nisi *subjectivam* 1, vel Deum cum hac rerum universitate confundunt -, tum ii, qui argumenta omnia, quibus Dei existentia demonstratur, tamquam non sufficientia rejiciunt, nec uspiam Deum inveniunt; illi nominantur athei *directi,* isti *indirecti.*

7. Atheos enumerandi diversa diversis ratio est; aliis valde multi, aliis valde pauci numero sunt; rursum sic opinantibus, aliis bonus inest animus, pravus aliis.3 Nos vero neque tot esse ducimus, quot aliqui falso putant (loquimur autem de atheis theoreticis), neque adeo paucos seu fere nullos esse arbitramur, ut nonnulli autumant.

8. Quidquid tamen de eorum numero sit, in adstruenda Dei existentia duo scopuli nobis sunt devitandi. Alter eorum, qui autumant nullam instituendam esse de Dei existentia demonstrationem, utpote quae sola fide tenenda sit, atque ex revelatione credenda, de qua nobis constat ex auctoritate

') Tales plerique sunt ex iis, qui pertinent ad scholam criticism! gerinanici, vol ab eadem prodierunt, de quibus postea.

*) Quo in censu veniunt in primis spinozistae. qui confundi'non debent cum veteribus stoicis, qui etsi docuerint Deum animam mundi esse, Deum diverso sensu admittebant a spinozistis. Conf. Cudworth *Systema intellectuale,* cum notis Moshemii. Id ipsum constat ex Cic. *De nat. Dear.* lib. II. ubi expendit diversas philosophorum sententias circa naturam divinitatis; nec non ex Lactantio, *Divin. Instit.* lib. II. cap. 5. ubi eos refellit. Sed de his postea. His addendi sunt recentiores sansimoniani, qui pariter, ut videbimus, Deum non alium admittunt praeter hanc rerum universitatem et societatem ipsam.

3) Inter eos. qui atheorum numerum extendere nituntur, eminent Bayle tum in suo *Diction. Hist. Crit.* tum in *Continuat, de ses Pensées sur la comète,* et *Réponse aux questions d'un Provincial,* part. II et ΠI. etc.; cujus quidem in atheos propensio notissima est; nec non Jacobus Brucker in sua *Hist, philosoph.* tom. I.; Jac. Frid. Raimann in *Hist. Univ, atheismi,* Hildes. 1725 ; Buddaeus in suis *Thesibus de atheisino,* aliique non pauci. Incaute etiam Nicole, ex jansenislarum coryphaeis, scripsit : nil faut que vous sachiez, que la grande hérésie du monde n'est plus le luthéranisme ou le calvinisme, que c'est l'athéisme, et qu'il y a toutes sortes d'athées, de bonne foi, de mauvaise foi, de déterminés, de vacillans, de tentés, ℁tc.· *{Lettre à une dame,* lett 25.) Conf. Feller, *Catéchisme philosoph.* art. *Athée.* Reprehendendus etiam ejusdem vitii est Harduinus in libro, cui titulus : *Athei detecti,* inter opera ejus varia, fol. Amstel. 1733. Recenset autem in hoc opere inter atheos detectos Jansenium, Victorem seu Andream Martin, Thomassinum, Malebranche, QuesneI, Antonium Arnauld, Nicole, Pascal, Cartesium, le Grand, Silvanum Regis : in eumdem finem scripsit opusculum: *Réflexions importantes,* etc. quod in eodem volumine repentur. Sed et eum imitatus Bruckerus, in *Hist. crit. philos.* tom. IV. part. IL pag. 668, inter plures viros pietate insignes, quos summa injuria in atheorum numerum retulit, recensuit ipsum Harduinum, etsi Bruckerus alio omnino animo id fecerit; ceterum si Joannem Tolandum, Anton. Colins, et Ludovicum Mayer excipias, reliquos omnes, quos hic auctor *ἀ3ιότρτοί* accusat, singillatim vindicat Brenna mox citandus, lib. Π. pari IL cap. 27. Inter eos vero, qui extenuare atheorum numerum certant, numerari ii debent, qui ab atheismi macula vel eos purgare nituntur, qui omnium fere consensu tales habiti sunt, e. gr. Jul. Caesar Vanini, Spinoza, etc. eos enim purgat Wegscheider,

generis humani '1; atque hi quidem videntur nobis causae proditores. Alter vero eorum est, qui nullam saltem stricte talem demonstrationem eadem de re fieri posse aiunt; quod pariter periculi plenum existimamus. Nam etsi daremus, ut plerique jure contendunt, non posse Dei existentiam ostendi ea demonstrationis specie, quae dicitur *a priori* seu per causam, vel ut alii dicunt ab antecedente, saltem prioritate ordinis5, tamen extra dubitationis aleam est, posse Dei existentiam probari ea demonstrationis specie, quam *a posteriori,* vel etiam ea quam *a simultaneo* nonnulli vocant, cum nempe proceditur ab effectu ad causam, vel utrumque simul assumitur. 6

9. In delectu autem argumentorum ad finem, quem intendimus, obtinendum, temperamento quodam nobis opus est. Plura enim sive metaphysica sive *ontologica,* ut vocant, sive physico-theologica antiqui et recentiores scriptores ad ostendendam supremi numinis existentiam congerunt, quae omnia persequi constituti nobis limites non sinunt, quod et nimis operosum et su-

§. 57. n. *b.* Consulatur de hoc argumento Brenna Soc. Jesu, in opere *J)e generis humani consensu in agnoscenda Divinitate,* 2 vol. in 4. Florentiae 1773. parte I. cap. 26 et seqq. praesertim cap. 33· qui omnium plenissime de hoc argumento scripsit, ita ut vere dixeris ab eodem rem fuisse penitus exhaustam.

4) Ita auctor operis: *Essai sur Γ indifférence en matière de religion,* nec non Bautain, etsi diverso principio ductus, qui in suis responsionibus ad Joann. Fr. Mariam le Pappe de Trévern Episcopum argentoratensem (Strasbourg) profitetur: «J'ai l'intime conviction, et comme chrétien et comme philosophe, que le raisonnement seul, sans la lumière de la foi. ne peut me donner la certitude sur celte première de toutes vérités" (existentiae Dei). Mirum porro est quot paralogismes instruat ad hoc efficiendum. Conf. *Avertissement sur Γ enseignement de M. Hautain,* Strasbourg 1834. pag. 5 cl seqq. Hic tamen auctor se scriptaque sua sedis apostolicae judicio humiliter subjecit, et in epistola quam dedit episcopo suo 21. Sepi. ann. 1837. non pauca ex iis quae minus caule scripserat, retractavit. Demum in monito praemisso operi cui lit. *Psychologie experimentale,* Strasbourg 1839, haec praeclare scripsit: ıAprès avoir déféré lui-même au jugement du Saint-Siège ses précédents écrits, il a consulté à Rome des personnes graves par leur caractère comme par leur position, ct il lui a été dit que, fort de ses intentions droites et de sa soumission à l'église-il devait continuer son oeuvre, en s'empressant de déposer ses nouveaux écrits au pied du Souverain Pontife. C'est ce qui fait en ce moment dans toute la sincérité de son ame, déclarant qu'il est prêt à retrancher de cet ouvrage, ainsi que des autres, tout ce qui *pourrait paraître contraire, de quelque manière que ce soit, à la doctrine de l'église. L'auteur était catholique avant d'être philosophe, et ne veut être philosophe, qu'à la condition de rester catholique.'*] TJtinam omnes ejusmodi exemplum imitarentur, ac illi praesertim quorum scripta ab apostolica sede damnata sunt, nec lurbas cierent, nec turbarent ecclesiam !

5) Juxta rigidiores quosdam philosophos demonstratio *a priori* eadem est ac ab antecedente prioritale saltem ordinis juxta nostrum concipiendi modum: non vero quae *ex causa* ad effectum procedit; quo sensu nemo est, qui contendat demonstrationem existentiae Dei institui posse; sed eam solum ab attributis, ex ordine conceptis, fieri posse illi existimant.

") Dicitur demonstratio *a simultaneo,* quod constet duabus demonstrationibus, *a priori* scilicet et *a posteriori* in unum coalescentibus.

pervacanenm praeterea esset Quare unum vel alterum ex solidioribus et clarioribus seligemus, auditores nostros remittentes ad eos scriptores, qui ex instituto unumquodque argumentum peculiariter enuclearunt. Neque enim ii sumus, qui vel praetermissa, vel non aeque probata, hoc ipso ut minus apta ad rem conficiendam repudiemus, in quod vitium incurrerunt incaute nonnulli scriptores catholici, et passim incurrunt ex quadam animi perversitate neoterici scriptores e protestantium grege, quibus constitutum est omnia susque deque ferre.'

10· Animadvertendum denique est, non ideo in tuto rem totam futuram, si evicerimus existentiam Dei, nisi praeterea ostenderemus Dei nomine venire objectum reale, cum a nobis tum a rerum mole distinctum. Nam recentiores athei illud nobis ultro jam concedunt; atqui tamen toto coelo a nobis dissentiunt, cum nihil aliud Dei nomine intelligant, nisi vel ideam pure subjectivam vel rerum omnium universitatem. Propterea objectum reale et

Inter catholicos eminet THenninier, cui vitio vertitnr, quod argumenta quinque, quihus s. Thomas part. I. qu. 2. art. 3. adslruit Dei existentiam, tamquam minus solida traducat, quae tamen communi calculo probantur. Ex protestanlibus vero, praeter antiquiores aliquot, recenseri debent ii omnes, qui autumant ideae supremi Numinis subjici ens reale, nt Fichte in opere: *Anweis. zum seligen Leben,* id est, *Manuductio ad vitam beatam;* vel qui demonstrationem in solis rebus mathematicis et iis quae sensibus objecta sunt, locum habere arbitrantur, ut Daub, *Theologumena* III et seqq.; Clodius, *AUgem. Religionslehre,* etc. seu *Doctrina universalis de religione,'77* et seqq.; 187 et seqq.; Idem, *Von Gott in der Natur,* etc. seu *De Deo in natura, in historia humana,* Lips. 1818; Marheinecke, *Die Grundlehre,* etc. hoc est *Doctrina fundantemalis Christianae dogmaticae,* Berolini 1819, §§.23 el seqq.; §. 121. ubi haec habet: ..Idea Dei, tum relate ad ejus essentiam , tum relate ad ipsius existentiam ea ratione tantum ostenditur, ut evincatur ex sensu intimae vitae;- et §. 123: »Originalis necessitas unitatis rationis humanae cum conscientia Dei est argumentum praecipuum eorum, cui sic dicta argumenta innituntur;- et alibi passim; H. F. W. Heinrichs, *Die Religion,* etc, seu *Religio in intrinseca relatione ad scientiam,* Heidelberg 1822, pag. 97. ..Quod demonstrandum assumitur, *inquit,* existentia nempe Dei, etiam prout cognoscitur, jam est completum, dum hoc juxta suum conceptum coincidit cum notione cogitationis. Existentia igitur Dei certa est, et in certitudine et cognitione consistit ipsa existentia ... cum adest Dei conceptus, Deus ipse est tamquam conceptus sui, est sua existentia;" vel qui affirmant Deum ipsum esse indicem sui, et per se ipsum, sive in conscientia quadam Dei, *immediate* per ipsum aut spiritum ipsius in hominis animo effecta cognosci, ideoque aliis argumentis plane opus non esse, ut Ziegler, *Beitrâge zur Geschichte,* etc. seu *Documenta ad historiam fidei de existentia Dei in theologia,* Gottingae 1797; Schlciermacher, *Der christliche Glaube,* seu *De fide Christiana,* pag. 179 et seq. apud Wegsch. Horum plurimi ex criticismi schola prodierunt. Kantius enim principiis suis de postulato et autonomia imperativoque Categorico rationis practicae, de quibus inferius dicemus, non solum ex professo omnes plane rejecit probationes hucusque adductas, sed praeterea ansam dedit, ut alii existentiam Dei solido carere fundamento putarent, alii in sola Dei idea subjectiva subsisterent, alii atheismum moralem profiterentur, alii autotheismum, etc.

a ceteris omnibus distinctum intellectum volumus in sequente propositione, etsi de hoc posteriori argumento postea ex professo dicturi simus.

11. Ilis ad perspicuitatem dicendorum delibatis, esto jam

PROPOSITIO I.

Deus existit.

12. Haec propositio tum praeambulum fidei est, ut loquitur s. Thomas quum independenter a revelatione solius rationis ope in Dei existentiae cognitionem devenire possimus, tum ad fidem spectat, quum Dei existentia sit fundamentum totius revelatae religionis, et ut talis perpetuo supponatur in omnibus Christianae fidei professionibus.

13. Sic vero I. ejusdem veritatem ostendimus: A tota aeternitate existit aliquod ens, illudque increatum, a se, necessarium et infinite perfectum, a quo entia contingentia originem et existentiam habuerunt; atqui nihil tale in hac rerum universitate est; aliud igitur praeter hoc universum admittendum est ens quidpiam, nimirum princeps illa et infinita rerum omnium causa et origo, quam nos Deum nominamus. [2]

14. Primam majoris propositionis partem inficiari ne atheus quidem potest; aliquod enim ens ex tota aeternitate fuisse necesse est, quia si nihil aliquando fuisset, nihil etiam omnino nunc esset, cum ex nihilo et a nihilo nihil prorsus oriri et effici possit. Hoc vero dato, reliqua necessario fluunt ac deducuntur. Ens enim, quod a tota aeternitate extitisse oportuit, debet esse *increatum;* quandoquidem nulla supponitur causa praecedens, a qua pro-

[2]) Part. I. qu. 4. a. 2. ad 2. ubi addit: .Nihil tamen prohibet illud, quod secundum se demonstrabile est et scibile, ab aliquo accipi ut credibile, qui demonstrationem non capit." Cf. Joseph Saenz de Aguirre, Ordin. Benedict. *Theologia s. Anselmi,* Romae 1688, lib. I. disp. VII. sect. I el seqq. praesertim vero sect. HI, nee non Emmanuel Sanz S. J. *Scholastes armatus,* Veneliis 1715, *Tract, de Fide* part. III. disp. VI.; qui id data opera fuse ostendunt omni argumentorum genere.

Hoc argumentum, seu hanc demonstrationem, quam recte vocaveris *mixtam,* utpote quae incipiat a posterioribus et desinat in demonstrationem a priori circa naturam Dei, ac ponat *necessitatem essendi* ut fundamentum existentiae et attributorum Dei, prae ceteris clare evolvit Clarkius in tractatu: *De existence de Dieu et des attributs de Dieu,* 1756. Tertullianus in lib. *Contra Hermogenem* longe pressius ac magis cnergice, quam id praestitit Clarkius, ea omnia, quae spectant ad hanc Dei demonstrationem, complexus est. Id ipsum ante Clarkium praestiterat Suarez, in sua metaphysics, tom. II. disp. XXIX. sect. 3. η. 1 et seqq. Postea vero card. Gerdilius hoc ipsum argumentum fuse evolvit in dissertatione: *Dell' esistenza di Dio, e della immaterialità delle nature inlelligenti,* opp. edit. Rom. tom. IL §. IV. Ex hoc argumento patet statui existentiam Dei distincti a rerum universitate, ipsumque poni ut substantiam objectivant ac realissimam, existenliae, durationis et ordinis mundi absolutam causam, secus ac fit a neotericis, praesertim ex schola criticismi qui, ut diximus, ideae divinae realitatem e principiis rationis theoreticae demonstrari posse negant.

dierit; et si ab aliqua causa prodiisset, jam non esset aeternum, debet igitur esse *a se:* esse autem a se non idem est ac se ipsum produxisse, in quo manifesta est pugna, esset enim antequam esset, sed significat existere ex vi essentiali suae naturae, ita ut idea entis per se existentis sit idea entis, cujus existent!» et essentia unum idemque sunt. Ens vero a se exigit, ut sit *independens, immutabile,* absolute atque omnimode *necessarium;* si enim fingatur contingens, potuit esse et non esse, utpote ad utrumque indifferens, quae igitur causa ipsum ad esse potius quam ad non esse determinavit? Praesertim cum ens contingens non habeat rationem suaemetipsius existentiae.

15. Jam vero quod necessarium est, a se, atque a tota aeternitate existit, id esse debet omni possibili perfectionum genere cumulatum et undequaque infinitum. Quid enim in primis potest enti increato et a se existenti limites aut modum imponere? Quid perfectiones certas ei definire, ita ut has quidem habeat, plures majoresve non habeat, cum a nulla prorsus causa dependeat semperque extiterit? Praeterea ens absolute atque omni modo necessarium tantum est, quantum esse potest, ergo possibiles omnes habeat oportet entis perfectiones: sed perfectiones possibiles, saltem intensive, sunt infinitae. Nam infinitum est cui nihil addi potest: nihil autem addi potest perfectionibus quae competunt enti infinite perfecto; ergo ens necessarium perfectiones habet saltem intensive infinitas. Quo fit, ut ente necessario nihil excogitari possit melius, majus aut perfectius. Ab hoc ente propterea entia contingentia originem et existentiam habuerunt; quae enim contingentia sunt, cum potuerint esse et non esse, nec *essendi,* si ita loqui fas est, rationem in se habeant, ideoque aliquando non fuerint, nec proinde ipsa sibi dederint existentiam, nonnisi ab ente necessario, a se, ab aeterno existente originem atque existentiam habere potuerunt.

16. Propositio vero minor apertissime constat: nam omnia, quae in hoc mundo sunt, contingentia sunt et mutabilia; quotidie pleraque nasci et extingui, multisque modis variari et variata fuisse videmus: ergo et mundus ipse, qui nihil aliud est, quam immanis entium omnium contingentium collectio seu complexio quae, quantacumque demum sit, tam contingens est, quam contingens est quaelibet vel minima ejus pars. Plane absonum est, aut mundum aut materiam, ex qua mundus constat, aeternam, increatam, necessariam, immutabilem et omnibus perfectionum numeris absolutam dicere, ita ut nihil melius aut praestantius fingi possit atque excogitari; cum vel sola ipsa continua mutabilitas imperfectio sit omnium apertissima, certissimumque propterea creationis et limitationis ejus indicium.

17. Rationem hanc, a gentilibus ipsis mutuatam, adversus atheos urgebant veteres ecclesiae patres: *Viderunt,* inquit s. **Augustinus**[3] *quidquid*

3) *De cio. Dei,* lib. VU1. cap, 6. ioqnens de philosophis platonicis, ubi hoc

mutabile est, non esse summum Deum. Viderunt omnem speciem in re quacumque mutabili, quae est quidquid illud est, non esse posse nisi ab illo, qui vere est, qui inc.ommutabiliter est. Haec omnia, ait s. **Joann. Damascenus**1, *cum mutabilia sint, sane etiam creata esse oportet. Si vero creata, haud dubium quin ab aliquo opifice sint condita. Atqui creatorem increatum esse necessum est. Nam si ipse quoque creatus est, a quodam profecto creatus erit, sicque donec ad aliquid increatum venerimus. Increatus igitur cum sit ille conditor, omnino nec mutabilis est. Hoc autem quid aliud nisi Deus fuerit?* Sic ceteri Patres passim.5

18. II. Argumento, ut vocant physico-theologico eamdem propositionem evincimus mirabili nempe istius universi dispositione, ordine ac pulchritudine; tanta enim est eorum ex quibus adspectabilis hic mundus texitur, venustas et elegantia, apta et cohaerens inter se omnium proportio partium; tanta tamque constans dissimilium contrariarumque rerum societas, convenientia atque harmonia; hisque singulis tanto consilio concreditum munus suum, praeceptus suus finis est, ut nemo sanus aliquem hujus magnifici operis architectum et moderatorem esse, qui cuncta direxerit, suo quaeque ordine disposuerit, singula ad suos fines destinaverit, non e vestigio conjiciat non apertissime videat. Genus hoc argumenti, ad quod saepe adeo Scripturae homines provocant6, praeclare inter patres exposuerunt Justinus, Athanasius, uterque Gregorius nazianzenus atque nyssenus, et Basilius apud Petavium. 7 Quod si ab externis objectis ad nos ipsos cogitationem convertamus, nihil opus habemus, subdit s. Basilius8, ex universitatis structura opificem inda-

ipsum argumentum longius protrahit et evolvit.

4) Haec sunt verba ejus: *Τρεπτά τοίνυν όντα, πάντω* καί *κτιστά· κτιστά δε όντα, πάντω* υπό *τίνο Ιδημιουργή3·ησαν· δεΐ δε τον δημιουργόν άκτιΰτον είναι· εΐ γόρ κακεΐνο Ικτίσ3η, πάντω ύπό τινοί εκτίσ5·η, ϊω αν Ϊλ3ωμεν ει τι άκτιστον. Άκτιστο ούν ων ό δημιουργό, πάντω καί ατρεπτό ΐστι· τούτο δί τί αν* άλλο *είη, η* Stor; *De orlh. fide,* lib. I. cap. 3. pag. 126. edit. Lequien, 1712.

s) Cons. Petavias tom. I. *Theol. dogm.* lib. I. cap. 2. Vix est argumentorum genus a recentioribus philosophis velut novum invectum, quod ecclesiae patres, sive graeci sive latini, non praeoccupaverint. Atque ex his intelligitur, perperam nonnullos neotericos rejicere argumenta rationalia ad ostendendam existentiam Dei, quibus constanter ecclesiae patres et praestanlissimi theologi usi sunt, perinde ac si minus idonea ad rem conficiendam essent, quod sine patrum et ecclesiae doctorum injuria dici nequit. Hinc Gregorius XVI. in decreto quo die 26. Sept. 1835 damnavit opera Georg. Hermesii, inter cetera quae in hoc auctore proscripsit, et ea recensuit quae *circa argumenta, queis existentia Dei adstrui confirmarique consuevit,* scripserat.

6) Praesertim vero Psal. VIII et XVIII; Job. cap. III et a cap. XXXVH. ad XLI; Is. XL. 21 et seqq. etXLH; Ps. XLV. 18; Jerem. XIV. 22; Sap. XIII. 1 et seqq.; Eccli. I et XLIH; Matth. VI. 25 et seqq.; Act. XIV. 15, 17 et XVH. 24, 28; Rom. 1. 19, 20.

7) Lib. L cap. I.

8) InHomil. ad illud *Attende tibi,* tom.L pag. 352. edit. Paris. ‡698. *Ούδίν δεήση Ικ τή των όλων κατασκευή τόν δημιουργόν Ιίιχνεύειν,* αλλ' *Ιν σεαυτιή οίονε'ι μικρω τινι κόσμω, την μεγάλην κατόψει τοΰ κτίσαντό σε σοφίαν.*

gare, sed in nobis ipsis veluti exiguo quodam mundo magnam conditoris nostri sapientiam intuemur. 9

19. III. Atque hinc factum est, ut mirabilis semper fuerit populorum omnium sive silvestrium et agrestium sive excultorum consensio in admittenda aliqua divinitate. *Nam nulla gens est* ut ait Tullius 10, *neque tam immansueta neque tam fera, quae non, etiamsi ignoret qualem deum habere deceat, tamen habendum sciat.* Qui quidem unanimis et praestans omnium gentium consensus, nunc jam ab omnibus admissus post tot detectas nationes" ac exploratas accurato examine earum omnium ideas religiosas, argumentum vel saltem praesumptionem certissimam constituit de Dei existentia. Hic enim consensus *factum* est exploratissimum, quod spectari debet velut effectus quidam universalissimus, cujus causa assignanda est; jam vero nulla alia causa assignari potest, quae effectui adeo universali et constanti explicando par sit, nisi vel inclinatio et dictamen ipsius naturae, vel traditio quaedam originalis, vel utrumque simul. In quacumque hypothesi semper concludi debet cum eodem Tullio12: *De quo omnium natura consentit, id verum esse necesse est.*

20. Atque his argumentis contenti sumus, quorum vestigia sive in sacris litteris, sive in operibus patrum videre est, quaeque proinde apprime theologum decent. Qui plura cupit, apud probatos auctores, qui hac de re egere, unde sitim expleat abunde habet.13 Interim ne difficultatum confusa expositio quempiam obruat, eas in quasdam classes redigemus.

*) Cons. Lessius, praecipue in opere *De numine ejusque providentia,* lib. I. ubi totum istud argumentum praeclare multiplici ratione evolvit; et Fénelon, *Traité de l'existence de Dieu.* Docti autem homines singillatim sibi sumpserunt aliquam partem hujus universi illustrandam, ut ex ea evincerent existentiam Dei, sic e. gr. Fabricius scripsit *Theologiam aquae,* Niewentyt, *Theologiam anatomicam, naturalem,* etc.; Derham, *Theologiam astronomicam et physicam;* Lesser, *Theologiam insectorum,* quam declarationibus et notis auxit Lionnet; nec non *Theologiam testaceam, Theologiam fossilium;* ac ceteris praetermissis, novissime prodiit opus egregium Guillelmi "Whewel, *Astronomia et physica in suis relationibus ad theologiam naturalem,* cujus quidem compendium et analysin exhibent *Annali delle scienze religiose,* fasc. L Luglio ed Agosto, Roma 1835.

,0) *De legibus,* lib. L cap. VIII. edit. Taurin.

n) Quod inter ceteros admittit impius auctor operis: *Résumé de l'histoire des traditions morales et religieuses chez divers peuples,* par M. de S. Paris, 1825. pag. 3 et seqq. Fatetur admittendam esse existentiam et unitatem Dei, quia harum veritatum vestigia reperiuntur in *omnibus populorum traditionibus.*

lT) *De nat. dear.* lib. I. cap. 17. edit. Taur. Praemiserat autem: -Quum enim non instituto aliquo, aut inore, aut lege sil opinio constituta, maneatque ad unum omnium firma consensio, intelligi necesse est, esse deos, quoniam insitas eorum vel potius innatas cognitiones habemus.«

,3) Argumentum ontologicum omnium primus proposuit s. Anselmus cantuar. tum in *Jionologio de divinitatis essentia,* cap. 1 et seqq.; tum in *Proslogio de Dei exist.* cap. 2. ubi ait: *Id quo majus cogitari nequit, non potest esse in intellectu solo,* cap. 3; vid. Gaunilonis *Liber pro insipiente adversus Anselmi in proslogio ra-*

DIFFICULTATES

adversus argumentum deductum ex ente necessario et rerum contingentia.

21. I. Obj. 1. Nihil vetat, quominus dicamus hanc rerum universitatem non esse nisi seriem infinitam generationum et productionum, ita ut *corruptio unius,* ut fertur, sit *generatio alterius.* 2. Cum vero haec successiva ac numquam interrupta reproductionum series hominis mentem fatiget, hinc est quod ad se expediendum ab hac difficultate ipse confugerit ad causam quamdam primam excogitandam.14 3. Si tamen in mundo admitti debent ejusmodi generationes ac productiones, in quo latet aequivocatio; proprie enim loquendo universitas rerum non est nisi quoddam totum necessario existens, quod incessanter *evolvitur,* seu est idem *esse* immutabile in sua substantia, ac perpetuo mutabile ac varium in suis modificationibus. 4. Sane ex nihilo nihil fit. 5. Una substantia nequit aliam producere, totum aeternum est ac necessarium, quod hodie est, fuit hesterna die ac nudius tertius, et ita porro atque indesinenter fuit. 6. Nihil destrui potest, nec proinde creari15; ergo.

22. Resp. ad 1. *Neg.* Quia implicat dari seriem ejusmodi generationum et productionum infinitam; esset enim actu finita et infinita; infinita quidem, ut supponitur, et finita, quia potest semper novum capere incrementum, ut patet; quia hodie plures quam heri generationes et productiones habentur, cras plures habebuntur quam hodie, et sic deinceps; vel dicendum infinitum exurgere ex numeris finitis, quod pariter implicat. Absurda igitur ejusmodi hypothesis est et impossibilis.16

tiocinationem, Anselmi operum I. 35 et seqq.; Anselmi lib. *Contra insipientem et apologet, contra Gaunilonem,* ibid. pag. 37. Totam Anselmi argumentationem sic breviter complexus est Vasquez in part. I. qu. II. a. 3. disp. XX. cap. 4. »Deus est id, quo melius excogitari non potest; sed id, quo melius excogitari non potest, nequit esse in sola cogitatione, sic enim non esset melius; id enim melius est, quod in cogitatione et in re ipsa est; ergo Deus est in rerum natura.« Ren. Cariosius *Afedit. de prima philosophia,* med. V. el in epist. edit. Amstel. 1682. hoc argumentum probavit et suum fecit; quod postea pariter praestiterunt Wolf, *Theol. nat.* lib. I. pag. 24 et seqq.; Moses Mendelssohn, *Morgenstunden,* etc. hoc est *Horae matutinae,* 1,2, anno 1786, aliique non pauci. Contra vero s. Thomae part. I. qu. 2. a. 1. ad 2- ejusmodi argumentandi ratio non probatur. Simonnet, *Tract, de Deo uno,* disp. I. art. 3. demonst. V. prop. 1 et seqq. eam demonstrationem fuse evolvit. Cons, ctiam Jos. Saenz de Aguirre in opere S. *Anselmi theologia,,* etc. Romae 1688, tom. I. disp. XIL sect. I. et seqq.

H) Ita auctor operis: *Lettre de Trasibule à Leucippe,* pag. 162 et 178; *Pensées sur C interpret, de la Nat.; Encyclopédie,* art. *Imparfait; Syst. de la nat.* apud Bergier, *Traité de la Religion,* tom. II. pag. 262.

**) *Eléments de la Philos, de Newton,* part. I. c. 1; *Encyclopédie,* art. *Production,* ibid. pag. 266.

ie) Cons. card. Gerdii in *Dissertazione della esistenza di Dio e della immaterialita delle nature intelligenti,* §.3. n. 31. ubi cl. auctor ostendit absurdam esse ac plane repugnare multitudinem sive seriem

23. Ad 2. X Ideo enim hominis mens fatigatur, quia ipsa in serie illa cernit contradictionem et absurdum ; responsio constat ex modo dictis.

24. Ad 3. *Neg.* Universitatem rerum esse totum quoddam necessario existons, alioquin esset absolute perfecta et infinita, nullis vicissitudinibus obnoxia, ut ex dictis in probationibus constat, cum disseruimus de ente necessario, quod omnem plenitudinem esse importat.

25. Ad 4. *D.* Ex nihilo tum sui tum causae, *C.* sui tantum, *N,* Hoc ipso enim quod ex nihilo nihil fiat, ac tamen tam multa esse videamus, quae nulla intrinseca necessitate existunt, concludimus: ergo aliqua causa est a qua prodierint.

26. Ad 5. *D.* Finita, *Tr.* infinita, A' Sed de hoc cum adversus pantheistas agemus.

27. Cum vero falsum absolute sit, existentiam actualem entis contingentis connexionem habere cum existentia sive praeterita sive futura, hinc *Neg. conseq.* Alioquin existeret necessitate naturae, quod implicare vidimus.

28. Ad 6. *D.* A. A se vel a potentia finita, *C.* ab alio, infinita nempe potentia praedito, *N.*

29. **Inst.** 1. Totum non est contingens, ergo totum aeternum et necessarium est.17 2. Nec obstat res omnes esse limitibus circumscriptas, nam licet essentiae rerum aeternae sint ac necessariae, non ideo omnibus perfectionibus praeditae sunt.

30- **Resp.** Ad 1. *D.* Quatenus praeter entia contingentia involvit etiam ens necessarium, *C.* seposito ente necessario, totum non est contingens, xV. et sic nego consequentiam.

31. Ad 2. *fieg.* Ad probat. . . . *licet rerum essentiae,* etc. *D.* in abstracto atque in se spectatae seu in sua notione metaphysica, *C.* id enim postulat ipsorum natura, in concreto seu existentes, *N.* Si enim a se existèrent, jam earum natura aliter postularet, prout postulat natura entis necessarii.

32. Π. **Obj.** Tota vis allati argumenti in contingentia rerum omnium hujus universi fundatur: jam vero haec nulla est, 1. quia ex eo, quod partes hujus universi contingentes sint, inferri nequit totum universum esse contingens, alioquin a distributive ad collectivum sensum transitio fieret, quam argumentandi rationem utpote vitiosam logici rejiciunt; 2. eo magis

atomorum infinitam, et vocat *rigorosas* demonstrationes, quas de hoc argumento D. Maclaurin opposuit Fontenellio in suo tract. *Des /luxions* (card. Gerd. opp. edit. Rom. tom. IL); idem vero ipse ex professo demonstrat in opusculo: *Mémoire de Cinfini absolu considéré dans la grandeur* (edit. Rom. opp. torn. V.); tum in alio: *Eclaircissement sur la notion et la divisibilité de Cétendue géométrique pour servir de réponse à la lettre de M. Dupuis,* ibid.

IT) Ila Ocellus Lucanus antiquissimus philosophorum, quorum opera ad nos pervenerint, apud Bcrgier)oc. cit. pag. 268.

quod ejusmodi argumentandi ratio falsa etiam deprehendatur in praedicatis essentialibus, quia etsi nulla sit essentialis determinata extensio, figura, modus alicui corpori, pessime concluderetur dari posse corpus absque ulla extensione, figura, etc. Vel etiam ex eo 3. quod singulae hujus mundi partes corruptibiles sint, male concluderetur totum simul corrumpi posse, vel Deum posse totam entium possibilium collectionem producere, eo quod singula producere possit; ergo.

33. Resp. *Cone. maj. neg. min.;* ad 1. prob. *N.* Ad id vero quod subditur de vitiosa argumentandi ratione a sensu distributivo ad collectivum, *D.* Est vitiosa, dum tribuitur collectioni quod non competit nisi partibus singillatim sumptis, *C.* dum tribuitur collectioni quod aeque competit partibus sive seorsim sive simul sumptis, *N.* Exemplum est in exercitu, multitudine, summa, etc. Certe male concluderetur si, quod competit exercitui, multitudini, summae, eis negaretur, eo quod id non competat militibus, hominibus, numeris, sive unitatibus seorsim sumptis. Ast si tribuatur toti exercitui, etc. quod competit ita militibus, hominibus, numeris singulis, ut aeque competat etiam simul sumptis, nullum deprehenditur vitium in ea argumentandi ratione[s] ut cum quis pronunciaret de toto exercitu vel multitudine, quod sit mortalis; de summa, quod sit finita; sic massa bene dicitur aurea, si partes ex quibus conficitur aureae sint. Quod quidem valet tam in praedicatis accidentalibus, quam in praedicatis essentialibus.

34. Ad 2. scilicet ad exemplum petitum ab extensione: si sermo sit de corpore modo seu statu naturali existente, institueretur utique sophisma, quia aliud est dicere nullam *determinatam* extensionem vel figuram esse corpori essentialem, et aliud est affirmare nullam penitus esse essentialem, quod fieri non posse contendunt plures, quibus et nos assentimur.

35. Ad 3. In eo quod dicitur de corruptione universali nulla inest pugna, quia reipsa tota collectio corruptibilis est.

36. Quod demum postremo loco allatum est de collectione omnium entium possibilium a Deo producenda, omnino negatur, non quidem propter naturam entium possibilium, quae produci possent, sed propter impossibilitatem seriei et collectionis actu infinitae, quae manifesto implicat; daretur enim collectio infinita exurgens ex numeris finitis.

37. III. Obj. Non repugnat mundum aeternum supponere, cum nulla intrinseca repugnantia ostendi possit de mundi aeternitate, quam plures veteres philosophi docuerunt[18]; itaque neque repugnat ipsum supponere a se existentem; ergo.

δ

μ

,s) Ex veteribus philosophis, qui non praecise mundum, sed materiam aeternam posuerunt, eminent stoici, quibus persuasum erat duo fuisse rerum principia, alterum agens, alterum patiens, Deum et materiam aeternam. Cf. Justus Lipsins in *Physiologia Stoicorum,* lib. I. diss. IV. pag. 9 et lib. II. diss. II. pag. 57 et seqq. Sic vete-

38. **Resp.** Al· .1. Repugnat enim ex dictis dari seriem sive actualem et simultaneam, sive successivam entium finitorum, quia infinitum coalesceret ex numeris finitis, quod implicat. Posito autem, quod mundus ab aeterno esset sive conditus sive non, necessario deberet dari series infinita successiva. 19 Addatur, quod si mundus esset a se, ipse jam esset Deus, quod est absurdum; ac proinde negatur consequentia. Quod autem dictum est de mundo, dici pariter debet de materia; hac enim semel aeterna supposita, jam incidimus in absurda modo recensita; semper enim eadem est ratio; quare non est cur diutius in his nugis refellendis commorari debeamus.

39. IV. Obj. 1. Dei idea subjectiva est, quae deinde ratiocinando affingitur summi cujusdam numinis enti reali, sed abusive et perperam; 2- neque enim demonstratio haberi potest nisi in solis rebus mathematicis, et in iis, quae sensibus obvia sunt20; accedit 3. quod ipse sui index est

res et recentiores platonici mundum dixerunt aeternum; cf. Joann. Laurent Moshemii *Dissertatio de creatione ex nihilo.* §. 81. ad cap. 5. *Syst. intell. Cudicorth.* Atque in genere iis omnibus haec arrisit sententia, qui velut dogma posuerunt illud principium: *Ex nihilo nihil fit,* cf. Cudworth op. cit. lib. V. sect II.

”) Licet s. Thomas part. I. qu. 46. art. 2- contendat *sola fide* constare, mundum non semper fuisse, ac propterea *demonstrative* probari non posse eum non semper exstitisse, attamen superius (qu. 7. art. 4.) ea posuit, quibus ejusmodi sententia destruitur. Etenim in hoc articulo pro certo ponit, impossibilem esse multitudinem actu infinitam sive per se, sive per accidens: *Species multitudinis sunt,* ut ipse loquitur, *secundum species numerorum. Nulla autem species numeri est infinita, quia quilibet numerus est multitudo mensurata per unum.* Jam vero eadem ratio militat pro serie infinita successiva; quare, si implicat ex principio s. Doctoris series numerorum ac multitudinis infinita actualis, implicat pariter series successive infinita, quae tamen daretur ex hypothesi mundi ab aeterno conditi. Addendum praeterea, s. Doclorem forsan non praevidisse, illos futuros aliquando, qui hac essent hypothesi abusuri ad sua propria placita adstruenda. Praeclare cl. card. Gerdii, disserens de hac s. Thomae opinione, scribit: „Io so, che s. Tommaso non ha creduto rigorosamente dimostrata la ripugnanza dell' eternita dei mondo, supponendo la creazione *ab aeterno,* ma non ha delto, che non si potesse dimostrare in avvenire. Egli ragionava suile nozioni filosofiche ricevute a' suoi tempi, e niuno, anehe in filosofia, lo superô mai, ne per acutezza d'ingegno, né per maturité di giudizio, nè per copia di dollrina. Ma in quei tempi le nozioni geometriche non erano si slreltainente legale aile teorie filosofiche, nè cosi dichiarate, come sono state dipoi per gli sludj di tanti celebri moderni. Tra gli antichi teologi molli hanno sostenuta Γ impossibilità del moto eterno . . . pero crederei, che considerata la quislione sotlo aspelto puramente scolastico non abbia da riguardarsi come opposto alia rispettabilissima scuola lomistica il sentimento di coloro, che negano la possibilité del moto eterno: e posta la quislione solto altro aspelto, cioè considerate le ragioni dedotte dalla geometria comprovanti l'impossibilità dell infinito assolulo nolle quantité cd in qualunque serie, è da credersi l'uso di si falti argomenti non solo non contrario, ma conforme allo spirito di s. Tommaso, il quale, piû che altri mai, seppe rivolgere in favore della religione i lumi tutti che potea somministrare la ragion naturale.· *(Saggio d' istruz. teol.* de Deo uno, tom. X. opp. edit. Rom.)

M) Cf. Cudworth, loc. cit. §. 62, 67.

Deus, sive per seipsum, sive per conscientiam quamdam, a se aut a spiritu ipsius originarie in animo productam, qua homini cognoscendum se exhibet. Quare argumentis aliis opus non est[21]; ergo.

40. Resp. ad 1. *D.* Est idea subjectiva cui respondet objectum reale, *C.* absque ejusmodi objecto, *N.* Idea Dei seu notio supremi alicujus numinis hoc sensu subjectiva dici potest, quatenus in hominis mente recipitur, non vero quatenus eidem notioni non respondeat objectum reale; rigorosa enim ratiocinatione homo ex effectu assurgit ad causam a se existentem, distinctam ab hoc universo, quam Deum dicimus; alioquin effectus poni deberent absque causa, quod omnino repugnat.[22]

41. Ad 2. *D.* Id est, non potest haberi ejusmodi evidentia, qualis inest demonstrationibus mathematicis et physicis, C. qualis competit metaphysicis, A7. Cum diversa sint axiomata, quibus innituntur demonstrationes mathematicae, physicae, metaphysicae atque morales, diversae etiam sunt demonstrationes iisdem superstructae, diversae, inquam, specie tenus; cum ceteroquin in eadem certitudinis atque evidentiae firmitate consistant omnes, utpote quae in aeque certis et aeque ineluctabilibus principiis fundantur; quod philosophi etiam fassi sunt Wolfius, Lockius, Leibnitzius aliique.[23]

42. Ad 3. *D.* Mediate, C. immediate, *N.* Omnem enim cognitionem, quam de Deo in hac vita habemus, per creaturas nobis comparamus, quae quidem cognitio *abstractiva* dicitur, ut discernatur ab *intuitiva,* quam in altera vita speramus. Ad summum addi potest, quod verissimum est, nos in nobismetipsis experiri invincibilem quamdam propensionem genericam in Deum et quandam supremi hujus numinis insitam indigentiam, quam ab ipso ortu nobiscum ferimus, perinde ac principia legis naturalis, quae recte dixeris scripta in cordibus nostris, non autem ad exclusionem illius demonstrationis, quam ex creaturis conficimus; alioquin athei convinci non possent, affirmantes se ejusmodi pondus, ut ita dicam, ac propensionem seu instin-

21) Ita Frid. Jacobius, in op. Von *den gbttlichen Dingen* etc. seu *De rebus divinis earumque revelatione,* Lipsiae 1811. pag. 33, 152, 175; qui persuasionem de Deo minime probatione niti affirmat, sed merum esse sensum (Gefühl, sentimento) et instinctum quemdam. Sic pariter Daub, *Theologumena,* III. et seqq.; Clodius, *Allgemeine Religionslehre* etc. seu *Doctrina universalis de religione,* Lipsiae 1818; Marheinecke, *Die Grundlehren* etc. seu *Doctrinae fundamentales Christianae dogmaticae,* Berl. 1819. §§. 23 et seq.; §. 121. apud Wegsch. Verum auctores isti non advertunt, sensum religiosum praesupponere ideas religiosas, ex quibus postea sensus ille profluit; quia, nisi illae praecederent, numquam oriri ejusmodi sensus posset, per quem homo in communicatione ponitur cum Deo. Haec philosophia, quae omnia collocat in sensu, seu si placet, in sensu religioso, *sensistica* nuncupatur.

22) Cons. Zallinger S. J. in opere, quod inscribitur: *Disquisitionum Philosophiae Kantianae libri duo,* Augustae Vindel. 1799, praesertim lib. I. capp. 16 et 17.

23) Cons. Wolf. *Philosoph. pract.,* qui sibi assentientes nominat Lockium et Leibnitzium.

ctum. ut qnidam vocant, in Deum minime persentire, vel comminiscentes ab eo se permoveri tantum ad sibi comparandam in hac vita felicitatem.2*

43. **In st.** Ens reale, sive objectum reale, ideae subjectivae de Deo respondere non potest, 1. quum ejusmodi ens debeat ex hypothesi esse infinitum, quae notio negativa est. 2. Hinc homo ideis *anthropomorphisticii* sibi efformat et cudit ideam illam vagam et generalem Dei, quae proprie non est nisi quoddam ens rationis ac imaginarium. Id magis patet exinde 3. quod idea ista sic efformata non sit nisi congeries contradictionum, ut Deus nempe sit suimet ipsius principium et finis, utroque carens, neutrius egens, utriusque parens et auctor; quod sit ubique sine loco, immobilis absque statu, pernix sine motu, bonus sine qualitate, sine quantitate magnus, totus sine partibus, liber et immutabilis, infinite justus et misericors, etc.; ergo.

44. **Resp.** JV. A. Ad 1. A Notio enim *infiniti* positiva est, atque juxta aliquot philosophos anterior notioni *finiti*› quae vere negativa est, quatenus dicit negationem ulterioris extensionis et privationem infiniti, ut observat cl. Fénelon 23; qui praeterea censet non posse nos pervenire ad ideam finiti nisi per conceptum infiniti, perinde ac non possumus concipere aegritudinem, quin prius concipiamus valetudinem, cujus illa privatio est. Quare absurdum est negare realitatem infiniti admittendo existentiam finiti, prout absurdum est negare existentiam perfecti, dum admittitur existentia imperfecti. Quid est enim perfectum? Illud cui nihil deest. Quid est imperfectum? Ulud cui aliquid deest, quod scilicet magis nihili naturam participat. Igitur si admittitur ut reale illud, cui aliquid deest, cur reale non erit illud, cui nihil deest? Ita ferme ratiocinatur Bossuet.26 Quod si cum aliis, praesertim

M) Hic notari debet nexus ac relatio criticismi germanici cuip. sensu religioso sansimonianorum, de quibus postea, et Benjamini Constant. Omnia enim recentiora ejusmodi irreligiosa et atheistica systemata ex eodem germine evolvuntur. Philosophia coepit *subjectiva* esse cum *sensistis,* deinde *subjectiva* facta est cum *idealistis* anglis, quae perfectionem demum suam nacta est in Germania. In Galliis deductae fuerunt consecutiones practicae, et *formam* (ut vocant) adepta est saeculo hoc nostro *sensus impietatis.* Cons. cl. Rosmini, *Frammenti di una storia della empietà,* Milano 1834, pag. 117. η. 1.

3S) *Existence de Dieu,* part. I. chap. 4. §. 2: -On ne connaît le fini, *inquit,* qu'en lui attribuant une borne, qui est une pure négation d'une plus grande étendue. Ce n'est donc que la privation de l'infini. Or, on ne pourrait jamais se représenter la privation de l'infini, si l'on ne concevait l'infini même, comme on ne pourrait concevoir la maladie, si F on ne concevait la santé, dont elle n'est que la privation.

2i) *Elévation sur les Mystères.* Cf. etiam dissertatio citata card. Gerdilii, et Maclaurin, *Truité des fluxions,* IntroducL pag. 41. etc. Fuse etiam de hoc argumento agit Cudworth, op. cit. cap. 5. §. 22 et seqq. cum notis Moshemii, praesertim nota 1. ad hanc §. ubi observat distinguendam esse in vocabulis *finiti* et *infiniti* duplicem notionem et potestatem, grammaticalem nempe et philosophicam; posteriorem hanc idem esse apud philosophos ac naturam perfectissimam et absolutissimam : *finitam* vero

recentioribus, magis placet affirmare ideam infiniti ex entibus finitis originem trahere, semper tamen idea infiniti in suo conceptu erit positiva, ut ex dictis colligitur.[27]

45. Ad 2. A' Sed potius a perfectionibus, quas homo in se ac in creaturis ceteris experitur atque cognoscit, assurgit ad Deum velut omnium causant a se existentem; qui cum plenitudinem *essendi* in se necessario contineat, a se ipso pariter abigit, omnes imperfectiones, quas tum in se tum in creaturis ceteris homo deprehendit tamquam *limitationes,* quae cum ente necessario ac infinito consistere nullo modo possunt. Ceterum cum homo Deo tribuit eas perfectiones, quas in se velut ente intelligente inesse cognoscit, eas ipsi tribuit *eminentiori* modo, utpote ad causam referens perfectiones, quae deprehenduntur in effectu; quod cum recta ratione ac sanae philosophiae principiis omnino congruit. [28]

46. Ad 3. *D.* Apparentium, *C.* realium, *N.* Cum enim homo limitibus circumscriptus nequeat supremum ac infinitum illud ens mente comprehen-

dici, quae a summa perfectione distat. »Quo sensu, *ita concludit,* si accipiantur haec nomina, infinitum haud dubie sensum habet positivum, finiti vero notio negativa est."

[27]) Cons. Baldinotti, Ord. Olivet. *Tentam, metaphysic.* Patavii 1817. cap. 8. de infinito, n. 611. ubi haec statuit: «Notio infiniti non negans est; est ex finito, non quatenus sit amplificatio ejusdem, sed quia argumentando multiplici illatione eam deducimus ex finito; ipsa denique est notio rei, non meri nominis, non mere idealis, scilicet objectum extra mentem existens eidem respondet." Idem auctor propterea ibidem recte distinguit inter cognitionem alicujus rei ejusque comprehensionem; plura enim cognoscimus, quae non comprehendimus, ut ex ipso argumento, in quo versamur, patet. Cf. ibid. n. 607 et seqq.

[28]) Anthropomorphismum inesse corruptis hominibus fere dixerim naturalem, et originem dedisse populis revelatione destitutis prolabendi in absurda commenta circa divinitatem, vix negari posse videtur. Exinde enim factum est, ut homines Deo tribuerint proprietates, propensiones et cogitationes humanas, ipsasque humanas cupiditates. Ea origo est tot monstruosarum divinitatum, quas polytheistae invexerunt, dum pluribus diis tribuerunt operationes, quae divisae sunt inter plura humana individua, perinde ac si unus omnibus par sive sufficiens minime fuisset iis praestandis. Hinc deus venationis, deus belli, etc. Sic respondebant sylvestres americani primis missionariis europaeis, qui illuc appulerant; ita se gesserunt romani, graeci, etrusci, etc. unicuique propriam provinciam demandantes. Adeo vero in divinitatibus sibi confingendis progressi sunt polytheistae, ut ipsam deam scoparum Deverram coluerint, ac deum Sterculum seu Sterculium, de quo Lactantius, *Inst. Div.* lib. I. cap. 20. circa finem; s. Augustinus, *De civ. Dei,* lib. XVIII. cap. 15; Prudentius in *Peristeph.* vers. 449; Plinius, *Hist. nat.* lib. XVII. n. 9. edit. Hard. Hac tendentia abusi sunt, qui indidem collegerunt ipsam divinitatis ideam repetendam esse, confundentes nimirum ea, quae a recta ratiocinatione procedunt, cum iis, quae nonnisi a depravata natura ac propensione proveniunt. Vid. s. Greg. naz. *Orat.* XXXV. Sed longe magis mirandum est, nostros recentiores neotericos philosophos, Germaniae praesertim, ad scholam kantianam pertinentes ejusque propagines, prolapsos esse in alium quodammodo longe pejorem anthropomorphismum, dum non alium Deum admittunt nisi subjectivum, quem nonnisi ipsum hominem seu societatem esse demum collegerunt sansimoniani.

dere, debet ad proprios conceptus onunciandos illis verborum formulis uti, quae videntur contradictoriae, at reapse non sunt. Ac nemo quidem inter homines est, qui in suis de Deo conceptionibus apprehendat reales contradictiones, immo nemo est qui nesciat has in idea Dei locum habere non posse, etsi modum quandoque ignoret, quo diversae divinae proprietates inter se componantur. Ex hoc ad summum deducitur deistas, qui in Deum se credere profitentur, urgeri ab atheis iisdem difficultatibus posse, quibus permotos ipsi se profitentur ad abjiciendam religionem revelatam, eo quod ista mysteria contineat excedentia mentis humanae captum, quae juxta ipsos est sola credendorum ratio.[29]

DIFFICULTATES

adversus argumentum physico-theologicum.

47. I. Obj. 1. Ex fortuita atomorum combinatione mundi hujus aedificium atque structura oriri potuit. Nam 2. inter possibiles combinationes quae a tota aeternitate factae sunt vel fieri poterant, haec continebatur; sic ex jactatis innumeris alphabeti litteris tum Ilias Homeri, tum Virgilii Aeneis effici potuerunt. Id multo magis credibile fit 3. si cogitemus moleculis materiae propriam inesse affinitatem, ut jam causa queat assignari, cur inter se coaluerint eo ordine ac dispositione, quam modo conspicimus; ergo.

48. Resp. ad 1. *N.* tum suppositum, tum assumptum propositi argnmenti vere atheisds digni. Negavi suppositum de atomis a se existentibus, cum hoc repugnet, ut patet ex dictis de motu ipsis insito et tamen necessario ad ejusmodi combinationes efficiendas; est enim materiae proprietas inertia, quare moveri non potest nisi motu extrinsecus ei obveniente et communicato. Negavi praeterea assumptum argumenti, quia cum omnia, quae in mundo sunt, ad certum finem ordinata sint, non potuit his finis praestitui nisi ab intelligente ordinatore.[30]

M) Hoc fassus est ipse *J. J.* Rousseau, qui, etsi rejiciat mysteria religionis revelatae, eo quod mente comprehendi non possunt, parum tamen sibi cohaerens, loquens de Deo, sic concludit: «Enfin plus je m'efforce de contempler son essence .infinie, moins je la connais; mais elle est, cela me suffit; moins je le conçois, plus je l adore. Je m'humilie, cl lui dis: Être des êtres, je suis, parce que tu es; c'est m'elever à ma source que de te méditer sans cesse. Le plus digue usage de ma raison est de s'anéantir devant toi; c'est mon ravissement d'esprit, c'est le charme de ma faiblesse de me sentir accablé de la grandeur." (Emile, livr. IV. lom. 3.) Celerum jam ab aliis adnotalum est, omnes difficultates, quas promovent deistac adversus religionem revelatam, aeque intorqueri posse ab atheis adversus eos. Cons. cl. Bonelli, *Esame del Deisnio,* Roma 1831, cap. 4. pag. 3.

'·) Cons. Gerdii, diss. cit. ubi data opera ostendit impossibilem el absurdam esse hypothesim Epicuri eorumque omnium, qui eum secuti sunt, non solum quia in ea plura gratuito supponuntur, quae nulla ratione admitti possunt, cujusmodi esset multitudo infinita atomorum, earum necessaria existentia, motus ipsis insitus et essentialis.

49. Ad 2. *D.* Ab onto intelligente directae ac moderatas, *C.* hoc secluso, *N.* ob rationes allatas. Addatur, hominem mente atque intelligentia praeditum fortuitae combinationis effectum esse non posse. Hinc etiam responsio habetur ad confirmationem desumptam ex possibilitate Iliadis Homeri aut Virgilii Aeneidos per fortuitam projectionem litterarum. Haec enim adeo absona sunt atque a communi hominum sensu abhorrentia, ut absque temporis jactura refelli non possint. Ad nos recreandos ab ejusmodi atheistarum nugis, praestiterit Tullii verba in medium afferre. *Hic ego non mirer,* inquit, *esse quemquam, qui sibi persuadeat, corpora quaedam solida atque individua vi et gravitate ferri, mundumque effici ornatissimum et pulcherrimum ex eorum corporum concursione fortuita? Hoc qui existimet fieri potuisse, non intelligo, cur non idem putet, si innumerabiles unius et viginti formae litterarum vel aureae vel quales libet aliquo conjiciantur, posse ex his in terram excussis annales Ennii, ut deinceps legi possint, effici; quod nescio an ne in uno quidem versu possit tantum valere fortuna. Isti autem quemadmodum asseverant, ex corpusculis non colore, non qualitate aliqua, quam ποιότητα graeci vocant, non sensu praeditis, sed concurrentibus temere atque casu, mundum esse perfectum ?..... Quod si mundum efficere potest concursus atomorum, cur porticum, cur templum, cur domum, cur urbem non potest? quae sunt minus operosa et multo quidem faciliora. Certe ita temere de mundo effutiunt, ut mihi quidem nunquam admirabilem coeli ornatum, qui locus est proximus, suspexisse videantur.*31

50. Ad 3. *D.* Ab extrinseco seu a Deo communicata, *C.* a se, *N.* Ex nulla enim intrinseca necessitate ejusmodi materiae moleculae hac proprietate affinitatis pollent, eo ipso quod necessitate propria atque intrinseca minime existant.

51. II. Obj. 1. Argumentum deductum ex mundi structura et ordine non evincit existentiam Dei seu conditoris, sed tantum ordinatoris alicujus atque aedificatoris, nec moralem Dei naturam sufficienter exponit. 2. Tum praesertim eo nomine nutat, quod idea mundi visibilis ipsiusque finalitatis

gravitas absque centro, aliaque ejusmodi, quae a sana philosophia abhorrent; sed etiam ex eo quod se ipsum destruat systema Epicuri. Si enim ponatur numerus atomorum infinitus, atomi commensurarentur spatio infinito, idcoque nec moveri possent: quod si ponatur finitus, numquam inter se convenire ac cohaerere atomi potuissent in spatio infinito, ut fatetur ipse Lucretius, qui ita canit:

Sle tibi si finita semel primordia quaedam
Constitues, aevum debebunt sparsa per omne
Dûjectare aestus diversi material.
Esse igitur genere in quovis primordia rerum
Infinita palam est.

Absurdum Epicuri systema non minus eleganter quam energice everterat ipse Tullius, *De nat. Deorum*, lib. I.

31) *De Nat. Dear.* lib. II. cap. 37. ed. Taur. Integer fere hie liber esset exscribendus, si omnia pulcherrime dicta atque ad rem nostram idonea referre quis vellet.

nonnisi subjectiva sit, id est, in mente nostra residens, et quod incertum semper maneat an res sive objecta ideis respondeant. Ita Kantius. 32

52. Rcsp. ad 1. *D.* Et hoc ad propositum nostrum, evincendi nempe adversus atheos existentiam Dei, nobis sufficit, C. non sufficit, Λ. Etenim athei non solum conditorem negant, sed etiam ordinatorem intelligently ac libertate praeditum existere inficiantur; ideoque tot hypotheses excogitarunt ad reddendam rationem hujus universi tam affabre elaborati. Si igitur ostenderimus, prout ostensum est. hujus mundi dispositionem, pulchritudinem et ordinem necessario exigere quempiam ordinatorem a mundo ipso distinctum, causam jam vicimus. Et haec quidem ex quadam, ut ita dicam, liberalitate

J3) Kantius ponit ut fundamentum suae philosophiae *experientiam* Experientia vero juxta ipsum respectu fhcuitalum nostrarum binos fontes habet et duplici elementorum specie coalescit: oritur nempe a *sensibilitate* et ab *intellectu,* id est a *possibilitate* et *activitate,* seu principio *passivo* et principio *activo.* Ipsa rursum componitur ex duplici elementorum specie, quorum alia sunt *subjectiva,* alia *objectiva.* Elementa subjectiva nullum habent valorem objectivum, nisi ut formae objectivorum, ac propterea in collatione seu *combinatione* cum istis; extra ejusmodi collationem nullam habent realitatem. Hinc kanlianismus definiri potest *idealismus transcendentalis ac realismus empiricus,* quoniam ipse nullam admittit realitatem *a priori,* sed in experientia tantum. Elementa subjectiva. quae inveniuntur in nostris conceptionibus empiricis, duplicis speciei sunt; alia sunt in objectis quatenus sentiuntur, alia quatenus cogitantur. Activitas intellectus consistit in *synthesi* et in *analyst.* Ex applicatione horum principiorum Kantius omnes demonstrationes hucusque datas existentiae Dei rejicit; tum *ontologicam,* quia non existit nisi in conceptu nostro; tum *cosmologicam,* quia series contingentium est series phaenomenorum (et cum ex contingentia phaenomenorum deducitur *contingentia* totius universi in se speciati, juxta ipsum sophisma conficitur: causalitas enim juxta criticismum pertinet ad phaenomena, non autem ad res in se ipsis spectatas); tum denique *physico-theologicam.* quae ab ordine hujus universi progreditur ad evincendam existentiam auctoris sapientissimi; quia hoc argumentum pariter supponit valorem realem principii causalilatis. His omnibus probationibus Kantius in sua *Critica rationis praetieae* suffecit alias deductas ab idea Dei legislatoris et felicitatis humanae. Kantius igitur, sublutis receptis communi calculo Dei existenliae demonstrationibus, hanc solam suam substituit: Ratio practica necessariam ostendit societatem seu nexum felicitatis cum virtute; ad felicitatem tendimus quatenus entia moralia. Pro hac societate necessaria immortalitas, remunerate aut poena futura, Dei cum suis attributis existentia. Porro, prosequitur Kantius, cum debeat admitti id, quod est necessarii finis necessarium *medium,* illa habenda erunt ut vera, non vi *cognitionis,* sed *fide practica.* Est enim ratio practica *principium credendi,* non *cognoscendi.* Credere, ut ipse explicat, est aliquid admittere ut verum ex ratione sufficiente subjecti, non autem objecti; cognoscitur autem quod ratione subjecti et objecti certum esL Quare veritates illae sunt *postulata rationis praetieae* quae ad scientias non pertinent; vi veritatis, vi objectiva carent, nec sunt demonstrabiles, necessario tamen sunt cum rationis legibus connexae. Cf. *Kritik der reinen Vernunft,* pag. 620. Ergo ex Kantio existentia Dei, immortalitas animorum, etc. pendent a mero *postulato!* Ergo ipsius demonstratio pure subjectiva est. Quid si diceretur homo ad solam felicitatem temporalem et sensilem factus? Rueret ipsius demonstratio! Quomodo criticismus degeneret in rationalismum, idealismum, etc. ostendit Baldinotti, op. cit. in appendice ad suam Melaphysicam generalem.

erga impugnatores nostros et juxta eorum principia. Etenim falsum absolute eat, hunc mundum adspectabilem sivo structuram universi non evincere nisi existentiam ordinatoris, non autem conditoris; tum quia in mundo homines sunt, quorum actus liberi non poterant praesciri, nisi ab intelligentia infinita, et tamen praesciri debuerunt; tum quia creatio atomorum omnino necessaria est, cum non potuerint esse a se ipsis. Ceterum huic praemisimus argumentum ex necessitate entis ac primae causae deductum. Si haec simul uniantur, demonstratio absoluta evadit. Ad id vero, quod addit Kantius, argumentum istud cosmologicum non sufficienter exponere moralem Dei naturam, reponimus falsum id esse spectata generalitate propositionis; etenim inter cetera, quae complectitur haec universitas rerum, homo ipse reperitur, in quo moralis Dei natura mirabiliter elucet.

53. Ad 2. *N.* Dato enim, quod idea mundi visibilis non sit nisi subjectiva, quod pariter ex dictis falsum est, attamen existit saltem in mente nostra ac proinde realis est. Jam vero si realis est idea ista, ex principio causalitatis, cujus vim a philosophis jam demonstratam supponimus, ab aliqua causa provenire debet. Et quoniam mens nostra in hujusmodi idea, teste intimo sensu, *passive* omnino se habet, causa illa ab ipsa mente distincta sit oportet; ac proinde aut erit Deus, aut certe ex causarum nexu ad primam necessariam causam, nempe Deum omnino nos ducet. Quod si kantianus ideam illam *a* mente ipsa profluere, ejusque quasi formam ac legem esse contendet, profecto mentem ipsam, ejusdem ratiocinationis ope, ab aliqua causa provenire debere probabitur, et cum contingens ac finita sit, tandem ad primam causam necessariam atque infinitam inde nobis erit assurgendum; itaque etsi non constaret, seu nullum daretur medium, quo demonstrari posset huic ideae respondere res atque objecta externa, non minus firma subsisteret existen-tiae Dei demonstratio, in hypothesi etiam adversarii. Dei porro existentia constituta progredimur ad ejus proprietates rimandas, inter quas deprehendimus ipsius bonitatem ac veracitatem, ex quibus rursum concludimus reipsa existere objecta externa; quia repugnat summae Dei veracitati ac bonitati nobis ingerere invincibilem illam, quam experimur, inclinationem ad admittendam realitatem objectorum, quae in sensus nostros agunt, si haec objecta revera non existant; deciperemur enim perpetuo, in errorem necessarium incideremus, nec unquam de deceptione et errore moneremur. Hinc etiam inferas, nos ex principio quod kantiani, nisi desiperc velint, necessario admittere debent, directe Dei existentiam evincere, indirecte autem realem conformitatem inter ideas subjectivas et objectivas. 33

”) Everso autem systemate fundamentali philosophiae kantianae, necessario ruunt quae ipse deduxit; jam vero hoc praestitum a pluribus est, qui apertas contradictiones in philosophia kantiana ostenderunt. Consuli inter ceteros potest Galluppi, *Elementi di filosofia,* tom. III. *Dell' ideoloyia,* Messina 1827, lettr. XI et XII; prae-

54- III. Obj. 1. Praecipua vis argumenti ad ostendendam saltem existentiam supremi cujusdam ordinatoris sapientissimi innititur systemati *causarum finalium:* ast causae finales nullae dantur: ignorantia enim connexionis eventuum particularium cum systemate totius universi eas peperit; quae proinde in dies magis evanescunt, quo scientia physica in dies proficit magis. Sana philosophia non videt in istis causis linalibus nisi expressionem ignorantiae in qua versamur causarum verarum, quae nempe inhaerent rebus ipsis.[34] 2. Sane deductio existentiae Dei ex causis finalibus supponit, one supremum agere juxta praestitutos fines, prout agere nos consuevimus in actionibus nostris liberis ac deliberatis, quod est statuere Deum homini similem, seu anthropomorphismum; ergo.[35]

55. Resp. ad 1. *Cone. maj. neg. min.* Adductam vero probationem ignorantia nostra verarum causarum, *D.* Sana philosophia excludit principium perperam dictum causarum finalium, ex quo nonnulli philosophi sibi arrogarunt explicationem tot naturae phaenomenorum, *C.* excludit veras causas finales, /V. Respui debet a sana philosophia illorum agendi ratio, qui per errorem excogitarunt causas finales ad explicanda nonnulla phaenomena, quorum veram causam ignorabant, e. gr. cum per horrorem a vacuo exponebant ascensum aquae per antlias aspirantes; et sic de ceteris ejusmodi dicatur, quae utique evanuerunt, quo majores progressus physica assecuta est; de his porro hic non loquimur. Sed si sermo instituitur de causis, quae producunt aliquos effectus ob determinatos fines, quasque propterea *finales* vocamus,

serlim vero in suo *Saggio filosofico sulta critica della conoscenza,* vol. V. Nos enim haec philosophis relinquimus. Cl. autem Rosmini *(Opuseoli filosofici,* Milano 1827, vol. I. pag. 108 — 109) ostendit Kantium ipsum ademisse suae demonstrationi, seu potius *postulato* ex ratione practica d‹· existentia Dei, omnem vim, eo ipso quod non admiserit hominis naturam fuisse sapienter constitutam, et convenientiam, quam inter felicitatem ct virtutem deprehendimus, non esse nisi apparentem, et hinc nihil posse juxta rationem theoreticam, in hujus auctoris systemate, jure concludi. Etenim, ut posset affirmari quidquid nobis videtur, seu se se offert ut conveniens, debere aliquando evenire, necessc esset, juxta Kanlium, transcendere fines omnes ct limites humani intellectus. Inductiones igitur rationis practicae ac sua postulata talem nexum habent cum ratione theoretica, ut ab ipsa declarentur gratuita. «Ricogliamo almeno di buono, *juvat concludere verbis cl. auctoris,* da cosi desolante âlosofia questa preziosa confessione, che Fesistenza di Dio ê pur cio, che riempic il vuoto della umana natura, cio, che questa natura sente a se medesima necessario, cio, a cui incessantemente e irrepugnabilmente sospira: confessione che fa il maggiore encomio aile fîlosofic, le quali insegnano essere questa esistenza dimoslrabile, e che fa la maggior condanna del criticismo. Potrà Fuomo abbracciare un sistcma che dichiara impossibile dimostrare cio, che alla sua natura ê assolutamcnlc necessario di ammcttere? . . . Adunque la prova morale, onde Kant vuole dimostrare la divina esistenza, o non prova nulla, o se prova, prova insieme colla divina esistenza anche la falsîtâ e Γ impossibilité dei kantiano ❦istema.

31) Ita La Place, *Essai philosophique sur les probabilités,* Paris I8I6. 3. edit, pag. 2.

“) Hume, *Inquiry concern, human understanding,* sect. XI. pag. 150, 160.

tantum abest ut sana philosophia eas excludat, ut negare illas nemo possit, quin neget aliquas causas producere realiter eos effectus, quos producunt. Non solum proinde nulla habetur contradictio inter causas physicas et causas finales, sed potius causae physicae finalibus inserviunt. Quaenam sane contradictio invenitur inter hanc expressionem: cor est potentia principalis, quae impellit sanguinem in vasa; ct aliam: cor est potentia principalis, quae impellit sanguinem in vasa, *ut* per totam machinam animalem diffundatur? Propterea qui rejicit causas finales, statuere debet nec oculum ad videndum, nec aures ad audiendum, nec solem ad illuminandum, nec ignem ad calefaciendum, etc. facta esse, quae quidem assertiones omnes sensui naturae communi evidenter adversantur. Ut hoc magis patefiat, ponatur exemplum oculi. Nimirum oculus ita constructus est, ut ab ipso producantur illae modificationes lucis, ex quibus visio consurgit; ergo cum ejusmodi modificationes velut causam propriam agnoscant dictam structuram oculi, quarum quidem consecutio seu finis est visio, sequitur talem structuram seu oculum ita constructum causam realem esse cujusdam effectus ducentis ad quemdam finem, ac propterea causam finalem.

56. **Dices:** Fieri posset ut talis structura sic effecta fuerit, non ut inserviret lucis modificationi, sed ex accidentali rerum eventu seu casu.

57. **Resp.** *N.* Quia ea, quae casu fiunt, non sunt constantia et uniformia, prout cernimus tum in oculo tum in ceteris corporis nostri organis esse. Secus qui horologium spectaret horas indicans, dicere posset sphaerulam, quae constanter et uniformiter movetur ad horas indicandas, id casu praestare, quod esset omnino absonum.36

58. Ad 2. *D.* Id est, esset ex liberis ac deliberatis hominis actionibus, quae ad certum finem ponuntur, analogice assurgere ad Deum, C. esset Deum similem prorsus homini efficere, *N.* Nempe cum tot mirabiles effectus homo cernat in hac rerum universitate, qui praestitutos fines habent, atque intelligat ejusmodi fines non posse adseribi rebus ipsis materialibus, sed dispositioni alicui ipsis extrinsecae, infert mentem aliquam infinita sapientia praeditam, quae res ipsas ita disposuerit, seu fines illos peculiares ipsis praestituerit, et quidem libere, quum nihil repugnet diversum ordinem Deum potuisse statuere. Physici jam fatentur per se nullam esse intrinsecam rationem, cur corpora potius tellurem versus descendant, (juam ascendant. 37

M) Cons. Ruffini, *Riflessioni critiche sopra il saggio filosofico intorno allé probabilitù,* etc. Modena 1821. Pari. II. pag. 35 ct 54.

De causis finalibus eliain fuse agit Bergicr, *Traité hist, et dogmat. de la vraie relig.* tom. II. chap. 4. art. 9. §. 1 seq.

r) Cons, inter ceteros D. Hauy, *Traité élémentaire de physique,* 3. edit. Paris 1821, tom. I. Introduction, pag. 4. ubi citat Newtonis opus *Opticae lucis,* lib. III. quacst. 28. Cons, etiam §. 4. *De la divisibilité,* n. 28. art. 2. *De l'attraction,* n. 29. Hoc ipsum clariori in lumine ponit J. B. Pianciani S. J. *Instituz. fisico-chimiche,* Roma 1833, vol. I. Introduzione, pag. 16

59. Inst. Ex effectu tota causae essentia cognosci non potest. Nam ex effectu non possumus nec plures nec alias proprietates vel qualitates causae tribuere quam eas, quas in effectu deprehendimus. Quare essentiam divinitatis ex finita rerum natura cognoscere non possumus. 38

60. Resp. I. Dato toto argumento, negamus aliquid inde contra nos deduci. Non enim hic agitur de essentia Dei cognoscenda, sed de existentia. Resp. II. *D.* Ex effectu non possumus essentiam infinitam divinitatis cognoecere adaequate. *C.* inadaequate, A' 39

61. Inst. 1. Ex hoc argumento physico-theologico non exurgit nisi probabilis conjectura vel praesumptio existentiae Dei; deberet proinde istud argumentum ab institutionibus theologicis expungi.40 Et sane 2 si nulla certitudo haberi potest, nisi supposita Dei existentia, quae tamen non habetur 3. nisi per fidem, et quae est prima veritas, numquam poterit ex ratione individual] confici demonstratio Dei existentiae, cum nec de ipsa rationis individualis existentia, nondum supposita existentia Dei, certus quis esse possit; ac proinde ordinem inverteret, qui sic argumentaretur: *Ego existe, ergo existit Deus:* vel: *Mundus existit, ergo existit Deus.*41

et seq. Sed legendus Newton ipse in op. *Philosophiae naturalis principia mathematica,* edit. 2. pag. 284 et seqq. voL in 4- Cantabrigiae 1713, ubi plura magnifice scribit de Dei consilio, dominio, majestate, virtute, providentia, immensitate ceterisque ejusdem attributis. Attamen Leibnitzius accusat Newton, quod non satis alte de Deo senserit. Cf. *Pensées de Leibnitz sur la religion et sur la morale,* Paris 1819. Cujus quidem censurae causam suo loco expendemus.

M) Hume, loc. ciL pag. 151.

M) Quomodo ex ordine hujus universi pervenire possimus ad cognitionem existentiae non solum ordinatoris sapientissimi, sed etiam conditoris, ostendit Suarez, *Metaph.* tom. II. disp. 29. sect. 2. §. 9.

'°) Sic Ziegler, *Beitrdge zur Geschichte* etc. nempe *Collationes ad^hist. fidei exist. Dei in theol.:* et Schleiermacher, *Der christl. Glaube,* etc. seu *Fides Christiana,* etc. part. I. pag. 170 seqq.

■") Ila in vol. II. op. *Essai sur l'indifférence en matière de religion,* edit. 4. Paris. 1822. Juvat hic nonnulla in medium afferre ex iis quae auctor hujus libri sparsim scribit de hoc argumento, ut melius ipsius principia cognoscantur: ..Tout ce qu' affirme comme vrai une raison, qui peut se tromper, peut ètre faux; tout ce qu'elie affirme comme faux, peut ètre vrai. Donc rien de ce qu'affirme une raison faillible, n'est certain. (Préf. pag. VIL) Qu'est l'autorité à la quelle tous les esprits doivent obéir? Est-ce Γautorité d'un ou dc quelques hommes? Non; mais la raison générale manifestée par la témoignage ou par la parole. Ibid. pag. CXII. (Ast nonne *uni* vel *aliquot hominibus* Christus dixit: *Euntes docete?* Numquid omnes non tenebantur ipsis obedire?) Suis-je certain que je sens? Quelle autre preuve en ai-je que ma sensation même, ou plutôt je ne sais quelle croyance souvent trompeuse, etc. (Pag. 7 et 8.) Toute certitude repose sur la connaissance de Dieu. (Pag. 41. note.) Oublions un instant que Dieu est, comment pourrez vous être certain d'une existence impossible, si Dieu n'est pas? (Pag. 45.) Il suffit que la raison individuelle puisse se tromper sur un seul principe, snr une seule conséquence, sur un seul point quelconque, pour que tout ce qui lui parait évident, devienne douteux. (Pag. 106.) Chercher la certitude de notre existence, c'est en chercher la raison qui n'est pas en nous. Ibid. (Hic auctor, ut in pluribus aliis locis,

62. **Resp.** Ad 1. *Neg.* Cum scripturae perpetuo ad istud argumenti genus homines provocent. Sic in lib. Job (XII. 7 seqq.) legitur: *Interroga jumenta, et docebunt te; et volatilia coeli, et indicabunt tibi. Loquere terrae, d respondebit tibi; et narrabunt pisces maris. Quis ignorat, quod omnia haec manus Domini fecerit?* Tum in lib. Sapientiae (XIII. 1 *et* seq.): *Vani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei; et de his, quae videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est, neque operibus attendentes agnoverunt, quis esset artifex.* Et alibi passim; adeo ut apostolus philosophos *inexcusabiles* vocet, eo quod Deum, ab ipsis lumine rationis cognitum ex iis, quae facta sunt, non glorificaverint (Rom. I. 20.). Itaque non agitur tantum de probabilitate vel conjectura, sed de certitudine, qua homo ex his, quae facta sunt, Dei cognitionem habere potest; alioquin nec *vani* neque *inexcusabiles* dicerentur, qui eum ignorant. Quare hoc argumentum a theologia amoveri non debet, quin imnio est maxime theologi proprium, ut patres ipsi facto suo ŏstenderunt. 2

63. Ad 2. *Neg.* Hoc enim est commentum non minus antiquitati quam sanae philosophiae contrarium. Nam nisi logice saltem prius constaret de mei ipsius seu, ut fertur, mei *ego* existentia. nulla omnino esset via, nullum suppeteret medium sive ad cognoscendum testimonium generis humani, ex quo juxta adversarios pendet certitudo existentiae tum Dei tum meae, quod est vere paradoxum, sive ad deprehendendam existentiam revelationis. Nec enim possum cognoscere ea, quae sunt extra me, nisi per media, quae sunt in me; sed si ista media fallacia et incerta sunt, quomodo potero mihi comparare certitudinem eorum, quae extra me sita sunt? Addo Scripturam contrarium omnino supponere, ut ex allatis testimoniis aliisque prope innumeris, quae afferri possent, compertum fit. Idem dicendum de patribus et theologis, praesertim s. Thoma, qui quinque affert argumenta physico-theologica ad Dei existentiam ĕvincendam. 3

confundit causam existentiae cum certitudine hypothetica existentiae. Haud dubie sensus intimus nobis praebet certitudinem completam existentiae nosirae.) Aucun être créé, s'il ne commençait pas â dire: Je crois, ne pourrait jamais dire: Je suis. Pag. 223. *(Ego credo* perinde valet ac *ego sum credens;* ergo affirmatio: *Ego sum,* praecedit illam: *Ego credo.}* Dieu pourrait-il tromper F homme, ou lui révéler l'erreur? Il y a contradiction dans les termes, car on ne révèle que ce qui est, et l'erreur n'est pas.» Pag. 128. not. (Auctor potuisset discere ex s. Thoma distinctionem inter errorem in rebus, et errorem qui est in mente. Error in rebus *non est* seu non existit, ut fertur, a parte rei; ast error saepe existit in mente; etenim judicium falsum est operatio mentis, ac proinde in ipsa est.) Et haec speciminis gratia attulisse sufficiat. Ex his tamen quilibet sibi potest ideam efformare vani et erronei illius philosophici systematis ac novae ejusmodi philosophandi methodi, quam merito Gregor. XVI. in sua encyclica data sub die 26. Junii 1834 reprobavit. Ejus verba inferius referemus. Cons. Rozaven S. J. in op. *Examen (V un ouvrage intitule : Des doctrines philosophiques,* etc. Avignon 1831. chap. 4.

*') Cf. Pelavius, *De Deo,* lib. I. cap. 1 et seqq.

n) I. part. qu. II. art. 3.

64. Ad 3. *D.* Ut auctor ordinis supernaturalis, *C.* ut auctor naturae, *N'.* Nam, ut supra animadvertimus, tum per Iidem, tum per rationem, Dei cognitio haberi potest. 44 Ad id quod subditur de Deo, quod sit prima veritas, *D.* Est prima veritas metaphysics, *C.* logica. *A'.* Hinc neg. conseq. quae praeterea innititur falso principio, quod scilicet individualis ratio semper et in omnibus casibus fallax sit, quod pariter a sana philosophia respuitur, ut logici suo loco docent; sic ex dictis ruunt cetera omnia, quae subjiciuntur.

DIFFICULTATES

adversus argumentum morale.

65. I. Obj. Incertum est factum, cui innititur argumentum morale. 1. Plures veteres populi ab antiquis scriptoribus athei perhibentur. 2. Plures recentiores viatores idem testantur de populis sylvestribus recens detectis. 3. Plures adhuc populi nobis incogniti sunt, nihil propterea de istis affirmari potest. Sed quod maximi faciendum est, 4. plures sive antiqui sive recentiores philosophi atheismum professi sunt; 5. porro philosophorum auctoritas praeferenda est opinioni populorum, rudium praesertim ac barbarorum 45; ergo.

66. Resp. A' A. Ad 1. *D.* Athei perhibentur, at immerito, *C.* vere ac merito, *A".* Nemo enim ex antiquis illis scriptoribus, qui diversos populos velut atheos traducunt, eos invisit, sed falsis rumoribus decipi potuerunt, ex eo quod vel idola non colerent, vel numina diversa ab iis, quae illi colebant, adorarent. Hac de causa judaeos, Christianos, gallos atheos proclamarunt. Praeterea in eam ire sententiam potuerunt ex projectis moribus illorum populorum, ut saepe etiam contigit. Ceterum adeo constans erat apud veteres factum istud, quod propugnamus, ut praestantissimi philosophi Plato, Aristoteles, Cicero, Plutarchus, Maximus tyrius, Epictetus aliique eo usi fuerint ad Dei existentiam adstruendam. Epicurus ipse illud admittebat.46 s.

S. Thomas, *Contra gentes,* lib. 1. cap. 3: -Esi autem, *inquit,* in his, quae de Deo confitemur, duplex veritatis modus. Quaedam namque vera sunt de Deo, quae omnem facultatem humanae rationis excedunt, ut Deum esse trinum et unum. Quaedam vero sunt, ad quae etiam ratio naturalis pertingere potest, sicut est Deum esse, Deum esse unum, et alia hujusmodi, quae etiam philosophi demonstrative de Deo probaverunt, duch naturalis lumine rationis.- Ex his pariter refellitur Bautain, qui negat fieri posse, ut homo sola ratione possit sibi comparare Dei ejusque attributorum cognitionem. Cons. *Avertissement,* pag. 5, -quae assertio periculi plena est et contraria patribus, theologis, immo vel ipsi Scripturae, ut ex dictis constat. Recolantur tamen quae paulo ante de Baulainio scripsimus.

4s) Bayle, *Contin. des Pensées div.* — 31; item *Rép. aux quest. (Γ un prov.* cap. 95— 113; Voltaire, *Essai sur l'Histoire générale,* tom. I. chap. 6. pag. 91.

w) Cicero, *De natura Deorum,* lib. I. cap. 16: ..Solus enim, *inquit,* vidit, primum esse deos, quod in omnium animis eorum notionem impressisset ipsa natura. Quae est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habet sine doctrina anticipatio-

67. Ad 2. *D.* Absque ratione ac nimia animi levitate ducti, *C.* rei veritate, A. Etenim postea compertum est eos ipsos populos, quos nulla religione detineri antea dixerunt nonnulli, et divinitatem coluisse, et suos habuisse ritus, etc.[47] Nunc extra omnis dubitationis aleam factum istud habent increduli ipsi, nec athei illud amplius inficiantur. Fatentur enim populum, quo magis rudis est ac Sylvester, eo magis propensum esse ad deos sibi fingendos[48]; difficile omnino esse populum invenire, qui quamdam immortalitatis speciem animabus nostris non tribuat.[49] Ex quo concludunt deorum imperium inexterminabile esse.

68. Ad 3. **Resp. I.** Ergo nihil ex ipsis adversus Dei existentiam concludi potest. **Resp. II.** *D.* Ita tamen ut ex analogia concludere jure possimus eos a ceteris non dissentire, eo ipso quod ceteris populis similes sint, *C.* secus, *N.* Cum isti homines ab eadem origine proveniant, ac eadem naturae propensione donati sint, nullum dubium subesse potest eos divinitatis ideam pariter habere, prout semper compertum est illam habuisse omnes, quotquot detecti sunt. Quod si aliqui athei reipsa reperirentur, velut generis Immani monstra spectari deberent, neque ex iis de humani generis sensu judicium effingi posset.[50]

69. Ad 4. *D.* Qui fuerint vel sint athei practici, plures enumerantur, *C.* dogmatici sive speculativi, *N.* Pauci omnino isti recensentur, neque unquam sectam constituerunt.[51]

70. Ad 5. *D.* Philosophorum re nempe et nomine, *C.* nomine, et quidem immerito sibi assumpto, *N.* Auctoritas philosophorum in iis, quae ad sensum naturae communem spectant, nec doctrinam exigunt, sunt minoris auctoritatis, quam populus ipse, si extrinsecum, ut ita dicam, nomen quoddam excipias. Quis enim philosophos dicat cos, quorum philosophia in sola impietatis professione consistit? His igitur naturae monstris merito praeferuntur rudes atque inculti populi, qui naturae ductum, communem sensum et antiquam traditio-

nem quamdam deorum? quam appellat πρόλρψιν Epicurus, ἔtc. Et alibi.

47) Cons. Bergier, *op. cit.* tom. II chap. 4. art. 12. §. 1 et seqq.; Feller, *Catéchisme philosophique,* liv. I. chap. 1. §. 7; Tournemine, *Réflexions sur l'athéisme,* ad calcem operis, quod inscribitur *Démonstration de l'existence de Dieu par Fénélon,* édit. Lyon 1805.

48) *Syst. de la nat.* part. II. chap. 10 et 11.

49) Ibid. tom. I. chap. 13. pag. 260, 275, 279; *Lettre de Trasibule,* pag. 285.

50) Certe Cotta apud Ciceronem, *De nat. dear.* lib. I. cap. 23. nullum gentium exemplum protulit atheorum, sed contentus fuit vagum ingerere dubium, *equidem arbitror,* inquiens, *multas esse gentes sic immanitate efferatas, ut apud eas nulla suspicio deorum sit.*

51) Observat comes de Maistre in opere quod inscribitur: *De l'église gallicane,* lib. I. chap. 9: *Pour l'honneur du genre humain l'athéisme jusqu'à nosjours, peut-être, n'a jamais été une secte.* Immo plures sunt, qui absolute negant exstitisse veros atheos positivos et ex vera persuasione. Cons. Tournemine loc. cil. et Feller pariter loc. cit.

nem sequuti, veritatem conservarunt, quam illi nulla convictione ducti, immo reluctante conscientia obstinate rejiciunt. Nego praeterea suppositum ex dictis.

71. II. Obj. Dato etiam facto, nihil inde deducitur, quia haec Dei notio repeti potest 1. ex timore, juxta illud Petronii dictum:

Primus in orbe deos fecit limor, ardua cocio
Fulmina cum caderent

vel 2. ex ignorantia legum physicarum, qua factum est, ut Deo tribuerentur phaenomena, quorum causa ignorabatur: 3. ex domestica institutione; 4. ex sacerdotum fraude; 5. ex legislatorum auctoritate; vel 6. ex quadam propensione homini naturali; ergo.

72. Resp. ad 1. A'. cum videamus apud omnes populos divinitatem coli conviviis, ludis, spectaculis, diebus festis, etc. Prima sacrificia, quorum mentio fit in historia, sunt illa, quae obtulerunt Cain et Abel, quae tamen pro objecto non habebant nisi gratiarum actionem pro acceptis beneficiis et testimonium erga Dei majestatem ac bonitatem. Addatur timorem potius causam esse, cur athei quaerant sibi persuadere Deum non esse; constat enim quo scelestiores homines sunt, eo magis illos dubitare de Dei existentia nb conceptum poenarum metum. Ex quibus merito concludimus timorem potius atheismi originem esse, quam inductae persuasionis de Dei existentia. Profecto non timeretur Deus, nisi prius ejus existentia crederetur.53 Dogma

In fragmentis, pag. 676. edit. Burmann. Petronius merito dictas est *auctor purissimae impuritatis.* Ex hoc autem auctore mutuatus est Raynal, sive auctor operis quod inscribitur *Histoire philosophique et politique des deux Indes,* liv.VIL pag. 1, suam religionis definitionem: «La religion est l'effet du sentiment de nos maux et de la crainte des puissances invisibles.

M) Cl. Gerdilius agnoscit fontem et originem universalis consensionis omnium hominum circa divinitatis cultum in praenotione quadam anteriori justi et injusti, quae includit praenotionem Dei supremi legislatoris. Praestat ipsius verba afferre: >.Cantisi pure, *ait ipse,* quanto si vuole il celebre verso: *Primus in orbe deos fecit timor;* il timor non avrebbe giammai potato creare gli dei nella fantasia degli nomini, se non avesse giâ trovala la mente loro imbevuta delle nozioni del giusto e delP ingiusto, per le quali conoscendo essi le loro scelleraggini, e condannandole internamente, e degne stimandole di vitupero e di castigo, cominciassero a provare i crudeli rimordimenti della macchiata coscienza. Nè questo timore eccitato dalla coscienza dei delilto più oltre sarebbe proceduto, nè ad altro avrebbe potuto indurre gli uomini, che a cercare un compenso contro la vendetta degli altri uomini, nè mai avrebbe avuto forza di fare idcare un punitore in cielo, se credulo non avessero, che Piniquità è rea in se slessa, non solo da fuggirsi, perché viene dagli altri uomini castigata per lo male, che ne ricevono, e se a questa nozione morale del giusto e dell' ingiusto non andasse naturalmenle unila la *prenozione alnieno confusa del supremo legislatore,* il quale prima delP areopago e prima degli editti del pretore ha segnato ed impresso con elemi caratteri e vivaci la legge, che vieta Pomicidio e il tradimento, c rende odiosa allo scdlerato stesso la propria malvagita." Cons, in *Discorso preliminare delle dispositioni dello spirito nello studio della religione,* pag. 77 el seqq. opp. edit. Rom. tom. EX. Cons, etiam Cicero, lib. I. *De legibus.*

existentiae Dei opponitur omnibus cupiditatibus; hinc oritur illa, quam recte comes De Maistre vocavit *theophobian* seu Dei horrorem, qua non parum laborant philosophi matorialistae.

73. Ad 2. pariter *N.* Alioquin quo populi cultiores fierent, minus in Deum crederent, attamen experientia contrarium evincit. Physici ac philosophi qui peritiores, iidem· et religiosiores quoque fuerunt, ut exempla Newtoni, Euleri, Galilaei aliorumque confirmant. Hinc celebre illud Baconis a Verulamio dictum : *Leves gustus in philosophia movere fortasse posse ad atheismum} sed pleniores haustus ad religionem, reducere.* 54

74. Ad 3. *N.* In primis enim quaeri posset, qui factum fuerit, ut domestica institutio, quae in reliquis omnibus apud diversas nationes adeo varia est, in hoc solum fuerit adeo constans ac uniformis? Deinde dicimus non potuisse hujusmodi institutionem induci, nisi praecessisset cognitio existentiae Dei.

75. Ad 4. *N,* Aliter deberent prius supponi sacerdotes quam Deus, ad cujus cultum sacerdotes instituti sunt, quod est absurdum. Sublata enim idea Dei nullum jam locum habere potest sacerdotium, quod ad Deum honorandum assumitur.

76. Ad 5. Eadem ratione negatur, nisi enim prius in populis viguisset persuasio existentiae Dei, numquam potuissent legislatores eo medio uti ad populos in officio continendos, cum idea Dei et religionis anterior sit qualibet societate.55 Facta insuper ac monumenta historica adversariis refragantur. Non desunt ex atheorum antesignanis, qui effutiant divinitatem maximum esse regum hostem s6, nec potuisse propterea ab ipsis excogitari.

77. Ad 6. *D.* Ex propensione homini naturali una cum persuasione, *C.* ex sola propensione in sensu adversarii, AT. Nullum utique dubium est hominem in se experiri veram indigentiam religionis, ac proinde existentiae Dei; non minus enim Deus cordi nostro necessarius est, quam cibus nostrae conservationi. Attamen haec propensio non excludit, immo supponit intimam persuasionem Dei existentis, quem omni hominum classi et ordini caeli ac terra atque omnia et singula objecta perpetuo praedicant; siquidem fieri nequit, ut homo identidem extra se veluti raptus, naturae contemplatione secum non reputet conditam eam esse a suprema, omnipotenti ac sapientissima causa, quae se prodit in maximis et in minimis objectis eorumque mirabili relatione, motu, legibus, etc.

78. HI. Obj. 1. Errores non pauci universales fuerunt, uti eclipseon et meteorarum timor opinio motus solis circa tellurem, astrologia judiciaria,

M) *De augm. scient.* lib. I.

w) Cons. opusculum *Origine des lois, des arts et des sciences,* part. I. liv. I. chap. 1. Cons, etiam Feller op. cit. n. 9t et seqq.

5β) Sic auctor libri cui nomen *Essai sur les préjugés,* pag. 387.

Perrone, Praelectione» theolog. IV.

polytheisnius atque idololatria, aliaque non pauca; ex unanimi igitur populorum consensione frustra Dei existentia adstruitur; praesertim 2. cum nullus populus fuerit, qui rectam de Deo notionem habuerit; 3. ipsis judaeis non exceptis57, qui neque ejus spiritualitatem, neque immensitatem agnoverunt, sed nationalem existimarunt, ut ceterae gentes suos habebant. 4. Cum vero perinde sit male de Deo sentire ac Deum ipsum destruere, ex generali polytheismo jure iterum concluditur nullum esse argumentum, quod ex humano consensu deducitur.

79. Resp. Ad 1. *D.* Universales et constantes, iV. universales, *subditi.* ita tamen ut eorum causa et origo cognoscatur, *C.* ita ut ignoretur, A' In primis igitur adnoto ejusmodi errores non fuisse adeo universales, prout universalis est persuasio existentiae Dei, multo minus constantes prout constans est sententia de Dei existentia, ut patet ex facto. Praeterea novimus originem ejusmodi errorum. Sensuum illusio induxit opinionem de solis motu. Ignoratio causarum eclipseon earum timorem injecit, ut cometarum improvisa apparitio, subitique aliarum meteorarum casus astrorumque opinata animatio ortum fortasse dederunt astrologiae. Neque philosophi hac in parte sapientiores populo fuerunt. 59 Polytheismus atque idololatria, ut suo loco ostendimus, nonnisi serius inducta sunt, neque ita obtinuerunt, ut vestigia ubique non occurrant ideae seu notionis cujusdam supremi numinis, quae semper conservata est ac nullibi penitus extincta. 60

80. Ad 2. *D.* Ita ut omnis vera Dei notio ab ipsis exulaverit, xV. ut novis fuerit processu temporis superstitionibus foedata, *C.* ut patet ex dictis. Addo hic agi de existentia Dei, non autem de recta vel erronea ipsius divinitatis notione.

81. Ad 3- A. Grandiores enim Dei ideae, sensus sublimiores divinitatis in judaeorum scriptis reperiuntur: ea nostri poëtae adeunt atque oratores, ut

5T) Ralionalistae in hac sententia sunt, judaeis minime rectam Dei ideam fuisse, neque talem exhiberi in Veteris Testamenti libris. Quod ut pateat, operae pretium ducimus aliquod ex ipsorum libris testimonium promere. Sic enim scribit Wegschcider, op. cit. §. 9. n. a: .Omnino modus, *inquit,* quo idea numinis a diversis populis effecta est, magnopere pependit a reipublicae forma, quae apud alios populos alia exteret Sic regimen patriarchale, quod apud Israelites primo obtinuit, facillime ad monotheismum eos perduxit, nisi hanc numinis notionem ab aegypliis repetere malueris. Ceterum rarissime monotheismum existere omni modo purum, vel judaeorum docet exemplum, qui Deum tamquam sibi *ἐγχώριον* (localem), aliarum gentium diis longe polentiorem (quod suo loco confutabimus); el ipsorum Christianorum incultiorum, qui partim *tritheismum* el cullum hominum sanctorum prae se ferunt, partim satanam ejusque angelos tamquam Deo hominibusque infensissimos ✻metuunt. Soli tandem rationalisée purum in mundum monotheismum intulerunt. Sic etiam Kâfer, *Bibi, theol.* L 58.

M) Ita ipse La Place in suo *Essai philosophique,* etc. pag. 4 et seqq. qui his abutitur ad suum finem.

*·) Cf. Cicero, *De natura deorum,* lib. I. cap. 13 et seqq. edit. Taur.

‹e) Cons. Feller, op. cit. n. 93.

indo suas sententias derivent. Quod vero subdunt adversarii de angustis ideis judaeorum circa ipsius spiritualitatem, immensitatem, etc. satis refellitur ex iis, quae leguntur Jcrem. XXXII. 17 et seqq., ubi sic propheta ad Deum orat: *Ecce tu fecisti coelum et terram in fortitudine tua magna, et in brachio tuo extentoj non erit tibi difficile omne verbum. Qui facis misericordiam in millibus .... fortissime, magne et potens .... magnus consilio et incomprehensibilis cogitatu; cujus oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam,* etc. Et alibi: *Numquid non coelum et terram ego impleo, dicit Dominus?* (Jerem. XXIII. 24.) Hinc usitata apud illos jurandi formula: *Vivit Dominus, in cujus conspectu sto;* ut alia innumera omittam, integra siquidem Scriptura fere esset exscribenda. Commentum porro recentiorum protestantium biblicorum est, quod dicitur de idea nationali Dei apud judaeos recepta, ac dolendum quod aliqui ex nostris idem adoptare non erubuerint. 61 Orta est haec opinio ex eo, quod Deus se exhibeat velut specialem hebraici populi patrem ac defensorem; quod verissimum est, ob peculiare foedus Deum inter ac populum illum initum. At haec confundenda inter se minime sunt, cum immane distent. Quod attinet ad ceteras gentes, non moramur.

82. Ad 4. *N.* Cum enim ex eodem principio a diversis diversae sive bonae sive malae consecutiones deducantur, patet omnes principium illud admittere, quod pro se omnia suffragia ac generalem consensum habet. Quaecumque sint ideae, quas sibi populi cuderunt circa divinitatem, certum est eos in ipsa admittenda divinitate conspirasse. Potest quis decipi in assignando vero horologii opifice, numquid propterea decipietur in aliquo opifice ejusdem statuendo? Omnes quaerunt felicitatem, at non omnes conveniunt circa felicitatis objectum; alii enim in honoribus, alii in divitiis, in voluptatibus, etc. illud collocant: numquid propterea negari potest hominem ad felicitatem ferri? Falsum itaque est, quod ab atheistis assumitur, perinde esse diversas divinitatis notiones admittere ac nullam admittere. Quod Deus existât, vox naturae est, ideoque constans et uniformis; multiplices vero ac depravatae de Deo sententiae non sunt nisi peculiares uniuscujusque aberrationes, circa quas propterea populi dissenserunt, quaeque non extitissent, nisi praecessisset idea divinitatis. Eadem ferme ratione ac omnes, qui Christiano nomine censentur, conveniunt circa existentiam et veritatem christianismi, sectae autem ac. protestantismus sunt corruptiones peculiares Christianae professionis, et circa quas mirifica semper fuit inter sectarios discrepantia. 62

*·) Inter ceteros Fr. Oberthür in sua *Idea biblica Ecclesiae Dei,* vol. I. edit. alL Solisbaci 1828. pag. 107. scribit: «Ipsi maximam partem israëlitae, Deum, quem unum, summum maximumque profitebantur, ut unum suae gentis, el Palaestinae terrae Deum, polentiorem tamen quocumque alio aliarum gentium et terrarum numine sibi cogitasse videntur.··

62) Cons. Segneri, *L'incredulo senza scusa,* part. I. cap. 3. §. 8.

CAPUT II.

83. Adversantur unitati Dei polytheistae, sive plurium deorum cultores. An ejusdem erroris rei traduci debeant, qui vulgo *tfualistae* audiunt, seu assertores duorum principiorum, praesertim inter eos, qui ex Christianis prodierunt, res valde implexa est, de quibus infra agetur. Tritheistae pariter ejusdem perversitatis traducuntur, eo quod tres divinas personas, non solum relatione, sed natura praeterea ac substantia realiter distinctas affirmarint.

84. Polytheismus licet antiquissimus sit, ac longe lateque diffusus, est tamen monothcismo posterior, ejusdemque corruptio, prout jam observatum est; veritas in his praesertim necessario est anterior errore, cum error in mente nostra non sit nisi corruptio veritatis. Documenta historica id apertissime evincunt. [1] Hinc assentiri non possumus nonnullis neotericis, qui temere affirmant etiam apud hebraeos polytheismum praecessisse notioni existentiae unius Dei.

85. Etsi vero idololatria proprie sumpta confundi non debeat cum polythéisme, ad eum tamen revocari solet ob superstitionum necessitudinem. Idololatria tum latiori tum stricto sensu accipi potest. Stricto enim sensu est cultus superstitiosus imaginum, quae vel ut dii habentur, vel falsos deos repraesentant. Latiori et theologico sensu idololatria dicitur quicumque cultus, qui exhibetur tamquam Deo cuivis objecto sensibili, naturali vel manufacto.

86. Haec peculiarem et accuratam disquisitionem postulant ob exortas aetate hac nostra quaestiones. Ut autem ea, qua par est, perspicuitate progrediamur, duo in primis distinguenda sunt, *objectum* et *subjectum* idololatriae, seu spectari debet idololatria tum a parte rei, ut fertur, tum a parte colentium.

87. Ex parte *objecti* multiplex distinguitur idololatria; ac 1. *sabaeismus,* seu *astrolatria,* seu cultus astrorum, ut sunt sol, luna, stellae eorumque imagines (Exod. XX. 4, 5; Deut. IV. 16, 19; V. 8. 9.). 2. *Zoolatria,* seu *cultus animalium,* ut sunt quadrupedes, aves, insecta, pisces, serpentes, etc. (Bom. L 23.). 3. *Antbropolatria,* seu cultus hominum, eorumque simulacrorum, qui robore, potentia aut prudentia pollentes, in alios vel benefici vel

[1]) Id luculenter ostendit liber Geneseos, in quo cultus unius Dei ab ipso mundi exordio obtinuisse traditur. Ex historia veterum populorum idem facile colligitur. Jure propterea, saltem hic, Jahn scribit: «Qui contendunt primam hominum religionem fuisse felicismum seu cultum creaturarum, el idololatriam, a priori confingunt historiam, et gratis sumunt homines in cognitionibus semper ascendere et numquam descendere, quod universa historia, et praesertim historia religionis refellit, quae permultos descensus, et etiam hebraeorum frequentes in idololatriam relapsus memorat. [1] *{Archaeol.* §. 400.)

maleflci, demum defuncti divis acceneebantur.3 Recentiori aevo, florente licet philosophiae studio, scelestissimi quique reges et imperatores adhuc viventes templa obtinebant, in quibus a sacerdotibus sacrificiis colebantur.3 4. *Cultus rerum sensu carentium,* ut sunt terra, mare, venti, fluvii, ignis, lapides, plantae etc., ad quam idololatriae speciem reducitur *feticismus,* seu cultus illorum idolorum, quae ex lapide, ligno, etc. quisque sibi ut deos efformat. 5. *Baemonolatria,* seu cultus daemonum; pleraeque enim gentes malignos spiritus deos credebant, eorumque imagines venerabantur, ut aegyptii Typhonem, et mehestani Ahrimanium et innumerabiles ejus daemones. Diversa autem haec numina cogi posse, et quiescere, et dormire, et ad sacrificia, in aliis regionibus oblata, tamquam ad epulas proficisci credebantur. * Quumque diversi sexus fingerentur, pleraque etiam in matrimoniis vivere, immo adulteria patrare, et cum hominibus se commiscere existimabantur. 6. His addendus est *cultus imaginum rerum abstractarum,* famae, concordiae, pietatis, fidei, fortunae 5, nec non malorum, sive physicorum, ut febris, orbonae, infortunii, etc. sive moralium, ut contumeliae, imprudentiae. 6 His omnibus velut diis altaria erigebantur et templa.

88. Ex parte *subjecti;* seu eorum qui foedis his superstitionibus tenebantur, multiplex pariter distingui debet ratio tendendi in ejusmodi numina pro varia colentium opinione, cultura, aetate seu aevo rudiori et incultiori. Multitudo seu populus recensita objecta eorumque simulacra vel omnia vel saltem pleraque ut vera numina habebat, quibus sacrificia, preces, vota offerebat, ut ex dicendis constabit. Alii autem statuas ut sedes saltem deorum existimabant, in quas numina per consecrationem tamquam incantamentum cogerentur; hinc illis quoque motus humani tribuebantur.7 Alii solem pariter, lunam ac sidera ut deos colebant, dum alii illa velut deorum sedes, aut symbola et emblemata venerabantur. Sequiori tamen aevo philosophi nonnulli pluralitatem deorum ut unius ejusdemque divinitatis symbola et attributa varia atque operationes spectarunt; seu verius, mythologiam et poetarum commenta hac ratione exponere conati sunt. 8

89· Ex levi hac polytheismi et idololatrici cultus adumbratione, sub

') Herod, lib. I. 131, 144; Cicero, nus in *Dial, de sacrificiis.* III. Reg. *Ouaest. Tuscul.* I. 12, 13; *De nat. deor.* L 42; III. 15, 23; Diodorus siculus, V. 74, 80; Fl. Joseph. *Archaeol.* lib. IX. 4, 5. Hinc dii mortui passim in bibliis dicuntur.

') Cf. Joann. Alberti Fabricii, *Bibliographia antiquaria,* Hamburg. 1760. pag. 367.

') Hiad. I. 423, 424, 609, 611; Lucia- XVIII. 27, 28.

5) Cic. *De nat. dear.* lib. III. 16, 23, 24; *De leg.* lib. II. cap. 8. ed. Taur.

s) Plin. *Distor, natur,* lib. IIL 5.

7) Curtius, lib. IV. 11; Diod. siculus, lib. XVI. cap. 46; Plin. *Hist, natur,* lib. XXXVIII. cap. 4; cf. Joann. Alb. Fabric, op. cit.

®) Cf. S. August. *De civit. Dei,* lib. VI; Lad. *Div. Dut.* lib. V et VI.

duplici respectu considerati, colligitur 1. non omnes quidem ethnicos pari superstitionis gradu sorduisse, sed alios plus alios minus; 2. infertur non omnes simulacra ut deos habuisse, sed plures illa vel ut sedes deorum, vel saltem ut divina quadam virtute praedita existimasse; 3. quod consequens est. non omnes et singulos cultu absoluto, sed multos solum relativo cultu eis honorem impendisse; rudiores quosque sive multitudinem, nempe populum. tum in pluralitatem deorum credidisse, tum passim eorum eftigies ac simulacra pro veris numinibus habuisse, iisque. cultum tribuisse absolutum; 5. cum pleraque ejusmodi numina reali carerent objecto, vel saltem destituerentur objecto sensibus et vita praedito, cujusmodi e. gr. erant omnia numina abstracta superius recensita, vel etiam Jupiter, Mercurius, Venus etc., infertur reos idololatriae proprie dictae eos omnes fuisse, qui etiam solo cultu relativo eorum colerent simulacra.

90. Quoad priores idololatriae species vix ulla est controversia; ast non modica viguit et viget circa reliquas postremas duas. Protestantes enim plerique, ut faciliorem viam sibi sternerent ad accusandam ecclesiam catholicam idololatriae in cultu imaginum, commenti sunt omnem ethnicorum cultum perinde ac cultum israëlitarum, qui accusati frequenter sunt in Scripturis idololatricae superstitionis, fuisse semper relativum, nusquam vero absolutum, atque israëlitas reos tantum in eo fuisse, quod effigies veri Dei contra legis praescriptum venerati fuerint, non autem quod falsa numina reipsa coluerint Neoterici autem nonnulli scriptores his annis, protestantium vestigia hac in parte premere haud veriti, duo affirmarunt: 1. ethnicos pluralitatem deorum minime admisisse; 2. eos idola non coluisse nisi ut diversa simulacra unius veri Dei, ut sic adstruerent *consensum communem* generis humani in unius Dei veritate admittenda.

91. Nostrarum igitur partium esse debet ostendere 1. ethnicos, immo et israëlitas infideles, passim polytheismi crimine se polluisse; 2. eosdemque idololatriae proprie dictae reos pariter passim extitisse.

92. Nunc vero praestat nonnulla breviter perstringere ex iis, quae ad dualismum spectant. Doctrina de duobus principiis inter ethnicos antiquissima est ac longe lateque, inter orientales praesertim, diffusa. 9 Ortum fortasse duxit ex corrupta traditione lapsus angelorum, tentationis ac transgressionis primorum parentum. Nonnulli protestantes sibi visi sunt deprehendere dualismi vestigia apud judaeos, maxime ab exilii babylonici temporibus 10; sed perperam. Ex Christianis dualismum instaurarunt Cerdon, Marcion, Apelles et Manes, a quo manichaei, qui per plura saecula ecclesiam divexarunt. Oblivioni a non paucis saeculis datus erat dualismus, quum Bayle, lascivienti in-

·) Cf. Ramsay, *Discours sur la mythologie.*

,0) Wegscheider, §. 7. η. 6, aliique apud ipsum, ibid.

genio suo plus quam par esset indulgens, omni arte ac vafritie illius argumenta instaurare atque in novo lumine ponere aggressus est, tum in suo dictionario, tum in aliis operibus passim.

93. Tritheismus vix natus, opera praesertim cujusdam Philoponi, in sua obscuritate jacuit. 11 Ariani tamen ac sabelliani catholicos tritheismi jamdiu accusarunt. Gibbon veritus non est hanc ipsam calumniam sanctis patribus, acerrimis arianismi impugnatoribue, denuo impingere.12

94. Ex his erroribus leviter delineatis ad quaestionis, quam suscipimus, explanationem patet, muneris nostri esse I. statuere Dei unitatem; II. ex hac propositione veluti principio quodam generali constituto, propositiones reliquas tamquam totidem corollaria deducere, sive adversus polytheistas atque idololatrae, sive adversus dualistas. Quod enim spectat ad tritheismum, quem uon vacat hic speciali ratione refellere, de eo commodius agemus in tractatu de Trinitate, ubi catholicos et ecclesiae patres ab impacta calumnia vindicabimus. Sit igitur

PROPOSITIO L

Deus unus est.

95. Haec propositio de fide est, ut patet tum ex symbolo nicaeno ac constantinopolitano: *Credo in unum Deum,* tum ex concilio generali lateranensi IV. cap. *Firmiter,* ubi in fidei catholicae professione dicitur: *Firmiter credimus et simpliciter confitemur, quod unus solus est verus Deus.* Sensus autem propositionis est, ut Deus unus dicatur *numerice,* non autem *specifice,* adeo ut nonnisi unicus et singularis natura Deus sit admittendus.

96. Ejusdem propositionis veritas non solum ex omnibus illis Scripturae testimoniis evincitur, in quibus perpetuo Dei unitas praedicatur, ut Deut. VI. 4.: *Audi Israël: Dominus Deus noster. Dominus unus est;* et Marci XII. 29: *Audi, Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est,* et alibi passim; sed etiam ex ratione, seu ex ipsa notione Dei. Deus enim, ex dictis, est ens, quo nihil majus cogitari aut dici potest, est ens necessarium, a se, aeternum, infinitum omnique perfectione praeditum; jam vero quod ejusmodi est, non potest nisi unum esse, alioquin si plura ponerentur, ipse Dei conceptus ac notio destrueretur, quae necessario unitatem includit, cum dii pares

11) Joann. Damasc. *De haeres,* n. 83. ••dit. Lequien. Ex rcccntioribus cf. Petav. *De Trinitate,* lib. I. cap. 10. §. 9; Bergier, *Diet, de thèol.* art. *Trithèisme.* Saeculo superiori tritbeismum renovarunt Petrus Faydit et Ani. Oehmbs. Hic posterior vulgavit Mogunliae 1789 tractatum *De Deo ano et trino,* quem universitas coloniensis anno 1790 refutavit et damnavit.

n) Hist. Casus Imp. rom. cap. 20 et 21. inter quos recenset profanus homo s. Gregorium nazianzenum et s. Athanasiuni.

omnes et aequales in hypothesi pluralitatis deorum admitti deberent, vel alii aliis inferiores, quod non minus absurdum esset atque a Del notione abhorrens.

97. Hinc merito Tertullianus sic Mareionem, pluralitatem deorum invehentem, energice perstringebat: *Deum,* inquit, *ut scias unum esse debere, quaere quid sit Deus, et non aliter invenies. Quantum humana conditio de Deo definire potest, id definio, quod et omnium conscientia agnoscet, Deum summum esse magnum..... Cum de isto conveniat apud omnes (nemo enim negabit, Deum summum magnum quid esse, nisi qui poterit Deum imum modicum quid e contrario pronuntiare, ut Deum neget auferendo quod Dei est), quae erit jam conditio ipsius summi magni? Nempe ut nihil illi adaequetur, id est, ut non sit aliud summum magnum; quia si fuerit, adaequabitur; et si adaequabitur, non erit jam summum magnum, eversa conditione et, ut ita dixerim, lege, quae summo magno nihil sinit adaequari. Ergo unicum sit necesse est, quod fuerit summum magnum, par non habendo, ne non sit summum magnum..... Proinde Deus, cum summum magnum sit, recte veritas nostra pronuntiavit: Deus, si non unus est, non est;.....porro summum magnum unicum sit necesse est; ergo et Deus unicus erit, non aliter Deus, nisi summum magnum; nec editer summum magnum, nisi parem non habens; nec aliter parem non habens, nisi unicus fuerit.*[1]

98. Eadem ratione argumentatur Cyprianus, Athanasius, Hilarius, Lactantius, Joannes damascenus apud Petavium[2]. et s. Thomas *Contra gentes* tum in *Summa*[4], ubi eamdem veritatem ostendit et ex Dei simplicitate et ex infinitate ejus perfectionis, tum denique ex unitate mundi, seu ex unitate, quae elucet in ordinatione mundi. Quae quidem aliaque ejusmodi argumenta evolveremus, nisi ageretur de re nunc temporis non necessaria, cum polytheismi error obsoletus sit, nec praeterea vacet in hoc refellendo diutius immorari.

DIFFICULTATES.

99. Obj. Polytheismus non excluditur a Sacris Litteris, immo quodammodo iis insinuatur. 1. Deus enim iis nominibus designatur, quibus indoles religionis judaicae antiquioris *polytheistica* panditur: cujusmodi est nomen *Elohim,* apud hebraeos usitatum in plurali numero. 2. Historia docet ceteras religionis species, in Asia repertas, polytheismo superstructas fuisse; et 3. ipsos israëlitas, cultus religiosi mosaici quasi quodam jugo oppressos, quavis data opportunitate ad idololatriam reversos esse.[5] Quare

*) *Contr. Mareionem.* lib. I. cap. 3. edit. Rigalt.

') *De Deo,* lib. I. cap. 4.

3) Lib. I. cap. 42.

*) Part. I. quaest. 9. ari. 3.

») lia Weçscheider §. 52. n. d.

4. in Veteris Testamenti libris non una eademque nnminis idea pura, sed ea potissimum obtinuit notio, quae Deum praedicat mundi creatorem (Gen. I. 1: Ps. XCVI. 5; Is. XL. 28.) naturam celsissimam (Ps. CXLIV. 3.), alii naturae nulli, neque aliorum populorum diis comparandam (Exod. XVIII. 11; Dent. 111.24; Jos. XXIII. 7 seqq.; Ps. LXXXV. 8, 9; CXLV. 5 et seqq.; Isaïae XIX. 1.), omnium rerum, et sensu quidem peculiari israëlitarum eorumque reipublicao summum dominum atque moderatorem (Exod. VI. 3; Jos. XXIV; Jud. II. 1, 14; Ps. XIX. 2, 7, et aliis locis), quem propterea ΓΤiΠ" *Jehovah,* quod nomen Dei Israelites *ἐγχωρίον (indigetis seu localis)* proprium recte vocaveris6; ergo.

100. **Resp.** *N. A.* Ad 1. *N.* Nemo enim est qui nesciat in linguarum usn non tam ad vocum etymologiam vel nativam significationem quam ad sensum, quo usurpari consueverunt, attendi debere, ut innumeris exemplis petitis sive a linguis antiquis sive recentioribus ostendi facile posset. Cum autem falsum sit adversariorum principium de indole polytheistica israëliticae religionis antiquioris, cujus ipsi nullum afferunt documentum, hinc jure negamus hoc indicatum fuisse per Dei nomina plurali numero expressa. Sane Moyses, loquens de populo israëlitico, dum adhuc in sua infantia esset, aperte contrarium supponit, immo exprobrat infidelitatem ejusdem populi in cultu, quem idolis ac diis gentium praestitit, velut novitatem, dicens: *Immolaverunt daemoniis et non Deo, diis quos ignorabant, novi recentesque venerunt, quos non coluerunt patres eorum, Deum qui te genuit, dereliquisti, et oblitus es Domini creatoris tui...* Hinc Moyses semper unicum Deum exhibet in creatione, in patriarcharum cultu, a quibus hebraei originem traxerunt, eum vocando Deum Abraham, Isaac et Jacob, cui jamdiu sacrificia obtulerant Abel et Caïn ac postea Noë. 7

101. Ad 2. *Neg.* historiam docere ceteras religionis species fuisse superstructas polytheismo, quum potius contrarium doceat. Etenim historia omnium antiquissima est mosaica; jam vero historia mosaica aperte tradit in mundo prius obtinuisse monotheismum, nec nisi post diluvium saltem positivis documentis ostendi potest inolevisse inter homines polytheismum, et quidem per successivam defectionem, quae magis crescebat, quo magis homines recedebant a primaeva institutione per veri Dei oblivionem. Hinc videmus tum in Aegypto tum in Chananitide longius conservatam notionem unius Dei, ut patet ex Gen. XII. 18, ubi Pharao agnoscit se a Deo plecti ob usurpatam sibi uxorem Abraham; tum ex cap. XIV. 18 et seqq. ubi Melchisedech rex Salem ut cultor unius Dei exhibetur; rursum ex cap. XX. 3, 4, 11, Abimelech regem

e) Ibid.

') Cons. *Ueber den Monotheismus,* etc. seu *be monotheistno tamquam primitiva religione humanitatis tentamen,* per Franc. Xav. Frit, etc. in *Ephem. Theol.* edit, a D. Joann. Plelz. anno 6. fasc. IIL

Gerarae monothaiBtam fuisse patet; ut alia documenta omittam, quae tum in libris mosaYcis, tum in libris Job, Josue et Judicum expendi possunt. s) Itaque non inonotheismus polytheismo superstructus est, sed contra polytheismus, uti protestantismus. sive haereses sua nova lege deliciendo a vera religione pullularunt

102. Ad 3. At;ç. suppositum, israëlitas nempe propter legis suae oppressionem. ad idololatriam reversos esse, ut patet ex dictis; ipsi enim potius ceterarum gentium scandalo, quod ob ipsorum oculos semper versabatur, trahebantur facili irritamento ad illorum deorum cultum, qui omnibus cupiditatibus favebat. habita praesertim ratione rudioris ac materialis indolis illius populi, qua factum est, ut observat s. Augustinus 9, ut illo rituum apparatu, velut sepe, divina providentia circumcingeretur, ne difflueret ad ritus finitimarum nationum; et his non obstantibus forsan defluxisset, nisi Deus speciali ratione ei prospexisset.

103. Ad 4. *D.* In sensu exclusive quorumcumque aliorum deorum, C. alio sensu, A'. Lex enim mosaica luculentissime unum et solum Deum praedicat et alium quemcumque excludit; palmaria sunt verba, quibus sic Deus loquens inducitur (Deut. XXXII. 39 et seqq.): *Videte quod ego sim solus et non sit alius Deus praeter me; ego occidam et ego vivere faciam, percutiam et ego sanabo, et non est, qui de manu mea possit eruere: levabo ad caelum manum meam, et dicam; vivo ego in aeternum,* quibus magnifice non solum unitas, sed et omnipotentia et aeternitas Dei praedicatur. Notandum porro est ex legis praescripto israëlitas istud Moysis canticum memoriae mandare debuisse: numquam propterea potuerunt absurdam opinionem adoptare de diis municipalibus, ut vocant, ac patriis aliarum gentium. Aeque luculenta sunt verba, quibus ibid. IV. 35. Moyses sic populum compellat; *Ut scires quoniam Dominus ipse est Deus, et non est alius praeter cum;* ut cetera brevitatis studio praetermittam, quae ex reliquis sacris voluminibus, prophetarum praesertim, qui populum revocant ad legis praescripta, depromuntur.

104. Quod si interdum videtur institui comparatio inter Deum hebraeorum aliarumque gentium deos, ejusmodi comparatio non fit nisi juxta persuasionem illarum gentium, quae in suis diis gloriabantur, non autem in rei veritate, quum viderimus apertissime alios deos explodi. Adde passim in Scripturis deos gentium *daemonia* vocari, ut Levit. XVII. 7: *Et nequaquam ultra immolabit hostias suas daemonibus, cum quibus fornicati sunt;* tum Deuter. citato cap. XXXII. 17: *Immolaverunt daemonio;* Psalm. XCV. 5: *Omnes dii gentium daemonia,* et alibi passim. Aperte negant Scripturae deos gen-

s) Ex libro Job, qui fortasse est omnium antiquissimus, patet monotheismum etiam apud gentiles adhuc plene viguisse.

9) Tract. IX. in Joann. -Sacrificia Hli populo pro ejus carnalitate et corde adhuc lapideo talia data sunt, quibus teneretur, quominus in idola deflueret.

tium doos esse, ut Dent. XXXII. 2t : *Ipsi me provocaverunt'in eo, qui non erat Deus;* IV. Reg. XIX. 18: *.Non enim erant dii. . . Nunc igitur Domine Deus noster salvos nos fac de manu ejus, ut sciant omnia regna terrae, quia tu es Dominus Deus solus,* et alibi saepe. Cum haec igitur de diis gentium passim in Scripturis Veteris Testamenti praedicentur, qua ratione dici potest secundum israëlitas fuisse illos vere deos, licet inferiores Deo, quem ipsi colebant ?

105. Atque hinc pariter excluditur, quod ultimo loco asserebatur, judacos Deum suum ut indigetem seu localem ac patrium, *ἐγχώ^ιον* ΠΊϊΤ habuisse ad instar aliarum gentium. Fieri utique potuit, ut rudes nonnulli, in idololatriam proni, hanc fortasse opinionem adoptarint, sed aliud est loqui de singulis, aliud de spiritu ac sensu totius gentis, ut adversarii faciunt, qui et in eo peccant, quod ex analogia aliarum gentium argumentum ducunt ad hebraicam nationem, quasi ct ipsa imbuta fuerit eodem errore, in quo gentes ceterae versabantur, quae pessima quidem est argumentandi ratio. Nonne ridiculum se praeberet, qui vellet adscribere ecclesiae catholicae absurda, quibus protestantismus scatet? Haec tamen methodus est biblicorum rationalistarum, quibus et inter cetera fixum atque statutum est Deum hehraeorum fuisse localem: cum tamen nulla gens sit, quae tam alte de Deo senserit, ejusque in gentes omnes dominatu, quam natio judaica, quemadmodum patet ex Psalmis, in quibus gentes passim invitentur ad laudandum Deum.

106. **In st.** Nec pauca nec levia sunt hujus opinionis fundamenta in sacris Bibliis; Deus enim 1. plurali numero, Gen. I. 26, loquens inducitur: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram :* tum ibid. cap. II. 18: *Faciamus ei adjutorium simile sibi;* et cap. ΠΙ. 22: *Ecce Adam quasi unus ex nobis,* et alibi. Hanc etiam 2. Christus ipse indicat illis verbis: *Ego dixi: Dii estis,* quibus (Joann. X. 34) ipse se comparat; atque 3. apostolus, I. Cor. VIH. 5: *Si quidem sunt dii multi et domini multi.* Sane 4. si non repugnat juxta Christianam doctrinam plures esse personas divinas realiter distinctas, nec repugnat plures deos esse, qui plus minus eamdem divinam naturam participent '°; ergo.

107. **Resp.** *N.* A. Ad 1. probat. *D.* Ad insinuandam pluralitatem deorum, *N.* ad indicandam pluralitatem personarum in Deo, ut patres exponunt, vel alia de causa, *C.* Cum Moyses constanter monotheismum absolutum velut primarium legis articulum ponat, non potuit profecto iis verborum formulis uti, quae favere possent polytheismo, a quo perpetuo nititur abducere isracliticum populum ; quare vel dicendum in praedictis locis, in quibus Deum

,0) Argumenta, quae in favorem polytheismi desumi possent ex miraculis atque vaticiniis et oraculorum responsis, jam diluimus in tractatu *De vera religione,* part. I. n. 226 et seqq.

phirali numero loquentem inducit, insinuaro pluralitatem personarum in Deo, ut ecclesiae patres communi consensu exponunt atque interpretes catholici, et antiquiores ipsi protestantes11, quod nos pro certo habemus, cum nulla alia expositio satisfaciat12; vel aliam rationem fuisse, quae nos lateat, promiscue usurpandi numerum pluralem pro singulari. Ceterum alter textus ex Gen. II. 18. desumptus, hebraice est numero singulari: *fa·dam eij* etc.

108. Ad 2. iV. Christus enim se comparat judicibus vel prophetis, ad quos sermo Dei factus est, et quidem relate ad solam denominationem, non autem ad naturam divinam, ut patet ex contextu, et nos suo loco ostendemus.

109. Ad 3. *D.* Qui tales dicantur ex ethnicorum hominum opinione, *C.* qui tales sint, A; Non alium esse sensum apostoli contextus evincit.

110. Ad 4. *Neg.* paritatem. Personae enim in Deo non distinguuntur in natura, quae una eademque in omnibus est, sed in relationibus; dii autem totidem distinctis naturis ac diversis necessario constant. Sed de hoc argumento in tractatu de Trinitate.

PROPOSITIO II.

Ethnici vel polythéisme proprie dicto vel idololatrico cultu absoluto vel passim utroque simul se commacularunt.

111. Haec propositio est tum adversus illos protestantes, qui in solo relativo imaginum ac idolorum cultu crimen idololatriae constituunt, atque inficiantur idola ipsa per se ethnicos coluisse, tum adversus illos neotericos, quos supra indicavimus, qui nullum unquam viguisse polytheismum proprie dictum adstruunt, neque idololatriam absolutam.

112. Evincemus autem ejusdem propositionis veritatem tum ex sacris

") Cons. *Critici sacri,* vol. I. ad haec loca.

”) Clericus hic adnotal emphasin quamdam in illa locutione *faciamus,* etc. Rosenmüller eam repetit ex linguae consuetudine, nam et in aliis linguis mos est, ut interdum plurali numero, de se loquenles, singuli utantur homines. Sic Job XIII. 2, 3; II· Reg. XIV. 14. ubi David in eadem orationis serie singularem et pluralem numerum promiscue de *se uno* adhibet, IL Reg. XVI. 20. Ad versum autem 22, cap. 3. Geneseos: *Ecce Adam quasi unus ex nobis,* etc. manifestum est, inquit, Deum, dum prima pluralitatis persona loquitur, sibi conjungere ceteros daemones cnbx- At, praeterquam quod allati textus ad rem non sunt, ut cuilibet eos attente percurrenti palam fiet, ne unus quidem adduci potest, in quo Deus de se plurali numero loquatur, si eos excipias, in quibus non solum ecclesiae patres, et veteres ipsi protestantes, verum ipsi rabbini non obscure insinuant pluralitatem personarum induci, ut inter ceteros ostendunt Martini in *Pugione fidei,* et Galatinus *De arcanis cath. veritatis,* et post ipsos cl. Drach, *Deuxième Lettre (Γ un Rabbin converti,* sect. IV. pag. 75 et seqq. Paris 1827.

litteris, tum ex monumentis ecclesiasticae ac profanae antiquitatis quoad utramque partem. Diximus autem *vel* polytheismo, *vel* absoluto idolorum cultu, ne quis putet nos contendere omnes prorsus ethnicos in ea perstitisse sententia, idola per se deos fuisse; scimus enim non omnibus rudem hanc stetisse opinionem.

113. Jam vero ethnicos in primis polytheismum proprie dictum admisisse, seu coluisse plures deos proprie dictos, 1. omnia illa ostendunt Scripturarum oracula, quae objurgant infideles de pluralitate deorum, cujus rei documentum luculentissimum exhibent Acta apostolorum cap. XIV. ubi ex occasione miraculi patrati a Paulo et Barnaba, lystrienses *levaverunt vocem suam, lycaonice dicentes: Dii similes facti hominibus descenderunt ad nos, et vocabant Bamabam Jovem, Paulum vero Mercurium;* in turbas vero ac in sacerdotem, qui illis sacrificare volebat, insilientes, dixerunt apostoli: *Viri, quid haec facitis? et nos mortales sumus, similes vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis converti ad Deum vivum, qui fecit caelum et terram,* etc... *qui in praeieritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas.* Ex quibus habemus ethnicos in multitudinem seu pluralitatem deorum reipsa credidisse, eum errorem praeteritis generationibus communem fuisse, et ad revocandas eas ab ejusmodi errore apostolos esse missos a Christo Domino. Hoc autem ethnicos praestitisse, absque respectu ad verum Deum, luculentissime declarat apostolus, scribens ad Galatas: *Sed tunc quidem ignorantes Deum, iis, qui natura non sunt dii, serviebatis* (Gal. IV. 8). Sic in Veteri Testamento Achior (Judith, cap. V.) meminit multitudinis deorum, quos Chaldaei colebant. 2. Idem evincunt omnia loca, in quibus dii gentium nominantur dii alieni, dii patrii uniuscujusque gentis, quae innumera prope sunt. 3. Illa pariter evincunt testimonia, quibus arguitur infidelitas hebraeorum, qui, cum a Deo recederent, ut sequerentur gentium deos, dicuntur *fornicari, adulterari,* etc. Hisce objurgationibus plenae sunt Scripturae, ac praesertim prophetarum volumina [1], metaphora ducta exinde quod, derelicto uno veroque Deo gentis israëliticae sponso sive marito, diis falsis per summam infidelitatem adhaererent.

114. Quod praeterea idololatriae crimen consisteret in cultu absoluto idolorum, id pariter luculentissime evincitur 1. ex iis locis, quibus reprehenduntur idololatrae, dicentes ligno: *Pater meus es tu; et lapidi: Tu me genuisti*[1], quod coluerint *opera manuum suarum, opera manuum hominum,* ut in prophetis passim, ac praesertim Isaiae cap. XLIV. ubi graphice describitur stupiditas idololatriae, dum faber lignarius exhibetur faciens idolum, et deinde

[1]) Exod. XXXIV. 15, 16; Lev. XVII. 7; XX. 5, 6; Jud. II. 17; VIII. 27, 33; Psalm. LXXII. 27; CV. 39; Isaiae XXIII. 17; Jerem. III. 1, 6, 8; Ezech VI. 9; XVI. 15 et seqq.; Oseae I. 2.

[1]) Jerem. II. 27.

curvatur ante illud et adorat illud et obsecrat, dicens: Libera me, quia Deus meus es tu. 1 2. Ex iis in quibus admonentur hebraei idola gentium deos non esse: quo spectat integrum caput VI. Baruch: *Videbitis,* inquit, *in Babylonia deos aureos et argenteos et lapideos et ligneos in humeris portari, ostentantes metum gentibus: videte ergo ne et vos similes efficiamini factis alienis, et metuatis, et metus vos capiat in ipsis;* et, recensitis diversis idololatrarum ritibus ac multiplici idololatriae specie, eadem semper ratione concludit: *Sciatis quia non sunt dii, nec timueritis eos.* 3- Demum, ceteris omnibus omissis, quae in eamdem rem afferri possent, facta ipsa id ostendunt in Scripturis recensita, ex quibus seligimus historiam idoli Bel et draconis (Daniel XIV.). Bel enim credebatur Deus vivens, quem propterea non solum cultu absoluto prosequebantur babylonii, sed praeterea apponebant ei per singulos dies escas, vinum etc.; idem dicatur de dracone, quem ut Deum immortalem colebant et adorabant (ibidem); ut alia praeteream. Ex his interim patet negari non posse, nisi fides Scripturae detrahatur, ethnicos tum plures deos coluisse, tum idola pro veris diis habuisse, ac tamquam deos absoluto cultu veneratos esse.

11Ô. Nunc praestat tandem propositionem documentis ecclesiasticis et profanis ostendere et confirmare. Ac primo quidem ecclesiae patres, qui profecto longe melius quam nos paganorum theologiam ac religionem cognoscebant, quum plures ex ipsis ex paganismo ad Christianam veritatem venerint, et assidue adversus ethnicorum errores ac superstitionem tunc vigentem pugnaverint, aperte utrumque propositionis nostrae assertum testantur. Ipsi enim non minus confutant eos, qui simulacra sive metallica sive lignea sive lapidea ut deos colebant, quam eos qui divinitatem tribuebant Jovi, Apollini, Veneri, Minervae, qui non fuerunt nisi homines, eosque, qui cum illis antiquis philosophis, sub istis diversis nominibus, mundum ejusque partes intelligebant. Quare vero? nisi quia inter ethnicos omnes harum superstitionum ac idololatriae species inveniebantur. Hinc aliqui sectabantur in religionis negotio fabulas poetarum, alii sensum philosophorum, plerique demum existimabant simulacra ipsa veros deos esse. ita ut philosophi ipsi praeclarissimi traherentur a multitudine ad simulacrorum cultum, quasi revera dii essent, ut testatur Origenes, loquens de Platone et Socrate.4 Hinc Minutius Felix

J Cf. Exod. XX. 23-, XXXIV. 17; XXXII. 4; Sapient. capp. XII— XV; Isaiae II. 8 et seqq»; Dan. V. 4; Jer. X.

*) Haec sunt qus verba *{Contra Ceisum,* lib. VI. n. 4.): '.-iλλ' *o! τοιαΰτα περί* τοὐ *πρώτου άγαμου γράώαντει καταβαίνουοιν εΐί ΓΙειραιία, προμυζόμενοι ώ(θεώ τρ Άρτέμιδι·* καί ὀψόμινοι *τήν* ὕπο *ιδιωτών Ιπιτελουμένην πανήγυριν* . . . αλικ- *τρυόνα* τω 'y/σκλ^,τκό *άποδιδόντε · καί fanιδεϊν* του; *Ιπΐ βοφϊα μίγα γρονοΰνται καί θεολογία, όμοιώματι εικόνof φθαρτού ανθρώπου προίκυνοΰνται εΐί τιμήν, yaUiv, Ικείνου. ϊβθ' ore δέ καταβαίνονται μετ' αίγυπτίων* ἐτί *τά πετεινό, ή τετράποδα, ή ερπετά.* Id est: »Sed illi, qui de summo bono talia scripserunt, in Piraeum descendunt, Dianae ut Deo preces oblaturi, in-

in *Octavio,* disscren» de idolo pro Deo habito, inquit: *Quando igitur hic nascitur? Ecce funditur, fabricatur, sculpitur. Nondum Deus est. Ecce plumbatur, construitur, erigitur; nec adhuc Deus est. Ecce ornatur, consecratur, oratur; tunc postremo Deus est, cum homo illum voluit et dedicavit.* Eadem ratione loquitur s. Justinus. 5 /Athenagoras vero in *Legatione pro Christianis* cap. XVII. non solum defendit Christianos ab accusatione illis impacta, quod idola ut deos non agnoscerent, sed praeterea confutat hunc errorem ostendendo Deum et idola infinito inter se intervallo distare, deinde cap. XVIII. exponit *nonnullorum* explicationem: *Sed quoniam aliqui dicunt ejusmodi simulacra imagines tantum ac repraesentationes sive effigies deorum esse* etc. 6, ideoque idola coli cultu relativo, respondet alia ratione. Ex hoc habemus ethnicos plerosque idola absolute coluisse, nonnullos cultu relativo, admittentes tamen pluralitatem deorum. Id ipsum testantur Tatianus 7, Lactantius 8, Theophilus antiochenus 9, Tertullianus ,0, Prudentius n, s. Athanasius.12 Sed praestat audire Arnobium exponentem sensa sua circa idola, cum paganus esset: *Venerabar,* inquit, *o caecitas! nuper simulacra modo ex fornacibus prompta, in incudibus deos et ex malleis fabricatos: elephantarum ossa picturatas, veternosis in arboribus taenias si quando conspexeram, lubricatum lapidem et ex olivi unguine sordidatum, tamquam inesset vis praesens, adulabar, affabar, et beneficia poscebam nihil sentiente de trunco; et eos ipsos divos, quos esse mihi persuaseram, afficiebam contumeliis gravibus.*13 Nunc quaerendum

terfuturique festo ab imperita multitudine celebrato .... gallumquc persolvunt Aesculapio .... illos videre est de sua sapientia theologiaque gloriantes pervolvi ad pedes imaginis corruptibilem hominem repraesentantis, ejus colendi gratia; et interdum cum aegyptiis ad volucrum, quadrupedum, reptiliumque cultum se dejiĕĕre.

5) *Apol.* I. cap. 9.

·) *Ἐπεί* roipup *φαϋί rtvef εικόνα μεν είναι ταύτα ,* Hioϋi *δί, lκp oit αί εικόνε ,* κ. *τ.* λ.

7) *Orat. adv. Graec.* cap. 9. tum 33 et 34; ipse Tatianus se profitetur testem ocularem.

s) *Div. Inst.* lib. II. capp. 2 et 4.

') *Ad Autoh/c.* lib. II. cap. 2. ubi loquens de simulacris affirmat, quod ii ipsi, qui ea confecerunt, *accedunt, ut ea adorent, et ea deos esse existimant. Ἐρχονται μετά σπουδή καί παρατάΕεω . . . εί τό προ κυνειν αύτοϊ , και ηγούνται 3εού αυτού .* Quid clarius?

,0) *Apol.* n. 13 et seqq. ubi ostendit plus pati deos ethnicorum, dum fabrefiunt, quam christiani dum tormentis subjiciuntur: «Ungulis, *inquit,* deraditis latera Christianorum, at in deos vestros per omnia membra validius incumbunt asciae et uncinae et scobinae. Cervices ponimus; ante plumbum et glutinum et gomphos sine capite sunt dii vestri. . . . Ignibus urimur: hoc et illi a prima quidem massa, etc. *Instant, ibidem, ethnici:* Sed nobis dii sunt. . . .«

") /. *Cathemerin.* in hymno VIII. kal. Januarias:

Nam caeca vis mortalium,
Venerans inanes naenias.
Vel aera, vel saxa algida.
Vel ligna credebat Deum.

cl rursum in *I. Peristephanon,* hymn, in laudem Vincentii mari.

n) *Orat. cont. pent.* 12, 13, 15, edit, maurin. ubi pariter expresse tradit artifices opera sua ut deos salutare, *3εοϊ προσαγορεύει.* Cf. etiam s. Greg. Nazi *Orat.* XXXV.

*3) *Adv. Gent.* lib. I. n. 13. Et hoc

subest, utrum potius credendum sit ita testantibus de re-, quae sub oculos ipsorum cadebat, et cujus ipsi pars fuoraut, an recentioribus quibuscumque contrarium effutientibus.

i 16. Demum ne longiores simus in re non necessaria, tinem huic propositioni facimus duorum ethnicorum testimoniis, quorum unus est Horatius, cujus versus jam retulimus in tractatu de vera religione, ex lib. I. sat. VIII.: *Olim truncus eram* etc.; alter est Seneca, qui in libris moralibus ita de paganis scribebat: *Simulacra deorum venerantur, illis supplicant genu posito, illa adorant, illis per totum assident diem aut adstant, illis stipem jaciunt, victimas caedunt; et cum haec tantopere suspicioni, fabros, qui illa fecerunt, contemnunt,* etc.[14]

117. Si igitur verus polytheismus dicendus est, in quo pluralitas deorum proprie talium admittitur et creditur: si polytheistico cultu qui deos in simulacris venerantur, commaculati sunt dicendi: si rei idololatriae stricte sumptae censendi sunt, quotquot vel credunt numina idolis inclusa, vel idola ipsa ut deos habent; cum ex documentis, sive ex Scriptura sive ex omni antiquitate sacra et profana depromptis, evidentissime constet ita se gessisse Be ethnicas gentes, concludendum igitur est ethnicos vel polytheismo proprie dicto, vel idololatrico cultu absoluto, vel passim utroque simul se commaculasse, quod demonstrandum nobis assumpsimus, tum adversus protestantes, tum adversus neotericos scriptores.

118. Quamquam hi postremi advertere praeterea deberent ad concilium tridentinum, quod sessrXXV. in decreto de sacris imaginibus mandat: *Imagines porro Christi, deiparae Virginis, et aliorum sanctorum in templis praesertim habendas et retinendas, eisque debitum honorem et venerationem impertiendam; non quod credatur inesse aliqua in iis divinitas vel virtus, propter quam sint colendae, vel quod ab eis sit aliquid petendum, vel quod fiducia in imaginibus sit figenda, veluti olim fiebat a gentibus, quae in idolis spem suam*

etiam dictum sit adversus eos, qui *usum loquendi* unicam, aut saltem praecipuam legem statuunt ad exponenda sacra Biblia, et tamen patres deserunt, quando ipsorum commentis adversantur.

”) Apud Lactant, loc. cit. cap. 2. Cf. P. Baltus, *Suite tie la réponse à VHist, ties Oracles,* I. part. chap. 11 et 12- Integrum confici posset volumen ex apertissimis patrum testimoniis, qui exprobrant gentibus cultum deorum et simulacrorum, et quidem absolutum. Nec minus clara sunt monumenta, quae nobis suppeditant auctores profani. Diogenes Laertius in vita Stilponis, lib. II. referi hunc philosophum exilio mulctatum fuisse ab atheniensibus, eo quod dixerit Minervam Phidiae non esse divinitatem. Cf. historia, quam referi Flav. Joseph. 4r-*chaeol.* lib. XVIU. cap. 3. n. 4. pag. 877 et seqq. edit. Havercamp, de muliere, quae putavit se cum Deo congressam, etc. Cons. Bergier *Diet.* art. *Idole, Idolâtre,* etc. Cavendum tamen ab editione vesuntina anni 1826, cui nescio quis e schola neoterica addidit notas ad disseminandam novam doctrinam, prout praestitit in hoc articulo, in quo Bergier aperta fronte contradixerat iis, quae postea neoterici auctores invexerunt.

collocabant. Ergo ex cone. trid. gentes putabant inesse idolis aliquam divinitatem vel virtutem, aliquid petebant ab ipsis, fiduciam in iisdem figebant spemque suam in idolis collocabant, ideoque verum ac proprie dictum polytheismum, veram ac proprie dictam idololatriam profitebantur.

DIFFICULTATES.

119. I. Obj. 1. Idololatria non est negatio alicujus dogmatis, sed violatio praecepti, et quidem omnium primi, ejus nempe, quod praescribit Dei adorationem et quidem solius Dei. Sic 2. idololatrarum crimen consistit juxta apostolum in eo quod, *cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt; sed evanuerunt in cogitationibus suis . ... et coluerunt et servierunt creaturae potius quam Creatori* (Rom. I. 21, 25.): quod 3. congruit cum eo qpod idem apostolus, scribens ad Thessalonicenses, de ipsorum conversione ait: *Conversi estis ad Deum a simulacris, servire Deo vivo et vero;* I. Thess. I. 9; et I. Cor. XII. 2: *Scitis, quoniam cum gentes essetis, ad simulacra muta prout ducebamini euntes.* 4. Homo enim, utpote sensuum suorum servus, in se experiebatur indigentiam sibi Deum verum, unicum, aeternum et invisibilem repraesentandi sub aliqua imagine, ut ipsa *ἀδωλολατρεία* (idololatriae) vox exprimit, *cultus* nempe *imaginum;* atque ita 5. honoratus est creator in operibus suis splendidioribus, quae facta sunt totidem symbola divinitatis.[15]

120. Resp. ad 1. *N.* Idololatria enim est tum negatio dogmatis, scilicet unius Dei, tum violatio praecepti prohibentis deferre creaturae adorationem uni Deo debitam, vel etiam falsis diis cultum debitum Deo vero. Ex allatis enim documentis, sive ex Scriptura, sive ex patribus atque scriptoribus paganis constat, idololatrae passim in errore versatos fuisse pluralitatis deorum, ideoque dupliciter peccasse et in dogma et in praeceptum. Paulus enim et Barnabas non unus, sed duo dii, Jupiter et Mercurius, existimati sunt.[16]

121. Ad 2. *D.* Respectu paucorum "philosophorum, *C.* respectu multitudinis ac populorum , *N.* Patres enim atque interpretes, exponentes hunc locum conveniunt in eo restringendo ad philosophos, qui utique cum Deum cognovissent naturali ratione ex pulchritudine hujus universi, nec eum glorificaverunt, nec ejus unitatem et veritatem praedicaverunt, sed se potius in cultu externo et publico accommodaverunt multitudini colenti plures deos, prout ipsis exprobrat s. Augustinus, et patet ex historia.[17] Hanc porro esse

15) *Essai sur l'indifférence en matière de Religion,* tom. III. pag. 74 et 75.

16) Cf. Euseb. *De Praep. evang.* lib. V. cap. 1 et seqq. usque ad cap. 16. ubi non solum de numinum ac simulacrorum multitudine, sed et de ipsorum cultu late ac fuse disserit, perpetuoque supponit coli simulacra lapidea ac lignea ut vera numina. Cf. etiam card. Gerdii, in suo *Saggio d instruz. teolog.* opp. edit. Rom. tom. X. pag. 279 seqq.

*') S. Aug. *De civ. Dei,* lib. VL cap.

mentem apostoli eruitur his ex verbis, quae omisit adversarius: *Et dicentes se esse sapidités, stulti facti sunt.*

122. Ad 3. *D.* A. Ducebamini ad simulacra falsorum deorum, *C.* imius veri Dei, A'. Id ipsum dicatur de alio textu epistolae ad Corinthios; in hac enim ipsa epistola (I. Cor. VIII. 5.) apostolus expresse scribit: *Nam etsi sunt, qui dicantur dii, sire in caelo, sive in terra (siquidem sunt dii multi et domini multi); nobis tamen unus Deus;* et loquitur juxta errorem et sensum gentium.

123. Ad 4. *Neg.* idololatrarum crimen praecise constitisse in efformandis et colendis imaginibus symbolicis unius veri Dei. Alioquin catholici, qui pariter Deum in imaginibus symbolicis seu formis, sub quibus Deus interdum apparuit patriarchis et prophetis, repraesentant, essent idololatriae turpissimae rei, prout eos accusant haeretici18; quod impium et absurdum est. Falsum praeterea est vocem *ἀδωλολατρεια* designare seu exprimere, ut adversarius autumat, *cultum imaginum;* significat enim cultum vel servitutem *falsarum imaginum,* quibus nempe nullum reale objectum respondet, ut fuse ostendit Bellarminus adversus Henricum Stephanum aliosque haereticos, hanc ipsam etymologiam *ειδώλον* obtrudentes.19

124. Ad 5. AI. Sed, ut patet ex dictis, idololatrae, veri Dei obliti, non creatorem, sed /alsos et inanes deos honoraverunt.

125. **In st.** 1. Saltem sub multitudine diversarum formarum idololatria reducebatur ad cultum spirituum, qui per hoc universum diffusi sunt, et ad cultum hominum, qui post mortem ad eum excellentiae atque potentiae gradum evecti putabantur, quo spiritibus caelestibus appropinquarent.20 Hinc 2. ostensum est idololatriam nil aliud unquam fuisse, quam cultum spirituum bonorum et malorum, et cultum hominum illustrium, id est, quoad rem ipsam nil aliud quam cultum *angelorum* et *sanctorum.*21 Sane 3- difficile potest intelligi paganos alligasse his diversis spiritibus veram notionem divinitatis. Si enim res bene perpendatur, 4.-nonne unitas necessario includitur in hac notione? Dici propterea oporteret homines credidisse pluralitatem unius seu unici Dei22; neque enim pagani credidissent plures *deos,* si non habuissent

10. Cons. P. Baltes in opere, *Jugement des SS. Pères sur la morale de la Philosophie païenne,* livr. I. chap. 7. vol. I. in 4. Strasbourg 1719, ubi innumeris prope documentis ostendit, philosophos fuisse idololatres ac docuisse pluralitatem deorum, et tum factis tum scriptis passim cohonestasse idololatriam apud populum.

1S) Cons. Bellarm. *De reliquiis et imaginibus Sanctorum,* lib. П. cap. 13.

*') Ibid. cap. 5.

M) *Essai sur l'indifférence,* loc. cit. pag. 82.

21) Ibid. pag. 107 et 108.

“) Ibid. (pag. 110 et 111): »11 est difficile que l’on s’entende soi-même, quand on prétend que les païens attachaient à ces divers esprits la vraie notion de la divinité. Qu’on veuille bien y réfléchir: Γunité n’entre-t-elle pas nécessairement dans cette notion? Il faudrait donc dire que les

notionem *Dei.* 23 In hanc 5. propterea sententiam conspirant catholici, protestantes et philosophi, ut patet sive ex Beausobre 24 sive ex Voltaire.25 Quare 6. poterat quis esse idololatra, etsi nullam negaret veritatem, neque Dei supremi existentiam, ut judaeorum exemplum ostendit, neque providentiam, neque praecepta justitiae26; ergo.

126. Resp. ad 1. *D.* 'Id est, aliqua species idololatriae, *C.* idololatria universim sumpta, Ar. Cultus spirituum et heroum erat utique unus ex ramis idololatricae superstitionis, sed non constituebat totam idololatriam. Scriptura enim testatur ethnicos coluisse, et quidem cultu absoluto, solem, lunam, lapides et lignum, et ab ipsis petiisse beneficia, liberationem a malis, etc. Haec porro erat idololatria multitudinis: recolantur probationes.

127. Ad 2. A. Si enim hoc ostensum esset, demonstratum pariter fuisset Scripturam sanctam nos decipere, dum affirmat homines coluisse deos, qui oculos habent et non vident, aures habent et non audiunt, habent os et non loquuntur; neque dixisset pariter Psalmista: *Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis.*27

128. Ad 3. *D.* Si admitteretur, ut contendit adversarius, ethnicos alligasse veram notionem divinitatis diis suis, *C.* tunc enim haberetur contradictio in terminis; si contra admittitur, ut admittendum revera est, una cum omnibus patribus et theologis, ethnicos veram amisisse divinitatis notionem, dum admiserunt plures deos, Λ. Etenim omnes patres ac theologi demonstrarunt, sive ex Scriptura, sive ex factis et documentis luculentissimis, viguisse polytheismum proprie dictum apud veteres paganos, prout etiamnum existit apud nostrae aetatis idololatras. Quo posito necessario jam sequitur polytheistas reipsa veram divinitatis notionem amisisse; alioquin in ejusmodi absurdam opinionem numquam delapsi fuissent, ut admitterent pluralitatem deorum. Quod si idea unius Dei supremi numquam penitus obliterata est, repeti id debet a testimonio, quod vocat Tertullianus animae naturaliter christianae, sive a rationis lumine, quod numquam extinctum est. Verum homines non semper, immo habitualiter non attendebant ad ejusmodi conscientiae dictamen, et ad illas veritatis veluti reliquias quae ab ipsis penitus in corde servabantur; insuper, dato etiam quod attenderent, nihilominus eheu nimis compertum est homines non semper sibi cohaerere. 28

hommes croyaient à la pluralité d'un Dieu ünique.·

Pag. ill. n. s: «Comment les païens croyaient ils à plusieurs dieux, s'ils n'avaient pas la notion de Dieu 7“

In Historia Manichaeismi, lib. 9. cap. 4. torn. II. pag. 654 et 655.

2S) In *Dictionario philosophico* art. *Religio,* quaesi. IL pag. 113—115.

56j Pag·. 152: *On pouvait être idolâtre sans nier aucune vérité.*

") Psalm. CXHI. 8.

2S) Hujus erroris refutationem jam praeoccupavit doctissimus Suarez *(De religione,* tom. I. tract. HL lib. I. cap. 4. n. 12.), qui cum sibi objecisset, gentiles inter deos majores et minores unum supremum, quem Jovem appellabant, agnovisse, cui soli ve-

129. Ad 4. *D.* In se. *C.* subjective, seu prout apprehenditur ab humana mente, dum a vero deflectit, A". IIoc solum ad summum eruitur, eorum errorem non fuisse invincibilem, quia si cupiditatibus liberi et praeconceptis judiciis vacui attendissent ad veram Dei notionem, potuissent suum errorem detegere, ut plures reipsa philosophi eum detexere. Hinc evanescit illa battologia de fide in pluralitatem unius Dei; quia supponit quod est falsum, polytheisms nempe semper notionem veram divinitatis habuisse. In altera observatione, quod ethnici non credidissent *deos* absque notione *Dei,* permiscet auctor, quem impugnamus. Dei existentiam cum vera notione divinitatis: primam utique omnes admittebant gentes, alteram autem, generatim saltem, amiserant.

130. Ad 5. *D.* Protestantes, ut inde possent insimulare ecclesiam catholicam idololatriae in cultu imaginum, et philosophi, nempe increduli, qui nihili faciunt Scripturam et patres, C. catholici, *subdist.* ex iis nempe qui non verentur a Scripturae, patrum, concilii tridentini auctoritate et communi sententia recedere, ut propria et singularia inventa sectentur, *Tr.* ceteri, iV. Nam catholici theologi refellerunt protestantes contendentes cultum idololatricum non fuisse nisi relativum, ut patet ex eorum tractatibus de cultu Sanctorum , incipiendo a Bellarmino usque ad nos. Proinde adversarius noster habeat sibi consentaneos Beausobre et Voltaire; nos autem cum communi catholicorum doctrina, innixa auctoritati Scripturae, patrum et concilii tridentini contrarium tenemus, abhorrentes ab ejusmodi novitatibus. 29

131. Ad 6. *D.* Eadem nempe ratione, qua quis potest esse islamita, non negando interius christianismum, *C.* alias, *N.* Idololatria enim erat evidenter

rum cultum tribuebant, ita prosequitur: »Respondeo, de facto ipso salis constare, gentes errasse, sacrificando pluribus diis, ac subinde unumquemque ex illis diis tamquam verum Deum, seu quod idem est, sub aliqua ratione supremae excellentiae colendo. Unde verisimile est credidisse, unumquemque Deum in aliquo munere seu praesidentia et efficacia circa res aliquas habere supremam vim et potestatem, etiamsi alii dicerentur majores, alii minores, juxta dignitatem rerum, quibus praesidebant; vel Certe multi gentilium, praesertim commune vulgus, coeca quadam ignorantia et falsa traditione ac fide ducebantur, putantes sin-" gulis rebus vim quamdam invisibilem ac supremam praesidere, ideoque supremo cultu esse colendam, sine ulla relatione ad unum supremum creatorem et gubernatorem omnium, nec discurrebant, quomodo id fieri posset, aut quomodo sine uno supremo numine et progenitore mundus posset subsistere."

M) Prae oculis habendum est gravissimum monitum Gregorii XVI. qui in sua Encyclica emissa VII. kal. Jul. 1834 adversus opusculum: Paroles d'un croyant: ..Probe autem, *inquit,* intelligitis, Venerabiles Fratres, nos hic loqui etiam de fallaci illo, haud ita pridem invecto, philosophiae systemate plane improbando, quo, ex projecta et effraenata novitatum cupiditate, veritas, ubi certo consistit, non quaeritur, sanctisque et apostolicis tradilionibus posthabitis, doctrinae aliae inanes, futiles incerlaeque nec ab ecclesia probatae adseiscuntur quibus veritatem ipsam fulciri, ac sustineri vanissimi homines perperam arbitrantur."

professio polytheismi, et per consequens negatio unitatis Dei; nec dubitari potest quin multitudo sive massa idololatrarum professa fuerit interius, non secus ac exterius, polytheismum; alioquin dicendum foret universam terram totidem hypocritis quot polytheistis plenam fuisse. Ad exemplum vero judaeorum, quos affirmat auctor noster tenuisse unius supremi Dei existentiam, una cum cultu idololatrico, dico hoc aperte repugnare Scripturae testanti, et quidem saepe, illos idololatrae Deum deseruisse. Sic Dent. XXXII. 18: *Deum, qui te genuit, dereliquisti, et oblitus es Domini creatoris tui;* et Psalm. CV. 19 seq.: *Fecerunt vitulum in Iloreb, et adoraverunt sculptile, et obliti sunt Deum, qui salvavit eos;* Jer. II. 5: *Elongaverunt a me, et ambulaverunt post vanitatem,* id est idola, *et non dixerunt: Ubi est Dominus, qui ascendere nos fecit de terra Aegypti? . . Effunde iram tuam in gentes* etc.: Jud. X. 6: *Filii Israël . . . servierunt idolis, Baalim et Astaroth, et diis Syriae ac Sidonis et Moab, et filiorum Ammon et Philisthiim; dimiseruntque Dominum, et non coluerunt eum;* ibid. 10: *Peccavimus tibi, quia dereliquimus Dominum Deum nostrum, et servivimus Baalim;* et v. 16: *Alienorum deorum idola projecerunt, et servierunt Domino Deo.* Quae quidem omnia, hisque similia, cum assertione auctoris componi nequeunt.

132. **II. Obj.** 1. Haud ita stupidi fuisse ethnici dicendi sunt, ut non intelligerent Deum alium esse quam ligna et lapides, 2. patet ex eo, quod ipsi mutarent simulacra pro arbitrio, cum tamen deos non mutarent, unique Deo multa simulacra ponerent. 3. Quod si prophetae passim judaeis et gentilibus fornicationes cum ligno et lapide exprobrare non desinebant, ratio est, quod Deum in ligno et lapide carnaliter venerabantur.[30] Hinc 4. cum gentiles a Christianis tantae stupiditatis arguerentur, respondebant se non ita hebetes fuisse: *Fam neque nos aera, neque auri argentique materias, neque alias quibus signa constant, eas esse per se deos, et religiosa decernimus numina; sed eos in his colimus, eosque veneramur, quos dedicatio infert sacra, et fabrilibus efficit inhabitare simulacris*[31]*;* ergo.

133. **Resp.** ad 1. *D.* Omnes, *Tr.* plerique, seu multitudo, *F.* Contra factum et documenta conjecturae nihil valent. Porro factum istud certissime constat ex dictis in probationibus; nunc addimus auctoritatem s. Augustini, qui in libro *De doctrina Christiana,* cap. 7. *Fateor,* inquit, *altius demersos esse, qui opera hominum deos putant, quam, qui opera Dei;* et infra: *Illi simulacra venerantur vel tamquam deos vel tamquam signa et imagines deorum.* En igitur cultum absolutum idolorum, quem multorum fuisse idem testatur s. Doctor in Psalm. CXIII. et epist. 49. et cultum quorumdam relativum, non quidem Dei, sed *deorum.* Tertullianus, *Apologet,* cap. 12. asserit deos gen-

30) Ita Calvinus, *Inst.* lib. I. cap. 11. §. 9 et seqq.

31) Apud Arnobium lib. VI. n. 10. in *Biblioth. Patrum* Gallandi, tora. IV.

tilium plura pati, dum fiunt, ab artificibus, quam patiantur Christiani, cum occiduntur, quod eos nolint adorare. 32

134. Ad 2. *D.* Si homines sibi semper constarent in erroribus suis, *C.* secus, A'. Quamquam nihil vetat quominus dicamus ethnicos, qui eo stupiditatis devenerant, ut ligna et lapides putarent deos, eo pariter devenisse, ut sibi persuaderent, se posse deos sibi efformare vel destruere. .Addatur multitudinem ut plurimum ex habitu et consuetudine agere, quin attendat ad consecutiones et ad rectitudinem cujuspiam facti, cui ab infantia assuevit, neque nos debere ex ideis, quas habemus, judicare de agendi ratione ethnicorum. in tanta praesertim caecitate ac perversitate, quanta detinebantur tunc temporis.

135. Ad 3. A><7. ex duplici capite: 1. quidem, quia falso supponit Calvinus. qui hoc asserit, judaeos vel gentiles reipsa plures non coluisse deos; quod tamen, ut ex dictis patet, perspicue falsum est; 2. quia pro certo sumit sive judaeos sive ethnicos per illa simulacra non intendisse nisi veri Dei imagines sibi fingere, quod pariter est aperte falsum; alioquin non dedisset Elias (III. Reg. XVI11. 21.) optionem israëlitis Deum sequendi, quem ipsi maluissent, dicens: *Usquequo claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus, sequimini eum; si Baal est Deus, sequimini illum;* quae prorsus inepta fuisset, si aeque verus Deus esset sive Deus Israelis sive idolum Baal. Confer praeterea Deut. XXXII. 17; Jud. X. 6. Neque dicerentur israelitae serviisse *diis alienis,* si in simulacris verum Deum coluissent. 33

”) Integrum textum superius dedimus. Alia plura recolantur apud Bellarminum, loc. cil. cap. 13.

“) Sic enim loc. ciL libri Judicum legitur: «Filii Israël . . . fecerunt malum in conspectu Domini, et servierunt idolis Baalim et Aslarolh, et diis Syriae ac Sidonis, et Moab filiorum Ammon et Philislhiim; dimiseruntque Dominum et non coluerunt ĕum.' Caecus sil oportet, qui non videat hic non agi de effigie unius veri Dei, ut autumant adversarii. Sic III. Reg. XV. 13. Asa rex Juda .Maacham matrem suam amovit, ne esset princeps in sacris Priapi . . . et confregit simulacrum turpissimum, et combussit in torrente Cedron.·· Non puto dicturos esse adversarios ejusmodi simulacrum Priapi fuisse effigiem veri Dei. Quare vel ipse Jahn qui tamen hac etiam in parte neotericorum biblicorum protestanlium vestigiis insistit, fatetur duplicis generis occurrere in bibliis simulacra, alia Jehovae et alia deorum, praesertim in historia regni Israël, II. Reg· (nobis IV. Reg.) X. 29; XHL 2, II; XIV. 24. Quod tamen falsum est, cum in citatis locis tantum sermo sit de vitulis aureis erectis a Jeroboamo, quos Jahn pro certo sumit non fuisse nisi simulacra unius veri Dei, scilicet Jehovae, contra expressum testimonium libri III. Regum XIV. 9. ubi propheta ex Dei nomine graviter objurgat Jeroboam ob vitulos ab illo erectos, vocatque eos non, ut autumat Jahn, simulacra veri Dei, sed *deos alienos et con/latiles;* sic enim ait: ..Operatus es mala super omnes, qui fuerunt ante te, et fecisti tibi deos alienos et conflatiles, ut me ad iracundiam provocares .....·· Nunc quaerere praestat, num Jahn potius quain Scripturae contrarium asserenti, fidem adhibere debeamus. Idola, proprie sic dicta, diversis nominibus occurrunt, quae interdum permutantur. Communia omnibus nomina

136. Ad 4. Zλ Hoc respondebant *nonnulli,* ut vidimus ex Athenagora, et quidem ut a Christianorum argumentis se subducerent, C'. omnes, ac indcpendenter ab ejusmodi exprobrationibus, *N.* Rubore utique suffusi, nonnulli ethnici hanc evadendi rationem invenerunt, ac mythologiam exponere diversimode nisi sunt, sive de diversis Dei attributis, sive de mundi partibus; ast sero nimis. Interim multitudo pergebat idola sua colere sive ut numina, sive ut numinum sedes; hinc loc. cit. prosequitur Arnobius: *Non improba neque aspernabilis ratio, qua possit quivis tardus nec non et prudentissimus credere deos, relictis sedibus propriis, id est caelo, non recusare nec fugere habitacula inire terrena, quin immo jure dedicationis impulsos, simulacrorum coalescere junctioni. In gypso ergo mansitant, atque in testulis dii vestri·, quin immo testularum et gypsi mentes spiritus atque dii sunt.* En semper polytheismum et idololatriam proprie dictam.[34]

propositio m.

Absurdum est dualistarum systema, ac malorum origini explicandae impar.

137. A remotissima antiquitate et apud plures orientales populos, persas praesertim, obtinuisse dualismi systema, historica monumenta evincunt. [1] Ab orientali theologia ejusmodi doctrinam in Christianam religionem derivare conati sunt basilidiani, Valentiniani, carpocratiani, cerdoniani ac marcionitae, qui totidem erant gnosticorum surculi. Manes, a quo manichaei, in Zoroastri schola enutritus, tertio saeculo in finem labente [4], persarum dogmata amplexus est, ac magorum instituta cum religione Christiana conciliare est aggressus.

sunt boD et ГѷЇОП *effigies et simulacrum·,* ast vel S'OD proprie est sculptile, etc. Jahn, *Archaeol. bibl.* part. III. *Sacra· Arch.* §. 127. pag. 481. edit. Vien. 1805.

34) In actis mari, saepissime mentio occurrit pluralitatis deorum, quos christiani colere recusabant, atque idcirco morte mulclabantur; inter cetera unum seligo exemplum, ex *Hist. eccl.* Eusebii, lib. VII. cap. 11. edit. Valesii, ubi refert ex publicis actis martyrium ss. Dionysii, Fausti, Maximi, Marcelli et Chaeremonis. Cum Acmilianus praefectus adhortatus esset Christianos ad deos colendos, Dionysius respondit: „Non omnes ab omnibus coluntur dii; eos singuli colunt, quos arbitrantur deos. Nos quidem unum Deum omnium rerum opificem, qui Valeriano et Gallieno sacratissimis Augustis imperium tradidit, colimus et adoramus. . . Acmilianus iterum dixit: Quis vero vos prohibet, quominus et hunc, si quidem Deus est, eum iis, qui natura sunt dii, adoretis? Deos enim colere jussi estis, eosque, quos cuncti norunt deos." Textus habet: *γάρ ὑμάί κωλϋіі καί τούτον, tixtp Ірті Ζτôі, μετά των κατά φύβιν &ιύν προμίυνιΐν ;* Sfovr *γάρ ОЇβιιν · καί Sfoùj ovf πάντα inacti.* Et en, quomodo plures et quidem *natura* dii ex communi sententia admitterentur et colerentur.

[1]) Plutarchus in tract. *De Iside et Osir.* pag. 190.

2) Cf. Bcrgier, *Diction- théol.* art. *Manichéisme.*

At cito ab ecclesia pulsus fuit. Manichaeismus diu perduravit3; non tamen omnes Manetis discipuli ipsius principiis adhaeserunt, sed, ut fieri consuevit inter haereticos, in diversas sententias abierunt. 4

138. Etsi vero duorum principiorum dogma error fundamentalis fuerit harum sectarum, aliter tamen ab aliis exponebatur; ac mira semper extitit inter eas sectas discrepantia, tum circa naturam, tum circa originem et operationes entium istorum. Alii enim ex his sectariis contendebant esse ini-producta ambo, ac proinde aeterna atque independentia ab invicem; alii autem principium mali productum asserebant.5

3) Ibid. Notum est, in occidentales etiam partes medio aevo longe lateque diffusos manichaeos fuisse, qui deinceps sub albigensium, el postea henricianorum. petrobrussianorum, poplicanorum, catharorum, etc.nomine rursum prodierunt; qui, etsi fundamentalem articulum de duobus principiis visi sunt deseruisse, attamen semper proprios ejusdem sectae errores sive circa incarnationem. sive circa sacramenta, tum quoad aversionem a cultu Sanctorum. Crucis el imaginum, odium adversus ecclesiae catholicae doctores servaverunt. Cum vero ex iisdem sectariis prodierint postea protestantes, qui gloriantur ejusmodi parentibus, ratio patet, quare plures ex ipsis manichaeorum susceperint patrocinium, inter quos eminet Beausobre in sua *Histoire critique de Jfanichêe.* Indidem etiam apparet, quaenam sil genealogia protestanlismi. Cf. Bergier loc. cit.; cons. Alticotius S. J. in opere *De antiquis novisque manichaeis,* cap. 11. pag. 81. Theodoretus refert errores Manetis, *Haereticarum fabularum,* lib. L haer. XXVI; el s. Epiphanius, *Adversus haereses,* lib. II. haeresi LXVI. edit. Petavii: ubi n. 25. refert Manichaei impia dogmata ex Archelai episc. Mesopotamiae scriptis, qui eum coram ita confutavit, ut veterator debuerit fugam arripere. Cons, notas Petavii in haer. LXVL Laur. Zacagni disputationem Archelai cum Manete protulit in sua *Collect. monument,* part. I. Vera dogmata inanichaeorum tradit etiam s. August, in libris adversus manichaeos editis, praesertim vero in libris *Adversus Faustum* ; Titus bostrensis in libris tribus, qui inveniuntur in *Bibi. Patrum,* tom. IV. pag. 443- edit. Lugdunensis.

4) Theodoretus apud Bergier ari. cit. supra LXXII sectas manichaeorum recensuit, quae sibi invicem adversabantur.

5) Certuin videtur, omnibus perpensis, plerumque veteres dualistas, manichaeis non exceptis, saltem nomine tenus unum Deum admisisse, non autem duos, ut vulgo traditur; id constat tum ex ipsorum professione, tum ex antiquorum auctoritate. Etenim Faustus apud s. Augustinum {*Contra Faustum,* lib. XX. cap. 2.) protestatur manichaeos unum Deum colere : ..Nos, *inquit,* Patris quidem omnipotentis, et Christi Filii ejus, et Spiritus Sancti unum idemque, sub triplici appellatione, colimus numen·' Titus bostrensis in *Biblioth. Patrum* , tom. IV. pag. 297. fatetur manichaeos odisse principium malum, etsi par Deo facerent. Sic enim scribit : «Non solum Malum collocat (Manes) in ordine aequali Deo, tamquam hoc honorare velit, quod scilicet odit» Hinc neque s. Augustinus unquam exprobrat manichaeis quod adorarent principium malum, quamvis ipsis exprobraret quod de principio malo Deum facerent, ei tribuendo potestatem quae soli Deo competit; at hoc ex consequenti, ut ajunt. Immo videntur veteres dualistae ex alta divinitatis idea, quam animo conceperant, eo devenisse, ut duo constituerent principia. Nempe ipsis horrori erat Deo, sive mediate sive immediate, mali originem adseribere, excogitarunt propterea principium, diversura a Deo, cui mala tribuerent. Id testatur s. Epiphanius, *Haeresi* LXVI. nec non s. Hieronymus in *Commentariis in Nahum,* cap. 5- cujus verba haec sunt: «Inde Manichaeus, ut Deum a conditione malorum liberet, alienum mali

139. Verum quaecumque demum fuerit germana illorum doctrina, quae obscuris tenebris involuta est; in utraque hypothesi facile est ejusmodi systema evertere.

140. Etenim, ex dictis in I. propositione: 1. Dei notio necessario poscit, ut unicus sit et singularis; si autem duo principia ponerentur increata et independentia, necessaria proinde ac aeterna, quorum unum esset omnium bonorum principium, alterum autem malorum, jam duo dii essent, ideoque ipsa Dei notio destrueretur. Praeterea 2. pugnat cum eadem Dei notione, ut duo ponantur principia independentia quorum videlicet unum non pendeat ab altero, duo enim dii darentur aequales, neuter summus esset, ac proinde neuter Deus. 3. Si ambo necessaria et at oluta essent haec principia, et aequali potestate praedita, in pari conflictu n. il operarentur. Atque ut alia absurda praeteream, quae ex tali hypothesi seqt °ntur, quaeque veteres ecclesiae patres ürgebant adversus diversos recensii · ectarios 6, ex revelatione scimus, unum Deum esse rerum omnium conditore n et principium, cui auctori Scripturae tribuunt omnia mala physica, ut leg ir Dent. XXXII. 39. *Videte quod ego sim solus, et non sit alius Deus praei -ne; ego occidam et ego vivere faciampercutiam et ego sanabo;* et Isaiae XV. β. 7. *Ego Dominus, et non alter, formans lucem et creans tenebras, faciens pacem et creans malum; ego Dominus faciens omnia haec;* Tob. XHI. 2. *Quoniam tu flagellas et salvas, deducis ad inferos et reducis.* Malum autem morale oritur ah ipsa creatura deficiente a lege seu regula morum.

141. Quod si ponatur dependens ac productum mali principium, jam Deo bono subcst, nec quidpiam moliri potest, nisi quatenus a Deo ipsi permittitur, ipsumque dualistarum systema hoc ipso evertitur. Addo ex ignorantia bonae philosophiae, ac praesertim physices, absurdam hanc doctr.nam esse ortam.

142. Ex his porro rationum momentis altera etiam propositionis pars necessario colligitur, inutile nempe ac impar prorsus esse dualistarum systema malorum origini explicandae. Etenim, eo semel constituto, cum utrumque principium ex naturae necessitate ageret, nulla ratio assignari posset, cur tot numero et gradu bona ac mala essent, si pari virtute seu vi agerent ejusmodi sibi adversantia principia; quod si alterum alteri praevaleret, vel sola bona vel sola mala reperirentur; nisi velimus ex condicto ac inito foedere sic temperari bonorum malorumque distributionem, ut paria haec

induxit auctorem.“ Eadem habet Titus bostrensis loc. cit.: idipsum colligitur, relate ad valcnlinianos el marcionitas ex scriptis, quae s. Irenaeus el Tertullianus adversus hos haereticos ediderunt. Ex quo colligimus recentiores novatores deteriores esse gnoslicis el manichaeis, dum veriti non sunt Deum mali auclorern praedicare.

6) Cons. s. Epiph. loc. cit. el s. Aug. tom. VIII. opp. edit. maur.

effluant et exsurgant, quod absonum omnino est et absurdum in iis, quae necessitate naturae agere supponuntur.

143- Ast praeterea in tanto, quo versamur scientiarum physicarum progressu, inutile deprehenditur ejusmodi commentum, quod nonnisi ex earum ignoratione profluxit; nemo enim in praesentia est. modo vel a limine physicos disciplinas salutaverit, qui nesciat ex earumdem legum physicarum simplicitate ac unitate oriri phaenomena, quae inter se videntur contraria, ita ut ejusdem legis vi, qua producuntur effectus nobis salutares, prodeant ii, qui nobis nocent.' Hinc non duplex, sed unum idemque est proximum principium, et quidem physicum, boni ac mali, seu illorum phaenomenorum, quae nos relative bona ac mala vocamus. ~

144. Et haec quoad bona vel mala physica. Quod enim attinet ad bona vel mala moralia, ut jam adnotatum est, haec nonnisi a bono vel malo usu libertatis proveniunt; et si de malo speciatim sermo sit, hoc oritur ex creaturae insito malo metaphysico, quod in limitatione consistit, quo fit ut errare et deficere a regula possit. 8

145. Cum igitur undequaque repugnet dualistarum systema, cum impar omnino sit explicandae malorum origini ac prorsus inutile, sequitur, omnes difficultates, quae ab adversariis, Bayle praesertim, urgentur adversus mali permissionem, ad summum non nisi mentis nostrae angustias evincere, quae assequi nequit, quomodo Deus infinite bonus voluerit sic universum constituere, in quo tot mala, sive physica, sive moralia dominantur. Nos ex facto colligimus sic Deum potuisse se gerere, salva sua bonitate, justitia et san-

7) E. gT. calor, vitae animantium ct stirpium necessarius, non raro et molestas sensationes et alia parit incommoda. Caloris effectus est evaporatio, et ex hac procedunt pluviae, rores, fontes, etc. Sed ex hac etiam grandines, inundationes, etc.; id ipsum dicatur de effectibus electricitalis, chimicarum affinitatum, etc.

s) Malum metaphysicum significat carenliatn perfectionis illius, quae non est debita naturae entis, ex Suarez *Metaph.* disp. XI. sect. IV. n. 3. qui ibid, observat *acceptionem istam mali impropriissimam esse,* nec malum istud patres et philosophos usque ad ipsius tempora considerasse, quia observarunt, in communi usu loquendi non appellari malam rem aliquam per hoc dumtaxat, quod careat perfectione aliqua: haec enim est conditio naturae cujuscumque creatae; sed per hoc quod careat perfectione sibi debita. «Quis, *inquit s. Thom.* (L parL qu. 48. art. 3.), dicat, rem aliquam esse malam, quia non habet bonum alterius rei, ut hominem esse malum, quia non habet fortitudinem leonis ?“ Wolfius fuse ostendit ex illo malo nihil inferri posse contra bonitatem Dei *{Munich,* sect. III. η. 16. pag. 379). Cf. Leibnitzius *{Essai de Théodicée,* part. L n. 21. pag·. 132.), quem secutus est Ant. Genuensis *{Elem. metaph.* part. III. cap. 4- prop. 25.) Wolfius loc. cit. hujusmodi malum vocavit malum metaphysicum; Kingius *vero {De origine Mali,* cap. 2. n. 20.) et Moshemius (jn notis ad Cudworth, cap. 4. §. 13.) vocant *malum imperfectionis;* Hooke *(Prine, relig. natur.* tom. I. sect. L art. *2.)· malum defectus,* alii demum *imperfectionem negativam.* Cf. Spagni in opere *De bono, malo et pulchro,* Romae 1766. *De malo,* sect.I. art. 3.

ctitate. Etenim ex una parte notio nobis insita Dei velut entis sanctissimi, perfectissimi et optimi destrueretur, si supponeremus quidpiam ipsum potuisse aut posse velle ac permittere, quod repugnaret summae bonitati ac sanctitati; ex altera, tot mala, tum moralia tum physica, quibus premimur, experimur. Concludendum igitur est non repugnare Deum optimum atque sanctissimum ista velle aut permittere, etsi rationem minime assequamur, qua duo haec componi inter se possint.

146. Duo praeterea prae oculis semper habenda sunt ad dissolvenda Baylii sophismata: 1. Deum non teneri ad optimum, alioquin tolleretur ipsius libertas, et omnes pariter creaturas suas rationales ac intelligentes in summo beatitudinis seu felicitatis apice constituere debuisset, quod absurdum est. Quod si ad summum istum perfectionis ac felicitatis gradum evehere creaturas suas non tenetur, nulla ratio sufficiens assignari potest, propter quam in hoc potius, quam alio perfectionis gradu sistere debeat: cum et ipse, quocumque tandem sistat, altiorem tenere perpetuo queat, et creatura, quemcumque assecuta fuerit, eminentiorem quem non obtinuit optare semper possit.[9] Hinc eo ipso, quod gradus isti indefiniti sint, et Deus ad summum non teneatur, ita liber est, ut aeque possit in quolibet istius scalae, ut ita dicam, gradu consistere.

9) Hanc theoriam clarissimo in lumine posuit Alex. Zorzi in suo *Prodromo della nuova encyclopedia italiana,* Siena 1779, art. *Liberta,* η. 20, 21, 22, 23. Sic enim loquitur n. 20: »Io convengo che Dio sia necessariamerite determinato al migliore, o vogliam dire all' ottimo, dove l'ottimismo v' è ed *c* possibile. Ma dove l'ottimo non v' è, o non è possibile, allora è che Dio puô sceglicrc qualunque del due o più termini, rappresentali ncccssariamente dal divino intelletto con un perfetto equilibrio. A maggior chiarczza io dislinguero due casi diversi. Il primo quando i termini della scella sieno rappresentali corne perfettamente simili. Qui Γottimo non vi è: c questo *caso* da alcuni filosofi chiamasi *parallelo.* Il sccondo quando i termini compongono una serie infinita, in cui il termine che siegue sia sempre migliore di qucllo, che lo procede. Qui Γ ottimo non *i·* possibile: e questo lo chiameru appunto il caso della serie infinita. *Deinde exposito primo casti pergit ad secundum, dicens:* Iddio vuol creare il mondo. Ma un mondo assolulamenle ollimo, e vale a dire un mondo infinitamente perfetto, è impossibile. Basta dunque che Dio dia al mondo, che vnol creare, un grado di perfezione finita. . . Presentasi dunque questa serie positiva infinita ali' intelletto divino. E poichè i due limiti di essa, il zero e Γἶηfinito sono impossibili, resta che la volonlà divina scelga Γυηο de' termini medj, che noi spiegheremo appunto coi numeri naturali. Ma quale ne sceglierâ? Sia per esempio il cinquante. E perche non il cinquanluno, che certamente è migliore? E se il cinquanluno, perché non il cinquanladue, che d'un grado io supera? e sc questo, perche non il cinquautalrê, anzi il cento, il mille, c cosi ail' infinito? Quindi è chiaro, che quantunque tutti i termini della serie sieno Ira lor disuguali, nondimeno corne non è possibile sceglierne un tanlo huono, che non ve n'abbia sempre un migliore, cosi ugualmenle, tranne perô i due limiti, divengono indifferenti di una indifferenza perfettissima d'equilibrio, del pari che se tutti fossero uguali. Iddio perô potea sccglierc qualsisia degli universi possibili: e che uno ne abbia scelto, l'esistenza del mondo lo manifesta.M

147. II. Animadvertere debemus, nos neque posse neque debere, ut judicemus de iis, ad quae Deus tenetur, mensuram ac normam capere ab eu, quod praestare tenetur creatura iinibus circumscripta. Haec enim bona *quandoque* ‘° censeri nequit, si quidquid potest boni, in alteram creaturam, non conferat, praesertim si vel peculiari lege vel obligatione naturali ad id obstringatur; cujusmodi sunt ii omnes, quibus aliorum cura demandata est vel a natura ipsa, vel ab aliqua lege positiva, ut omnes provisores particulares. Dens enim utpote infinite bonus ac potens, hoc ipso non adstringitur ad bonum omne, quod tribuere potest, conferendum, nisi velimus admittere absurdum illud jam expositum, absolutum nempe *optimismum,* qui limites figeret ejus omnipotentiae, ultra quos ipse progredi non posset; Deus praeterea cum sit provisor universalis, potest permittere defectus in partibus sui operis propter bonum totius universi. 11

148. Huc accedit discrimen ingens inter Deum et creaturas, quum Deus possit ex malis bona eruere, quod assequi nequit simplex creatura; hinc illud Augustini effatum : *Melius enim* Deus *judicavit de malis bene facere, quam mala nulla esse permittere.*12

149. Quae si probe teneantur, difficile jam non erit, per eorum applicationem adversariorum objectis occurrere, eaque singillatim disjicere.

DIFFICULTATES.

150. I. Obj. a veteribus dualistis: Aeternum ac summum aliquod mali principium divinae ipsae Scripturae agnoscunt: 1. sic Amos III. 6. Si *erit malum in civitate, quod Domintis non fecerit:* 2. Ecclesiastici XXXIII. 15. *Contra malum bonum est .. . duo et duo, et unum contra unum;* et rursum ibid. XLII. 25. *Omnia duplicia, unum contra unum:* quare 3. Christus Joann. XII. 31. *Nunc. princeps hujus mundi ejicietur foras:* et apostolus H. Cor. IV. 4. *Deus hujus saeculi excaecavit mentes infidelium; ergo.*

151. Resp. Λ’. A. .Scriptura enim tota in eo est, ut inculcet absolutum monotheismum. Ad 1. Dico hic Amos loqui de malo poenae, ut exponit s. Augustinus13, et patet ex contextu et scopo prophetae, qui est arguere

ΨΪ1

,0) Dixi *quandoque :* nam non videtur admitti posse principium absolutum Bergier, qui statuit, seu pro certo sumit, bonam non censeri creaturam, quae in alteram *totum bonum quod potest,* non conferat. Cum enim nulla lege vel obligatione, sive naturali vel positiva, quispiam teneatur *totum quod potest bonum* in alterum conferre, non video, quomodo aliquis dici non possit bonus, si omne bonum quod potest, alteri non praestat. Quod si homo non tenetor ad optimum, multo minus tenetur Deus.

") Quo sensu mundus praesens possit dici optimus, fuse exponit Andr. Spagni in *Diss. de mundo,* prop. £U. sect. I. in 4. Romae 1770. Cf. s. Thom. part. I. qu. 22. art. 2.

*’) *Enchiridii,* cap. 27.

13) *Lib. contra Adimantum manich,* cap. 26. ..Malum, *inquit,* hoc loco non peccatum, sed poena intelligenda est. Du-

hobraeos de patratis sceleribus, propter quae Deus in eos animadversurus praedicitur illis afflictionibus et calamitatibus, quibus premebantur.

152. Ad 2. **Resp.** in allatis Ecclesiastici textibus sermonem esse de bonis ac calamitatibus, quibus universa haec terra nostra, immo et hominum vita quadam veluti permixtione constituitur, quaeque proveniunt ex ipsa rerum natura seu conditione creaturarum, quae suis limitibus circumscribuntur, ac proinde *relative,* ut expositum est, possunt esse vel bonae vel malae.

153. Ad 3. *D.* Nempe diabolus, ad quem debellandum venit Christus, quique mentes infidelium excaccat, seu suasionibus suis eos male dispositos a veritate retrahit, *C.* princeps ac Deus proprie dictus, *N.* *Dicitur autem diabolus,* inquit s. Thomas15, *esse deus hujus saeculi, non creatione, sed quia saeculariter viventes ei serviunt; eo modo loquendi, quo apostolus utitur* (Philipp. III.) : *Quorum deus venter est.*

154. **II. Obj.** Si unicus et quidem bonus Deus admittatur, jam explicari non potest existentia mali moralis. Si enim 1. Deus bonus est, vel non debuisset concedere suis creaturis libertatem, qua abusuras ipsas praeviderat, cum tanta ipsarum pernicie temporali et aeterna, ac tanto dedecore suo, quum culpa sit maximum ipsius dehonestamentum ; vel ipsas iis 2. saltem debuisset munire gratiae praesidiis, quibus creaturae rationales instructae, tum liberae essent, tum a peccato immunes. Ea 3. nobis insidet Dei boni immo optimi idea, ut intelligi a nobis nequeat, quomodo, cum possit a creaturis suis mala omnia avertere, non solum non avertat, sed malis omnibus temporalibus et aeternis eas penitus obrui permittat. 4. Quod si dicatur Deus non sibi proposuisse ut finem, in condendis creaturis liberis, bonum peculiare ipsarum creaturarum, sed gloriam suam, quae major exurgit ex mali moralis permissione ob exercitium suorum attributorum, praecipue vero misericordiae atque justitiae, ejusmodi effugium multiplici ratione intercipitur: tum a) quia indignum Deo bono est quaerere gloriam suam tanto creaturarum suarum detrimento: tum 5) quia eamdem, immo longe majorem obtinere ac consequi posset gloriam ex felicitate earumdem creaturarum, patefaciendo quid ipsis contingere potuisset, si in alio rerum ordine eas collocasset; tum c) quia denique nullomodo admitti potest Deus conferens libertatem cum praeviso ipsius abusu, quin ipse particeps censeatur et auctor saltem remotus ejus mali, cujus ipse causam, licet deficientem, posuit; quemad-

pliciter enim appellatur malum, unum quod homo facit, alterum quod patitur; quod facit, peccatum est; quod patitur, poena, ... ita homo male facit quod vult, ut male patiatur, quod non vult.°

ƒ Cf. Tertull. *Adv. Marcion.* lib. II. cap. XIV. «Quae quidem (poenae) illis, *inquit,* mala sunt quibus rependuntur; ceterum suo nomine bona, qua justa et bonorum defensoria, et delictorum inimica, atque in hoc ordine Deo digna.ı Energice idem prosequitur capitibus sequentibus.

*5) 1. part. qu. 65. art. 1.

modum auctor et particeps necis filii censeretur pater, qui dedisset ei ensem eunt praevisione, immo sola probabilitate ipsius abusus; quemadmodum mater. quae ad choreas filiam duceret, ex quibus vel suspicari potuisset ejusdem filiae seductionem, et ita porro 16; ergo.

155. **Resp.** A' A. ut patet ex dictis in probationibus. Satis est enim ad mali moralis existentiam explicandam defectibilem creaturae intelligente conditionem supponere; porro eo ipso, quod nulla creatura esse possit infinite perfecta, ei malum metaphysicum jam necessario adhaeret, quod in ipsa limitatione consistit. Ex hac autem limitatione sequitur omnem creaturam rationalem ignorantiae et errori obnoxiam esse posse ex parte intellectus, et deficientiae ab honestate ex parte voluntatis: quo fit ut certa regula morali indigeat, qua possit tuto finem suum assequi. Jam vero creaturae rationales, ut sunt essentialiter intelligentes, ita sunt essentialiter liberae, adeoque etiam adversus vitae regulam, benignissime eis a Deo datam, agere possunt. Hoc vero malum morale est. Malum igitur morale non est nisi per creaturam liberam, nec exigit nisi causam deficientem seu defectibilem et limitatam. Hic igitur totus controversiae cardo volvitur, utrum nempe Deus potuerit creaturam inteUigentem ac limitatam condere, et utrum bonitate sua adigatur ad eam exteriori aliquo praesidio ita muniendam, ut deficere illa non possit. Nos primum affirmamus, alterum negamus. Affirmamus primum, quia nihil impedit, quominus Deus optimus possit efficere, quod non repugnat, et in se bonum est, et quod exposcit ipsa creaturae notio atque conditio. Alterum negamus, quia nulla lege Deus optimus adstringitur ad largiendum bonum aliquod extrinsecum, quod scilicet non exposcit ipsa creaturae notio atque conditio. Quod si Deus ejusmodi bonum addit, id ex mera liberalitate facit, quae proinde nullam importat obligationem, et diversos gradus habere potest, ut ipsa liberalitatis idea evincit. Sed jam ad singulas probationes.

156. Ad 1. *Neg.* ob allatas rationes; cum agatur de re in se bona, et qua bene utens creatura, potest semper ulteriorem felicitatem acquirere. Nec Deus tenetur ob abusum accidentalem, licet praevisum, ac praevisam inde provenientem perniciem, abstinere a donis suis conferendis. Dedecus vero ac debonestamentum se tenent ex parte creaturae, ad quae propterea reparanda Deus decrevit poenas, sive temporales sive aeternas, pro offensae seu dehonestamenti modo.

157. Ad 2. *Neg.* ut pariter patet ex dictis. *Potuisset* quidem Deus id praestare, sed non *debuit,* ut adversarii affirmant et non probant; alioquin evincerent Deum *debuisse* creaturas omnes intelligentes statim condere in gradu supremo felicitatis ac beatitudinis. nec potuisse alia ratione e nihilo

,δ) Bayle, *Dictionnaire,* art. *Politiciens;* eadem refricat in aliis art. *Manichéens Origène, Marcionites.*

eas educere quod eet absurdum/ Dixi *debuisse* in tali supremo beatitatis gradu collocare; quia, cum malum metaphysicum sit defectio ulterioris boni ut vidimus, quicumque inferior gradus felicitatis supponatur, semper erit malum respectu ulterioris gradus, quem creaturae illae assequi potuissent.

158. Ad 3. *Neg.* Haec enim non est nisi idea praepostera atque *ἀν&οω-ποπα&ιχή,* a nobis nempe desumpta, ex nimio nostri amore *(φιλαυτία)* proveniens, quam ad Deum transferimus, et qua fit ut nos ipsos velut centrum spectemus, ad quod omnia referri debeant. Nihil vero nostra refert, si intelligere nequeamus quomodo Deus, quem natura seu essentia bonum esse ratio ipsa dictat, possit permittere, nec a nobis avertat tot mala, quibus obruimur; nobis sufficit ostendere id non repugnare, quod evincimus sive *a priori* sive *a posteriori,* ut aiunt. Si nunc quae partium nostrarum sunt, exeeuti fuerimus, divina gratia adjuti, olim videbimus aperte, quod nunc nonnisi in speculo et in aenigmate videmus.

159. Ad 4. Respondeo nos minime adstringi ad hanc potius quam aliam assignandam rationem, qua Deus permotus sit ad hunc providentiae ordinem prae alio amplectendum; potest haec esse, possunt esse aliae, quas ignoramus: possunt etiam plures esse. Hoc certum ac ratum apud omnes osse debet, Deum, utpote sapientissimum atque sanctissimum, fines habuisse dignos se, dum prae tot aliis innumeris qui ipsi praesto esse potuerunt, hunc potius ordinem eligere statuit; quinam autem praecise sint illi fines, nonnisi conjecturaliter, atque, ut dicitur, ex congruentia, determinare valemus, licet omnes demum in gloriam ejus cedant, a qua ipse praescindere nequit, quum omnium supremus finis sit.17

17) Diversas vias inierunt, qui Bayle impugnare aggressi sunt, inter quos eminet King archiepiscopus dublinensis, Jacquelot, La Place, Leibnitzius, Le Clerc, P. Malebranche; quorum varia systemata seu principia videri possunt apud Bergier, *Diet, théol.* art. *Manichéisme.* Apposite observat And. Spagni op. cit. *De Malo,* diss. II. sect. VII. η. 129. non posse determinatam vel determinatas detegi in particulari rationes adaequatas, per quas Deus rectissime permittit peccata; certe vel ipse s. Augustinus cum in hanc rationem inquirendam meditatus fuisset, illam esse supra captum suum professus est, dicens: *Altitudinem consilii ejus penetrare non possum, et longe supra vires meas hoc esse confiteor (De Genesi ad lit.* lib. XL cap. 4. n. 6.); et alibi passim *(Epist. ad Paulin.* CXLIX. alias XXXIX. n. 18; *De Genesi ad lit.* lib. XI. cap. 10; *De dono perseverantiae,* cap. 10.) Hoc ipsum fassi sunt non pauci heterodoxi, quos citat et sequitur Joann. Christoph. Wolfius, *Manich.* sect. III. η. 20; et ex nostris Michaël de Elizalde S. J. *Forma verae religionis,* qu. XXXIX. n. 727 et seqq.; Alphonsus de Sarasa S. J. Ars *semper gaudendi,* tom. I. tract. VI. aliique. Quare nihil melius in hac re quam illud Scaligeri usurpare: *Nescire velle, quae magister optimus docere non vult, erudita inscitia est.* Quod si proferri tamquam determinatae nonnullae rationes possunt, ut etiam solent, illae adaequatae dici nequeunt, sed partiales, atque, ut eas vocat card. Bellarminus *(De amiss, gratiae.* lib. III. cap. 2.), *probabiles.* Has expendit singillatim Spagni, libro cit. n. 130 et seqq., ostenditque omnes inadaequalas esse, sive quae prolatae sunt ab antiquis, sive quae afferuntur a recentioribus.

160. Nec tamen sequitur, quod primo loco n) inferebatur, *indignum Dto esse quaerere gloriam suam tanto creaturarum suarum detrimento.* Deus enim in hypothesi non quaerit seu intendit simpliciter gloriam suam ex creaturarum suarum detrimento, sed supposita istarnm malitia, quam impedire non tenetur, eruit inde gloriam suam.

161. Non secundum 6), quia quid magis conferat ad gloriam Dei, nostrum non est dijudicare, quia prorsus ignoramus an in hoc scilicet potius quam in altero systemate majorem gloriam esset consecutus. Hoc autem Deus longe melius quam nos novit

162. Non tertium c) denique, quia particeps criminis non est, nisi qui, cum possit et debeat praevisum abusum impedire, non impedit, cujusmodi esset provisor particularis, non autem Deus, qui ex dictis non tenetur, utpote provisor generalis, qui potest in particularibus defectus aliquot pati ob totius universi bonum, ut bene jam adverterat post s. Augustinum s. Thomas18; et sic responsio patet ad exempla patris, matris, magistri etc., aliaque non pauca, quae lasciviens Baylii ingenium excogitavit, in quibus idem semper latet sophisma, in eo positum, quod concludat ab eo, ad quod tenetur provisor particularis et limitibus circumscriptus obstrictusque moralibus legibus, ad provisorem generalem, infinita potentia ac bonitate praeditum, qui non tenetur ad totum illud quod potest. 19

163. **In st.** Deus non potuit condere creaturas rationales nisi ad felicitatem; ergo, licet *absolute* non teneatur totum malum ab ipsis avertere, tenetur tamen *hypothetice,* cum alias finem suum obtinere non possit.

164. **Resp.** *D.* A. Id est, ad felicitatem per bonum usum illorum donorum, quibus illas cumulavit, *C.* quacumque ratione obtinendam, *N.* Sane Deus creaturas rationales non potuit condere nisi ad felicitatem ex intentione sua, ac proinde eas instruxit mediis tum naturalibus tum supernaturalibus,

19) L part. qu. 22. art. 2: ›Aliter, *inquit,* de eo est, qui habet curam alicujus particularis, et de provisore universali, quia provisor particularis excludit defectum ab eo, quod ejus curae subditur, quantum potest; sed provisor universalis permittit aliquem defectum in aliquo particulari accidere, ne impediatur bonum totius;« et plibi passim.

*9) Pictetus *Cont. l'Indifférent,* chap. 10. pag. 134. adnotat permissiones allatas illius patris, et regis, etc. sistere tandem in ultimo quodam et praecipuo motive certe vitioso, in praepostero affectu; tum esse imprudentes, cum neuter certus esse possit de felici exitu remedii, de quo cogitat; rex autem ille, qui permitteret scelera, ut haberet in quibus exerceret justitiam, crudelis animi esset. At in Deum perfectissimum non cadunt nisi fines sanctissimi ct ipso digni, et licet puniat malos, non tamen permittit esse malos ad finem puniendi, et omnia habet in sua potestate, ut etiam de malis bona possit elicere. Quod est fateri, ut observat Spagni n. 135. illas non esse adaequatas rationes permissionis peccati, sed. tamen esse aliquas, quae saltem satis opportunae sunt ad revocandum in mentem, inter attributa Dei non esse solam bonitatem, nec a Deo mundum conditum esse, ut hanc tantummodo creaturis intelligentibus manifestaret, quod tamen praeter rationem videtur saepius supponere adversarius.

quibus ipsae bene utendo *possint* felicitatem adipisci, si velint; sed si istae illis abutuntur ad suam perniciem, sibi solis, non autem Deo, infelicitatem quam sibi consciscunt, adscriberc debent. Sed de hoc postea.

165. III. Obj. 1. Contrariorum eadem est ratio, ergo si bonum summum existit omnis boni causa, existit etiam summum malum omnis mali causa. Sane 2. effectus malus non potest produci a causa bona eadem ratione, qua effectus bonus produci non potest a causa mala. Hinc 3. cum bonum et melius dicantur relate ad optimum, malum et pejus dici debent relate ad pessimum. Demum 4. cum tam bona quam mala talia sint per participationem, debent utraque reduci ad illud, quod est per *essentiam* tale, cujus naturam ipsa participant; ergo.

166. Resp. Ad 1. *D.* In iis quae contraria sunt per oppositionem *positivam, C.* quae contraria sunt per oppositionem *negativam* seu *privativam, N.* Ex eo enim quod sol necessarius sit ad aërem illuminandum, non efficitur aliquam similem et oppositam causam requiri ad tenebras producendas, quae offunduntur sola lucis absentia et privatione. Hinc cum malum sit boni privatio, quae negativa est, nonnisi causam finitam et imperfectam, quae a recto ordine deflectere possit, expostulat, et malum ita bono inhaeret, ut sine ipso bono nec esse, nec intelligi queat.

167. Ad 2. *D.* Non potest produci a causa bona quatenus bona est, *C.* quatenus a bono deficit, ut expositum est, *N.* et nego paritatem, cum effectus bonus sit positivus.

168. Ad 3. *D.* Sed diversa ratione, *C.* eadem ratione, *N.* Bonum enim et melius dicuntur relative ad optimum per *accessum,* malum autem et pejus per *recessum,* nempe a bono vel optimo.

169. Ad 4. *D.* Bonum tale est per participationem, *C.* malum, *N.* Neque enim malum dicitur per *participationem,* sed per *privationem* vel *negationem* boni, ut diximus.[20]

U T III.

DE ESSENTIA DEI EJUSQUE PERFECTIONIBUS GENERATUM.

170. Deum existere ac unicum esse, ostendere operosum non est; quid vero Deus sit, et cujusmodi ipsius natura in se sit, sive quae essentia propriaque ejus conditio, definiri omnino explicarique non potest. Hinc receptum illud s. Augustini dictum, cui patres reliqui consonant: *Deus ineffabilis est. Facilius dicimus quid Deus non sit, quam quid sit.* [1]

îû) Cons. s. Thom. I. part. qu. 49. art. 3. ad 3. nBonum, *inquit,* per accessum ad terminum perfectum attenditur; privatio autem per recessum a termino. Unde non dicitur malum per accessum ad summum malum; sicut dicitur bonum et melius per accessum ad summum bonum."

*) In Psalm. LXXXV. n. 12. Cons. Pe-

171. Dum igitur theologi inquirere solent in Dei essentiam ejusque perfectiones, pro intelligentiae humanae modulo id faciunt, quatenus nempe ab humana mente Dens concipi potest, non autem omnino quatenus re ipsa est.

172. *Perfectiones* autem, *nomina, attributa* dicuntur illae dotes, quae Deo necessario insunt, atque ab ejus essentia profluere quodammodo mente nostra concipiuntur, eamque jam constitutam veluti perficere ac modificare.

173. Cum vero Deus sit perfectionum infinitum pelagus, ac simplicissimus in se ipso, nec. ut videbimus, apprehendi a mente linita possit nisi per conceptus peculiares, dum instituitur quaestio a theologis, quodnam sit constitutivum Dei metaphysicum, id debet intelligi de ratione et ordine, qno progredi mens debet in serie divinarum perfectionum vel attributorum, et de perfectione ejusmodi investiganda, quae spectari possit ut ceterarum veluti fons et origo, vel etiam, si placet, basis et fundamentum, quod ceteras regat atque sustentet, qua ab aliis entibus Deus maxime secernatur, quaeque propterea constituat ipsam Dei essentiam.

174. Essentiae enim nomine intelligitur id, quod primum in ente concipitur, et est ejusdem proprietatum fons et origo, atque per quod ens a reliquis entibus omnino distinguitur, seu in suo esse proprie constituitur.

175. Circa hanc quaestionem quatuor praecipuae sunt theologorum sententiae. Prima illorum est, qui *nominales* nuncupantur, juxta quos Dei essentia consistit in cumulo omnium perfectionum2; altera est illorum, qui contendunt eam ponendam esse in *infinitate radicati,* seu in *exigentia* omnium

tavius, *De Deo,* lib. 1 cap. 5. ubi refert a s. Edmundo canluariensi in *Speculo,* cap. 27. quatuor tradi modos, qui arripiendae Dei notitiae nobis usui esse possunt, quorum duo sunt interiores, alii exteriores. Prioris generis sunt revelatio atque ratio: revelatio tum fit, cum vel arcanis instinctibus vel miraculis docentur homines; ratione vero cognoscitur, cum argumentis ad id utimur. Exteriores modi duo sunt, scriptura et creatura. Rursum ab antiquis passim duplicem distingui theologiam, hoc est, disputationem, quae de divinitate ipsa instituitur: unam symbolicam et mysticam sive arcanam, alteram demonstrativam. Prior est, quae sub figuratis quibusdam descriptionibus ac similitudinibus, quae symbola vocantur, abstrusarum rerum significationes continet; ut cum uterus, et cor, et manus, et oculus affinguntur Deo. Posterior, quae de Deo revera, non figurate affirmat aliquid aut negat, ut cum eum bonum ac sapientem dicimus, aut infinitum vel invisibilem. Haec notare constitui juxta veterum placita, ut magis innotescat, quam ab ipsis deflexerint 1. neoterici illi, qui contendunt non aliter posse nos ad Dei existentiae cognitionem pervenire, quam per revelationem: illos superius recensuimus; 2. illi qui autumant in statu purae naturae, seu seclusa revelatione, homines numquam perventuros in Dei existentis notitiam, quod passim in Germania traditur; 3. quam abutantur nonnulli revelationis voce, quae interdum apud veteres occurrit, quando de Dei cognitione sermo est, cum alio omnino sensu ab eo, quem neoterici eidem voci affingunt, illam usurpaverint. 4. Id ipsum dici debet de symbolica Dei notitia, quae a veteribus accipitur significatione diversa ab ea, quae nunc temporis obtinet apud nonnullos, qui hoc pallio se tegere nituntur. Cons. Estius in *Sententiarum,* lib. L dist. 5. §. 6.

*) Horum auctor est Guillelmus Occamus, de quo cf. Feller, *Diet. hist.*

perfectionum3;* tertia nonnullorum *thomistarum* est, qui opinantur eam sitam esse in *intellectione actuali* vel, ut aliis placet, *radicali** quarta demum, quam sectantur thomistae reliqui, ac communis est inter theologos, statuit Dei essentiam in *esse a se (aseitatem* vocant), vel clarius in existentia a se, in existentia necessaria seu necessitate essendi.

176. Cum instituti nostri non sit in quaestionibus scholasticis diutius immorari, contenti erimus communiorem, quamque veriorem existimamus, adstruere sententiam, de ceteris non solliciti. Quod quidem praestabimus, quum Deo vindicaverimus, prout ordo postulat, omnes prorsus perfectiones, ut inde ex his illa ordine prior statuatur, quae spectari possit nostro cogitandi modo velut ceterarum fons et origo, ac constitutivum, ut vocant, metaphysicum Dei, seu Dei essentia metaphysica.

177. Notandum porro est perfectiones generatim bifariam dividi. Prima pars complectitur eas, quas veteres scholastici vocabant *simpliciter simplices,* quasque nos absolute *simplices* vocabimus; altera vere complectitur perfectiones *secundum quid,* quas nos dicemus *mixtas.* Perfectio *simplex* ea est, quae nullam in suo conceptu involvit imperfectionem, ac melior est sua opposita et quacumque alia cum qua est incompossibilis in eodem subjecto; perfectio *mixta* ea est, quae vel aliquam in suo conceptu importat imperfectionem, nec est perfecta nisi in aliquo genere tantum, non autem absolute, vel saltem talis est, ut sit· incompossibilis in eodem subjecto cum alia perfectione sive meliore sive aequali. Quod ut aliquo exemplo clarius fiat, ducto ab ipso s. Anselmo, hujus distinctionis auctore, in *Monologio* (cap. 15. alias 14.): esse sapientem melius est suo opposito, quia absolute melior est sapiens quam non sapiens; quod pariter dici debet de bonitate, justitia etc.; contra, esse aurum non est perfectio nisi in auro, non autem in omni genere, quia esset imperfectio in homine, qui si aureus esset, vita et sensu careret. Advertit autem idem s. Doctor (cap. 5.) hanc distinctionem non habere locum nisi in substantiis.5

178. Inesse autem possunt alicui subjecto perfectiones duplici potissimum modo, nempe vel *formaliter* vel *eminenter* (quatenus sub hoc vocabulo

3) Hanc passim scotistae tuentur.

') Cons. card. Gotti, Tract. *De Deo.* lom. IL qu. 3. dub. 3.

s) Praemiserat enim initio capitis: >.De relativis quidem nulli dubium, quia nullum eorum substantiale est illi, de quo relative dicitur. Quare si quid de summa natura dicitur relative, non est ejus significativum substantiae. Unde hoc ipsum, quod est summa omnium, sive major omnibus, quae ab illa facta sunt, vel aliquid aliud quod similiter relative dici potest, manifestum est, quoniam non ejus naturalem designet essentiam. Si enim nulla earum rerum unquam esset, quarum relatione summa et major dicitur, ipsa nec summa nec major intelligeretur; nec tamen idcirco minus bona esset, aut essentialis suae magnitudinis in aliquo detrimentum pateretur. Quod ex eo manifeste cognoscitur, quoniam ipsa quidquid boni vel magni est, non est per alium quam per se ipsam."

comprehenditur etiam quod dicitur *uirtualiter* et *aequivalenter).* Tunc aliquae perfectiones censentur inesse alicui subjecto *formaliter,* cum proprio et secundum suum conceptum ac definitionem do eo enuntiantur; ut cum dico: Deus est bonus, sapiens, etc. vel in Deu est bonitas, sapientia, etc. *Eminenter* autem, quando nonnisi improprio de illo enuntiari possunt, quum non inveniantur in subjecto prout sunt, sed modo longe perfectiori, seu cum subjectum, cui inesse aliqua ejusmodi perfectio dicitur, potest aut illam producere aut idem praestare per altioris ordinis perfectionem; sic e. gr. angelus eminenter dicitur continere rationem, quia longe meliori modo assequi potest per suam intelligentiam, quod homo per rationem assequitur.

179. ilis ita declaratis, tria hic praestare debemus: nempe ostendere 1. Deo inesse omnes perfectiones; 2. quanam ratione Deo perfectiones inesse dicantur; 3. quae demum ex perfectionibus, quae in Deo sunt, censeri debeat Dei metaphysicum constitutivum, seu per quam censendum sit constitui Dei essentiam. Quod enim spectat ad modum, quo se habeant divinae perfectiones ad divinam essentiam, disseremus cum de attributis in particulari, ac praecise cum agemus de Dei simplicitate. Sit igitur

I

PROPOSITIO I.

In Deo sunt omnes perfectiones.

180. Deus enim de se ipso loquens (Exodi XXXIII. 19.), dicit Moysi: *Ostendam omne bonum tibi.* Jam vero omne bonum Deus dici absolute non posset, nisi perfectiones omnes in se contineret. Huc quoque spectant, quae de Deo passim Scripturae praedicant, Psalm. CXLIV. 3. *Magnus Dominus et laudabilis nimis, et magnitudinis ejus non est finis;* tum Baruch III. 25. *Magnus est et non habet finem.* Cum autem Scriptura magnitudinem Deo tribuit, non in sensu magnitudinis extensae per omnia spatia tribuit, sed cujuslibet perfectionis, ut sapientiae, potentiae, majestatis, naturae, etc. Quare optime s. Joannes damascenus, *De fide orthod.* lib. I. cap. 9. de Deo loquens: *Nam tofam~esse,* ait, *velut immensum quoddam et nullis terminis definitum essentiae pelagus complexu suo ipse continet.*1 Hoc ipsum jampridem affirmaverat s. Greg. naz. *Orat, in Natatilia,* iisdem pene verbis dicens: *Universum esse in se ipso, numquam inceptum, numquam desiturum, complexus continet, tamquam infinitum quoddam et interminatum essentiae pelagus.*2 Sic patres reliqui.

*) *"Ολον γάρ lv iavrqi συλλαβών Ιχιι τό lirai, οιόν τι πίλαγοι ουσία άπιιρον καί αόριστον.* Pag. 142. edit. P. Le Quien, Paris 1712-

') *Ολον γάρ lv ίαντ<[> συλλαβών ?χιι τό ΐιναι, μήτι άρίάμινον, μήτι πανσάμινον οιόν τι πίλαγοι ούσϊαι άπιιρον καί αόριστον.* Edit. Billii *Orat.* XXXVIIL η. 11. pag. 615.

181. Sod et ratio ipsa hoc suadet: Deus enim eat one quo nihil melius excogitari potest. Ergo necessario omnes omnino perfectiones in se contineat necosse est; alioquin jam aliud eo majus excogitari posset, nimirum quod omnes possideret.

PROPOSITIO II.

Deus habet omnes perfectiones simplices formaliter, mixtas autem eminenter.

182. Talis enim Dei est idea, ut ipsi tribui debeant omnes perfectiones, quae cum ejus natura componi possunt, ac removeri ab eo debeat, quidquid imperfectionem in suo conceptu involvit, et cum simplicissima ipsius natura consistere nequit. Quum autem ex praecedenti propositione Deus in se contineat perfectiones omnes, dicendus est diversa ratione possidere perfectiones simplices, diversa perfectiones mixtas, priores nempe formaliter, posteriores eminentiori quodam modo, prout naturae divinae congruit.

183. Ac primo quidem Deum vere et proprie seu formaliter illas continere perfectiones simplices, patet ex ipsius perfectionis simplicis notione, quam dedimus. Simplex enim perfectio ea dicitur, quae et sua opposita et omni alia incompossibili melior existit. Ergo omnes perfectiones simplices vere et proprie Deus in se continet; secus enim non esset quidquid optimum cogitari potest. Hinc omnes perfectiones simplices Deum denominant, et Deus dicitur substantia, spiritus, sapiens, justus, etc.

184. Quod autem nonnisi *eminenter* contineat perfectiones mixtas, ex carum ipsa notione pariter eruitur; mixta enim perfectio ea est, quae involvit aliquam imperfectionem, vel saltem est incompossibilis cum perfectione meliori sive aequali; hinc si Deus vere et proprie perfectiones istas in se contineret, jam possideret perfectiones simplices, cum quibus in eodem subjecto perfectiones mixtae consistere nequeunt. Sic si Deus esset corpus, non esset spiritus; si vero spiritus non est, jam nec est quidquid optimum cogitari potest. Hinc perfectiones mixtae Deurn non denominant; quare Deus non dicitur corpus, animal, rationalis, etc.

185. Cum tamen omnes perfectiones, quae in creaturis elucent, Deo insint, sequitur eas non alia ratione in eo esse, nisi quatenus potest illas producere, ideoque eminenter seu virtualiter continere; sive quia nulla est, cui Deus non aequivaleat tum in *essendo,* ut dicunt, tum in operando. Quare eas continet aequivalenter, quia potest illud producere et praestare, quod illae praestant, per altioris ordinis perfectionem, producit enim illas per suam omnipotentiam; et quod illae pro modulo suo nec sine multis imperfectionibus praestant, praestat ipse absque ullo defectu et cum singulari

excellentia; ac propterea, quod illae possunt, ipse potest per perfectionem longe eminentiorem; hoc est autem continere eminenter.

186- Dens igitur perfectiones simplices formaliter, mixtas vero continet eminenter, quatenus, ut dictum est, istae aliquam imperfectionem in suo conceptu involvunt. Ex dictis autem pronum est unicuique colligere, Deum esse infinitam omnis perfectionis et entitatis simplicissimam et eminentissimam complexionem. Omnis, inquam, perfectionis non solum increatae, sed etiam creatae, quia quidquid est bonitatis, pulchritudinis, perfectionis, entitatis, non solum existentis, sed etiam possibilis in creaturis, id totum infinite perfectius et copiosius continetur in Deo, et quidem per unam simplicissimam rationem suae deitatis, per quam est omnia formaliter vel eminenter. Hinc merito s. Anselmus loc. cit. infert omnia illa, quae divinitati tribuuntur, significare non qualitatem vel modum, sed substantiam ejus, et ab ipsa omnia summo modo concludi: *Quidquid igitur eorum,* inquit, *de illa dicatur, non qualis vel quanta, sed magis quid sit monstratur. Sed palam est, quia quodlibet bonum summa natura sit, summe illud est. Illa igitur est summa essentia, summa vita, summa ratio, summa salus, summa justitia, summa sapientia, summa veritas, summa bonitas, summa magnitudo, summa pulchritudo, summa immortalitas, summa incorruptibilitas, summa immutabilitas, summa beatitudo, summa aeternitas, summa potestas, summa unitas.* Quem propterea summe revereri summeque diligere debemus. [8]

DIFFICULTATES.

187. Obj. 1. Relationes divinae non sunt perfectiones simplices, sed mixtae seu secundum quid; atqui in Deo formaliter sunt. Falsum igitur est

') Cf. Less. *De divinis perfect,* lib. I. cap. 6. Praeter summam in dicendo claritatem id sibi peculiare vindicat piissimus hic auctor, ut lectorum corda mire accendat ac in Deum moveat; praesertim in suis recollectionibus prccatoriis, in quibus, dum summam colligit eorum omnium, de quibus praecedentibus capitibus late disseruerat, egregias precationum formulas exhibet. Ut hujus rei specimen habeant auditores nostri, partem hic referre placet recollectionis, quam materiae, de qua agimus, subjicit: «Vilescant mihi omnia transitoria propter te, et cara sint mihi omnia tua, et tu Deus meus plus quam omnia. Quid enim sunt cetera omnia ad excellentiam bonorum tuorum? Fumus sunt, umbra sunt et vanitas omnes divitiae et deliciae, omnisque gloria hqjus mundi, quae misere oculos mortalium fascinant, ne vera illa bona, quae in te sunt, cognoscere et persequi valeant Et sicut qui dormiunt, inani imagine divitiarum, voluptatum et honorum delusi, nihil horum inveniunt cum excitantur, sed cum dolore animi vident se misere deceptos, ita accidit omnibus hujus mundi amatoribus, vitae istius per mortem corporis discusso somno, mente in lucem alterius saeculi expergiscente. Nihil igitur illorum amem aut aestimem, sed te solum ct bona tua, quae in te recondita, quae tu ipse es, quibus fruèntur aeternum qui, hisce caducis contemptis, tibi inhaeserint. Amem te super omnia, et semper serviam tibi: quia infinite melior es omnibus, ct dignus, ut omnis amor, omnis benevolentia, omnis benedictio, omnis gratulatio, omnis gloria, omnis servitus tibi ab omni creatura in

perfectiones mixtas non esso in Deo nisi eminenter. Praeterea 2. ex dictis perfectiones divinae profluere intelliguntur ab essentia; ergo in illa formaliter non continentur.

188. Resp. ad 1. *D. A.* Quatenus in eodem subjecto consistere simul nequeunt, *C.* quatenus imperfectionem involvunt in suo conceptu. *N.* Diximus autem perfectionem mixtam esse, quae vel imperfectionem in suo conceptu importat, vel saltem in eodem subjecto cum alia consistere nequit; hoc porro tantum posteriori sensu inter perfectiones mixtas recensentur divinae relationes; eadem enim persona non potest habere paternitatem et filiationem, quae duae proprietates se invicem excludunt. Non desunt qui relationes perfectiones esse negant, cum relatio non dicat neque perfectionem neque imperfectionem, sed modum seu habitudinem unius ad aliud, sed de hoc in tract, de Trinitate.

189. Ad 2. *D* Profluere intelliguntur, si distincte considerentur, *C.* si generatim, *N.* Hoc enim sensu sunt formaliter ipsa divina essentia.

PROPOSITIO III.

Essentia Dei metaphysica videtur constituenda in eo quod sit ens a se ac independent, seu in existentia a se.

190. Essentia enim metaphysica seu metaphysicum Dei constitutivum, ex communi doctrina, quatuor debet in se conditiones complecti: nempe 1. ut sit quidpiam intrinsecum enti, 2. ut ipsum ab aliis omnibus secernat, 3- quod primo concipiatur, 4. demum ut ceterarum omnium perfectionum spectari possit veluti fons et origo. Atqui in *aseitate,* seu in existentia a se, quatuor ejusmodi conditiones reperiuntur, quae ad essentiam metaphysicam constituendam requiruntur et sufficiunt. Nam ratio entis a se est quidem intrinsecum Deo, ut patet; nihil enim ea prius cogitari potest; nihil praeterea est quod Deum magis a creaturis distinguat, quae *esse* acceperunt ab alio; omnia demum attributa ex hoc quasi principio dimanare concipiuntur. Ex eo enim quod Deus intelligitur esse ens a se statim necesse est, ut omnibus perfectionibus cumulatissimus nullisque terminis circumscriptus intelligatur. Quarc s. Thomas, cum docuisset Deum esse ipsum *esse* per se subsistens, ex hoc colligit, eum omnes perfectiones continere, quia omnis perfectio pertinet ad rationem *esscndiⅈ*\ ae postea cum s. Joann. Damasceno statuit ex omnibus Dei nominibus, quae de Deo dicuntur, praecipuum et

omnem aeternitatem deferatur ct impendalur.«

') I. part. qu. 4. art. 2- Cf. Suarez *Metaph.* tom. II. disp. XXX. sect. I et seqq.

Deo maxime proprium esse ftüt est, totum enim in se ipso comprehendens, habet ipsum *esse* vehit quoddam pelagus substantiae infinitum. 2

191.· Haec sane sententia magis consentanea videtur tum sacrae Scripturae tum sanctorum patrum doctrinae. Deus enim ipse suam naturam nomenque sibi proprium expositurus (Exodi III. 14.) ait Moysi: *Ego sum qui sum: sic dices filiis Jsraêl:* ***Qui est misit me ad vos.*** 3 Quae verba expendens s. **Hilarius,** *De Trinitate,* lib. I. *Admiratus sum,* inquit, *piatu: tam absolutam de Deo significationem, quae naturae divinae incomprehensibilem cognitionem aptissimo ad intelligentiam humanam sermone loqueretur. Non enim aliud proprium magis Deo quam esse intelligitur, quia ad ipsum quod est, neque desinentis est aliquando, neque coepti;* ac s. **Bernardus,** *De Consideratione,* lib. VI. c. 6. Si *bonum, si magnum, si beatum, si sapientem, vel quidquid tale de Deo dixeris, in hoc verbo instauratur, quod est est. Nempe hoc est d esse, quod haec omnia esse.* Sic patres reliqui, sive graeci sive latini, quorum testimonia profert Petavius4, qui praeterea ostendit hanc ipsam inhaesisse sententiam philosophis ipsis ac judaeorum doctoribus.5

*) I. part. qu. 13. art 2- Adeo Dei proprinm ewe *a se* Tertullianus pro certo habet, ut inde arguat adversus Hermogenem materiam aeternam non esse. En quomodo ipse ratiocinetur cap. 4. .Hinc denique incipiam retractare, *ait,* de materia, quod eam Deus sibi comparet, proinde non natam, proinde non factam, proinde aeternam, sine initio, sine fine propositam. Quis enim alius Dei census, quam aeternitas? Quis alius aeternitatis status, quam semper fuisse et futurum esse, ex praerogativa nullius initii et nullius finis? Hoc si Dei est proprium, solius Dei erit, cujus est proprium, quia et si alii adseribatur (nempe si et alii adseribatur), jam non erit Dei proprium, sed commune cum eo cui et adscribilur. . . Quod si Deus est, unicum sit necesse est, ut unius sit. Aut quid erit unicum et singulare, nisi cum nihil adaequabitur? Quid principale, nisi quod super omnia? nisi quod ante omnia, et ex quo omnia? Haec Deus solus habendo est, et solus habendo unus est. Si et alius habuerit, tot jam erunt dei, quot habuerint quae Dei sunt. ..“ Et ita prosequitur capp. 5, 6, 7. edit. Rigaltii.

3) Hebraice vero legitur ad litteram

terunt: *Ἐγὼ ιίμι ὁ ’ilv,* et Vulgatus noster reddidit: *Ego sum qui sum.* Aquila et Theodotion hebraea ad verbum reddiderunt: *Ἔπομαι Sf ἴβομαι.* Onkelos, Syrus et Persa textus hebraei verba retinent. Arabs uterque habent: *Ego sum aeternus, qui non desinit.* Paraphrastes Jonathan nempe et Targum hierosolymitanum liberius verba illa exposuerunt. Sensus semper idem est. Cf. Rosenmfiller.

4) De Deo, lib. I. cap. 6.

s) Ibid. Mirum proinde est Beausobre, *Histoire de Manichée,* etc. livr. III. chap. 3. §. 4. scribere potuisse: .Supposé que Denys d'Alexandrie ait connu cette vérité (aseitatem nempe proprietatem esse divinitatis propriam et incommunicabilem), il est néanmoins constant que les philosophes l'ont ignorée, et qu'elle a échappée à la pénétration du plus subtil de tous les Pères. Je veux parler de s. Augustin." Ergo juxta hunc criticum hanc veritatem metaphysicam ignorarunt philosophi omnes antiquitatis et patres omnes, sive graeci sive latini. Petavius tamen loc. cit. in medium profert hujus veritatis assertores Platonem in *Timaeo,* Plotinum, Numenium, Plutarchum; ex judaeis Philonem; ex patribus laudat Clementem alex., Gregorium nazianzenum, Dionysium alex., Hieronymum, Hilarium, Dionysium Areopagitam

192- Et haec quidem pro instituti nostri ratione dicta sufficiant; qui enim plura de hoc argumento cupit, adeat ipsos scholasticos.

nuncupatum, Maximum mari., Damascenum, aliosque, quorum ibidem testimonia et argumentandi ratio videri possunt. Quoniam vero Beausobre commemorat s. Augustinum, ex eo afferemus testimonium. In Tract, *in Psahn. CXXi.* interrogat: ..Quid est quod est? Quod aeternum est. Nam quod sem-

per aliter atque aliter est, non est, quia non manet. Non omnino non est, sed non summe est.“ Fuse etiam de hoc disserit s. Doctor Tract. XXXVIII. *in Joann,* tum alibi saepe. Recolantur verba adducta ex Tertulliano

He

PARS II.

DE DIVINIS ATTRIBUTIS SINGILLATIM.

193. Divina attributa alia sunt *absoluta,* quae ad divinam referuntur naturam, alia *relativa,* quae referuntur ad personas. De his suo loco. Ex attributis autem absolutis alia dicuntur *negativa,* non quasi reipsa negativa sint, sed quia vocibus exprimuntur negativis, ut infinitas, immensitas, immutabilitas, etc. Quae tamen notionem positivam praeseferunt, alia *affirmativa* vocantur, quod vocibus affirmantibus praedicantur, ut bonitas, justitia etc.; alia demum *respectiva* dicta fuere, utpote quae ad operationes referantur, cujusmodi sunt scientia, omnipotentia, providentia, etc. Hae sunt praecipuae divinorum attributorum divisiones, quibus alii alias addiderunt plus minus imperfectas.[1] Nobis hic satis erunt, ne ex copia ejusmodi divisionum confusio potius quam claritas oriatur.

194. Nimis longum esset de singulis attributis instituere sermonem, et quaestiones agitare: illa propterea tantum expendemus, in quibus maxime erratum est, simplicitatem nempe, immutabilitatem, libertatem, infinitatem, immensitatem, aeternitatem.

CAPUT

DE SIMPLICITATE DEI.'

195. Simplex dicitur quod caret omni compositione, quae est distinctorum unio: potest autem esse haec compositio vel physica, vel metaphysica, vel

') Praeter *positiva* attributa ac *negativa,* etc. recensentur *quiescentia,* seu immanentia *(awlpygrai, et operativa* seu transeuntia (Μρχρπκά); *primitiva,* ex quibus alia scilicet deducuntur, et *derivata; metaphysica,* quae ad Dei substantiam infinitam spectant, et *moralia,* quae ad ejus intelligentiam et voluntatem referuntur; *communicabilia.* quae, licet diverso gradu, creaturis communicari possunt, ut sapientia, bonitas etc., et *incommunicabilia ,* ut omnipotentia; *propria,* ut aeternitas, *metaphorica,* ut misericordia, ira; *moralia,* ut sanctitas, justitia etc.

logica. Compositio *physica* est ea, quae constat partibus realiter distinctis, cujuemodi e. gr. sunt corpora omnia; *metaphysica* compositio ea est, quae exsurgit ex potentia et actu, essentia et existentia, natura ac personalitate; *loyica* demum, quae coalescit ex genere et differentia.

196. Circa Dei simplicitatem non pauci quovis tempore errarunt. Ac 1. quidem ex ethnicis illi omnes, qui idola ut deos habuerunt, quos plerosque fuisse ostendimus, vel qui numina corporea admiserunt. 2. Ex Christianis, qui humanam formam Deo tribuerunt, *anthrapomorphitae* propterea dicti; quam quidem quaestionem indifferentem ad fidem esse contendunt sociniani et arminiani.2 3. Cum veteribus stoicis recentiores pantheistae, Spinoza duce, qui in sua *Ethica* pantheismum geometrica methodo exponere ac demonstrare aggressus est, et nihil adstruit nisi materiam aeternam, improductam et immensam, quam Deum vocat, cui paucis ab hinc annis judaeus Salvador adstipulatus est.3 4. Ii qui realem distinctionem commenti sunt inter divinam essentiam et attributa, qui quidem error vulgo Gilberto porretano tribuitur, nonnullis reclamantibus. Hunc eumdem errorem adoptarunt graeci schisma-

1) Beausobre, *Histoire de Manichée* etc., livr. ГП. chap. 2. pag. 484. censet, non esse haeresim perniciosam concipere naturam divinam velut lucem extensam. Sic enim ait: -Tout ce qui peut me convenir, c'est de peser à la balance de l'équité et de la religion la question, si c'est une hérésie dangereuse de concevoir la nature divine comme une lumière étendue. Voici ce qui peut en faire douter, etc."

3) *Histoire des Institutions de Moïse,* tom. III. seconde partie, chap. 1. *Jehovah.* Hic auctor tamen negat se admittere pantheismum, sed contendit non esse admittendum nisi *infinitheismum,* sive existentiam universalem. Sic enim propriam sententiam promit loc. cit. pag. 180. ..Maintenant réunissons tous les êtres et toutes les intelligences secondaires connues et inconnues; ajoutons un même accord, une même tendance, une même harmonie, voilà l'existence universelle. Mais n'est-ce point le panthéisme? Mais alors chaque chose n'est-elle pas Dieu? Le mot *pan* signifie *tout,* et l'expression *un tout* indique une oeuvre faite, terminée, bornée. Or Гéire universel n'a pas de bornes dans notre esprit; ... au lieu du mol *pan* plaçons le mol *infini,* faisons, si l on veut, Г infinithéisme, et soudain la première objection (du panthéisme) disparaîl.u Ast parum refert denominatio, cum agatur de re, utrum nempe Deus ab universo distinctus sit nec ne, seu an ipsa rerum universitas Deus sil. Sane ipsemet in nota fatetur, ad rei summam quod spectat, in unum convenire pantheismum et infinitheismum, humo et spinozismum.

D Critici inter se divisi sunt circa veros Gilberti errores (quos ipse tamen revocavit in concilio rhemensi); alii enim, ut Vasquez, Frassen, etc. longe probabilius esse arbitrantur, Gilbertum non distinxisse inter Dei essentiam atque attributa, sed solum essentiam et proprietates a persona realiter distinctas esse contendisse. Atque hi innituntur tum auctoritate Othonis frisingensis tum actorum concilii rhemensis, quae ex codice vaticano vulgavit Vasquez. Alii autem communiter cum Petavio, Nat. Alex, censent, Gilbertum utramque distinctionem propugnasse, tum inter essentiam et attributa, tum inter essentiam ct proprietates atque personam; hi autem citant auctoritatem s. Bernardi et Gaufredi monachi. Cons. Petavius, *De Deo,* lib. I. cap. 8. §. 4 et seqq. el Nat. Alex. *Synopsis in saec.* XI et XII. cap. 4. art. 9. pro posteriori hac sententia; pro priori cf. Vasquez, qui tamen disp. CXVI. in I. pari.

tici passim, agente potissimum Gregorio Palama episcopo thessalonicensi, qui virtutem Dei, *fregyeiav,* operationesque a divina essentia realiter distingue, bat, ac commentus est quamdam lucem ab ea promanentem, qualis Christo af. fulsit in monte Thabor.[5] Sic abbas Joachim realem distinctionem invehere visus est inter divinam naturam divinasque personas, cujus proinde libellus in concilio lateranensi IV. anno 1215 proscriptus est. 5. In oppositum sco- pulum inciderant anomaei, qui saeculo quarto Eunomium et Aëtium seqnuti, nullam, nec rationis quidem, distinctionem inter Dei essentiam ejusque attri- buta, atque inter attributa ipsa admittebant, ut sic facilius aditum sibi ape- rirent ad impugnandam Verbi divinitatem.

197. Hi sunt praecipui errores circa Dei simplicitatem ab ecclesia da- mnati. In hac tamen Dei proprietate adstruenda variae sunt theologorum sententiae sibi invicem adversantes. Nam alii quibusdam visi sunt accessisse ad sententiam Gilbert! porretani. alii autem ad anomaeorum errorem; quod ut intelligatur, juvat breviter exponere istorum theorias ac opiniones.

198. Distinctio est negatio identitatis; ea enim distinguuntur, quae non sunt idem. Aliquid autem potest non esse idem cum alio, vel in se, vel in conceptu nostro. Si in se aliquid unum seu idem cum alio non sit, tunc di- stinctio, quae intercedit inter duo vel plura, dicitur *realis;* si autem aliquid unum cum alio non sit nisi in conceptu nostro, tunc dicitur distinctio *rationis,* seu mentalis cogitationis.

199- Rursum aliquid potest non idem esse cum alio in se, vel quia separata sunt, ut Petrus et Paulus, vel saltem separari possunt, ut anima et corpus; vel relative opponuntur, ut pater et filius; Pt haec est quae dicitur distinctio *realis major:* aliquid praeterea in se potest non esse idem cum alio solum ratione modi, quatenus modus distinguitur a re, qualis intercedit inter animam ejusque cogitationem, corpus ejusque figuram; et haec distinctio di- citur *modalis,* seu distinctio *realis minor.* Praeter duas has Joann. Duns Scotus tertiam invexit, nempe inter duas vel plures ejusdem rei proprietates, quarum una non est alia, saltem in sua ratione formali, ut ajunt; e. gr. in homine animalitas et rationalitas; in Deo essentia et attributa, atque attributa

sancti Thomae, cap. 2. errorem de discri- mine inter essentiam et attributa adseribit Gualtero, contenditque Gilbertum solum dixisse «concretum, *Deus,* aliquando poni pro persona, aliquando pro natura: cum ponitur pro natura, concedebat (Gilbertus) Deum esse ipsam deitatem et unitatem; cum vero ponitur pro persona, dicebat, non esse concedendam illam propositionem, *Deus est natura divina,* in casu nominandi. Similiter veritatem et alia attributa abstra- cta non praedicabat de persona, nec de Deo quando pro persona ponebatur; ex quo ille solam distinctionem realem, seu ex na- tura rei inter personam ex una parte, et essentiam atque attributa ex alia constitue- bat.·' Deinde disp. CXX. cap. 2. refert acta concilii rhemensis, quae ibid, legi possunt.

s) Cf. Petavius loc. cit. cap. 12 et 13. ubi fuse exponit illius errores, et quae circa ipsos gesta sunt

alia ab aliis, ut misericordia, justitia etc., et haec dicta fuit distinctio *realis minima,* vel etiam *formalis* aut *scotistica.*

200. Distinctio mentalis bifariam dividitur, quarum nempe una sit pure arbitraria, ut cum quis distinguit inter Petrum et Cepham, et est sine fundamento in re, et vocatur distinctio *rationis ratiocinanlis;* altera est quae a sola quidem mente fit, sed cum fundamento in re, quae licet in se una sit ac summe simplex, aequivalet tamen pluribus in se distinctis, nobisque fundamentum distinctionis suppeditat propter varios effectus, quos producere potest: e. gr. granum potest spectari ut semen, ut alimentum, ut corpus etc., et si de Deo sermo sit, cum ipse diversa possit efficere, cumque eminenter, ut dictum est, simplicissima ratione in se contineat perfectiones, quae distinguuntur in creaturis, ansam dat menti nostrae eas seorsum considerandi per distinctionem, quam scholastici vocarunt *rationis ratiocinatae,* vel etiam *virtualem.*

201. Hi vero cum inter se divisi fuerint, et alii, ut scotistae, voluerint in Deo admittendam esse inter essentiam et attributa, et inter attributa ipsa distinctionem *realem formalem,* ideo accusati sunt, quod in sententiam concesserint Gilbert! porretani; alii vero ex adverso, ut nominales, cum voluerint in Deo negare distinctionem inter divinam essentiam et attributa, atque inter ipsa attributa, quae dicitur *virtualis,* et *rationis ratiocinatae,* in suspicionem venerunt erroris anomaeorum. Attamen omnis erroris suspicio ab utrisque a praestantissimis theologis sublata est.6 Sed de his satis multa, et ne theologiae candidati illarum quaestionum jejuni omnino sint, et ad doctrinam catholicam pro re, quam agimus, vindicandam.

202. Quam quidem doctrinam tuentes adversus recensitos errores hoc ordine progrediemur: 1. ad§truemus summam in Deo simplicitatem; 2. adoriemur eos, qui Deum corporeum esse docuerunt, et eos, qui velut adiaphorum habent ejusmodi articulum; 3. refellemus pantheismum vel spinozismum; 4. errorem impugnabimus Gilberti et socinianorum; 5. errorem eunomianoruro, ita tamen ut ab erroribus jamdiu obsoletis breviter nos expediamus, insistamus autem in iis refellendis qui adhuc aetate nostra vigent.

& L

PROPOSITIO I.

Deus est omnino simplex.

203. Haec propositio est de fide, ut patet ex definitione concilii lateranensis IV. cap. *Firmiter,* ubi profitetur, quod in Deo sit: *Vna essentia, substantia, seu natura simplex omnino.*

e) Cons. Frassen, *Scotus academicus,* tract. L disp. III. art. 1. quaesL 3. Veneliis 1744.

204. Hoc sensu omnimoda simplicitas adstruitur, ut omnes recensitae compositiones, quae se tenent a parte rei, excludantur a divina natura.

205. Sic autem ejus veritatem in primis evincimus: Deo competji summa simplicitas, si nulla in ipsum cadat compositio sive physica, sive metaphysica, sive logica; atqui nulla prorsus ejusmodi compositio in Deo est vel esse potest; ergo.

206. Ac I. qnidem omnem physicam compositionem quae exsurgit et partibus realiter distinctis, cujusmodi in corporibus habetur removet Scriptura a Deo. Christns enim de Deo loquens ait: *Spiritus est Deus.*1 *Spiritus* autem vocem Christum usurpasse stricto sensu, quatenus ea opponitur cujusvis generis corpori, patet ex ipsius scopo, nempe instruendi mulierem Samaritanam circa cultum Deo exhibendum ubique locorum, et quidem *in spiritu,* ut ibidem addit, *et veritate,* quasi diceret, ut observat Maldonatus, cum Deus nullum prorsus habeat corpus, ideo non corpore, sed spiritu adorari Deum oportere. 2 Quo sensu etiam apostolus ait: *Dominus autem spiritus est*3; et alibi passim.4

207. Scriptura praeterea eas proprietates de Deo praedicat, quae cum physica compositione consistere nulla ratione possunt: cujusmodi sunt infinitas. immensitas, aeternitas.

208. II. Omnem aliam compositionem metaphysicam ac logicam a Deo pariter Scriptura abigit, dum nomina abstracta sic Deo tribuit, ut ipsum denominent; ita passim Deus dicitur *sapientia, justitia, bonitas, via, veritas, vita,* aliaque ejusmodi: jam vero nisi esset omnimode simplex omnisque prorsus compositionis expers. Deus sapientia, justitia, etc. subsistens dici minime posset, sed ille potius qui habet sapientiam, justitiam etc.; ergo.

209. Hanc autem doctrinam confirmant patres et ratio multiplex, quae ab ipsis assignatur. Ac 1. patres colligunt Deum omni compositione carere ex eo, quod juxta communem omnium sensum sit id, quo nihil ne fingi quidem potest cogitarique perfectius; atqui Deus talis non esset, nisi simplex omnino existeret, compositio enim semper arguit aliquam imperfectionem. Ita s. Ambrosius 5, s. Augustinus 6, s. Bernardns 7, aliique. 2. Id ipsum inferunt

f

') *Πνεύμα ὁ θεὸς, JoMin. IV. 24.*

2) -Hoc enim, *inquit,* agebat Christus, ut probaret Deum nullum prorsus habere corpus, ideoque non corpore, sed spiritu adorari oportere. Quae Christi ratio nihil efficeret, si Deus aliquod, quamvis subtile, quamvis tenue haberet corpus.· Quam quidem rationem mutuatus est ab Origene, *De principiis,* lib. I. cap. 1. num. 4.

3) *'Ο δὲ κύριο τό πνεῦμα Ιστιν.* IL Cor.

.4) Sap. I. 5, 6: et VIL 23 etc.

s) *De fide,* lib. I. cap. 16. num. 106. «Deus, *inquit,* naturae simplicis est, non conjunctae atque compositae.·'

6) *De Trinitate,* lib. V. ..Intelligit omnia et sentit mente, non corpore, quia spiritus est Deus;·· atque ibid, summam simplicitatem Dei fuse commendat

7) *De consideratione,* lib. V. cap. 7. num. 16. *Ouaeris quid* Deus sit? *Summa simplicitas.* Et ibid. num. 17. *Non est compositus Deus, merum simplex est.*

ex eo quod Deus sit primum ens, necessarium, aeternum, a se existons, quia omni composito componentem priorem esse necesse est; Deus autem quidquid est, natura est. Ita inter ceteros Tertullianus8;* s. CyriIlus alexandrinus, s. Gregorius nyssenus, Richardus Victorinus. 3. Ex eo quod *id quod habet, est,* ut loquitur s. Augustinus, et cum eo ss. Hilarius, Cyrillus, Ambrosius, aliiquo. y 4. Ex eo quod Deus sit infinitus et immutabilis. Quidquid enim Deus est, infinitum est, ideoque partibus constare nequit; sic, quod immutabile est, nullum subire potest modificationum fluxum aut vicissitudinem, quae in compositis necessario inest, ut argumentantur ss. Maximus martyr, Athanasius, Greg, nyssenus, Cyrillus.10 Hae autem fere rationes sunt, quibus s. Thomas, *Contra gentes* lib. I. cap. 18. ostendit nullam in Deo esse compositionem.

210. Ex quibus sic concluditur: In Deum nulla compositio cadere potest; ergo est omnino simplex, et quod consequens est, Deus est sua essentia, suum esse, actus purissimus, seu totus actus, atque ita simplicissimus, ut nihil cum eo comparari possit, cum quidquid Deus non est, aliqua compositione metaphysica saltem ac logica constet. Quae argumentandi ratio nonnullorum etiam patrum est.

211. Hoc posito fundamento jam pronum est refellere errores omnes, quotquot assertae veritati adversantur.

PROPOSITIO H.

Absurda el haereticalis est sententia eorum, qui Deum corporeum esse censent.

212. Absnrdain dicimus eam sententiam, primo quidem adversus anthropomorphitas, et quotquot Deo corpus quodcumque tribuerunt; haereticalem praeterea adversus socinianos illos, qui illam veluti indifferentem habent, vel saltem veluti talem olim habitam fuisse arbitrantur.

213. Primum vero sic adstruimus: Dei natura seu essentia ex dictis est omnino simplex, prout non solum auctoritas, sed et ratio ipsa suadet; ergo absurdum est Deum corporeum asserere, prout etiam repugnat Deum infinitum, aeternum, immensum atque absolute perfectum partibus realiter distinctis constare, ac partibus necessario finitis compositum esse. Hinc Scriptura objurgans eos, qui simulacris Deum sibi effingebant, ait: *Cui ergo similem fecistis Deum? Aut quam imaginem ponetis ei?* (Isaiae XL. 18.) Optime propterea Origenes, *Peri Archon,* lib. I. cap. 1. n. 6. scripsit: *Non ergo aut*

8) Contra Marcionem, lib. Π. cap. 6. „Nam bonus natura Deus solus. Qui enim quod esi sine initio habet, non institutione habet illud sed natura.“

*) Apud Petavium, lib. IL cap. 2. §. 2 et seqq.

‘°] Ibid. §. 9 el seqq.

corpus aliquod, aut in corpore esse putandus est Deus, sed intellectualis natura simplex, nihil omnino in se adjunctionis admittens, uti ne majus aliquid cl in- *ferius esse credatur; sed ut sit ex omni parte ιωνά et, ut ita dicam, évdç,* et *mens ac fons, ex quo initium totius intellectualis naturae vel mentis est.*

214. Alterum pariter sic ostendimus: Ad fidem indifferens error ille censeri nequit, qui inter haereses recensitus est, cujusque fautores ecclesia constanter velut haereticos habuit; atqui. Etenim dum prodiit quarto ecclesiae saeculo labente anthropomorphismus, illico velut absurda hacresis a patribus, qui ecclesiae sensum exprimebant, proclamatus est. Ita s. Hieronymus, lib. *Contra Joann. Jeros.* n. 11. eum vocat *stultissimam haeresin;* Theodoretus, *Haeretic. fabul.* lib. IV. cap. X. *stultam sententiam* 1: Cassianus, *Collatione* X. cap. II et seq. *ineptam haeresin* appellat, *gravem errorem, qui in perpetuae mortis discrimen injiciat, et gentilem blasphemiam ab omnibus detestandam.* Hinc factum est, ut anthropomorphitas, qui pervicaci sententia huic errori adhaerere voluerunt, inter haereticos recensuerint; ita quidem s. Augustinus2, s. Philastrius ', s. Epiphanius;* s. Joann, damascenus5, Isidorus pariter ac Rabanus in suis haereticorum catalogis audianos, quo nomine anthropomorphitas designabant, inter haereticos numerarunt. Theophilus alexandrinus antistes iis fortiter restitit ac paschalibus suis epistolis universae ecclesiae eos denunciavit; ita vero profligati sunt, ut vix eorum reliquiae superfuerint.6 Exploratum igitur est errorem anthropomorphism! semper ab ecclesia ut putidam haeresin spectatum fuisse, non minus rationi quam fidei adversantem, adeo ut s. Augustinus, epist. CXX. (alias CXXII.) cap. Π. n. 7. non dubitaverit eum vocare *quamdam idololatriam:* qui propterea, libro de *Fide et Symbolo* cap. VII. verba illa symboli: *Sedet ad dexteram Patris,* explanans scribit: *Fee ideo, quasi humana forma circumscriptum esse Deum Patrem arbitrandum est ... ne in illud incidamus sacrilegium, in quo exeeratur apostolus eos, qui*

*) Loquens enim de Audaeo, qui Deum humana forma esse docuit, ait stulte (/χωρια) ipsum intellexisse, quae in Scripturis per accommodationem de Deo dicta sunt: et paulo infra eumdem rationis inopia laborantem traducit, *καί αλογιβτιϊνοβών:* eumdem tamen ab hoc errore alii pnrgant.

') *Haeresi* LXXVI. et *haer.* LXXXVL

3) Lib. *De haeres,* in *Biblioth. Patrum* De la Vigne, tom. V. col. 50. *De imagine et similitudine Dei in homine haeretis.*

4) *Advers. haer.* lib. ΓΠ. *haer.* LXX. n. 2 et seqq. edit. Pelav.

5) *De haeresibus,* n. 70. eos tantum schismaticos vocat, ut s. Epiphanius, eorumque vivendi rationem commendat; at Petavius in notis ad citatam haeresim cura Theodoreto observat eos postea defecisse. Cur vero s. Epiphanius schismaticos tantum dixerit audianos, ex s. Augustino habemus, cujus auctoritas inferius adducetur.

e) Saeculo V. Faustum regiensem, et saec. X. Ratherium monachum adversus anthropomorphitas scripsisse refert Trithcmius; sane ex sermone I. de quadragesima ubi Ratherius refellit anthropomorphitas, colligitur saeculo X. nonnullos presbyteros vicentinae dioeceseos ejusmodi errorem instaurasse. Cf. Zaccaria S. J. in adnot. ad loc. cit. Petavii *De Deo,* lib. Π. cap. 1.

Li

commutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem corruptibilis hominis. 7 Quod vero diximus de corpore humano debet pariter intelligi de quacumque alia substantia corporea, cujusmodi e. gr. esset lux, quam manichaei velut partem constitutivam Dei dixerunt, immo ipsum Deum.

DIFFICULTATES.

215. **I. Obj.** adversus primam propositionis partem: 1. Scriptura hominem exhibet conditum ad imaginem et similitudinem Dei; porro homo non solum anima, sed et corpore constat, igitur ad totum compositum haec Dei similitudo referri debet; quod 2. non pauci ecclesiae patres admiserunt. 3. Scriptura tribuit praeterea Deo humana membra, os, oculos etc.; tribuit corporis proprietates, magnitudinem et extensionem ; etenim Job. XI. 8. Deus dicitur *excelsior coelo . . . profundior inferno . . . longior terra mensura ejus, et latior mari-* tribuit affectiones humanas, irae, poenitentiae, zeli, patientiae, vindictae etc.; ergo.

216. **Resp.** ad 1. *D.* Quoad animam, *C.* quoad corpus seu integrum hominem, *subdist.* Respectu potestatis et dominii, quod ad instar regis super omnia animantia ac super universam terram exercet, in quo homo praefert imaginem Dei supremi Domini, *C.* respectu lineamentorum corporeorum, V. Apposite Philo judaeus de iis, qui abjecte adeo de Deo sentiunt, scripsit: *Cochlearum more in id, quod mortale est, subeuntes, vel ut herinaceos in sese conglobatos et circumvolutos, de beato et incorruptibili Deo talia sentire, cujusmodi de se ipsis judicant.* 8

217. Ad 2. *D.* In sensu nuper exposito, aliove cum catholica doctrina consentaneo, *C.* in sensu anthropomorphitarum, A; Patres igitur, qui etiam quoad totum hominem Dei similitudinem agnoverunt, vel 1. ea ratione loquendi intellexerunt potestatem, qua homo regis cujusdam more in naturae creatae res pollet, ut diximus9; vel 2. opinati sunt Deum in creatione seu formatione hominis humanam formam assumpsisse tamquam typum et exemplar, ad quod opus suum exigeret10; vel denique 3. putarunt etiam quoad corpus hominem Deo esse similem respectu habito ad futuram divini Verbi incarnationem. ” Hac ratione quae apud patres obscure dicta, vel dure, quaeque non consentanea reperiri possunt iis, quae alibi iidem patres de summa

T) Cf. Petav. loc. cil. ubi innumera prope aflerl patrum sive graecorum sive latinorum testimonia ad eamdem adstruendam doctrinam, seu *juxta patrum fidem,* ut loquitur Gennadius, libro *De Viris illust.* in *Theoph. de Dei nempe incorporea natura.*

·) 'z/λΛ' *di* το *θνητόν ίί δνόμινοι, καSdxtp ος κοχλίαι, καί πιρί αντού ω περ Ικιΐνοι ΰγαιρηδάν ίίλούμινοι, καί jztpl του μακαρίου* καί ἀφθαρτου, καί *περί* αυτών *δοΕάζομιν. De sacrificiis Caini et Abêtis,* pag. 146. edit. Paris. 1640.

') Cf. Petavius, *De opific. se.r dier.* lib. IL cap. 3 et seq.

Io) Ibid. cap. 4.

“) Ibid. Hinc Prudentius in *Apotheosi*

Dei simplicitate praedicant, et explicantur et emolliuntur et cum reliquis optime componuntur.

218. Ad 3. *D.* Improprie seu metaphorice sensu, *C.* proprie, Λ'. Deus enim homines alloquens horum imbecillitati se quodammodo accommodavit, iis verborum formulis utens, quae vel humana membra, vel corporum proprietates, vel affectiones exprimerent, ut intelligerent Deum solo nutu ac voluntate praestare, quae homines utpote corporei suis membris, affectionibus, proprietatibnsque operantur. Ceterum ne quis humanae menti subesset error, ea de se praedicat, quae cum ejusmodi affectionibus vel proprietatibus consistere nequeunt; ut cum dicit Jerem. XXIII. 24. *Numquid non caelum et terram ego impleo, dicit Dominus?* et Sap. I. 7. *Spiritus Domini replevit orbem terrarum, et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis;* et his similia, quibus referti sunt sacri libri. Quare merito s. Epiphanius: *Affectiones,* inquiebat, *in Deo esse aliquas dicere, summae esse impietatis, eo quod divinum numen nullis affectionibus est obnoxium, et his omnibus superius est, quae peculiari cognitione ac cogitatione comprehendimus.* 12

219. II. Obj. adversus alteram propositionis partem: Quod revelationi non opponitur, immo eidem potius congruit, de haeresi damnari non potest. Jam vero 1. Scriptura, ut ipse observat Origenes 13, contrarium non definivit, *incorporei* seu *ἀοωματον* vox, ut idem adnotat, in Scripturis non reperitur. 2. Scripturarum loca, in quibus Deus *spiritus* dicitur, non solum Dei substantiam incorpoream non evincunt, sed evincunt potius contrarium. 3. Exploratum enim est, hanc vocem apud veteres aliam significationem habuisse, quam apud nos, ut eruitur ex pluribus exemplis scriptorum, sive ecclesiasticorum sive profanorum, qui per spiritum non aliud intelligebant nisi corpus subtilius. Alioquin, si ratum habuissent veteres *incorporeitatem* proprietatem spiritus esse, numquam in eam devenissent sententiam, ut sibi persuaderent *spiritus esse corporeos* ergo.

220. Resp. *Cone. maj. neg. min.* Ad 1. *D.* Expresse, *Tr.* aequivalenter, *N.* Nam eo ipso quod Scriptura Deo tribuat proprietates, quae cum corpore componi nequeunt, cujusmodi sunt immensitas, infinitas etc., patet ab ea tribui Deo simplicitatem summam. Origenes autem loc. cit. nihil aliud edicit nisi conceptis terminis Deum in Scripturis minime vocari *ἀαὠματον,* quod non abnuimus.15

contra Unionilas, id est, sabcllianos haereticos :

Christus forma PatrU; nos Christi forma et imago.
Condimur in faciem Domini bonitate paterna.
Venturo in nostram faciem post saecula Christo.

π) Haeresi LXXVI. in conful. cap. 14. Aelii pag. 953. edit Petav. *Πα&η* δλω> *lv 3ιω St^yuaSat ά<5ιβί<3τατον ιΐ<3ω γάρ* πα-5ὼρ *ονι* ολακ *πζριίχεται τό* Shop- *άνω-τάτω Η ον των τοιόντων, των Iv ήμΐν, ui μιριβτικά Ιννοία υπο-ιπτοντων.*

,3) *De Principiis,* lib. I. cap. 1.

I<) Ila Beausobre loc. cit.

I5) El bic juvat specimen exhibere malae fidei, qua religionis catholicae hostes

'.*?-*■. fit/
«i*V

221. Ad 2. A Si Scriptura de Deo loquene praeterea non'adderet ea, quae spiritum proprie dictum, seu prout nos hanc vocem accipimus, denotant, *Tr.* secus, *N.* Jam vero non ex sola ac nuda spiritus voce colligimus Deum incorporeum ac simplicem praedicari, sed ex ceteris proprietatibus modo recensitis, quae nonnisi substantiae simplici ac. vere spirituali conveniunt, atque ex scopo et contextu.

222. Ad 3. *D.* prout exploratum pariter est, veteres non eadem significatione usurpasse vocem *corporis* ac nos usurpamus. C. in eodem sensu, AT. Non inficiamur latiori sensu interdum a veteribus vocem *spiritus* acceptam fuisse, at non minus certum est diverso etiam sensu ab iisdem vocem corporis adhibitam esse. Aliquando per hanc vocem exprimebant quod nos *substantiam* vocamus 16, aliquando designabant naturam non omnimode simplicem, cujusmodi Deus est omnis compositionis tum metaphysicae tum logicae expers17, quo sensu interdum veteres dixerunt corporeum quidquid Deus non est, ideoque non absolute, sed comparative, quo sensu spiritus corporeos dixerunt. Quare haec dissimulavit Beausobre ?

223. **Inst.** Eo majori indulgentia digni sunt, qui Deum corporeum ae lucem extensam crediderunt, 1. quod nullam ideam substantiae spiritualis habeamus; 2. quod ex ejusmodi errore Dei corporei nullum detrimentum religio patiatur; cultus enim, amor Dei, obedientia ei debita integra subsistunt; 3. quod **ii**, qui divinam naturam lucem esse extensam sibi persuasum habebant, nec eam minus sanctam, aut'puram, aut invisibilem crediderunt; nec idcirco minus perfecti Christiani fuerunt Tertullianus, Melito etc., etsi Deum corporeum esse crediderint; 4. quod vel subtilissimus inter antiquos theologus, cujusmodi profecto communi omnium suffragio fuit s. Gregorius nazianzenus, aperte fateatur, *Orat. XXXIV.* naturam divinam esse prorsus incomprehensibilem atque ineffabilem, cum attributa negativa nullam nobis divinae essentiae ideam praebeant, et dicant quid Deus non sit, minime vero quid

proferunt veterum auctoritates. Beausobre effert auctoritatem Origenis, nec advertit 1. hic Origencm non ex propria sententia ea affirmare, sed proferre objectiones adversariorum. 2. Origenem fuse ea refellere quae sibi objiciuntur. 3. Ostendere vocem *spiritus* in Scripturis opponi corporalibus. En ejus verba loc. cit. n. 2: «Consuetudo est Scripturae sanctae, cum aliquid contrarium corpori huic crassiori et solidiori designari vult, spiritum nominare, sicut dicit: *Littera occidit, spiritus autem vivificat.* In quo sine dubio per litteram corporalia significat, per spiritum intellectualia, quae et spiritualia dicimus;" et ita num. 4. prosequitur. 4. Ex professo ostendit in verbis Christi *Deus spiritus est,* nomen spiritus ita usurpari a Christo Domino, ut iliud opponat corpori, ut jam a nobis superius observatum est.

*6) Ut de Tertulliano exploratum est. Cf. Natalis Alex. *Hist. Eccles,* saec. II. diss. IX. art. 71; Witasse, Tract. *De Deo.* quaest. VI. sect. II. pag. 452. edit Paris. 1718; Boucat, *De Deo,* diss. III. art. 3; Vasquez in I. part. disp. XXI. cap. 1.

,T) Ut Methodius, Gcnnadius, Theophilus alex., Cassianus, Hilarius apud Petav. *De Deo,* lib. II. cap. 1. §· 14.

sit; voces autem quibus utimur ad aliquid de Deo significandum, semper menti nostrae ideam offerunt alicujus rei sensibilis, *adeo ut impossibile sit* enti corpore praedito entia simplicia cogitare, nullo adhibito rerum corporearum adminiculo 18; ergo.

224. **Resp.** Ad 1. *D.* Nullam habemus substantiae spiritualis ideam adaequatam, *Tr.* inadaequatam, X Nos enim juxta aliquos philosophos, praesertim antiquiores, devenimus in cognitionem entis seu substantiae spiritualis et simplicis per remotionem partium ac modificationum, eorumque omnium, quae in compositionem, quaecumque demum ea sit, confluunt, et diversos gradus simplicitatis hac via concipimus, donec perveniamus ad simplicitatem summam, quae nonnisi in Deo est. Cum igitur ideam satis claram habeamus compositi, nihil prohibet quominus per eam abstrahendo efformemus nobis ideam saltem inadaequatam ejus substantiae, quae simplex omnino sit, quaeque praeterea sit spiritualis, si ejus actus sint ejusmodi, ut nullo modo possint competere entibus materialibus. Juxta philosophos recentiores idea entis simplicis, qualis est idea *nostri egOj* est prima idea, et est velut fundamentum recentioris philosophiae. 19

225. Ad 2. *Xeg.* Illud enim religio ex falsa ejusmodi opinione detrimentum patitur, quod patitur a quocumque alio errore, qui adversatur veritati, cujus religio expressio est. Si valeret Beausobrii ratio, consequeretur inter haereses minime esse recensendos arianismum, eutychianismum, nestorianismum, aliasque sexcentas monstrosas· ejusmodi sententias, quae fidei dogmatibus, seu veritatibus speculativis a Deo revelatis adversantur.

226. Ad 3. *Tr.* Numquid propterea haeresis talis esse cessabit, si, qui illam profitentur, in ceteris fidei articulis a veritatis tramite non abscedant? Quod spectat ad illos, qui erroneae ejusmodi opinioni adhaesisse dicuntur, et nihilo tamen secius perfecti Christiani extiterunt, distinctione opus est; si enim ita de Deo senserunt *rustica simplicitate* ducti, cujusmodi nonnullos monachos fuisse affirmavit s. Hieronymus, *Epist. XI. ad Pammachium,* tunc utique materialis hic error nihil officiebat ipsorum sanctitati; ast si ita sensissent postquam illis patefacta est contraria ecclesiae doctrina, profecto nec sancti nec perfecti Christiani esse potuissent, sed formales haeretici. Nulla enim est vera sanctitas sine vera fide.

227. Quod attinet ad Melitonem, Tertullianum etc., quos Beausobre pro certo habet credidisse in Deum corporeum, res adhuc incerta est. Sunt qui eos hujus erroris accusant, et sunt qui eosdem ab hac macula longe probabilius liberant; ad ulteriora nos properantes, non est quod in critica hac disquisitione immoremur, cum fidei nostrae dogmata ab unius alteriusve privata

19J Sic Beausobre loc. cit. pag. 458 et seqq.

'·) Cf. Galluppi, *Elementi di ftlosofia.* tora. III. *DelC ideologia,* Messina 1824. cap. 1 et seqq.

opinione non pendeant, praeeertim cum in hypothesi adversarii (quam non admittimus) citati auctores errore potius mentis quam voluntatis in ea sententia versati fuissent.[20]

228. Ad 4. Dicimus Gregorium nazianzenum in adductis locis nihil aliud docuisse, quam quod ceteri omnes patres ante et post ipsum docuerunt, ac omnes etiamnum theologi docent, naturam nempe divinam esse incomprehensibilem atque ineffabilem, nec nos posse ad invisibilia ejus, ut loquitur apostolus, nisi per visibilia, ac per ea, quae ab ipso Deo facta sunt[21], ad ipsum assurgere. Quid inde colligi possit pro adversarii sententia non video, quin potius ex iis, quae difficilia nostro intellectui sunt, colligi debet absoluta necessitas, quae omnibus incumbit, acquiescendi infallibili ecclesiae magisterio.

229. **Dices:** Anthropomorphitae tolerati sunt, neque inter haereticos recensiti a s. Epiphanio, teste s. Augustino, *Haeresi* L.; ergo.

230. **Resp.** *D.* Quamdiu ignorantia ac simplicitate errarunt, *C.* postquam eis ecclesiae contraria doctrina innotuit, *N.* Alioquin in catalogo haeresum et haereticorum illi patres atque scriptores ecclesiastici anthropomorphismum ejusque sectatores minime recensuissent. Rudiores porro illi monachi tolerati ad tempus sunt, quod, ut ibidem peribit s. Augustinus: *Rusticitati eorum tribuit Epiphanius, parcens eis, ne dicantur haeretici.* Sic Cassianus, *Coll. X.* cap. 2. *simplicitatis errorem* vocat illorum monachorum opinionem.[22]

PROPOSITIO III.

Systemata pantheismi atque autotheismi absurda sunt.

231. Majoris perspicuitatis gratia nonnulla ad dicendorum intelligentiam praemittenda censuimus.

232. I. Pantheismus veterum Stoicorum confundi non debet cum spino-

,0) Cons, auctores a nobis citati supra in nota 16. num. 222. qui eruditissime ab hac criminatione eosdem vindicant.

'}} Rom. I. 20. Ceterum salis est vel leviter percurrere *OrationemXXXN.* s. Grcgorii nazianzeni, quae est secunda de theologia, a n. 10 ad 24, ut quisquam intelligat non alienum esse sensum s. Docloris ab eo quem indicavimus. Addit autem fieri prorsus non posse ut ii, qui corporibus inclusi sunt, sine corporearum rerum ac sensilium adminiculo, rebus iis, quae animo ac ratione inlelliguntur seu percipiuntur, omnino conjungantur. Semper enim, inquit, obiter sensile aliquid incidit, quantumvis maxime nostra mens ab iis rebus, quae in aspectum cadunt, se se surripiat et in seipsam collecta, cum rebus cognatis atque oculorum aciem fugientibus commercium habere conetur. Ast per hoc non inficiatur nos non posse habere ideam rerum abstractarum, vel substantiarum simplicium, sed loquitur tantum de eo quod evenire consuevit. Ibidem enim Deum omnino simplicem, et cujusvis compositionis expertem esse, ex professo demonstrat.

n) S. August. *De haeresibus,* ubi de *Vadianis.*

zismo proprie dicto. Veteres enim stoici etsi mundam hunc, quem aeternum cum plerisque philosophicis sectis supponebant. Deum dicerent, distinguebant tamen duas substantias in Deo, spiritualem atque intolligontem, quae esset ad instar animae, quae molem intus pervaderet, regeret, vitam motuinque praeberet, tamquam pariem constitutivam totius esse divini, nempe Dei, et substantiam corpoream velut partem alteram constitutivam ipsius Dei exteriorem atque passivam. [1] Spinoza vero non adstruit in Deo, quem identificatum supponit cum hac rerum universitate, nisi unam substantiam, cujus proprietates et attributa ac modificationes sunt intelligentia, immensitas, infinitas etc.: ideoque intelligentiam concipit non ut partem constitutivam ipsius Dei, sed solum ut ejusdem attributum. [2]

233. II. Pantheistae recentiores plus minus accedunt ad Spinozae systema circa unicam substantiam, quam activam et passivam simul adstruunt: diversa tamen ratione ac diversa via pro ratione diversa philosophandi in idem conspirant.

234. Etenim qui sectantur philosophiam *realisticam,* ut vocant, affirmant Deum esse *universum absolutum, chaos, indifferentiam puram* inter objectivitatem et subjectivitatem. *complexum naturae totius* et *animal universale,* quod hoc universo empirico se quasi vestivit, ex quo omnia, ceu *transeuntes apparitiones, vibrationes* et totidem bullae in *universalis vitae oceano* promanant. Ita Schelling ejusque sequaces. [3]

235. Qui vero philosophiam *idealisticam* profitentur, docent Deum esse illud *ego universale,* quod ex intuitu nostri ipsius *ego* deducitur, quodve nec *substantia* potest dici, quia conceptus substantialis est finitus, nec *existent,* quia existentiae forma spatii et temporis semper adhaeret: utrum vero illud *ego universale* sit *ordo mundi moralis,* an *ideale purum,* determinari non posse autumant. Ita Fichte cum suis asseclis. [4] Ex hoc principio exurgit *auto-*

[1]) In hoc consentiebant stoici, ut principium aliquod primum rerum omnium ponerent, etsi dissentirent inter se in hoc principio determinando; siquidem alii illud ignem vel aquam, etc. esse dicebant; consentiebant praeterea in eo quod assererent principium illud, quodeumque demum fuerit, a ratione regi in operando, et divinam rationem, ut loquitur Seneca, loti mundo ac partibus ejus insertam, vel ut ajebat Zeno *Stôv tirai πνεύμα ὸιήκον δι ολου τού κόσμου* , id est, *Deum esse spiritum universum mundum permeantem.* Cf. Cudworth, *Sgst. intell.* cap. 4. §. 25.

[2]) Ex antiquis praeiverant Spinozae *eleatici,* qui, duce Xenophane, quidquid existit, aeternum dixere, infinitum atque unum esse, nempe mundum, quem Deum vocabant.

[3]) Vid. Joann. Imre, *Amicum foedus rationis cum experientia,* Peslini 1827. pari. I. *Cosmologia,* cap. 1. §. 6. et part. III. *Theol.* cap. 1. §. 1.

[4]) Ibid. part. III. tom. cit. Fichte assentiuntur Jacobi el Koppen. Cum ab his quaereretur, num *ego illud* sit creator ex nihilo, rex adorandus etc., reposuerunt: Cum illius non ego (scilicet mundi, nam sic ipsi distinguere solent, et vocant *ego proprium* seu individuale animam; vocant vero *non ego* mundum et ea quae in mundo sunt, in quae impingens tô *ego proprium* limitatur a *non ego)* et *individualis ego* (animae nostrae) *aliter conscii non simus.*

theismus acu *suilhdsmuB,* cum Deus non sit nisi *ego absolutum* et *individuate,* seu personale *sublimatum.*

236. HI. Tum ex *transcendentali realismo* et *rationalisms,* tum ex *idea-lismo* et *intuitismo transcendcntali* originem suam habuit sansimonianismus, cujus doctrinae summa consistit in neganda seu destruenda omni divinitate ac religione, in quarum locum substituit pantheismum atque autotheismum universalem totius generis humani 5, quod sansimoniani unire satagunt in unam familiam aequalium personarum, exclusa omni inaequalitate vel privi-legio orto ex nativitate. lidem praeterea sansimoniani omnia moralitatis prin-cipia evertunt, et id demum respective bonum vel malum statuunt, quod eo-rum fini confert, vel respective adversatur. Uxores in familiis aequales sta-tuunt maritis, ideoquo quaerunt mulierem emancipatam vel emancipandam.6 Continuum praedicant progressum et perfectibilitatem: quivis singillatim pas-sus, ut ajunt, humani generis et progressus, est aliquis gradus ad perfectio-nem; atque ita velut progressus habentur e. gr. praetensa Lutheri reformatio, rebelles motus Galliae ante annos XL, recentia seditiosorum tentamina ad omnem ordinem evertendum.7 Sed haec juxta ipsos non erant nisi opera in-

nisi praeexistente τώ ego universali, *quod illa ponat producatque, consequens est illud creatorem omnino esse.* Id est, po-nunt creationem non ex nihilo, sed tam-quam emanationem τοὔ *ego universalis.* Admittunt quoque illud *ego universale* do-minum esse, ast detestantur ejusdem do-minium *in* ro *ego nostrum* velut tyranni-dem, despotismum, superstitionemque pa-ganam et judaicam, qua Deus deorum cre-ditus cultusque est. Ecquis risum teneat dum haec perlegit?

Systemata Kantii, Fichte, Schelling et Hegel inter recenliores prae ceteris accu-rate exponit Oli in op. inscripto: *Hegel et la philosophie allemande, ou exposé et examen critique des principeaux systèmes de la philosophie allemande depuis Kant, et spécialement de celui de Hegel.* Paris 1844. vol. un. in 8.

ἀ) Inferius afferemus textus ex ipsis li-bris sansimonianorum ad haec ostendenda. Secta sansimoniana ob nimias fatuitates, quas praedicabat, ab initio vix digna attentione videbatur; cum vero latius la-tiusque serpat (anno 1835), et emissarios effuderit in dissitas regiones, Syriam, Ae-gyptum, etc. ad virus suum diffundendum, ideo operae pretium duxi ejusdem systema ob oculos lectorum ponere.

6) Ita in libello cui tit. *Religion saint-simonienne, Communion générale,* pag. 32. Paris 1831. .Parmi nous plus de privilèges de sexe et de naissance : l'inférieur n' est plus *C esclave* du supérieur, ils sont asso-ciés; l'homme n'est plus le maître de la femme, ils sont mariés; un peuple n'est plus le tributaire d'un autre peuple, ils forment une seule famille; car Dieu est tout ce qui est." Isla est ratio quare ca-put seu princeps sectae *patris* nomine do-netur, qui nunc est quidam Enfantin nun-cupatus. Etsi vero secta cooperatrices ha-beat, ut palet ex libro *Religion saint-simo-nienne, La Presse,* pag. 26, nondum ta-men communem matrem invenit.

7) Inter cetera in libro cui titulus: *Religion saint-simonienne, Enseignement central,* pag. 34. haec leguntur: «Saint-Si-mon sentit Γinspiration progressive, et dit: toute l'humanité est là, lorsque j'aurai ré-concilié le catholicisme et le libéralisme (qui videtur pariter scopus auctoris: *Pa-roles (Tun croyant)* el que j'aurai fait dis-paraître ces deux formes exclusives, j'aurai réconcilié l'humanité avec Dieu, c'esl-a-dire avec elle-même, avec le monde (en Deum

completa, perfectio rerum Sansimoni reservata fuit ejusque discipulis! Ex eodem progressu vel perfectibilitate non desperant, fore ut homines aliquando aeternum vivant in his terris. Christi religio juxta eos bona fuit; pro illa Christi aetate fuit progressus, quia tunc necesse erat hominibus praedicari mortificationem, coelumque promitti; nunc autem genus humanum altius provectum est, et homines abstinentia non amplius opus habent, cum omnes vocentur ad felicitatem. 8

237. Cum sansimoniani Deum ac religionem omnem rejiciant, simulacrum tamen divinitatis per autotheismum retinent ac religionis, quam cum politica confundunt, seu identificatam cum politica autumant. Quod apprime notandum est, ut detegatur eorum loquendi ratio, quae sub involucris et ambagibus verborum latet. Usitato nempe dicendi modo plerumque utuntur, saepe enim disserunt de revelatione, religione, Deo, Trinitate, Messia, etc. Miracula admittunt, sacerdotes etc., at longe diverso sensu ab eo, quo nos iisdem vocabulis utimur9, ut ex expositione illius systematis quisque percipere potest.

sansimonianorum societatem et mundam), j'aurai trouvé la vraie religion. Cf. etiam *Organisateur,* 19. Maji 1830. *Sur la oie et le caractère de Saint-Simon,* ubi dicitur, quod Moyses *promiserit* hominibus fraternitatem, Christus *praeparaverit,* San-Simon *perfecerit (réalisée).* Hinc est quod ipsius discipuli, qui Christo Domino negant appellationem *hominis Dei, Filii dilecti aeterni Patris* etc., has denominationes transtulerint in San-Simonem. Et in op. cit. *Enseignement central,* pag. 27. dicitur: *Chaque pas de l'humanité qu elle parcourt, est un progrès.*

s) *Enseignement central,* Paris 1831. loc. cit. ..L'abnégation n'était plus nécessaire, parce que les temps étaient venus, où tous sâns exception devaient être appelés au bonheur.

') QuodDeum objectivum rejiciant, patet ex eorum confessione: ..Nous ne craignons donc pas de le dire avec vous, que tout ce qui n'est pas athéisme anjourd'hui, est ignorance et superstition; que toutes les doctrines, qui ont dirigé les peuples, ont successivement pris et quitté·.· et tamen perpetuo sansimoniani loquantur dc Deo ac de religione; sed Dei nomine significant hominem et societatem, et voce religionis et dogmatis intelligunt *scientiam ;* loquuntur de *Trinitate,* ast ea voce significant *activitatem externam, intellectum et imaginationem,* quarum prima praeest *industriae,* secunda *scientiis,* tertia *bonis artibus,* inter quas collocant religionem sansimonianam, quam filiam vocant *imaginationis,* filiam augustam *veri,* etc. et triplicem manifestationem nuncupant: -Celte triple manifestation de l'activité humaine *(Doct. de Saint-Simon,* 1. année, 3. séance, et alibi, 55. séance): Beaux-arts, sciences, industrie; voilà donc la trinité philosophique de Saint-Simon. Loquuntur dc Messia, sed sub Messiae nomine designant quemlibet humanae libertatis assertorem et propagatorem; sic enim scribunt in art. ciL *(Commun, génér.* pag. 37.): ..O jeunes filles, vous le savez, la vierge Juive (Virgo judaea, sic enim impii hujus aetatis sanctissimam Virginem Mariam appellant) était belle, heureuse et bénie, parce que d'elle pouvait *(poterat,* non negant ipsi Christum natum esse de Maria Virgine; ast Christus poterat quidem esse Salvator mundi, sed juxta ipsos non fuit nisi pro quodam incoepto progressu solum ulteriori; San-Simoni ejusque sequacibus perfectio operis, ut vidimus, reservata fuit) naître le Sauveur du monde, vous aussi, vous êtes bénies, heureuses et belles, car, peut-être, serez vous les mères des chefs aimans, qui réuniront un jour tous les peuples dans une même communion.·· Hinc desperandum non est aliquando gnosticorum et Mon-

238. IV. J. Salvador judaeo-philosophus eeu incredulus in sua historia institutionum Mosis spinoziemum, pantheismum transcendentalem et absolutum, sive ex Germaniae et Angliae philosophis, sive ex sansimonianis complexus est. Incredulitati adjecit perfidiam judaicam, dum recensita paradoxa cohonestare nisus est doctrina mosaica. Contendit enim Mosem docuisse alium Deum non esso nisi *esse absolutum, ego universale,* autotheismum societatis, religionem politicam. Impius propterea hic auctor ceu organum sansimonianismi spectari potest.

239. Longa res esset aberrationes istas humani intemperantis ingenii persequi velle: ut igitur statutam propositionem evincamus, quae complectitur recensita systemata omnia, partim ex *idealismo* anglico profluentia, partim ex *criticismo* germanico atque ex *sensismo,* in quo Deus statuitur idea *subjectiva* et *idealis,* minime vero objectiva et realis, nisi ad summum ut *postulatum* rationis practicae, quaeque recte cum cl. Rosmini *formas impietatis* vocaveris hujus saeculi 10, sic ex generalibus principiis jam vindicatis rem conficimus.

tani deliria fore resuscitanda. Loquuntur de sacerdotibus et theurgis; sed quinam sunt? En nexum doctrinae sansimonianae (ex art. *Enseignement central,* Paris 1831. pag. 27.) : ..Beaux-arts, science el industrie, el qui constituent dans l'ordre Saint-Simonien la religion, le dogme et le culte; et alors l'association sera composée exclusivement d'artistes, de savans et d'industriels, ou plutôt de prêtres, de théologiens et de théurgiens." Itaque artes liberales sunt religio, scientia est dogma, et industria cultus; artifices sunt hujus novae religionis sacerdotes vel presbyteri, sapientes vero theologi; physici el chemici, theurgi etc.; foeminas etiam ad sacerdotium evehunt; pudet omnia referre quae de natura novi hujus sacerdotii tradunt; inter cetera: ..Presbyter , *ajunt* , et presbylerissa exercent suum ministerium cum omni vi seu attractione pulchritudinis propriae; etenim futurum sacerdotium non mortificat carnem suam, nec velo obtendit faciem suam, non se operit cinere, nec corpus lacerat, ncc discerpit flagelli ictibus, ipsum pulchrum est, sapiens est." *Vid. Le Globe.* Sane omnes obscoenilalcs renovant veterum haereticorum seu carpocratianorum et gnosticorum, piccardorum medii aevi sive pseudomysticorum. Reliqua expedit praeterire, praesertim cum ex his jam salis pateat, quaenam indoles sit novae religionis, quinam fructus quos peperit philosophia sensistica, idealistica et critica protestantium, quaenam consectaria demum pantheismi et autotheismi. Definiri propterea sansimonianismus posset: ..Secla quae pantheismum ct autotheismum seu verius atheismum profitetur sub larva terminologiae catholicae.'·

I0) In op. *Frammenti di una storia deW empietii,* Milano 1834. pag. 115; qui praeterea pag. 110. haec praeclare scribit: ..Un sentimento religioso e ribellante sta nel fondo dei cuore umano, e questo sentimento senza rislare si dispiega e si disviluppa, e or prende forme di una nuda superstizione, or di una nuda e nauseante incredulità, e queste forme si corrompono, e si rigenerano in un continuo movimento, chc le aflatica, e le fa cangiare senza riposo." Quibus paucis verbis cl. auctor complexus est originem et progressus omnium impietatum, quae sub diversis formis et nominibus a mundi exordio hactenus obtinuerant, ac deinceps obtinebunt usque ad mundi finem. Prius polytheismus, postea scepticismus et alheismus, sive apertus sive larvatus, ac post religionis christianae exordium tot haereticorum sectae usque ad lutheranos, ac deinceps usque ad rationalistas ct sansimonianos. Aliis verbis at eodem sensu magnus Augustinus hoc ipsum

240. I. Deus ex demonstratis in prop. I. est ens objectivant, reale, extramundanum; 2. Deus praeterea ex dictis est ens infinito perfectum ah omni corporea concretione remotum, et omnino simplex; 3. Deus est ens a se, necessarium, independent. Hinc inferimus 1. ergo Deus non est idea mere subjectiva; 2. ergo Deus confundi nulla ratione potest cum hac rerum universitate finita, limitibusque undique circumscripta ac pluribus scatente imperfectionibus, corporea, partibus extra partes positis constante; 3. ergo Deus non est homo infirmus, non solum physicis, sed et moralibus defectibus undique obnoxius. Absurdus proinde est sive pantheismus sive autotheismus, tum idealis tum materialis.

241. Π. Ad spinozismum speciatim quod attinet, cum nitatur definitione ambigua et contradictorius sibi sit, hoc ipso ejusdem falsitas deprehenditur. Spinoza enim sic definit substantiam: *Per substantiam intelligo id quod in se est, et per se concipitur; hoc est, id cujus conceptus non indiget conceptu alterius rei, a quo formari debeat* (defin. III.). Jam vero sub verbis illis: *Id quod in se est,* duplex latet sensas; vel enim significant *id quod per se est,* quemadmodum scholastici dicunt substantiam esse *per se,* quia non indiget subjecto cui inhaereat, quam sic ab *accidente* et *modificatione* distinguunt, quorum proprium est alteri inhaerere subjecto, ut rotunditas e. gr. in cera est; vel significant *id quod est a se.* Si primo sensu accipit Spinoza vocem illam *in se,* optima est ejus definitio, sed ex ea nulla ratione colligere potest conclusiones suas: quod si eam intelligit altero sensu, ejus definitio falsa est, et hac sublata definitione fatiscit fundamentum illius systematis, ac proinde tota superstructa moles ruit. Hoc autem posteriori sensu accipit Spinoza illud *in se,* ut ex ejus deductionibus patet. Idipsum dicatur de explicatione quam subdit datae definitioni, in qua eadem latet aequivocatio: *Cujus conceptus non indiget conceptu alterius rà, a quo formari debeat.* Vel enim accipit Spinoza conceptum illum *absolute,* vel *relative;* si accipit *absolute,* ita ut conceptus unius substantiae formaliter non includat conceptum alterius rei, e. gr. ut conceptus horologii formaliter haberi possit absque conceptu artificis, recta est; sin vero velit excludere conceptum *relativum* ad artificem, a quo elaboratum est horologium, est falsa; et tamen hoc posteriori

longe ante expressit, in lib. XIV. ***De*** *civ.* ***Dei,*** cap. 28. dicens: -Fecerunt civitates duas amores duo, terrenam scilicet amor sui usque ad contemptum Dei, caelestem vero amor Dei usque ad contemptum sui. Denique illa in seipsa, haec in Domino gloriatur . . . ideoque in illa sapientes ejus, secundum hominem viventes, aut corporis aut animi sui bona, aut ulriusque sectati sunt, aut qui potuerunt cognoscere Deum, non ut Deum honoraverunt, vel gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes se esse sapientes, id est, dominante superbia sua se extollentes, stulti facti sunt etc,"

sensu illum accipit Spinoza. Idipsum dicatur de ejus axiomatibus, quae perpetua aequivocatione laborant. 11

242. Dixi praeterea sibi esse contradictorium ejusmodi systema: etenim juxta Spinozam non est nisi una substantia infinita, in qua tamen inesse fatetur plura attributa infinita, inter quae recenset cogitationem et extensionem. Sic porro definit attributum (prop. X.): *Attributum per se concipi debet,* seu, ut clarius mentem suam aperit in epist. IL et IV. ad Oldenburgum: *Notandum,* ait, *me per attributum intelligere omne id, quod concipitur per se et in se, adeo ut ipsius conceptus non involvat conceptum alterius rei·,* sed ex ejus propositione III. quam modo expendimus *(Per substantiam intelligo id, quod in se est, et per se concipitur; hoc est, cujus conceptus non indiget conceptu alterius rei, a quo formari debeat),* eadem est notio substantiae ac attributorum ejusdem substantiae; ergo cum ipso fatente plura dentur attributa, hoc ipso plures dantur substantiae, ideoque, quod consequens est, substantia una est et multiplex, quod involvit contradictionem. Spinozae demum systema alindve pantheisticum et autotheisticum quodeumque absurdum esse inde patet, quod per illa fatum impium, falsum perniciosumque inducatur; ex iis enim sequitur Deum actionum quarumvis, etsi scelestissimarum, auctorem esse, immo et patratorem; quod quidem *impium* esse nemo non videt; *falsum* insuper propterea, quod dimanat ex falsis conceptionibus de *substantia, Deo* et *mundo,* ut suo loco philosophi seu metaphysici ostendunt; eo autem nomine *perniciosum,* quod libertatem humanam et cum ea moralitatem ac religionem penitus labefactet ac subruat.12 Quibus si addatur repugnare Deum simul esse activum et passivum, voluptatibus simul et doloribus obnoxium, stupidum simul esse et ingeniosum, oriri ac interire, aliaque innumera, quae persequi longum esset, eo magis cuique ejusmodi systematum absurditas atque stultitia patebit.

243. Post haec inutile videretur, absurda et impia haec deliramenta hominum, qui *evanuerunt in cogitationibus suis,* in tanta, ut plenis buccis crepant, scientiarum luce, Scripturarum auctoritate refellere; quoniam vero, ut vidimus, non desunt, qui impietates istas Moysi adscribere non verentur.

”) Cf. Gerdii, *Delta esistenza di Dio e delta iinmaterialità dette nature inteUigenti,* tom. II. opp. edit. Rom. pag. 285 ct seqq.

”) Sic enim disserit in sua ethica: ..In natura nullum datur contingens, omnia sunt per necessitatem naturae divinae determinata, ita quidem, ut certo modo existere et agere debeant; omne enim quod est, in Deo est, Deus autem contingens esse non potest, quia necessario existit. Debent itaque etiam modi naturae divinae inde necessario oriri; hi vero modi sunt substantiae extensae et cogitantes, utpole Dei attributa; hinc Deus non tantum causa earum activitatis est, quae necessario esse debent. . . . Homines sunt in relatione ad Deum id, quod argilla in manu figuli, qui eadem ex materia tum vasa pretiosa tum vilia format. En quomodo hic impius Dei nomine abutatur, et loquendi ratione delectetur scriptural! !

coronidis gratia nonnulla addere placet, ad postremum hoc effugium ipsis praecludendum.

244. Porro, qui Deum exhibet aeternum atque in tempore hoc universum e nihilo educentem, rebus his mundanis atque homini praesertim providentem ac prospicientem, bonorum ac malorum justum retributorem, cordium inspectorem, mirabilium effectorem atque futurorum liberorum eventuum praemonitorem: qui Deum exhibet legislatorem sapientissimum et auctorem religionis sanctissimae, precumque ac sacrificiorum ad se placandum aut ad beneficia obtinenda etc., non solum fatalem pantheismum vel autotheismum non docet, sed illos plane destruit atque evertit; atqui ejusmodi est Deus, quem Moyses in suo Pentateucho perpetuo exhibet. Enimvero satis est mosaicos aperire codices, ut illico quivis Deum inveniat, qui *in principio creavit coelum et terram:* vocem vero eductionem ex nihilo significare, tum ex vi ipsius vocis eruitur, ut suo loco ostendemus13, tum ex sensu

J) In tractatu de Deo creatore. Quoniam vero ut plurimum panlheislae recentiores abusi sunt notionibus *essentiae* et *possibilitatis,* perinde ac si istae non solum modo *eminentiore* (ut superius a nobis dictum est, cum ageretur de perfectionibus divinis et Dei simplicitate), sed *reali* existèrent in Deo, adeo ut cum essentiae *reales,* quae Deo inesse supponuntur, transeunt ad existentiam, non sint nisi Deus ipse foras se prodens, vel Dei ipsius modificationes, in quo fundatur systema emanationis, ex quo profluit pantheismus; juvabit notiones subjicere claras et distinctas *essentiae* et *possibilitatis.* Atque ut incipiamus a possibilitate, 1. illud dicitur possibile, quod esse potest, seu quod non repugnat. Haec possibilitas, quae consistit in non repugnantia notarum, interna vocatur et immediate fundatur in principio contradictionis: illud est possibile quod contradictionem non involvit. 2. Quod possibile est, sirnui est cognoscibile; sed omnino distinguenda est *cognoscibilitas* a *cognitione,* vel *cognoscibile* a *cognito; cognitum* supponit intellectum, *cognoscibilitas* vero non item. Nam *cognoscibile* illud est, quod cognosci potest, si existât intellectus praeditus sufficienti perfectionis gradu ad rem hujusmodi intelligendam; an autem talis intellectus existât, sola cognoscibilitas non dicit. Si vero adsit intellectus sufficienti perfectione praeditus, res quidem cognoscetur, sed tamen non efficietur, nec producetur ab intellectu, et cognoscibilitas semper ratione prior erit ipsa cognitione; objectum cognitionis praesupponendum erit logice ante actualem cognitionem. *Sicut bonum,* inquit s. Thomas I. part. qu. 16. art. 1, *nominat id in quod tendit appetitus, ita verum nominat id in quod tendit intellectus.* Secus si cognoscibilitas et possibilitas producerentur ab intellectu, si intellectus est infinite perfectus, objecta producta quoque infinite perfecta esse deberent, ut patet in *Verbo,* quod procedit per intellectum. Nec est quod quis regerat: intellectus cognoscit omnia juxta exigentiam suae naturae, cognitione infinita quidem ex parte subjecti cognoscentis, sed finita ex parte objecti cogniti. Hoc sane optime dicitur, inde enim sequitur objectum non pendere ab intellectu, qui illud praesupponit. Deus intellectu ad intra nihil producit (seu gignit) nisi Verbum, ad extra non producit nisi voluntate libera, *Deus autem noster in caelo, omnia quaecumque voluit, fecit,* Psalm. CXIII. non. *omnia quae intellexit.* 3. Principium contradictionis, quod est fundamentum rerum possibilium, debet saltem in ordine cognitionis et disputationis, seu logice et *ratione prius* supponi ante existentiam Dei; nam secus quid prodesset adversus atheum evincere existen-

traditional! totius judaicae gentis (II. Machab. VII. 28.). Justis praemia, malis poenas decernit (Gen. III, IV, etc.), legem sancit (Exodi XX et seqq.). Tota Josephi historia, ut de reliquis taceam, non est nisi historia, ut ita dicam,

tiam Dei, cum Deus, non supposito principio contradictionis, *idem non potest simul esse et non esse,* posset adhuc non existere, tametsi demonstretur ejus existentia? Deus esset etiam in ordine ad nos *prima veritas* quae certo cognoscitur, quod est falsum, etsi nonnulli hoc dixerint, ut vidimus superius (n. 61.). 4. Pejus adhuc esset, si possibilitas illa rerum *formaliter* acceptarum, seu prout sunt in se, confunderetur cum intellectu divino vel cum essentia divina; tunc enim, ut ex dicendis inferius clare patebit, dolabimur in pantheismum. 5. Possibilitas, de qua hactenus diximus, est possibilitas interna; sed praeter eam consideranda est etiam possibilitas externa. Haec nihil aliud est nisi virtus causae producendi id quod est interne seu intrinsece possibile; et haec causa nihil aliud est, nisi omnipotentia Dei. 6. Externa possibilitas supponit internam; nam Deus producere non potest id quod repugnat, e. gr. circulum quadratum. Atque hinc s. Thomas, I. part. qu. 25. art. 3. ail: «Relinquitur igitur quod Deus dicatur omnipotens, quia potest omnia possibilia absolute . . . possibile quidem, quia praedicatum non repugnat subjecto . . . impossibile vero absolute, quia praedicatum repugnat subjecto.·· 7. Sed jam de *essentiis rerum.* Possibilitas latius porrigitur quam rerum essentiae, seu quod idem est, essentiae rerum debent esse possibiles, sed non omnia possibilia pertinent ad rerum essentias; possibilis est homo procerae staturae, sed proceritas non perlinet ad essentiam hominis: *Numquid homines non sunt parvuli?* inquit s. Augustinus. 8. Essentiae rerum duplici modo considerari possunt, nempe, ut scholae loquuntur, *formaliter* et *eminenter;* hoc posteriori modo sunt ipsae infinitae perfectiones divinae, et sunt identificatae cum Deo; *formaliter* sunt quales in ipsis inveniuntur, seu sunt id per quod unaquaeque res in suo esse constituitur; si essentias rerum hoc modo consideratas confundamus cum essentia Dei, en iterum nos in pantheismo! Reipsa essentia hominis existentis una est eademque; homo in utroque statu est animal rationale, nam per existentiam non destruitur essentia, sed essentia per existentiam ex mera possibilitate transit in actum, ac propterea existentia dicitur ultimum possibilitatis complementum. Haec autem quae hic dicta sunt de eadem essentia in duplici statu considerata, possibilitatis nempe et existentiae, confundi non debent cum quaestione a philosophis agitata, num *essentia actualis* distinguatur realiter ab existentia, quod recentiores negant; haec enim inter se toto caelo distant. 9. Sicut possibilia et essentiae rerum duplici modo considerari possunt, ita et duplici modo cognosci possunt. Sicut Deus eminenter essentias rerum omnesque possibiles perfectiones continet, ita omnes cognoscit in se ipso, sive in sua essentia. Sed eas cognoscit etiam in seipsis, quia in seipsis sunt cognoscibiles; posito enim objecto cognoscibili et intelligentia infinite perfecta, cerie nihil aliud requiritur ad aliquid cognoscendum; species enim intelligibiles, quae olim a scholasticis requirebantur ad aliquid videndum seu cognoscendum, a recentiori philosophia expunguntur. Ex harum notionum confusione plures hac nostra aetate, in Germania praesertim, errores, nec leves, prodierunt. Cf. Storchenau S. J. *Iristit. mephys.* lib. 1. sect. I. cap. 1. et sect. III. cap. 4. n. 165. scholion 2. Cum vero s. Thomas loc. cit. I. part. qu. 16. art. 1. affirmat veritatem esse in intellectu non autem in rebus, id affirmat in ordine ad causam exemplarem, cujusmodi sunt ideae, ut vocant, archetypae in Deo, et arlelacta in mente artificis, ut ibidem explicat; quo sensu etiam alibi docet scientiam esse causam rerum, quod et nos tuebimur; seu ut aliis placet, loquitur s. Doctor de veritate *loyica,* quae profecto non est in rebus sed in intellectu, non autem de veritate *metaphysica.* Hinc Vasquez in HI. part. s. Thomae, tom. IL qu. LXH. ari. 4. disp. CXXXH.

divinae providentiae, quae mirifice ducet in variis sanctissimi hujus patriarchae eventibus. Ne singula vaticinia persequar, quid significant vaticinia Abrahamo ejusque posteritati facta, quae plenum exitum sortita sunt? Licet profecto asserere, tot esse in Pentateucho mosaico argumenta adversus monstrosum et impium Salvador systema, quot capita, immo pene dixerim quot verba. Mirum est, in tanta tot saeculorum serie, neminem ex tot tantisque veteris synagogae viris, et sanctitate et doctrina praestantibus deprehendisse, quod demum Salvador, ut suis gratificaretur sansimonianis, reperit; immo nec Philonem nec Flavium Josephum quidquam tale unquam suspicatos esse.

245. Concludamus igitur pantheism!, cujuscumque demum formae, atque autotheismi systemata absurda omnino esse atque a mosaicorum librorum documentis prorsus aliena.

DIFFICULTATES.

246. I. Obj. Si una substantia non potest produci ab alia, si non potest dari nisi una substantia infinita, si denique ad naturam substantiae pertinet existerez planum est non posse dari nisi unam substantiam, eamque infinitam, ac necessario existentem, quae non potest esse nisi Deus. Atqui rem ita se habere patet ex eo quod si una substantia posset ab alia produci, ejus cognitio a cognitione causae suae deberet pendere, et eamdem involvere, adeoque non esset substantia, quae non aliud est nisi quod in se est, et per se concipitur, seu cujus conceptus non indiget conceptu alterius rei, a quo formari debeat. Ita si haec substantia non esset infinita, ideo esset, quia ab alia ejusdem naturae terminaretur: cum autem non possint dari duae substantiae ejusdem generis, patet non posse aliquam substantiam ab alia ejusdem generis substantia terminari, ac propterea esse unicam substantiam eamque infinitam. Quod demum ad naturam substantiae pertineat existere, ex dictis sequitur: si enim substantia non potest produci ab alia, erit itaque substantia causa sui, id est, ipsius essentia involvet necessario existentiam, sive ad ejus naturam pertinet existere ergo.

247. Resp. *Neg. min.* Ad probationem. . . . *Quae non aliud est nisi quod in se est,* etc. *D.* Id est, quod *per se* est, seu quod non indiget subjecto, cui inhaereat, *C.* id est, quod *a se* est, seu a seipso existentiam habet, *N.* Cum vero tota vis subsequentium probationum ab hac aequivocatione pendeat, hac sublata sponte sua ruit totum argumentum. Ideo vero hic contexuimus seriem demonstrationis Spinozae, ut clariori in lumine ponere-mus sophisticam ipsius argumentandi rationem.

cap. 6. pag. 208. edit Lugdun. 1620. coi. 2. circa initium haec habet: .Essentiae rerum ordine rationis sunt ante omnem Dei scientiam et voluntatem: quare licet possit cuilibet rei tribuere aut non tribuere existentiam, non potest illius naturam intrinsecus immutare.·

248. Eadem latet ambiguitas in definitione *infiniti.* Etenim cum per infinitum intelligi possit illud, quod ab alia substantia ejusdem naturae limitari non potest, cujusmodi a pluribus concipitur spatium, Spinoza huic notioni callide substituit aliam , nempe infinitum illud esse, quod ab alia natura ejusdem generis terminari non potest, quo sensu aeque infinita esset atomus Epicuri, quae sola existcret etsi exiguissima, eo ipso quod sola in hypothesi oxisteret: nam si sola atomus esset, vel solus existeret pulvisculus, ab alia substantia ejusdem generis non limitaretur seu terminaretur, esset tamen limitatus a se et in se.14

249. In st. Si praeter Deum alia admitteretur substantia, ideo esset, 1. quia divina substantia non omnes existendi modos praeseferret, quod est absurdum, cum divina substantia perfectissima sit, seu omnes perfectiones in se contineat·, 2. finita insuper esset divina substantia, quia ab alia diversa circumscriberetur, ac 3. deberet ab alia differre; in divina autem substantia, quae simplicissima est, nulla ejusmodi differentia concipi potest, per quam ab alia realiter distinguatur. Quibus omnibus 4. robur accedit tum ex eo, quod si praeter Deum alia existèrent, jam Deus perfectior esset una cum iisdem substantiis, quam si esset solus seu sine illis; tum ex eo quod tunc Deus, utpote aliarum substantiarum causa, deberet in se continere bas substantias formaliter, prout causa continet in se effectum cujus causa est; quae omnia sunt absurda.

250. **Resp.** ad 1. *D.* Vel formaliter vel eminenter, ut suo loco expositum est, *C.* formaliter, *N.* Et sic ceterae difficultates sponte sua evanescunt.

251. Ad 2. *N.* Tunc enim circumscriberetur, si cum substantia divina alia ejusdem naturae coëxisteret, non autem si diversae naturae sit et a Deo omnino pendeat tum in existentia, tum in omnibus suis attributis et perfectionibus, ac in Deo ipso subsistat.

252. Ad 3. *Com. antec. neg. com.* Etenim differunt profecto a Deo creaturae omnes, eo quod limitatae, circumscriptae ac ab alio sint, Deus autem simplicissima infinita essentia est atque a se existens.

253· Ad 4. *Xeg.* Cum enim omnia, quae a Deo sunt, quod habent, habeant ex eo, qui perfectiones omnes, quae in creaturis sunt, ipsis communicat per participationem, ut loquitur s. Thomas, ideoque in se Deus longe nobiliore modo et has perfectiones aliasque omnes possibiles continet. 15

254. Quod postremo loco additur de causa continente in se effectum, jam disjectum est ex iis, quae diximus de ratione formali ac virtual! seu eminenti, qua Deus in se omnia continet.

H) Cf. Gerdil. diss. cit. loc. cit.

,s) I. part. qu. 4. art. 2. -Cum Deus, *inquit,* sit prima causa effectiva rerum, oportet omnium rerum perfectiones praeexistere in Deo secundum eminenliorem modum."

255. Π. Obj. cum Salvador: 1. Ex consideratione hujus universi gignitur in humana mente idea cujusdam existentiae infinitae; et 2. quidem infiniti positivi, quod omnes includit characteres, quos theologi in Deo recensent, cujusmodi sunt *unitas, aeternitas, invisibilitas.* 3. Hoc autem *Eat* universale ac aeternum, activum simul et passivum, Abraham et Moses vocarunt Jehovah.[16] 4. Idea *entis absoluti,* quod dici posset infinitheismns, fundatur in facto, analogia, historia et convictione.[17] Sane 5. Moses id expressit per vocem Jehovah, quae a radice *haia* jTH, seu *hava* Π1Π ducitur, quaeque significat esse, seu *illum qui est,* aut existentiam essentialem. Praeter hoc 6. plura alia nomina secundaria habentur ad Deum designandum, inter quae *Schaddai* 'H'ö? *sufficiens* sibi ipsi, *et El fortis, Adonai principium Elion* |ťńψ *excelsus.* Nomen 7. *Elohim* D'Til7N, quod est ab *Eloah* v^, licet 'n plurali adhibeatur, semper inservit singulari, ita ut indicet omnes vires in unam collectas, et exacte referat ideam Dei, intelligentiae generalis, opificis, magni aedificatoris, quum distinguantur in hac rerum universitate natura ac Deus, *vires seu potius virium unio fecit terram,* inquit Genesis 18; quemadmodum vero Elohim politicum reducitur ad *esse* generale, quod est populus, sic Elohim theologicum desinit in unitatem Jehovah. Deus igitur ex Moyse non est nisi *esse* absolutum, cujus creaturae non sunt nisi tempora et modi; ergo.

256. Resp. ad 1. *D.* Gignitur idea existentiae infinitae distinctae ab ipsa rerum universitate, *C.* identificatae cum ipsa, A' Nemo enim, qui sanae mentis sit, nec velit cum pantheistis ac spinozistis insanire, sibi hanc ideam cudit, quae rectae rationi adversatur, cum ejusmodi existentia universalis in sensu auctoris sit foecunda parens omnium deliriorum, quae recensuimus in Spinozae confutatione; sed ratio, spectando hanc rerum universitatem velut effectum, assurgit ad causam necessariam, a se existentem etc., quae cum suis effectibus contingentibus, limitatis, mutabilibus confundi non debet.

257. Ad 2. *D.* Quod est ipse Deus, et in quem propterea solum recensiti characteres unitatis, aeternitatis, indivisibilitatis conveniunt, *C.* quod constituatur a rerum omnium congerie, ut auctor noster autumat, *N.* Alioquin oriretur unitas absoluta ex tot unitatibus, seu partibus et elementis, quibus hoc universum coalescit, aeternitas in entibus successivis, cujusmodi sunt homines, bruta, plantae etc., indivisibilitas tandem ex ipsa divisibilitate; quae omnia absurda sunt et repugnant.

258- Ad 3. *N.* Hoc enim non est nisi deliramentum adversarii. Abra-

,6) *Hist. des Institutions de Moïse* tom. ILI. part. II. livr. L chap. 1. pag. 177.

n) Ibid. pag. 184.

") Ibid. pag. 185.

ham non cognovit nomen Jehovah, quod prima vice Deus Moysi manifestavit, etsi divinus hic scriptor hac voce utatur in conscribenda Genesi; Moyses autem Deo isti fictitio tribuisset omnia mirabilia ac mundi ipsius creationem in hypothesi Salvador, etsi nemo alius hoc deprehenderit praeter incredulum istum.

259. Ad 4. *Al.* Hoc enim monstrum potius excluditur tum facto ipso, tum analogia, tum historia ac convictione. Haec enim omnia nos ducunt ad Deum distinctum ab omnibus objectis, quae nos circumstant, admittendum et cognoscendum: et pauci dumtaxat athei larvati hac idea entis absoluti in sensu auctoris convinci potuerunt, omnibus gentibus reclamantibus.[19]

260. Ad 5. *Ale^.* prorsus. Licet enim vox Jehovah denotet *eum qui est,* seu *qui erit,* ut patet ex sensu, quo Moses seu potius Deus ipse eam usurpavit, non aliud tamen exprimit nisi eum qui necessitate naturae existit, quique distinctus est ab iis omnibus, quae non habent nisi existentiam communicatam, accidentalem atque, ut ita dicam, precariam; quae, quidquid sunt, illud ab eo habent, qui essentialiter est, nempe Deo, qui haec omnia ex nihilo condidit, ipso referente Moyse, ut mox dicemus.

261. Ad 6. *D.* Ad designanda diversa ejusdem supremi Numinis attributa, *C.* ad designandum portentum ab auctore excogitatum, *iV.* Cum videat Salvador causae suae officere nomen *Adonai,* quod dominum significat et hominibus etiam passim tribuitur, ipse vertit *principium:* at hac significatione ex centum triginta quatuor locis, in quibus juxta masorethas Deo tribuitur, numquam invenitur.[20]

262. Ad 7. *Neg.* Elohim indicare, ut adversarius contendit, virium collectionem; sed Deum ipsum designat, cui promiscue tribuitur tum singulari numero tum plurali, juxta indolem hebraicae linguae. Sane in plurali adhibetur passim ad designandam rem prorsus singularem; ita scilicet affirmatur de unico angelo, Judith. XIII. 22; de uno vitulo quem ut Deum hebraei venerati sunt, Exod. XXXII. 31; dc uno idolo, ut Dagone, Jud. XVI. 23; de uno Moyse, quando Deus eum constituit *Deum Pharaonis,* Exod. IV. 16; VII. 1; de arca, I. Reg. IV. 7; et alibi; quae cum res singulares sint, plurali tamen numero per hanc vocem efferuntur. Quod si demus adversario *Elohim* reipsa indicare collectionem virium, tunc reponimus non indicare collectionem abstractam, sed ens quod unum est, et est collectio virium omnium in summo gradu, nempe intelligendi, volendi, creandi, movendi, destruendi etc. Ridiculam pariter se prodit ejus versio seu potius commen-

”) *Qu'ou ouvre l'histoire de Γ Inde,* inquit Salvador (loc. cit. pag. 177.), *on retrouvera par tout cette conception mais accompagnée des plus fausses conséquences.* Haec quidem ipse asserit, altamen nullo documento probat assertionem suam. Ex historia religiosa omnium populorum contrarium potius evincitur.

20) Cf. Buxtorfius ad vocem

tatio primi Geneseos versiculi: T7res *seu potius virium unio fecit caelum et terram.* Quaenam vires fecissent caelum et terram? An hujus universi attractio universalis aut affinitas chimica? Ast nondum erat juxta Salvador. Adde verbum N'I2 ut suo loco ostendemus, vere et proprie significare eductionem ex nihilo. Restat igitur ut Moyses descripserit mundi creationem factam a Deo, qui ab hoc universo distinctus sit. Hoc vero sublato fundamento ex se concidunt, quae Salvador nugatur circa Elohim politicum et theologicum, ac ejus me substantivum cum suis modis et temporibus. Non est igitur cur diutius in his refellendis immoremur.2'

,l) Haec mutuatus est, ut diximus. Salvador partim ex Schelling, qui in *Epist. philosoph. de dogmatisme et criticismo* aperte docet pantheismum, affirmans: ..*Ίο Ego* includit omnem existentiam et realitalem ; quia si extra ipsum aliquid daretur, hoc esset absolutum: quod est absurdum. Hoc igitur Ego est infinitum, indivisibile et immutabile. Si substantia est aliquid absolutum, *τό Ego* est unica substantia, vel si darentur plures substantiae, daretur *Ego* extra *Ego,* quod esset contradictorium; quod est, in r‹j» *Ego* est, extra ro *Ego* nihil est; si το' *Ego* est sola substantia, quidquid est, non est nisi accidens τοὐ *Ego."* Unde concludebat Deum esse *Ego non ego, in praxi Deum esse Ego absolutum, quod destruit non Ego.* Partim mutuatus est a sansimonianis, qui pariter docent Deum esse quidquid est. Sic in libello qui inscribitur *Religion Saint-Simonienne,* Paris 1831, *Communion générale,* pag. 10. in allocutione sequitur: *Le père Enfantin: .Chers enfans,* Dieu est tout ce qui est. Tout est en lui, tout est par lui, nul de nous est hors de lui, mais aucun de nous est lui. Chacun de nous vit de sa vie, et tous nous communions en lui; car il est tout ce qui est.· Hic singuli dicuntur non esse Deus, quia singuli non sunt tota rerum universitas, sed sunt ejus partes tantum, atque ex eo quod Deus sit omne quod est, infertur nos omnes communicare in ipso. His paria habet Salvador, qui, ut respondeat sibi propositae difficultati: ..Mais alors chaque chose n'est-elle pas Dieu? *reponit,* pag. 181: On ne peut conclure de ce que chaque chose, chaque être doué ou non doué d'intelligence, tient à l'être absolu et dépend de lui, que cette chose ou cet être doive s'appeler Dieu. Chaque citoyen en particulier est-il le peuple? chaque membre de l'être humain est-il l'homme, ĕtc.?· Et hinc infert easdem consecutiones, quas ex eodem principio deducunt sansimoniani. Hi enim inferunt religionem esse politicam, dogma effici scientiam. Etenim in libro: *Religion Saint-Simonienne, Enseignement central (extrait de Γ Organisateur),* Paris 1831, pag. 31 et 32, ita legitur: nJ'aurai réconcilié l'humanité avec Dieu, c'est-à-dire avec elle-même et avec le monde; comme rien ne se trouve en dehors de Dieu , la politique devient la religion, la science devient le ĕdogme.· Et haec ipsa docet Salvador, qui pag. 183. dicit: «Tout signale donc l'existence d'un point central de l'immensité, d'un *moi* de l'être infini, d'un foyer incalculable de la législation universelle, d'où s'échappe éternellement ce qui donne la vie à toute chose, et vers lequel tout est ramené, ĕtc.· Possem pluribus hanc assertionem prosequi, sed, ne nota nimis prolixa sit, ista sufficiant ad evincendum, non a Moyse, sed tum a criticismo germanico, tum a sansimonianis suas ideas hunc incredulum judaeum philosophum hausisse. Dixi a sansimonianis, quorum doctrinae, ut ex dictis patet, mysteriis erat initiatus, licet ejus opus prodierit in lucem anno 1829, productiones vero sansimonianorum e suis tenebris non coeperint erumpere nisi anno 1830 et seqq. Hoc ideo animadverti, ne quispiam me anachronismi accuset, dum a sansimonianis affirmavi Salvador doctrinam suam mutuatum esse, cum notum sit, longe ante annum 1829 coepisse

263. **Inst.** Talem fuisse Moysis mentem facile ex ipsius scopo colligitur, qui alius non fuit nisi per unius entis ideam ostendere naturam politicae constitutionis populi israëlitici, et cum hac idea omnia componuntur, quae tum Moyses ipse tum ceteri prophetae Deo tribuunt. Cum enim homo sit symbolum maxime idoneum magni istius entis, plerique veterum, licet persuasi essent Deum incomprehensibilem esse et absque forma, eum tamen repraesentarunt ut membrum humanitatis. Legislator hebraeus monet talem non esse verum existendi modum inagni entis: vulgus tamen non percipit nisi quod sensus percellit, hinc est quod prophetae exhibeant Deum ut loquentem, audientem etc., et sic facile est ceteras omnes metaphoras exponere. Ac 1. quidem veritas est expressio *ejus qui est,* seu expressio legum entis generalis, quibus homo semper subjectus est. . Hinc dicitur veritas *revelare* se homini, et homo recipere *verbum* metaphoricum Jehovah, ex quo promanant locutiones: *Aeternus vult, quaerit, jubet:* et quo magis homo ad veritatem accedit, dicitur *amicus Jehovae,* quo magis recedit, fit *inimicus:* hinc rursum *voluntates* Jehovah, etc.[22] 2. Sic per epitheta humanitatis propria praecipuae leges, quibus humanitas indiget, in totidem attributa Jehovah commutata sunt. Atque inde Deus *bonus, fidelis, potens, vindex, timor Jehovah,* etc. dictus est, sive ex bonis, quae in mundo sunt, sive ex caelorum extensione, sive ex malis quae premunt scelestum, vel bonis quae amicum veritatis consequuntur. 3. Species locutionum afficit relationes inter Jehovah et populum. Vocatur Deus Abraham, quia ab hoc patriarcha agnitus: Dens Israël, quia Moyses constituit populum, assumendo hoc principium unitatis ut basim, et idem istud proponendo tamquam objectum publici cultus. Cum vero homo juxta doctrinam hebraeorum activus et passivus sit in suis relationibus cum Jehovah, hinc factum est, ut Deus exhibeatur modo electus a populo, modo populum eligens. Nemo proinde rem adeo magnam et sublimem satis mirari potuerit, quod scilicet dogma integrum Mosis duobus verbis concludatur, *Jehovah Echad* ΠΠΚ ΓΙiΓΠ *esse unum* est, non existit nisi *unum esse*[23], ergo.
τ ·· T :

264. **Resp.** *fleg.* talem fuisse scopum Moysis, et nego cetera, quae obtrudit nuperus hic judaeo-philosophus, tum contra apertam Moysis narrationem, tum contra sensum universae gentis suae cujusque aetatis, ex quibus ne unus quidem suspicatus unquam est pantheismum insinuari seu, ut ipse vocat, infinitheismum, sive in libris Moysis sive in libris prophetarum. Deus certe, quem Salvador fingit, nec erat colendus nec timendus, multo minus dignus pro quo tot ac tanta paterentur judaei sive ante sive post Christum, ut reipsa perpessi sunt, ne ab eo deficerent sive ante sive post Christi adventum. Mitto argumenta, quae sive ex divina providentia, quae

San-Simonem virus suum effundere, et sectam instituere.

22) Ibid. pag. 190.
23) Ibid. pag. 188:

perpetuo elucet in hujus populi conditionibus, sive quae ex miraculis et vaticiniis deducuntur; ea enim, etsi rejiciantur ab hoc incredulo, testatissima tamen sunt, nec eludi possunt, ut suo loco ostendimus. Demum semel admissa absurda hac ab adversario primum excogitata hypothesi, sequeretur Moyseu et seriem prophetarum, doctores omnes et sacerdotes hebraicae gentis fuisse deceptores et seductores, et integrum populum per ingentem saeculorum seriem non fuisse nisi ludibrium hujus deceptionis, etsi nemo unquam eam detexerit vel suspicatus de ea fuerit. Falsum praeterea est quod de infortuniis vel felici sorte asserit auctor, quae vitam vel male vel recte actam comitantur; immo haec fuit continua prophetarum querela, quod saepe infausta bonis, fausta malis acciderent, ut patet ex Psalm. LXXII. 5—16: Jerem. XII. 1 et seqq.; Habac. I. 4, et alibi passim. Ergo nullus timor concipi potuisset ex ipsorum pravitate. Quare, ne in hoc systemate refellendo prolixior sim, cum Moyses praedicavit Dei unitatem, non praedicavit nisi unitatem summi Dei creatoris caeli et terrae, omniumque provisoris et conservatoris: objectum unicum adorationis et cultus proposuit, totque hunc cultum munivit praesidiis, ne populus aliarum gentium scandalo deciperetur, atque ad polytheismum et idololatriam prolaberetur, et sic vera conservaretur religio usque ad adventum Christi, a quo ad omnes gentes dimanare debebat.

265- **Dices:** Nonne pantheism! vestigia occurrunt in illis Ecclesiastici verbis XLIU. 29. Deus *est in omnibus,* seu, ut fert graecus textus: *Ipse* Deus *est omne24]* nec non in verbis s. Pauli Rom. XL ult.: *Ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omniaj* et clarius adhuc Act. XVII. 28. *In ipso vivimus, movemur et sumus; sicut et quidam vestrorum poetarum dixerunt: Ipsius enim et genus sumus?* Nihil igitur in medium protulit Salvador, quod ipsi scriptores sacri non dixerint.

266. **Resp.** *Neg.* His enim testimoniis aliisque similibus non aliud docemur nisi Dei immensitatem, qua fit ut omnia in ipso sint et ipse sit in omnibus rebus, ut res a se conditas conservet et regat, ipsis vitam tribuat et actionem, quod infra ostendemus.25 Hoc sensu exponi pariter debent nonnulla patrum dicta, quae prima fronte difficultatem facessere videntur; ut cum Origenes, *De Principiis,* lib. II. cap. I. n. 3- *Sicut corpus nostrum,* inquit, *unum ex multis membris aptatum est, et ab una anima continetur, ita et universum mundum velut animal quoddam immensum atque immane opi-*

24) z/vrôf ἰστι τὸ παν.

ω) Verba autem Ecclesiastici, juxta expositionem Calmet, non aliud continent nisi sermonis hactenus instituti conclusionem, qua adstruilur Deum esse principium et flnem rerum omnium. Vel ut clarius exponit Cornelius a Lapide: *Deus est omne,* quia ipse est τὸ *ôv,* id est, ens primum, essentiale, immensum, a quo omnia alia entia necessario et essentialiter pendent, adeo ut, si per impossibile non esset Deus, impossibile foret alterius cujuscumque entis existentia.

nandum puto, quod quasi ab una anima, virtute. Dei ac ratione teneatur. Quod etiam a sacra Scriptura indicari atbitror per illud, quod dictum est per prophetam (Jeromiam, cap. XXIII.): *Nonne caelum et terram ego repleo, dicit Dominus ... ? Sed et illud, quod ait Paulus, cum apud athenienses condonaretur, dicens: Quoniam in ipso vivimus, movemur et sumus.* Germana enim Origenis mens ex verbis immediate sequentibus eruitur, cum subdat: *Quomodo enim in Deo vivimus et movemur et sumus, nisi quod virtute sua universum constringit et continet mundum?* Eadem ratione exponitur auctor Dionysius Areopagita nuncupatus, de quo consuli potest s. Thomas.[26]

PROPOSITIO IV.

Admitti nequit ulla realis distinctio inter Deum ejusque attributa sive absoluta sive relativa, neque inter attributa absoluta ipsa.

267. Si enim ejusmodi daretur distinctio, admitti in Deo deberet realis compositio; atqui haec compositio in Deum cadere non potest, qui ex Propos. I. est omnino simplex; excludi igitur a Deo debet omnis realis distinctio sive inter divinitatem ejusque attributa absoluta ac relativa, sive inter attributa absoluta ipsa.

268. Haec autem doctrina tum in Scriptura tum in patribus fundatur. In Scriptura quidem, quae Deum perpetuo exhibet simplicissimum; id inter cetera evincunt testimonia illa, in quibus de Deo praedicantur nomina abstracta, cujusmodi sunt *sapientia, vita, veritas,* aliaque id genus multa, quibus plena sunt sacra eloquia. Ex patribus, quorum loca ingenti numero affert Petavius [1], nos unum vel alterum tantum in medium proferemus. Sit ex graecis s. Gregorius nazianzenus, qui: *Unum,* inquit, *tria, et tria unum, in quibus deitas, vel, ut exactius dicam, quae tria sunt deitas.*[2] Sic etiam s. Joannes damascenus: *Deus,* inquit, *est simplex, et non compositus. Quod autem e multis et differentiis constat, est compositum. Quare si increatum, principii expers, incorporeum, immortale, sempiternum, bonum, procreandi vim habens, et ejusmodi alia, substantivas esse dicamus differentias Dei, tot ex rebus ille conflatus, non erit simplex, sed compositus, quod extremae impietatis est.*[3] Ex latinis s. Augustinus, epist. CXX. alias CXXH. cap. 3. num. 13.

26) *Cont. gentes,* lib. I. cap. 26.

') Toto lib. IΓ. ac praecipue cap. 7. *"Εν γάρ Ιν τριΰιν ή 3ιότη(, καί -à τρία. τν, τά Ιν οι< ή* Siôrpf *ή τό γι άκριβίστιρον ιιπύν, a ή 3ιότη* . Orat. XXXΓX. (apud eundem Pctav. loc. cit.).

3) 7o *3tiov ά-λοϋν* ιση, καί *ά<Τΰν3ετον· το δί* ικ *πολλών καί διαφόρων συγκιίμινον, σϋν3ιτόν ίϋτιν il ούν τά ακτιβτον, καί άναρχαν,* καί *άβώματον, καί αθάνατον, καί αιώνιον, καί άγα3όν, καί δημιουργικόν, καί τά τοιαΰτα ούβιώδίϊ; διαφορά (ίποιμιν ίπί 3toô, Ικ το&ούτων Ουγκομινον, ούχ άπλοΰν ίσται, αλλά αύν3ιτον· ο.τιρ ίυχάτη άαιβύα Ιατίν. De fide orth.* lib. L cap. 9.

scribit: *Xunc vero tene inconcussa fide Patrem et Filium et Spiritum Sanctum esse Trinitatem, et tamen unum Deum; non quod sit eorum communis quasi quarta divinitas, sed quod sit ipsa ineffabilis et inseparabilis Trinitas.* Demum s. Bernardus sic perstringebat Gilbertum: Si divinitas non est Teipsa Deus, *erit aliquid quod non est Deus, aut nihil. . . . Quod si aliquid est quod non est Deus, aut minor erit Deo, aut maior, aut par. At quomodo minor, qua Deus est? Restat ut aut majorem fatearis aut parem. Sed si major, ipsa est summum bonum, non Deus. Si par. duo sunt summa bona, non unum. Quod utrumque catholicus refugit sensus* (Serm. 80. in *Ceint,* num. 6.).4

269. Cui quidem rationi a s. Bernardo allatae praeter alia argumenta et hoc addi potest: Si proprietates divinae ab ipsa substantia realiter distinguantur, aut substantiae sunt, aut accidentia; si substantiae, ergo plures erunt substantiae in Deo, quod repugnat; accidens aut qualitas in Deo esse non potest; ergo.

270. Et sic confutati manent tum graeci palamitae, qui *èveoyeiav* sive virtutem in Deo distinguebant ab ipsa divina substantia, et cum ipsis sociniani, nec non Gilbertus porretanus, qui divinas proprietates, et abbas Joachim, qui divinas personas a Dei substantia realiter distinguebat. Consulatur s. Thomas p. I. qu. 3. art. 3.

DIFFICULTATES.

271. Obj. 1. Non magis officit simplicissimae naturae divinae realis distinctio inter Dei essentiam ejusque attributa sive absoluta sive relativa, sive inter attributa absoluta ipsa, quam distinctio realis personarum, quae profecto nullam infert compositionem in Deo; ergo falsum est per realem distinctionem inter divinam substantiam et attributa destrui simplicitatem Dei. Sane 2. si res ad trutinam revocetur, certo patebit ex difficultatibus vel incommodis, quae solent urgeri adversus ejusmodi distinctionem, nullum forsan existere, quod pari jure intorqueri non possit adversus ipsam realem proprietatum relativarum distinctionem. Quod 3. cum probe intellexerint patres graeci, Basilios uterque Gregorius, nazianzenus atque nyssenus, disputantes adversus Eunomium, nec non Cyrillus alex.5, ex professo docent in Deo distingui, immo et differre substantiam ab ejus operatione ac vi, *ἐνεογεία,* quo nomine, non solum actionem, sed attributa etiam comprehendunt; ergo.

4) Ex quibus verbis inferunt critici passim Gilbcrlum reipsa admisisse distinctionem realcin inter divinitatem el attributa. Prius enim dixerat s. Bernardus: ..Recedant a nobis, carissimi, recedant novelli, non dialectici, sed haeretici, qui magnitudinem, qua magnus est Deus, et item bonitatem, qua bonus, sed et sapientiam, qua sapiens, et justitiam, qua justus, postremo divinitatem, qua Deus est. Deum non esse impiissime disputant. Divinitate, inquiunt. Deus est. sed divinitas non est Deus."

s) Thesauri, lib. II. cap. 2.

272. *Reep.* Ad 1. *Neg.* assumptum, ac nego praeterea paritatem; prior enim distinctio nequit concipi nisi in substantia ipsa divina, ac propterea admitti non potest, nisi in divina substantia admittatur compositio; posterior autem distinctio, n^mpe personarum, non cadit in substantiam, quae una eademque ac tota est, tum in tribus personis simul sumptis, tum in earum qualibet, sed cadit solum in proprietates personales, quae non dicunt nisi rationem peculiarem, qua una se habet ad alteram, per mutuam relationem, ex quibus proinde numquam potest ulla oriri compositio.

273. Ad 2. *Neg.* iterum, ut ex modo dictis patet.

274. Ad 3. *D.* Docent distingui et differre substantiam ab ejus operatione et vi cogitatione, vel ut ipsi loquuntur, *ζατ' ἐπίνοιαν, C.* re, *N.* ut manifestum iit ex ipsorum scopo: refellebant enim Eunomium, qui hanc rationis seu cogitationis distinctionem iniiciabatur.6

275. I. **Inst.** Patres non solum ratione ac cogitatione, sed re distinctam divinam substantiam asserebant ab ipsius attributis, ut 1. eruitur ex Dionysio vulgo Areopagita, cujus celebre est effatum de *unita et distincta theologia;* hoc est, ut scribitur cap. II. *De eo quod secundum unitatem et secundum differentiam de Deo dicitur,* ita ut ex ipsius mente ad unitatem referatur substantia, ad ea autem quae sunt *secundum differentiam,* referantur Dei operationes et attributa, quatenus extra Deum se se porrigunt ad creaturas, quod de substantia, quae incommunicabilis est juxta ipsum, dici non potest. 2. Dionysio consonat s. Joannes Chrysostomus, qui in ea Christi verba: *Philippe, qui videt me, videt et patrem,* haec habet: *Videamus praeterea, quidnam Philippus intueri velit. An sapientiam Patris? An vero bonitatem? Minime; sed hoc ipsum quid tandem sit Pater, ipsam, inquam, essentiam.7* Quibus verbis aperte secernit divinam essentiam ab ejus attributis. Nec latini patres a graecis hac in parte dissentiunt; etenim s. Augustinus, *De Trinitate,* lib. VII. cap. IV. num. 9. docet, quod *aliud Deo est esse, aliud Patrem esse, vel Dominum esse; quod enim-est, ad se dicitur, Pater autem ad Filium, et Dominus ad servientem creaturam dicitur;* et ib. cap. II. *Non eo Verbum,* inquit, *quo sapientia, quia Verbum non ad se dicitur, sed tantum relative ad eum, cujus Verbum est, sicuti Filius ad Patrem, sapientia vero eo quo essentia.* Sic patres ceteri. Ergo.

276. **Resp.** *Neg.* .1. Ad 1. probationem, *D.* ita ut Dionysius ad *unitam* theologiam referat totam divinam substantiam, una cum attributis tum absolutis tum relativis, et ad *distinctam* referat personas realiter inter se distinctas, C. ita ut ad *unitam* solam referat substantiam divinam, prout secernitur

6) Cf. I'etav. lib. I. cap. 13.

~) *"Αλλωί δε ίδωμεν τί ὁ Φίλιπποί 2ητεΐ Ιδείν άρα τήν σοφίαν τοΰ πατρόί; αρα την αγαθότητα; ούχί· αλλά αυτό το τί ποτέ ιστιν* 0' Seôf, *αυτήν τήν ούβίαν.* Hom. LXXIV. in Joann, alias LXXHI. num. I. tom. VIII. pair. 435. edit. Montfauc.

ab attributis in sensu adversariorum, ad *distinctam* autem referat operationes et attributa, A' Hanc vero esse mentem hujus auctoris, quo potissimum graeci abutuntur, aperte patet ex eo, quod in eodem cap. II. in quo verba citata habentur, illud unum seu unitum, zpwuiror, definiat esse quodcumque absolute ac tribus personis convenit; illud vero *distinctum differensque, δκι-xtzotuevcH',* esse quod proprium est, ut esse Patrem, esse Filium.

277. Sic etiam ad unitam theologiam revocat, quaecumque a tribus personis in creaturas proficiscuntur. *Ut est,* inquit, *substantiae communicatio, vitae ac sapientiae largitio, aliaque bonitatis dona, quae causa est omnium rerum, ac principium.* Ad distinctam autem theologiam refert Christi Incarnationem, et administrationem omnem, quae ab illo solo, proprieque suscepta persona excludit reliquas duas. 8

278. Ad 2. xV. vel *D.* Prout haec distincte a mente nostra concipiuntur, C. prout reipsa in se sunt. A'. Et sic explananda sunt cetera ejusmodi patrum dicta, ut ex dicendis in insequenti propositione patefiet. Ac, ne longius rem protrahamus, eodem modo est exponendus s. Augustinus in iis, quae objiciuntur, locis, ut verba ipsa recitata ostendunt, in quibus vult evincere alia ratione divinam substantiam dici Deum, alia Patrem; cum primo sensu accipiatur vox Dei absolute, altero relative; quod et de Dei sapientia ac Verbo ejus Filio valet. Maximinus enim arianus pluralitate personarum earumque distinctione derogari contendebat divinae simplicitati, hoc autem negat

8. Augustinus ex eo quod, licet plures distinguantur, seu potius a mente nostra apprehendantur divinae proprietates, quia divina essentia pluribus aequivalet, non propterea ejus simplicitati detrahitur; sic enim disputat: *Numquid bonitas et sapientia et clementia et potentia partes sunt unius virtutis, quam simplicem esse dixisti? Non dico, inquis. Non sunt ergo partes, et tamen quatuor sunt, et una virtus est, eademque simplex est. Si ergo in una Patris persona et plura invenis et partes non invenis, quanto magis Pater et Filius et Spiritus Sanctus, et propter individuam deitatem unus est Deus, et propter uniuscujusque proprietatem tres sunt personae, et propter singularum perfectionem partes unius Dei non sunt?*

279. II. **Inst.** Si proprietates personales saltem non distinguantur realiter a divina substantia, intelligi nequit qua ratione Pater, communicando hanc ipsam substantiam reliquis duabus personis, non communicet ipsis has easdem proprietates; quod si eas communicet, non amplius divinae personae distinguuntur realiter inter se, quod est contra Trinitatis dogma; ergo.

280. **Resp.** xV. Optime enim intelligitur, si teneatur doctrina ecclesiae catholicae, qua instruimur dari inter divinam essentiam et attributa distinctionem virtualem sive rationis, quae sufficit ad reddendam rationem de eo, quod

8) Cf. Petav. ib. §. 5 et seqq.

una eademque res possit sub uno respectu communicari, non autem possit sub alio. Quare eo ipso quod Pater communicet Filio substantiam suam, debet necessario distingui realiter a Filio; alioquin nec Pater esset, nec Filius. Id ipsum dicatur do Spiritu Sancto. Etsi vero directe non communicet Filio paternitatem, communicat tamen indirecte, ex eo quod ipsi totam substantiam suam communicet, a quo proprietates relativae reipsa non distinguuntur. Sed de his in tractatu de Trinitate.

PROPOSITIO V.

Admitti debet rationis seu cogitationis distinctio inter divinam essentiam ejusque attributa sive absoluta sive relativa, et inter attributa absoluta ipsa.

281. Quid intelligatur per distinctionem, quae virtualis seu rationis dicitur, seu secundum cogitationem, *κατ ἐπίνοιαν,* ut eam graeci vocant, satis enucleavimus initio hujus capitis. Adstruitur autem haec propositio adversus Eunomium, qui, sublata hac distinctione, sic nitebatur Verbi divinitatem impugnare: Quidquid de Deo dicitur vel intelligitur, secundum substantiam est; hinc *ingenitum esse* Patri secundum substantiam est, sicut et *genitum esse* Filio secundum substantiam est. Diversum est autem ingenitum esse et genitum esse; diversa est ergo substantia Patris et substantia Filii; aliaque huic, similia conficiebant eunomiani argumenta, seu potius cavillationes, quas recenset s. Epiphanius. [1]

282. Sic vero propositionis enunciatae veritatem ostendimus: Ea ratione de Dei essentia ejusque attributis cogitare ac loqui debemus, qua sese nobis Deus ipse exhibuit, ac de se locutus est; atqui Deus, imbecillitati nostrae consulens, sese nobis exhibuit tamquam quid multiplex, ac de se suisque attributis ita locutus est, ut ea esse plurima intelligamus; ergo eadem ratione de Deo cogitare nos et loqui oportet. Porro cogitare et loqui de multis, in Deo secundum rem distinctis, omnino prohibemur; de multis itaque id facimus distinctis secundum solum mentis conceptum. [2] Sane in Scripturis Deus modo perhibetur ut omnipotens, modo ut sapiens, modo ut justus, misericors, etc.; et Christus de se ipso loquens, Joann. XVI. 15. ait: *Omnia quaecumque habet Pater, mea sunt.* Ad quae Christi verba alludens s. Gregorius nazianzenus, *Oratione XLJV.* inquit: *Omnia quaecumque habet Pater, sunt*

[1]) Cf. s. Epiphan. qui *Adversus haereses,* lib. III. haeres. LXXVI. quae est anomaeorum, triginta sex in medium profert argumenta Aëlii, ex hac sola voce *ingeniti* conficta, quibus, s. pater suas singillatim adjicit confutationes. Aëlii impietatem, in ejusmodi argutiis instituendis adversus Trinitatem, imitatus postea est Crellius socinianus, cujus opera extant in *liibtiolheca fratrum Potoriorum.*

2) Quod receptum esse ab ipsis profanis auctoribus, qui de Deo rcbusque divinis scripserunt, ostendit Petavius, lib. L cap. 9. Hinc merito s. Hilarius hoc statuit princi-

Filii, praeterquam quod ingenitus est.' Atque eodem modo ceteri patres loquuntur. qui virtualem hanc distinctionem in Deo adversus Aëtium et Eunomium propugnant. Gregorius nyssenus. Basilius, Cyrillus alex, aliique apud Petavium, lib. I. cap. IX *et* seqq.

283. Ex quibus discimus 1. hanc rationis distinctionem provenire ex fecunditate tum mentis, tum rei contemplandae, nempe Dei, qui etsi unus ac simplicissimus natura sua sit, pluribus aequivalet objectis, inter se distinctis, atque ex multiplici ejus efficientia, quae ad plura, eaque distincta objecta se porrigit, unde in mente nostra plures ac distinctae notiones oriuntur; seu, ut accuratius loquar, inde mens nostra fundamentum sumit multiplices ac diversas sibi cudendi ejusdem rei notiones. Discimus 2. hanc notionum differentiam, quas in Deo mens nostra apprehendit, diversos gradus habere, ac plusculum distare proprietates relativas ab essentia absolutisque proprietatibus, quam hae ipsae ab essentia distent et inter se; e. gr. majus esse discrimen inter essentiam et paternitatem, quam inter bonitatem et eamdem essentiam; quamvis neutrubi secundum rem, sed secundum *èidvotav* ac rationem, differentia sit.4 Discimus 3. hanc necessario admittendam esse cogitationis distinctionem. ne, de Deo loquentes, inducamus notionum ac verborum confusionem, quae necessario oriretur, si unam pro alia promiscue usurparemus, e. gr. dum paternitatem nominamus, intelligeremus sapientiam et alia ejusmodi, in quo magna perversitas haberetur.

DIFFICULTATES.

284. I. Obj. 1. Falsa est distinctio illa, quae conformis et consentanea non est rei veritati, sive suo objecto; jam vero talis est distinctio rationis; quippe quae tota residet in mente nostra, non autem in Deo. Quin immo, 2. ut observat Eunomius, si in comprehensione unius notionis altera non includitur, includitur opposita, e. gr. si in notione ingeniti non includitur notio incorruptibilis, jam includeretur notio corruptibilis, et sic Deus, qua ingenitus est, esset corruptibilis, adeoque simul corruptibilis esset et incor-

pium, *De Trinitate,* Lib. V. *Non loquendum aliter de Deo est, quam ut ipse de se locutus est.*

3) *Πάντα* ocra ὁ *πατήρ* τον vtov. *πλην τήί ἀγιννησίαί,* η. 14.

*) Cf. Petavius, ibid. cap. 10. §. 10. Adi etiam s. Thom, in lib. I. *Sentent,* distinct. Π. qu. 1. art. 2. ubi constituto principio: -Quod quidquid est entitatis et bonitatis in creaturis, totum est a creatore, et quod omnes nobilitates omnium creaturarum inveniuntur in Deo nobilissimo modo et sine aliqua imperfectione; *concludit:* Sic ergo dicendum est, quod in Deo est sapientia, bonitas, et hujusmodi, quorum quodlibet est divina essentia, et ita omnia sunt unum re, et quia unumquodque eorum sit in Deo secundum sui verissimam rationem, et ratio sapientiae non est ratio bonitatis; in quantum hujusmodi, relinquitur quod sunt diversa ratione, non tantum ex parte ipsius ratiocinantis, sed ex proprietate ipsius rei.' Expendendus totus articulus.

ruptibilis, incorruptibilis nempo in se, et corruptibilis in apprehensione mentis nostrae, quod est absurdum. Demum 3. qui communi cuivis aliquid, quod sit proprium, adjungunt, ut inde complexum nescio quid coalescere praedicent, vel mentiuntur vel non; datur optio; si mentiantur, quid tandem attinet voces sine subjecto usurpare? si vera dicunt, composita igitur erit unaquaeque Trinitatis persona, cui illam personae vocem accommodamus; ergo.

285- **Resp.** Ad 1. *Dist. maj.* Si affirmando aut negando id fieret. *C.* si per meram abstractionem aut mentis apprehensionem, *N.* Etenim cum mens nostra contemplatur aliquod objectum sub uno potius respectu quam sub alio, nihil affirmat vel negat de objecto ipso, sed haeret tota in obtutu illius, quod per se sine altero spectat. Eodem modo mathematicus, cum abstrahendo a materia physica alicujns objecti considerat tantum dimensiones vel longitudinis vel latitudinis vel profunditatis, nihil detrahit objecto, nec negat nec affirmat esse aurum vel argentum etc.: physicus, dum spectat materiam tantum, nullo habito respectu ad ejusdem dimensiones: chymicus, cum ab utrisque praescindit nec rimatur nisi molecularum affinitatem; nihil derogant rei veritati, neque propterea singulae istorum considerationes falsae et non consentaneae objecto dicuntur; idem autem dic de modo seu ratione, qua mens nostra Deum contemplatur, et evanescit difficultas.

286. Ad 2. *Neg.* ut patet ex modo dictis. Dum enim mens aliquam proprietatem in Deo considerat, alias non excludit, sed ab iis tantum praescindit.

287. Ad 3. Idem esto responsum. Nec enim in his argutiis convellendis diütius immorari praestat. Mens enim, quae apprehendere non potest uno appulsu, quod singulare et simplex in divina hypostasi est, distinguit inter divinam essentiam, quae tribus personis communis est, et proprietatem, qua unaquaeque persona est, eam apprehendit ut complexam seu compositam, ut sibi ejusdem aliquam ideam efformet, nec ideo infert compositionem proprie dictam in ipsa divina hypostasi esse. Cum itaque juxta captum mentis nostrae sic rem concipimus, nec affirmari potest nos verum dicere ex parte rei, nec mentiri dici possumus, dum proprium communi adjungimus.

288. **II. Obj.** Patres passim tradunt, 1. cum diversas de Deo notiones vocabulis exprimimus, eamdem divinam substantiam nos designare; ita s. Basilius, *Epist. LXXX,* et s. Athanasius in *Decretis nicaenae synodi,* deer. IV. cap. 8. et alibi. 2. Congruenter ad hanc patrum doctrinam concilium rhemense sub Eugenio III. celebratum, adversus Gilbertum porretanum decrevit: *In theologia inter essentiam et personam ratio non distinguat; ergo.*

289. **Resp.** Ad 1. *D.* .1. Eamdem exprimimus substantiam velut subjectam materiam, fundamentum et objectum reale harum notionum, *C.* eamdem exprimimus substantiam in diverso ac formati conceptu mentis nostrae, A'. Citati proinde patres non aliud sibi volunt, cum dicunt diversas notiones,

quas nobis do Deo ejusque proprietatibus eûbrmamus, eamdem divinam substantiam designare, quam notiones istas demum desinere in unum idemque simplex objectum, quod Deus est, qui pro fecunditate sua nobis praebet fundamentum earumdem notionum, non autem contendunt has easdem diversas notiones in suo conceptu formali non esso nisi unam eamdemque notionem, etiam cum ad Dei substantiam referuntur, ut patet ex ipsorum scopo, defendendi nempe divinitatem Verbi adversus arianos et eunomianos. 5

290. Ad 2. *D.* Ratio non distinguat inter essentiam et personam realiter, seu in sensu Gilberti, *C.* mente, xV. Gilbertus enim tria docebat: 1. duplicem esse rationem distinguendi, unam mathematicam, alteram theologicam; 2. rationem mathematicam eam esse, quae logice distinguit ea, quae non sunt in se distincta, rem videlicet eamdem et simplicem diversis et inadaequatis conceptibus repraesentando: rationem vero theologicam eam esse, quae non distinguit nisi ea, quae sunt in se distincta; 3. essentiam et personam in divinis distingui secundum rationem theologicam, non secundum mathematicam tantum, hoc est, distingui realiter, non vero tantum logice, Hanc autem realem distinctionem damnabat synodus, in eaque damnanda ipsis Gilberti verbis utitur. 5

CAPUT II.

DE DEI IMMUTABILITATE AC LIBERTATE.

291. Duas has divinas proprietates simul complexi sumus, quia nulla est difficultas in illis seorsim constituendis, ast non exigua est in iisdem simul conciliandis, eo magis quod, quae opponuntur divinae immutabilitati, magna saltem ex parte peti soleant ab ipsius libertate, et contra, quae opponi solent divinae libertati, ex capite immutabilitatis ipsius ut plurimum eruantur.

292. Ut enim in omni alia fere quaestione, sic circa Dei immutabilitatem oppositi inter se errores exorti sunt. Stoici siquidem Deum mutationi obnoxium sentiebant, teste Origene *Contra Celsum,* lib. III. Hermogenes e contra adeo Deum immutabilem statuit, ut ipsi, referente Tertulliano in libro adversus eumdem, ademerit libertatem. Sociniani, media quadam via inceli

5) Cf. Petav. lib. I. cap. 11. §. 11. qui id ostendit adductis veterum testimoniis. Cum s. Thomas part. I. qu. 13. art. 4. sibi objecisset: ..Magis est unum quod est unum re et ratione, quam quod est unum re et multiplex ratione;·* respondet ad 3: «Quod hoc ipsum ad perfectam Dei unitatem pertinet; quod ea quae sunt multipliciter et divisim in aliis, in ipso sunt simpliciter et unite. Et ex hoc contingit, quod est unus re et plures secundum rationem; quia intellectus noster ita multipliciter apprehendit eum, sicut res multipliciter ipsum repraesentant.·

6) Cf. Simonnet, tract. *De Deo,* disp. HL art. 4·

dentes, Deum immutabilem esse affirmant quoad substantiam, mutabilem vero in suis decretis, seu in voluntatis actibus, ut sic ipsi sartam tectamque asserant libertatem. Nos vero juxta catholicae doctrinae regulam Dei immutabilitatem, tum ratione substantiae, tum ratione actuum vindicare debemus, nec non ejusdem libertatem.

293. Ad praecavendas difficultates observandum est, immutabilitatem nihil aliud esse nisi negationem transitus cujuscumque de statu in statum, seu ab uno modo se habendi ad alium, tum respectu sui, tum respectu temporis, tum denique respectu cujuscumque rei ab extrinseco positae, ac proinde immutabilitatem eo plures gradus habere posse, quo magis ejusmodi transitus excludit, et cum de Dei immutabilitate disseritur, quod de ea affirmatur, intelligendum esse de omnimoda immutabilitate.

294. Item considerandum est libertatem, prout hic accipitur, esse immunitatem a quacumque tum intrinseca tum extrinseca necessitate, seu ut vulgo dicitur, libertatem arbitrii et indifferentiae, qua Deus possit agere vel non agere, velle hoc vel oppositum. Removeri autem duo a Dei libertate defectus debent, qui in libertate nostra reperiuntur, suspensio nempe judicii, quae in Deo omnia sciente adesse nequit, et possibilitas eligendi inter bonum et malum, quae pariter Deo inesse non potest, qui, ut loquitur Augustinus: *Peccare non potest, sicut negare se ipsum non potest.* Quae postrema species libertatis a theologis vocatur *contrarietatis,* prout duae primae species dicuntur *contradictionis* et *specificationis.* Porro libertas, qua quis immunis fuerit a necessitate intrinseca, dicitur libertas *indifferentiae seu a necessitate,* qua ab extrinseca tantum vi, libertas nuncupatur *a coactione.* Deo igitur adstruere debemus libertatem indifferentiae, specificationis et contradictionis. His positis, sit ,

PROPOSITIO.

Deus est immutabilis et liber.

M

295. Haec propositio est de fide, ut ex definitione ipsius expresse patet, quae data primum est a concilio nicacno I. in decreto *de fide: Eos qui dicunt erat aliquando, quando non erat.... aut mutabilem ct convertibilem Filium Dei, hos anathematizat catholica et apostolica ecclesia.*] Qua definitione relata, haec subjicit s. Ambrosius: *Arius dicit mutabilem et convertibilem Dei Filium. Quomodo ergo Deus, si mutabilis, cum ipse dixerit: Ego sum, et non sum mutatus?}* Ac rursum in cone, lateranensi IV. cap. *Firmiter,* ubi Deus

*) S. Ambrosias, *De fide,* lib. I. cap. 18. n. 120. edit. maur. alias cap. 9.

2) Ibid. cap. 19. num. 131. Eadem fidei definitio refertur in fragmento II. s. Hilarii, n. 27. edit. D. Coustantii, Ord. Benedici. Verum de his fragmentis editis primo a Nic. Fabro ac postea a D. Constantio, non unum est criticorum judicium. Plura sunt argumenta intrinseca et extrinseca, quae ea, generatim saltem, Hilarii non esse, cui adseri-

definitur *incommutabilis.* Circa libertatem vero Dei ecclesiae iides patet ex ipsius ad Deum orationibus, quae inutiles prorsus essent, non supposita in Deo libertate.

296. Luculenter porro Dei immutabilitatem apertissima Scripturarum testimonia evincunt: Num. XX1LI. 19. *Non est Deus quasi homo, ut mentiatur; nec ut filius hominis, ut mutetur,-* tum Psalmo Cl. 28. *Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient;* sed praecipue Malach. III. 6. *Ego Dominus et non mutor.* In Novo autem Testamento: *Apud quem,* ait Jacobus apostolus, *non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio* (cap. I. 17); quae quidem apostoli verba enarrans s. Gregorius M. *Ipsa,* inquit, *mutabilitas umbra est, quae quasi obscuraret lucem, si hanc per aliquas vicissitudines permutaret. Sed quia in Deo mutabilitas non venit, nulla ejus lumen umbra vicissitudinis intercedit.*3

297. Quae cum adeo aperta sint, inutile prorsus est patrum testimonia congerere ad hanc veritatem adstruendam, quam ratio ipsa suadet. Ex triplici enim capite s. Thomas Dei immutabilitatem deducit: 1. ex eo quod Deus sit purus actus nihilque habeat in potentia, quidquid autem mutatur, est aliquo modo in potentia ad illud ad quod mutatur; 2. ex eo quod sit omnino simplex omnisque compositionis expers, quae necessario inest in eo quod mutatur, dum successive res est sub diversis terminis, uno recedente et altero succedente; 3. ex eo quod sit infinitus, comprehendens in se omnem perfectionis plenitudinem4: immo Deo soli ostendit competere absolutam immutabilitatem.5 Ad has autem rationes referri commode possunt cetera argumenta, quibus patres utuntur apud Petavium 6 ad hanc evincendam Dei proprietatem, quae sic breviter s. Fulgentius complexus est, dicens Deum *nec melioribus rebus nec deterioribus commutari. Neque enim habet ubi proficiat ipse in mdius, aut unde in deterius deficiat. Ille quod est, semper est, et sicut est, ita est, non in se habet non esse posse quod est, quia nec in se habet esse posse quod non est. Et hoc, quod sic est, non initio praevenitur, non fine concluditur, non temporibus volvitur, non locis continetur, non aetatibus variatur. Nihil sibi deest, quia totum in illo est, nihil ei superest, quia nihil praeter illum est.* 7

298. Nec minus solide in Deo inesse libertatem ostenditur. Libertate enim, cum sit maxima intellectualis naturae perfectio, et quidem absolute simplex, profecto carere non potest Deus, utpote perfectissimus. Hinc, ceteris

buntur, evincunt. Dc Iris opportuniori loco dicemus.

3) Moralium, lib. XII. cap. 33. edit, maurin. n. 38. al. c. 17.

I. part. qu. 9. art. 1.

s) Ibid. ari. 2; cf. etiam Lessius, *De divinis perfectionibus,* lib. III. cap. 1, 3.

·) Lib. III. cap. 1. Patres enim inferunt Deum prorsus immutabilem esse: 1. quia nihil Deo contrarium; 2. quia Deus est id, quod est: 3. quia est a sc, vel a nullo, sive aeternus; 4. id ipsum conficiunt ex ipsius infinitate; 5. ex ejusdem perfectione; 6. denique quia est ipsissimum bonum.

') Epist ad Theodorum Senatorem, cap.

omissis, David (Ps. CXXXIV. 6.) de Deo pronunciat, quod *omnia quaecumque voluit, fecit in caelo, in terra, in mari et in omnibus abyssis.* Cum autem Deus sit actus purissimus, ut in deliberando nihil Deo perfectius esse potest, et absque haesitatione, cum ipsi perspecta sint omnia, eligit quidquid vult; ita nec in agendo eam indifferentiam habere potest, quae passiva dicitur et suspensionis, sed ab omni aeternitate de rebus in tempore faciendis sempiternum habuit consilium et actionem, eamque plene liberam, ita ut aliter potuerit velle, quam quod voluit. Hinc apostolus: *Omnia,* inquit, *operatur* Deus *secundum consilium voluntatis suae* (Ephes. I. 11.), id est, *pro liberae voluntatis arbitrio, non pro necessitatis obsequio,* ut explicat s. Ambrosius, *De fide,* lib. II. cap. VI. n. 48. Idem tradunt ceteri patres adversus quosdam philosophos, qui Deum agere ex necessitate naturae opinati sunt, ut hinc etiam inferrent mundum necessario et consequenter ab aeterno productum. §

299. Ad ea porro dispellenda, quae ad hujusmodi sententiam tuendam veteres illi afferebant, animadvertendum est cum s. Thoma, part. I. qu. 19. art. 3. quod licet Deus ex necessitate velit bonitatem suam, eum tamen non ex necessitate velle ea, quae vult propter bonitatem suam, quia bonitas ejus potest esse sine aliis; pro nutu ergo voluntatis suae eas creaturas produxit, quae essent bonitatis suae participes, et quidem eo gradu et numero, quo illi magis placuit; postquam vero eas voluit, ex necessitate easdem amat, ex necessitate, inquam, hypothetica, quae cum libertate amice consistit.

300. At qua ratione omnimoda Dei immutabilitas cum summa ejus libertate amice consistere potest? Hoc sacrum plane aenigma recte vocaveris, cui solvendo praestantissimi theologi impares se se professi sunt. Quod tamen verosimilius conferre nobis videatur ad ejus solutionem, in explanatione difficultatum afferetur.

DIFFICULTATES.

301. I. Obj. Deus de non operante fit operans, ut patet in creatione; novas acquirit denominationes Domini, e. gr., Salvatoris etc. quod magis elucet in Incarnatione, qua factus est homo9; ergo Deus mutari potest.

302. Resp. *D. A.* Aliquid dando seu extrinsece, *C.* aliquid accipiendo vel acquirendo, *Λ.* Itaque tota mutatio est ex parte creaturarum, quae a non esse ad esse transeunt, non autem in Deo, qui in producendis creaturis elicit actum illum, quem ab aeterno habuit, per exercitium suae omnipotentiae in tempore. Sic novas acquirit denominationes extrinsecas et relate ad creaturas, quae incipiunt dominum habere in sua ipsarum productione; ipse tamen

*) Cf. Petav. lib. V. cap. 4.

9) Notandum hic obiter est has easdem difficultates promovisse Celsum adversus doctrinam de Incarnatione apud Origenem, lib. IV. contra eumdem, n. 24. edit. De ia Rue, monachi maurini.

natura sua Dominus est, suppositis creaturis. Idem dic de Incarnatione, per quam humana natura assumpta est ad unionem hypostaticam a divini Verbi persona, quatenus coepit sustentare ac terminare humanitatem; quae quidem terminatio ac sustentatio neque nova perfectio est, neque motus ad novam perfectionem, qua Deus in se immutetur ac perficiatur, sed merum exercitium virtutis illius infinitae, quam habet in ratione suppositi, vi cujus eodem prorsus modo in se permanens potest rationales creaturas tacere suas, eas sibi assumendo et evehendo ad hypostaticam unionem. Verum de hoc argumento in tractatu de Incarnatione.

303. Π. Obj. Deus habet cognitiones et volitiones contingentes et liberas; atqui ejusmodi cognitiones et volitiones sunt intrinsecae Deo, et ab ipso, realiter saltem, minime distinctae; Deus igitur mutari intrinsece potest.

304. Resp. *Dist. Mqj.* Objective seu relate ad creaturas, *C.* subjective seu relate ad se. ac in se ipsis spectatas, 2V. Cognitiones et volitiones istae sub duplici respectu considerari possunt, et in se ipsis, seu ut ajout, in sua entitate, et prout ad terminum suum referuntur seu in suo objecto. Si in se ipsis ac in sua entitate spectentur, utpote intrinsecae seu intimae Deo, cum quo identificantur, necessariae sunt et immutabiles; si vero spectentur prout referuntur ad ea, quae extra Deum sunt, sen in suo objecto, liberae sunt, contingentes ac mutabiles, sicut contingentia et mutabilia sunt ejusmodi objecta, ad quae referuntur. Notandum autem est Deum habere ejusmodi cognitiones et volitiones per unicam et simplicissimam tendentiam, seu actum intellectus et voluntatis in objecta contingentia, indistinctum ab intellectu et voluntate in objecta illa tendentibus, modo plane divino, utpote aeterno, invariabili atque incapaci cujuscumque successionis, ignorantiae, levitatis alteriusve imperfectionis.

305. Quod ut melius intelligatur, prae oculis habenda est doctrina s. Thomae, quo in obscurissimo hoc argumento nemo hucusque verosimilius aliquid protulit. *Porro voluntas Dei,* inquit ipse *(Contra gentes,* lib. I. cap. 82. num. 4.), *uno et eodem actu vult se et alia; sed habitudo ejus ad se est necessaria et naturalis·, habitudo autem ad alia est secundum convenientiam quamdam, non quidem necessaria et naturalis, neque violenta aut innaturalis, sed voluntaria.*10 *Quod autem est voluntarium, neque naturale, neque violentum, neque necesse est esse.* Hinc juxta s. Thomam non diversa, sed una eademque est actio, qua Deus seipsum vult, et vult creaturas. Attamen hac eadem

,0) Ex hoc autem s. Doctoris textu deprehendimus, juxta ipsius mentem, ei quod voluntarium est non solum opponi id, quod est violentum, sed etiam necessarium et naturale, secus ac adslruant janseniani; tum liberam divinae voluntatis actionem, qua creatas res respicit, non differre a necessaria, qua se ipsum vult et amat, nisi habitudine quadam et convenientia, qua causa cum re a se effecta congruit, tamquam termino quodam, in quem libera Dei actio dirigitur.

actione Deus seipsum necessario vult, creaturas vero libere, cujus rei rationem tradit in quaest. 19. superius laudata: *Cum enim,* inquit, *bonitas ejus, quae est proprium sucte voluntatis objectum, sit perfecta, et esse possit sine aliis, eum nihil ei perfectionis ex aliis accrescat, sequitur, quod alia a se velle non sit necessarium, sed liberum et voluntarium.* Eadem itaque divinae voluntatis actio est necessaria et libera: necessaria et immutabilis est, si in seipsa spectetur, et consideretur intrinsecum et primarium ejus objectum, nempe divina bonitas; libera vero et mutabilis est, si referatur ad id, quod extra Deum respicit tamquam secundarium objectum, hoc est, si considerentur creaturae, ad quas porrigitur, et viilt tantum secundum quamdam convenientiam. 11 X

306. **Inst.** 1. Deus potuit habere alias cognitiones et volitiones ab iis quas habet; immo 2. diversa ratione fertur semper in objecta, prout ista diversa ratione se habent; e. gr. modo cognovit Incarnationem futuram, modo praesentem aut praeteritam; Petrum vel diligit ut justum, vel postea odit nt peccatorem, et ita porro; ergo perpetuae, non solum extrinsecae, sed sibi intrinsecae mutationi obnoxius est.

307. **Resp.** ad 1. *D.* Absque mutatione ac transitu de una cognitione aut volitione in aliam sive diversam sive contrariam, *C.* cum ejusmodi transitu, *N.* ac *neg. cons.* Quia omnis mutatio dicit essentialiter mutationem a termino a quo ad terminum ad quem transitur, ac proinde transitus de uno ad aliud mutatio definitur.

308. Ad 2. AT. Quia Deus unico actu aeterno, simplici, invariabili ac realiter indivisibili fertur in omnia objecta voluntatis ac intellectus sui secundum omnes modos ipsorum, seu diversam rationem qua se habere possunt. Aeternitas enim licet in se indivisibilis sit ac simplicissima, virtualiter tamen complectitur omnia tempora, et omnia objecta, quae in tempore sunt juxta ipsorum varietates ac diversos status, quibus obnoxia sunt. Deus autem est sua aeternitas. Hinc uno eodemque actu cognoscit Incarnationem ut futuram pro eo tempore, quo futura est. praesentem pro eo tempore, quo est praesens, praeteritam denique pro eo tempore, quo praeterita est; sic uno eodemque actu odit Petrum pro eo tempore, quo injustus est, et quia injustus est, et amore prosequitur pro eo tempore, quo sanctus est, *et* quia est sanctus; hinc

11) Juxta ejusdem s. Doctoris principia cum bonum voluntatis sit finis, hinc illa omnia, quae appetit ct vult, vel appetii et vult ut finem, vel appetit ct vult propter finem. Appetit et vult finem necessario; appetii et vult ea, quae sunt propter finem libere, si absque ipsis finis aeque haberi possit. Divina voluntas est conjuncta immediate fini, possidet nempe bonitatem suam qua fruitur; hinc necesse non habet appetere alia propter finem, si ipse est finis suus, nec vult nisi secundum quamdam convenientiam liberam; cf. *Contra yentes,* lib. I. cap. 80.

sequitur totam mutationem extrinsecam et objectivai» esse, nulla vero ratione intrinsecam et essentialem.

309. Non est cur diutius easdem difficultates diversa ratione prosequamur; satis erit ad omnia, quae objici possint, posita atque statuta principia applicare. ut earum solutio habeatur.12

CAPUT III.

DE INFINITATE. IMMENSITATE ATQUE AETERNITATE DEI.

310. Tria haec attributa pariter sub uno capite complexi sumus non solum ob communem fontem, ex quo necessario dimanant, nempe ex eo quod Deus sit ens a se, verum etiam ob eorum inter se connexionem.

311. Praeter alios multos circa has perfectiones errant sociniani, qui 1. inficiantur Dei essentiam infinitam esse in omni genere perfectionis 2. asserunt Deum immensum dici posse ratione virtutis et operationis, non autem ratione, essentiae suae2; 3. Deum eo tantum sensu aeternum statuunt, quod principio et fine careat, non autem omni successione ac temporum differentiis 3: adversus quos errores has statuimus propositiones.

PROPOSITIO I.

Deus est infinitus absolute et in omni genere perfectionis.

312. Infinitas definiri potest summa et absoluta perfectio: *summa,* quatenus omnem perfectionem continet; *absoluta,* quatenus nec modum agnoscit

ll) Ejusmodi difficultates longe protrahit et evolvit Tournely, *Tractatu de Deo,* quaest. VIII. art. unico, conci. Cf. etiam Petav. lib. IV. cap. 4: nec non Suarez, *Metaph.* Disp. XXX. sect VIII et IX. ubi fuse mentem s. Thomae exponit.

') Sic in *Fragmento Catechismi Cracoviens.* qui extat in tom.L *Biblioth. Fratr. Polon.* Irenopoli. 1656.. cap. 2. pag. 685- ubi Faustus Socinus negat, ex eo quod infinita sit Dei potentia, inferri posse infinitam esse ejusdem essentiam, qui deinde statuit nihil se prorsus habere quod de hac re statuat.

') Ibid.

Ita Socinus in *Praelect. Theolog.* tom. I. *liiblioth. Fratr. Polon.* cap. 8. pag. 545. ubi, ut respondeat ad tertiam rationem calvinistarum, affirmat: nNihil esse in hominis potestate, sed omnia ex Dei decreto pendere, vel certe necessario ex Dei praenotione seu praescientia;" negat Deo praescientiam liberorum futurorum, negat praeterea Deo omnia praesentia in aeternitate, in qua nulla sit successio. et addit: ..Tempus enim aeternum est, quidquid theologi nostri contra disputent, semperque et fuit et futurum est, ut et praeteritum aliquid et praesens et futurum sit. Nec vero in mundi creatione, ut ipsi arbitrantur, tempus primum extitit, sed tantummodo temporis mensura quaedam .... quamobrem ipsius quoque Dei respectu aliquid praeteritum, aliquid vero praesens, aliquid etiam futurum est." Merito proinde Leibnitzius de socinianis in *Epistola ad Landgravium de*

nec mensuram. Deum igitur hoc sensu infinitum esse in ratione entis, ut ajunt, et quidem infinitate intensiva, sic breviter ostendimus.

313. Deus ex dictis est ens a se; ergo est infinitus. Etenim si Deus est ens a se, ac proinde necessarium, a nulla causa potuit limitari aut circumscribi: non a se, quia sibi non dedit *esse;* non ab alio, quia a nulla causa *esse* accepit.[5] Debet ergo Deus esse plenitudo entis, adeoque infinitus, et quidem in omni perfectionum genere.[0] Accedit, quod si Deus esset finitus, jam non esset id quo nihil melius excogitari possit, quod prorsus abhorret ab ipsa notione Dei. Hinc de eo in Psalmo CXLIV. 3. dicitur: *Magnus Dominus et laudabilis nimis, et magnitudinis ejus non est finis.*

314. **Obj.** 1. In Scripturis interdum minus proprie aliquid infinitum dicitur, e. gr. Num. XXXII. 1. de filiis Ruben et Gad dicitur: *Erat illis in jumentis infinita substantia, et* alibi. Nihil igitur vetat hanc vocem eodem sensu accipi, cum Deum *infinitum* esse dicunt, 2. ad exponendam scilicet summam divinae virtutis efficaciam atque praestantiam. Sane 3· si Deus esset absolute infinitus, vel excluderet ceterorum entium existentiam, quae cum ente absolute infinito consistere nequeunt, vel 4. complecteretur etiam istorum entium perfectiones in se. Sic 5. creaturae omnes essent aequaliter perfectae, quia omnes aequaliter a Deo distarent, quae quidem omnia, hisque similia, absurda sunt; ergo.

315. **Resp.** Ad 1. *Cone, antec. neg. cons.* Ex subjecta enim materia,

Hessen-Rheinfels, 1691. pronunciat: ..Ilsont une idée très-basse de Dieu: il semble qu'ils l'attachent à un certain lieu, qu'ils lui refusent la prescience comme contraire à la liberté humaine." Cf. *Pensées de Leibnitz,* Paris 1819, pag. 247 et seq. vel edit. Bruxell. 1838. Tom. IL pag. 364.

4) Cf. Suarez, *De Deo,* lib. IL cap. 1. ubi rejectis diversis theologorum placitis circa notionem infinitatis, num. 5. concludit Deum dici infinitum in ratione entis et quidem intensiva, ita ut infinitas, quae de Deo praedicatur, sil negatio limitationis in ipsius essentia. Hinc Deus dicitur infinitus simpliciter, proprie cl quasi a priori, quia tantae perfectionis est, ut non possit in ea habere superiorem, nec aequalem, qui sil distinctae naturae; unde, prosequitur ipse, in hac negatione limitationis continetur illa infinitas quae intelligitur in continentia omnis perfectionis possibilis vel cogitabilis, continentia, inquam, formali vel eminentiali, cum summa perfectione possibili in quacumque perfectione, et modo habendi illam; tum in hac negatione etiam includitur, continere sub se sine ullo termino omnia, quae quocumque modo perfecta cogitari possunt, etiamsi in infinitum in eis procedatur in gradu majoris et majoris perfectionis sine termino. Et haec ad mentem s. Thomae part. I. qu. 7. art. 1.

4) Cons. s. Thomas loc. cit.

fi) Cf. Less. lib. I. Ex his quae dicta sunt de infinitate Dei facile colligi potest, eam Deo convenire ex notione entis necessarii; tum non esse infinitum, quod non est necessarium; demum infinito seu Deo nihil propterea addi vel detrahi posse, Deumque non posse vel deficere vel proficere eo ipso quod incrementi vel decrementi incapax sit, quia quod ipse est, necessario est.

iit dicitur, quando vox aliqua proprie vel improprie usurpetur, dignosci potissimum debet. Improprie autem adhiberi vocem *infinitum* in exemplo adducto aliisque similibus patet, quia ea, do quibus dicitur, *infinitatem* proprie dictam non patiuntur, immo excludunt: dum vero Deo applicatur, eam proprie sumendam esse ratio ipsa evidenter ostendit. Addo, falso supponi nos ex Scripturis Deum infinitum ostendere, eo quod *infinitus* dicatur, nam nuspiam in Scripturis Deus *infinitus* dicitur, sed hanc proprietatem Scriptura Deo tribuit per negationem, negando scilicet terminum ullum inveniri in ejus perfectione, ut patet ex adducto loco Ps. CXLIV.

316. Ad 2. *D.* Et hoc ipso evincitur Deum absolute infinitum esse, *C.* detrahitur huic perfectioni, *zV.* Dei enim virtus et efficacia est ipsa divina substantia. Addatur absurdum esse tribuere infinitam efficaciam ei, qui non sit absolute infinitus.

317. Ad 3. *D.* Excluderetur ceterorum entium existentia, si Deus diceretur infinitus *extensive,* seu per modum quantitatis, *C.* si intensive, prout expositum est, *¥.* 3

318. Ad 4. *D.* Sive formaliter sive eminenter, *C.* formaliter, *N.*

319. Ad 5. *D.* Si creaturarum perfectio desumenda esset a distantia perfectionis divinae, *C.* si a pluribus aut paucioribus perfectionis gradibus, quos a Deo creaturae acceperunt, A'

PROPOSITIO II.

Deus est immensus, rebusque omnibus et, locis intime praesens essentia sua.

320. Deum immensum esse de -fide est; expresse enim definitum id fuit in conc. later. IV. cap. *Firmiter,* ubi concilium profitetur se credere Deum *immensum* esse; addi debet symbolum athanasianum, in quo dicitur: *Immensus Pater,* etc.

321. Ut facilius propositio intelligatur, observandum est: I. Immensitatem confundendam non esse cum *infinitate:* ista enim dicit negationem termini in perfectione essentiali, ut superius declaravimus; illa dicit negationem termini in substantiali praesentialitate, ut scholae loquuntur. Seu infinitas afficit universe excellentiam perfectionis essentialis Dei, immensitas afficit praecise modum existentiae divinae essentiae, quatenus ex se et eodem modo permanens possit esse intime praesens omnibus rebus et locis non solum praesentibus, sed etiam possibilibus in infinitum.

322. II. Non esse confundendam immensitatem cum *ubiquitate,* ut ajunt; nam immensitas est attributum absolutum, Deoque necessarium; at esse ubique non convenit illi absolute sed solum, ut dicitur, hypothetice, seu ex

') Cf. Suarez loc. cit.

suppositione creaturarum exietentium, quarum productio Deo libera fuit; quare, ut cetera discrimina praeteream, liberum Deo fuit, habere vel non habere ejusmodi denominationem existentia ubique. ‘

323. IU. S. Thomam, p. I. qu. 8. art. 3. divinam immensitatem sic exponere: *Deus est in omnibus per potentiam, in quantum omnia ejus potestati subduntur; est per praesentiam in omnibus, in quantum omnia nuda sunt et aperta oculis eius; est in omnibus per essentiam, in quantum adest omnibus, ut causa essendi.* Brimum et secundum omnes fatentur: at postremum, in quo peculiari ratione Dei immensitas consistit, post nonnullos veteres judaeos, valentinianos, gnosticos, manichaeos et anthropomorphitas? in dubium passim, ut diximus, revocant sociniani, nec fidei caput esse contendit Beausobre.2 Catholica itaque veritas vindicanda est, quae docet Deum omnibus adesse per essentiam, ita ut omnia substantia sua intus repleat, exteriusque circumscribat ac teneat.

324. Sic igitur rem ex sacris litteris in primis conficimus: Baruch 1Π. 25. Deus expresse dicitur: *Excelsus et immensus;* Job. XI. 8. Deus asseritur: *Excelsior caelo, profundior inferno, longior terra, et latior mari;* unde aiebat David Psalm. CXXXVIII. 7 et seqq. *Quo ibo a spiritu tuo? et quo a facie tua fugiam? Si ascendero in caelum, tu illic es; si descendero in infernum, ades etc.* Sed omnium apertissime hoc s. Paulus docuit Act. XVII. 28· ubi cum asseruisset Deum non longe esse ab unoquoque nostrum, rationem adjecit, dicens: *In ipso enim, vivimus, movemur et sumus;* quibus verbis profecto Dei immensitas, ejusque ubique praesentia substantialis, ut aiunt, adeo diserte significatur, ut plane supervacaneum sit alia congerere.

*) Petavius, lib. III. cap. 7. §. 5. opportune observat: ..Ne temere statim haeresis inscribatur iis, qui Deum ubique esse negent, videndum prius quo id sensu faciant. Potest enim subesse duplex. Nam si eo illud affirmant quod rem nullam spiritualem substantia sua esse in loco putant, sed actione sola, quod de angelis ac spiritibus etiam creatis theologi veteres, ac post eos s. Thomas ejusque discipuli sentiunt, reprehendendi non sunt; certe fidei ad causam trahenda res non erit. Sin ideo defendunt, quod vel totam, qua late patet universitatem rerum occupari ab illius substantia non credunt, vel a quibusdam ob foeditatem ac turpitudinem eximunt, atque, ut verbo dicam, si alicubi esse substantiam Dei, vehit in caelo, statuunt, alibi non esse docent, quae Vorstii aliorumque sententia fuit, manifestae haeresis tenentur."

Cf. Petav. ibid. §. 2 et seqq. ubi recenset adversarios hujus divinae proprietatis, eos qui male de ea senserunt, inter quos memorat etiam Augustinum Steuchum eugubinum.

Beausobre vero in sua *Histoire critique de Manichée,* livr. ΠI. chap. 4. η. 4. cum fassus esset errorem, quo asseritur limitibus circumscribi essentiam Dei relate ad spatium, admissum a manichaeis juxta ipsorum principia, tamen subdit, prout jam praestitit circa naturam Dei corpoream: ..C’était sans doute une erreur considérable, que de nier Γ immensité substantielle de la divinité; mais il faut pourtant convenir que, tant qu’ on lui conserve celle de connaissance et du pouvoir, la religion demeure dans son entier;" quod deinde fuse prosequitur.

325. Secundo ex patribus id ipsum concluditur, quorum summa in eo concordia est, inquit Petavius [3], ac theologorum omnium, nullo certo loco definiri Dei substantiam; qni praeterea adnotat duos apud veteres usu contritos esse divinae immensitatis declarandae modos. Nam aut asserunt sic intra omnia Deum esse et implere omnia, ut etiam extra omnia sit; aut non contineri locis omnibus ac substantiis, sed ea continere complectique omnia.[4] Nobis satis sit verba Theophili antiocheni adducere, quibus eleganti similitudine ejusmodi rerum omnium complexum ac comprehensionem explicat: Quemadmodum, inquit, *punicum malum corticem habens, quo comprehenditur, intus habet mansiunculas loculosque plures. membranis interceptos, ac multa grana in seipso locata continet; sic. universa creatura a Dei spiritu comprehenditur, et spiritus, qui comprehendit. cum creatura comprehenditur a manu Dei.* [5*]

326. Sed tertio huic veritati ratio ipsa suffragatur, quam urget s. Thomas, loc. cit. art. 1. Deus enim ubique semper agit virtute et operatione, ut omnibus continue seu jugiter det esse, sive res existentia perseverantes faciat: atqui Deus agit virtute et operatione a substantia sua minime distincta; ergo sicut virtute et operatione ubique Deus est, ita etiam substantia et essentia sua Deus rebus omnibus adest intime omnino praesens. [6]

DIFFICULTATES.

327. L **Obj.** 1. Scriptnrae passim Deum in caelo esse inculcant; ferri de loco in locum ambulando, descendendo etc.: in terris autem commorari in

3) Loc. cit. §. 7.

4) Ita apud eumdem s. Athanasius, qui *Epist. ad Serap.* Filiam (quod universe de personis omnibus intclligit) et *ubique esse,* ait, *et extra omnia, πανταχοΰ Ισται. καί* lew πα'ρτων ων. S. Hieronymus *in Isaiam* cap. 66. Deum *et forinsecus et intrinsecus esse* dicit. Ambrosiaster in *Commentario in Epist. ad Ephes.:* ..Deus, *inquit,* non solum implet omnia, sed ct excedit. Nec enim clauditur, sed omnia intra se habet." S. Augustinus, *serm.* I. *de verbis Apost.* uQuid est, *inquit,* omnipotens Deus? quid? nisi inaestimabilis, ineffabilis, incomprehensibilis, ultra omnia, extra omnia, praeter omnia?" Et eleganter Prudentius: Æxtraque et intus implet ac superfluit."

5) *'Ον τρόπον γάρ ροὰ ίχουσα φλοιόν τόν περιέχοντα auzrjv. ϊνδον ίχα αονάί* και *3ήκα πολλά διαχωριζόμενα^ διό υμένων, και πολλού* κόκκου; *ϊχει* τού; *Iv αυτή κατοικοΰντα · οΰτω; ή πάσα κτΐσκ πιριΐχεται υπό πνιύματο 3εοΰ, καί το πνίΰμα το πιρίιχον σΰν τή nriffti πίριέχεται ύπό χαρά,* SiOÛ.

s) Cf. Less. *De perfect, divin,* lib. II. cap. 1 el seqq. Sic s. Thomas pari. I. qu. 8. art. 4. ostendit: »Quod proprium sil solius Dei ubique esse, quia quaecumque loca ponantur, oportet, quod in quolibet sil Deus, non secundum partem, sed secundum seipsurn.- Si igitur secundum seipsum Deus ubique est, id esi, ubique totus, prout enti seu substantiae omnium simplicissimae competit, palet testimonia sive scripturarum, sive patrum, quae videntur prima fronte ubiquitatem solum de Deo praedicare, reipsa ejusdem evincere immensitatem, vi cujus Deus ubique est et omnia continet. Recte proplerea antiquus quidam philosophus Deum dixit sphaeram incomprehensibilem, cujus centrum ubique, ambitus et circumferentia nusquam.

templo, in arca etc. 2. Quae quidem aententia inhaesit veteribus hebraeis et patriarchis ipsis ac prophetis; Rebecca enim (Gen. XXV. 22.) *perrexit consulendum Dominum;* sic Jacob (ibid. XXVIII. 16.) *cum evigilasset de somno ait: Vere Dominus est in loco isto, et ego nesciebam;* et (Jon. I. 3.); *Surrexit Jonas, ut fugeret in Tharsis a facie Domini;* ergo.

328. **Resp.** ad 1. *D.* Figurate et improprie, vel ratione peculiarium effectuum, quibus se Deus speciali ratione manifestat, *C.* proprie et ad exclusionem aliorum locorum, A; Multiplici sensu Deus in caelo esse dicitur, vel alibi: nempe in caelo speciali manifestatione gloriae suae beatis: sicut et in justis per gratiam, quam cordibus eorum infundit: in Christo per unionem hypostaticam, qua humana natura divinae unitur, ab eaque regitur ac sustentatur: in ecclesia per auxilium, quo illam protegit: in arca, in templo ad cultum excipiendum: in omnibus denique rebus, ut *causa essendi,* quemadmodum loquitur s. Thomas. Item descendere dicitur Deus, ambulare, accedere, quatenus aliquid praestat in terra, quod praeter usitatum naturae cursum mirabiliter factum praesentiam suam quodammodo ostendit, ut inquit s. Augustinus. 7

329. Ad 2. *D.* Rudioribus et imperitis quibusdam, *Tr.* omnibus ac patriarchis praesertim atque prophetis, AI. Hoc enim nulla probabili ratione asseritur. Nec obstat quod Rebecca legatur *perrexisse* ad consulendum Dominum; non enim alio sensu haec dicta sunt nisi ad exprimendum, Rebeccam animo vel affectu se contulisse seu determinasse ad consulendum Deum.8 Sic etiam Jacob locutus est de speciali manifestatione Dei, ut patet ex somnio seu visione illic habita. 9 Jonas denique ideo fugisse dicitur a facie Domini in Tharsis, quatenus ei morem non gessit, atque a mandato Dei se subtraxit, phrasi seu dicendi modo in Scripturis usitato. 10

7) *Contra Adimantum,* cap. 13. n. 2. et alibi passim.

8) Ita exponit Origenes, *Homil.* XII. *in Genes,* n. 2. ubi post salis prolixam disputationem concludit: «Sic igitur sancti non de loco ad locum, sed de vita ad vitam, de institutis primis abeunt ad instituta potiora." Edit, maurin. tom. II. pag. 92.

9) Cf. Calmel in hunc locum.

•°) Cf. Petrus Four. Ackermann, *Prophetae minores perpetua annotatione illustrati,* Vienn. 1830, qui in Jonam I. 3. haec habet: >.E conspectu Jehova, id est, ad detrectandum munus propheticum sibi a Deo impositum; sperabat enim ex tam remotis regionibus (Tartesso colonia Phoenicum in Hispania boetica) se a Deo non revocatum, nec remissum iri in Niniven». (Sanctius) ... Ex his, et ex vv. 9 ad 12 patet, quam contorta sil eorum interpretatio, qui statuunt, Jonam putasse, se fuga in regionem peregrinam mandatum hoc eludere posse, quum Jehova tantum in Israëlitarum terra, tamquam ejus numeu lutelare praesens sit. Hoc errore si imbutus fuisset, existimasset quoque eum non adesse in Assyria; ita quamprimum ex Joppe portu solvisset, ejus suffugisset territorium. Quare in Hispaniam cogitavit? Fugere a facie Domini Jonam nihil aliud esse putant Chaldaeus, Theodorelus, Theophylactus etc. quam impositum prophetandi munus effugere (Christianus Castrus); et recte, nam, ut observat Drusius: *Stare coram Domino*

330- Π. Obj. 1. Patres non pauci negant Deum ubique esse, ut Clemens alex. *Stromatumy* lib. II et V Tatianus. *Urat, contra graecos,* qui Dei essentiam *materiam permeare* inficiati sunt; s. Joann. Chrysost. homil. V. *in epist. ad Coloss,* et Lactantius, lib. *De opificio Dei,* cap. 16. — 2. Vel Deum nullibi esse pronunciant, vel in caelo sedem habere, quibus consonat s. Augustinus, qui et ipse in libro *LXXXIH Quaestionum,* quaest. X. Deum nuspiam esse dicitll; ergo.

331. Besp. ad 1. *D.* Negant Deum ubique esse extensione aut diffusione sensu Stoicorum, quos oppugnabant. *C.* immensitate, locum ei definitum circumscribendo, A'. Stoici enim, adversus quos patres illi disputabant, arbitrabantur Deum esse animam mundi, quae pervadit materiam, agitatque molem, quaeque mundum ipsum informat; alii autem existimabant Deum veluti spatiosa quadam magnitudine per multa diffundi: hinc citati patres Deum hac ratione consistere negabant, cum Deus ita sit per cuncta diffusus, ut non sit quantitas, sed substantia creatrix mundi, sine labore regens et continens mundum, non tamen per spatia locorum, ut in dimidia mundi parte dimidiatus, ut ita dicam, sit, sed in caelo totus, et in terra totus, et nullo arctatus loco, sed in se ipso ubique totus. Quod exprimunt scholastici, dum ajunt Deum esse inextensum *formaliter,* extensum autem *virtualiter,* quatenus Deus, qui in se ipso indivisibilis est, et nullo modo extensus, suae tamen immensitate virtutis, a sua substantia indistinctae, attingit omnia, quae sunt in loco, et est in omnibus rebus *causons omnium esse,* ut loquitur s. Thomas. Ceterum idem Clemens alex. *Stromatum* lib. VII. ait 12: *Persuasum est ubique Deum adesse, non autem certis et definitis locis esse conclusum;* et Chrysostomus horn. XXXVUI. *in Acta Apost.* n. 3. affirmat, Deum *propinquum esse his, qui sunt ubique terrarum'3;* ac demum Lactantius, *Institutionum divinarum,* lib. VT[. cap. HI. affirmat *divinum Spiritum esse ubique diffusum, coque omnia contineri. 14*

332. Ad 2- *D. Circumscriptive,* ut ajunt, quasi in loco contineretur aut dimetiretur a loco, *C.* ad exclusionem immensitatis, *N.* Cum igitur patres dicunt Deum nusquam esse, nil aliud intelligunt, quam Deum a nullo loco comprehendi, sed esse supra res omnes, easque continere, et sibi ipsi locum esse. 15

ministerium significat dominicum, quod qui obire detrectat, is fugere dicitur a conspectu Domini.-

**) Apud Petav. lib. III. cap. 8 et seqq.

n) Totoûros ◊ κοντή παριΐναι τον Séop *πυζίΐδμίνοί, ούχί δΐ Iv* τὸποι; ritfcy ὡρισμΐνοκ κ. *τ.* λ. Mirum sane est potuisse Clementi alex, absurdam ejusmodi sententiam affingi, qui loc. cit. *Strom.* a num. 4 ad 8. perpetuo hoc utitur principio petilo ab immensitate Dei ad oppugnandam ethnicorum stultitiam, qui formam humanam Deo tribuebant.

u) Iladiv Iγγνί tivai roif πανταχον ryf οίκουμΐνηι ovtfi. Tom. IX. op. pag. 290,

*4) Cf. Petav. loc. cit. cap. 7.

,s) Cf. ibid. cap. 9. n. 12 et seqq.

333. III. Obj. Si Deus ubique esset, omniaque substantia sua permearet, in fandioribus locis inveniretur, atque in daemonibus ipsis, nec non in spatiis, ut vocant, imaginariis, quod dicere nefas est; ergo.

334. Resp. *D. ma).* Si quae loca faeda essent respectu Dei, *C.* si haec faeda non sint nisi in apprehensione nostra, *N.* Omnia enim quae aunt, in se bona sunt; sic in daemonibus, prout res sunt. Deus invenitur, eo ipso quod existant, adest praeterea ut puniat, prout loquitur s. Augustinus. Quod vero additur de spatiis imaginariis vulgo dictis, si quem sensum habet, nihil aliud significat nisi Deum totum esse in seipso, cujusmodi pariter erat, antequam mundus esset, et si mille mundi conderentur, omnes in Dei immensitate essent, qui ut veteres nonnulli loquuntur, est omnium locorum locus16, locusque sibi ipsi, nostra cogitandi ratione, qui his adjumentis indigemus.

propositio 1m.

Deus est aeternus.

335. Haec propositio de fide est; sic enim definitum fuit a conc. lateran. IV. in toties laudato cap. *Firmiter,* in quo *Deus aeternus* dicitur, quod pariter habetur in symbolo dicto athanasiano, *aeternus Pater,* etc.

336. Praemittendum est I. aeternitatem multiplici sensu sumi: 1. latissime, pro longa duratione, utrimque tamen terminata; quo sensu saepe in sacris litteris usurpatur, ut cum possessio aeterna terrae Palaestinae promittitur hebraeis etc. 2. Minus ampla significatione aeternum dicitur, quod licet initium habuerit, fine tamen caret; cujusmodi duratio est angelorum, animae rationalis etc.; *aemim* a scholasticis nuncupatur. 3. Minus late, quod principio et fine caret, etsi non habeat absolutam necessitatem: quo sensu aeterni sunt omnes ac soli actus contingentes et liberi intellectus ac voluntatis divinae. 4. Denique accipitur pro duratione absolute necessaria, quae principio et fine caret, quae quidem rigoroso sensu ac proprio aeterna dicitur, et ea est de qua hic agitur.

337. II. Aeternitatem proprie dictam passim definiri *durationem sine principio, sine fine, sine mutabilitate.* Licet autem in suo conceptu aeternitas atque immutabilitas inter se distinguantur, sic tamen inter se connexae sunt, ut una ex altera necessario sequatur. Quare merito a s. Thoma, p. I. quaest. 10. art. 1. aeternitas cum Boetio definitur: *Interminabilis vitae tota simul et perfecta possessio* 1, quam definitionem per partes singulas enucleatam quisque in citato articulo videre poterit.

**) Cf. Petav. ibid. cap. 8.

') Aeternitas autem dupliciter potest considerari, prout nempe est absoluta, ac prout est relativa. *Absoluta* est, cum spe-

338. III. Quod, licet aeternitas formali, ut ajunt, careat amplitudine, posita in fluxu partium sibi succedentium, habeat tamen amplitudinem, ut vocant, virtualom infinitam, quatenus nempe ob carentium principii ac finis aequivalet tempori infinito habenti partes ab aeterno et in aeternum sibi succedentes; aequivalet proinde in ordine ad coëxistendum tempusculis et rebus creatis omnibus sibi succedentibus in infinitum. Quare res creatae, ex eo quod eidem aeternitati coexistant, non possunt dici simul existere in aeternitate, ac simul, prout cxistunt, esse Deo *realiter* praesentes ab aeterno, etsi semper eidem *objective,* ut dicitur, praesentes sint; quia non coexistant aeternitati secundum totam ejus victualem amplitudinem, sed solum secundum aliquam hujus amplitudinis partem, quae respondeat tali differentiae temporis, quam aeternitas secundum alias ejusdem amplitudinis partes virtualité! elapsas infinite praecessit, et infinite excedit secundum alias virtualité! elapsuras. Si eorum, quae hic adnotavimus adumbrationem quaeras, circuli centrum concipe, quod, etsi indivisibile, partibus tamen divisibilibus, seu potius punctis circuli, seu peripheriae respondet, et manet immotum, quamvis circulus circumagatur. Exemplum est s. Thomae. 2

339. His positis operosum non est enunciatae propositionis veritatem ostendere, sive ex Scriptura et patribus, sive ex ratione. Nam Psalm. LXXXIX. 2. dicitur: *Priusquam montes fierent, aut formaretur terra et orbis, a sacculo et usque in saeculum tu es Deus:* et apostolus I. Timoth. VI. 16. de Deo expresse dicit: *Qui solus habet immortalitatem.* Quae verba expendens s. Augustinus, tract. XXIII. n. 9. in Joann. *Quid est,* interrogat, *quod ait apostolus de Deo, qui solus habet immortalitatem, nisi quia hoc aperte dixit, solus habet incommutabilitatem, quia solus habet veram aeternitatem?* 3 Tertullianus, libro *Contra Hermogenem* cap. IV. aeternitatem vocat

ctatur citra respectum ad tempus ei res creatas; *relativa* vero est, dum spectatur cum respectu ad tempus. Ab absoluta ableganda non solum sunt praeteritum ac futurum sed ei praesens, quatenus relationem dicit ad praeteritum ac futurum; nec potest in illa concipi pars ulla, estque Dei ipsius vita unica et in eodem statu manens, seu simplicitas infinita, aut infinitude simplicissima unius Dei viventis. Relativa autem aequat ac superat tempora omnia, et juxta hanc dicitur: *'in principio erat Verbum* etc. prout dicit relationem non ad Deum, sed ad homines, atque hoc sensu *tota simul* dicitur, cum non possit in parte temporis pars aeternitatis effluere ac pars in altera, et huc respicit definitio Boetii; *Interminabilis vitae tota simul et perfecta possessio.* Hinc totum in aeternitate objective saltem praesens est, cum sit tota simul.

3) *Çontra gentes,* lib. I. cap. 66. n. 6.

Ibid. s. Doctor fuse ostendit quomodo Deq soli competat aeternitas eo ipso, quod fluxu temporis careat et successionis: nQuidquid, *inquit,* et a meliore in deterius, et a deteriore in melius movetur, non est hoc Deus: quia neque in melius ire potest summa bonitas, neque in deterius vera aeternitas. Vera enim aeternitas est, ubi temporis nihil est. Erat autem modo hoc, et modo illud? Jam tempus admissum est, aeternum non est etc.

censum Dei, dicons: *Quis enim alius Dei census quam aeternitas?* et *Contra Marcionem* lib. I. cap. VIII. *Non habet tempus aeternitas;* et ibidem: *Deus tam alienus est ab initio et fine, quam a tempore. Deus,* inquit s. Gregorius nazianz. *Oratione* XXXVIII. num. 11. *Deus semper erat, et est., et erit, vel potius semper est: nam erat et erit hujus temporis fluxae caducaeque naturae segmenta sunt*[4]; sic ceteri patres apud Petavium, lib. Ili. cap. IV.

340. Quod confirmatur ex ratione, quam adducit s. Thomas loc. cit. art. 2. inquiens: *Ratio aeternitatis consequitur immutabilitatem, sicut ratio temporis consequitur motum, unde cum Deus sit maxime immutabilis, ei maxime competit esse aeternum.* Ex quo principio infert art. 3. solius Dei propriam esse aeternitatem, quia aeternitas immutabilitatem consequitur: et solus Deus est omnino immutabilis. Id ipsum evincitur ex necessitate essendi, quae Deo inest.

341. Sive igitur Scripturam consulamus et patres, sive rationem ipsam, patet Deum et quidem solum, vera proprieque dicta aeternitate praeditum esse, quae nempe sit sine principio, sine fine, sine mutabilitate. Quin immo s. Thomas loc. cit. pergit ostendere Deum esse suam ipsam aeternitatem. De quo argumento consuli praeterea potest Petavius loc. cit.[5]

DIFFICULTATES.

342. **Obj.** 1. Deo interdum Scripturae tribuunt temporis successionem; sic Daniel. VII. 9, Deus dicitur *Antiquus dierum:* Apocalyps. I. 8. *Qui est, qui erat, qui venturus est.* Sic pariter 2. Deo tribuunt actiones vel praeteritas vel futuras; ergo non ita Deus aeternus est, ut omni successione temporis careat, quod concipi nulla ratione potest.

343. **Resp.** ad 1. *D.* Improprie ac juxta intelligentiam nostram, *C.* proprie ac prout Deus in se est, *N.* Ejusmodi enim locutiones in. Scriptura semper impropriae et captui nostro accommodatae adhibentur, qui in aeternitate virtualem quamdam successionis amplitudinem apprehendimus, ut de ceteris attributis diximus.

344. Ad 2. *D.* Respectu termini ad quem referuntur, et relate ad nos, *C.* respectu Dei, et relate atL ipsum, *N.* Itaque et haec improprie de Deo dicuntur habita ratione nostrae tenuitatis et infirmitatis, qua fit, ut observat s. Augustinus, ut non possimus de aeternitate cogitare et loqui nisi per ordinem ad tempus. Ceterum in Deo una semper est, eaque aeterna

[3]) Θιὸι *ἡν μίν αεί, και ἱστι, καί ϊσται-μάλλον δε Ιϋτιν άεί· το γάρ ήν, καί ϊσται. τον κοιτά ήμά, χρόνον τιιήματα καί τήί ρευστοί φνβεωί.* Quod ibidem pluribus verbis prosequitur.

[4]) Plura hic invenientur notatu dignissima, atque ad enodandas difficultates maxime idonea juxta veterum sententias. Cf. etiam Lessius, *f)e. Perfectionibus divinis,* lib. IV.

actio, quae cum dicit effectum in tempore vel producendum vel productum, temporis vicissitudines subit non respectu sui, sed respectu termini seu effectus in tempore producti vel producendi. Ut enim superius dictum est, dum ageretur de Dei immutabilitate, Deus voluntate sua ab aeterno et pro aeterno, ut cum schola loquamur, tendit actu unico, simplici, invariabili ac realiter indivisibili in omnia objecta secundum omnes suos modos seu respectus, secundum quos fertur in illos.6

*) Cf. Suarez, *Met.* disp. I. sect. 3 et 4.

PARS III.

DE SCIENTIA ET VOLUNTATE DEI.

345. Expletis quae ad divinam substantiam ac praecipua summi Numinis attributa spectant, nativo ipso ordine ducimur ad investigandam divinae hujus substantiae operationem, quae intelligere et velle complectitur. [1] Prius igitur de divina intelligentia seu scientia, deinceps vero de Dei voluntate disseremus.

CAPUT I.

DE SCIENTIA DEI.

346. Agentes de divina scientia duo potissime ob oculos habere debemus, ac 1. quidem ut certa ab incertis accurate secernamus, seu ea quae penes omnes catholicos explorata sunt, ab iis, quae in disputationem veniunt; 2. vero ut omnem declinemus domesticam controversiam, ut sic facilius conjunctis viribus unanimi consensione dimicare possimus adversus veros religionis hostes, qui subruere nituntur fidei ipsius fundamenta. Absonum profecto esset inter nos vires consumere, ac interea permittere, ut illi impune possint omnia moliri adversus catholicam fidem, et eo magis quod pleraeque ejusmodi concertationes obsoletae sint, nec praestet eas denuo excitare non absque aliquo unionis et caritatis detrimento. Ut propositum finem obtineamus, nitemur quae certa sunt suis argumentis confirmare, quae vero olim

[1]) Ita s. Thom. I. part. qu. 14. Sic eliatn vocantur perfectiones positivae, ac 1res vulgo numerantur, scientia, voluntas, potentia. Cum tamen potentia sola r^spicial opera, quae *ad extra* dicuntur, de hac propterea sermo erit in tract. *De Deo creatore*. Intelligere el velle facultates duae illae sunt, quae entibus omnibus intelligentibus insunt, ac facultates *immanentes* nuncupantur, quibus internae vitae actus proprii eliciuntur.

inter theologos agitabantur. in nonnulla scholia rejicere, quae postea subjiciemus duobus distinctis articulis.

347- Quae de Dei scientia dici certo possunt, revocantur ad haec praecipua capita, existentiam nempe et proprietates seu dotes, atque ad ejusdem objectum. Quae autem in controversiam vocantur, respiciunt magna ex parte ejusdem scientiae medium atque divisionem. Ut igitur perspicuitati consulamus. distinctis articulis enunciata prima illa catholicae doctrinae capita prius complectemur, de reliquis postea dicturi.

DE DIVINAE SCIENTIAE EXISTENTIA ATQUE PROPRIETATIBUS.

348. Circa divinae scientiae existendam non est quod valde laboremus ad eam adstruendam, cum vix sit qui eam in dubium revocaverit, omnibus ea siquidem insita est Dei notio, ut Deus summe intelligens, immo intelligentia ipsa, ac totus mens per excellentiam concipiatur. Quod attinet autem ad ejusmodi scientiae dotes ac proprietates. Scriptura ac patribus ducibus hae esse intelliguntur, ut nimirum sit simplex, immutabilis, infinita et efficax. Sic porro breviter sequentibus propositionibus eas adstruimus.

PROPOSITIO L

Est in Deo veri nominis scientia eaque perfectissima.

349. Haec propositio ad fidem pertinet. Nam apertissime in utriusque foederis libris Dei scientia commendatur. Etenim I. Reg. II. 3. dicitur: *Deus scientiarum Dominus est;* Esther. XIV. 14. *Domine, qui haltes omnium scientiam;* Rom. XI. 33- apostolus exclamat: *O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei!* Non vacat plura congerere.

350- Nec minus clare id ipsum ratio evincit. Deus enim est id, quo nihil melius excogitari et concipi potest; jam vero scientia eximia perfectio est, quam melius est habere quam non habere; ergo in Deo est scientia, ac talis quae Deum deceat, id est, omni imperfectione semota et in summo gradu.l

*) Notandum porro est scientiam duplici ratione sumi: 1. *late* pro omni cognitione intellectus seu mentis certa et evidenti; 2. *improprie* pro cognitione certa et evidenti rerum per causas. Propositio autem est de prima cognoscendi ratione, quam Deo inesse nemo est qui dubitet, aut jure aliquo dubitare possit, atque hanc in Deo agnoscare ad fidem pertinere diximus. Ast non adeo res explorata est, si de altera sermo sit; non desunt enim qui eam Deo inesse regent, atque inter ceteros A'asquez in I. part. disp. LXXXVL n. 48. quia ejusmodi cognoscendi ratio quamdam in se includere videtur imperfectionem.

PROPOSITIO II.

Scientia Dei est simplex, immutabilis et infinita.

351. Haec propositio pariter ad fidem pertinet. Eo autem sensu simplex dicitur Dei scientia, quatenus non est in Deo per modum habitus aut qualitatis ei supervenientis, sed est actus et quidem purissimus, ipsaque divina substantia | simplicissima, quae statim omnia pervadit absque ulla mentis compositione per plures conceptus aut ratiocinatione.

352. Ejusmodi porro esse divinam scientiam Scriptura in primis testatur. Sap. VII. 22. dicitur: *JEst in illa* (sapientia) *spiritus intelligentiae sanctus, unicus, multiplex. Unicus* nempe in se, *multiplex* respectu termini seu objectorum. Idipsum patet tum ex eo, quod in Deo scientia nec accidens sit nec qualitas aliqua superveniens Deo, quod abhorret a summa Dei simplicitate, sed ipsa divina substantia; tritumque est illud s. Augustini dictum, lib. XV. *De Trinitate: Nosse et esse illi unum est;* tum ex eo. quod Deus unica cognitione ac simplici intuitu omnia et quidem infinita percipiat, quare ibid. s. Augustinus: *Simul omnia videt,* inquit, *quorum nullum est, quod non semper videt.* 2

353. Quod autem divina scientia sit immutabilis, in primis ex Scripturis evincitur; nam Jac. 1. 17. universim de Deo dicitur: *Apud quem non est mutatio, nec vicissitudinis obumbratio;* quod verum non esset, si Dei scientia non esset actus simplicissimus, sed novas posset acquirere cognitiones aut aliquas amittere. Hinc optime s. Augustinus, *Confession,* lib. XIH. cap. 16. inquit: *Sicut omnino tu es, tu scis solus, qui es incommutabiliter, et scis incommutabiliter, et vis incommutabiliter.* Quod confirmatur ex ipsa ratione, quia, si actus intelligendi ab ipsa divina essentia minime distinguitur, cum ista immutabilis sit, immutabilis intelligendi actus pariter sit necesse est, qui id omne ab aeterno complectitur, quod cognosci potest, et omni quo potest modo cognosci, amota quacumque imperfectione.

354. Divinam denique scientiam infinitam esse testatur Psalmista. Ps. CXLVI. 5. dicens: *Sapientiae ejus non est numerus,* et apostolus ad

') Simonnet observat, quod dum ipsa scientia Dei dicitur esse substantia divina, id non esse inlclligendum absolute, ac prout dicitur, simpliciter, sed cum addito, ut sit nempe divina substantia se ipsa vitaliter tendens sic.

') Cap. 14. his verbis, cujusmodi sit haec scientia, aperit s. Doctor: ..Sciunt ergo invicem Pater et Filius; sed ille gignendo, iste nascendo. Et omnia, quae sunt in eorum scientia, in eorum sapientia, in eorum essentia, unusquisque eorum simul videt; non parliculatim, aut singillatim, velut alternante conspectu hinc illuc, et inde huc, et rursus inde vel inde in aliud atque aliud, ut aliqua videre non possit nisi non videns aliud; sed, ut dixi, simul omnia videt, quorum nullum est, quod non semper ¥idet.

Hebr. IV. 13. *Omnia nuda et aperta sunt oculis ejus.* Sane omni finita scientia aliquid melius excogitari potest in ratione scientiae, nempe infinita: Deus est autem ens quo nihil melius excogitari potest, ei igitur competit scientia, quae sit absolute seu intensive, ut ajuut, atque extensive infinita.

355. Scientia igitur Dei tum simplex est, tum immutabilis atque infinita. [1]

propositio m.

Scientia Dei est efficax et causa rerum.

356. Prout jacet propositio, ad fidem spectat, nec ulla est in ea difficultas; si qua est controversia, haec non attingit nisi rationem, qua Dei scientia causa rerum dicatur et sit

357. Quod ut intelligatur, praenotandum est scientiam Dei posse dici causam rerum sive adaequatam sive inadaequatam; *adaequatam* quatenus esset principium immediatum, proximum ac totale productionis rerum omnium, tum nempe earum, quae necessariae sunt, tum earum, quae liberae, seu a libera creaturarum intelligentium determinatione pendent, adeo ut intellectus divinus a voluntate applicatus omnia immediate operetur: *inadaequatam,* quatenus praeluceat voluntati divinae, applicanti potentiam executivam, ipsamque dirigat. Hoc vero sensu ideo efficax et causa rerum Dei scientia diceretur, quia concurrit ad rerum effectionem per modum prudentiae et per modum artis; per modum quidem prudentiae respectu ipsiusmet voluntatis divinae quoad actus ejusdem liberos, seu quoad determinationes eorum; per modum artis quoad modum, quo res fieri debent. Theologi thomistae nuncupati primo sensu affirmant Dei scientiam esse causam rerum et efficacem, nempe principium immediatum, adaequatum, vel etiam, ut dicunt, *formale;* ceteri autem, qui profitentur se assequi non posse, quomodo scientia res aliquas producat, tuentur nonnisi posteriori sensu scientiam dici efficacem et causam rerum, nempe ut principium inadaequatum, partiale, mediatum, prout nempe directrix est voluntatis atque omnipotentiae. [1]

358. Rursum quaestio fit in scholis catholicis, utrum scientia ista, quae est efficax et causa rerum, quaeque etiam practica dicitur, spectet ad illam scientiae divinae speciem (nostro concipiendi modo), quae *simplicis intelligentiae* vocatur, quaeque anterior concipitur omni decreto seu actu voluntatis, an vero ad illam, quae *visionis* nuncupatur, quaeque ejusmodi decretum seu voluntatis actum subsequitur aut approbat. Thomistae hanc secundam

3) Divinae scientiae excellentiam exponit Suarez *De Deo,* lib. 1П. cap. 1. n. 3; Lessius, *De perfectionibus divinis,* lib. VI. a cap. 1 ad 3.

') Cons. Suarez, loc. cit. cap. 9. n. 7, 8 et 9; card. Gotti, cap. 3. qu. 1 et seqq.

sententiam amplectuntur, quia existimant scientiam Dei, ut diximus, esse rerum causam, non directricem, sed effectricem immediate; ex quorum sententia non ideo cognoscuntur res futurae, quia futurae sunt, sed ideo futurae sunt, quia cognoscuntur, scilicet in divinis decretis. Alii autem theologi contendunt scientiam efficacem esse scientiam simplicis intelligentiae, quatenus, ut dictum est, dirigit decretum voluntatis ad res efficiendas, quia, ut aiunt, scientia visionis jam supponit res, seu objectum quod videt, non autem producit; hinc, juxta hos ideo res cognoscuntur a Deo, quia futurae sunt, non autem futurae sunt, quia cognoscuntur; nam logice prius est aliquid esse quam cognosci, et notitia practica in aliqua semper veritate speculativa fundatur vel secundum rem, ut in nobis, vel secundum rationem, ut in Deo, nec concipi potest aliter scientiam divinam posse esse rerum effectricem nisi per modum directionis et artis, cum proprium sit scientiae *cognoscere,* non *efficere.* Ars enim divina est actus, quo Deus, ratione, prius quam velit operari aliquid ad extra, sibi repraesentat exemplaria omnia, ad quorum imitationem potest ad extra aliquid moliri; jam vero talis actus est simplicis intelligentiae, seu pertinet ad simplicem intelligentiam necessariam, et independentem ab omni decreto actuali. 2

359. In his porro salebris haerere nolumus; satius ducimus propositionem nostram generaliter sumptam evincere, atque ostendere scientiam Dei efficacem esse, et rerum aliquo sensu effectricem, sive mediate per modum artis et directionis, sive immediate per modum causae formalis.

360. Etenim Psalm. CIII. 24. legitur: *Omnia in sapientia fecisti;* ac Sap. VII. 21. *Sapientia omnium artifex* dicitur; et Jeremias X. 12. de Deo dicit: *Praeparat orbem in sapientia sua, et prudentia sua extendit caelos;* denique Prov. VIII. 27. Sapientia de se ipsa ait: *Quando praeparabat caelos, aderam,*

1) Cons. Suarez, loc. cit. num. 12. ubi inquit: «Addo igitur scientiam simplicis intelligentiae creaturarum, licet sub una ratione speculativa sit, sub alia optime dici praclicam. . . Nam, ut scientia sit practica, necesse non est ut a sciente applicetur ad opus, sed satis est, quod de se direcliva sil operis, quatenus est de re operabili, ut talis est, modo operabili, seu ostendendo modum, quo res facienda est, si artifex voluerit;» et n. 15. prosequitur: »At vero scientia visionis per se non est practica, sed est quaedam intuitio, seu quasi experimcntalis visio. Unde si consideretur in Deo, quatenus terminatur ad res actu existentes, supponit effectionem earum, unde, ut sic, non facit eas. Si vero consideretur, ul de fuluris est, etiam supponit fulurilionem earum, et ex parte Dei supponit voluntatem aliquam, sine qua illae res non possunt esse absolute futurae." Sic etiam Petavius, *De Deo,* lib. IV. cap. 7. n. 10: «Quarum duarum cognitionum, *scribit,* priorem nominant in scholis *scientiam simplicis intelligentiae,* posteriorem *visionis.* Illius est ordinare res ac disponere, ac voluntatem divinam et efficientiam quodammodo gubernare, quemadmodum architectandi usum et operis institutionem ars illa, quae est in artificis mente, moderatur ac dirigit. Posterior autem res easdem voluntate jam divina designatas et constitutas, et in aliqua temporis parte producendas, quasi existentes ac praesentes intuetur."

quando certa lege et gyro vallabat abyssos.... cum eo eram cuncta componens. Haec edoctus s. Augustinus, *De Trinitate* lib. XV. cap. XIII. scribebat: *Universas creatteras suas, et spirituales et corporales, non quia sunt, ideo novit, sed ideo sunt, quia novit; non enim nescivit, quae fuerat creaturus, nec aliter scivit creata, quam creanda. Xon enim ejus sapientiae aliquid accessit ex eis, sed illis existentibus sicut oportebat et quando oportebat, illa mansit ut erat;* et alibi passim: cui consonant patres alii apud Petavium, lib. IV. cap. 11. num. 10 et seqq.

361. Demum rationem theologicam suppeditat s. Thomas p. I. qu. 14. art. 8. dicens, ita se habere Dei scientiam ad omnes res creatas, sicut scientia artificis ad ea, quae arte facta sunt vel fiunt; scientia artificis est causa rerum, quae arte fiunt, ergo scientia Dei est causa rerum creatarum. Quae quidem congruunt cum iis, quae scribit s. Augustinus (tract. I. *In Joannem): Sapientia Dei, per quam facta sunt omnia, secundum artem continet omnia, antequam fabricet omnia.*

DIFFICULTATES.

362. Obj. 1. Deus per suam omnipotentiam cuncta creavit; ergo scientia non est causa rerum. 2. Nemo sane unquam dicet scientiam, cujus officium est cognoscere atque intueri res faciendas vel factas, res ipsas effi-

cere. Addatur 3. Dei scientiam esse aeternam, ideo si ipsa esset rerum causa, res productae ab aeterno essent, quod falsum est; ergo.

363. **Resp.** ad 1. *D.* A. Quoad executionem, *C.* quoad artem et directionem, *X.* Tria enim ad rerum productionem concurrunt: *scientia* nempe, quae praelucet *voluntati,* eamque per modum artis et prudentiae determinat ac dirigit, et *omnipotentia,* quae exequitur; quae tria sic distincte ac eleganter complexus est Tertullianus in *Apologetico,* cap. XVH. dicens: *Deus totam molem istam cum omni instrumento elementorum, corporum, spirituum, verbo, quo jussit, ratione, qua disposuit, virtute, qua potuit, de nihilo expressit in ornamentum majestatis suae.*

364. Ad 2. *D.* Sensu exposito, A', alio sensu, *Tr.* Ad veritatem propositionis satis est, si aliquo vero sensu constet Dei scientiam esse efficacem et rerum causam, seu *omnium artificem,* ut Scriptura loquitur. Quod spectat ad peculiarem ratioi em determinandam, illud diversarum opinionum patronis dimittimus. 3

365. Ad 3. *Dist. maj.* Si scientia Dei, prout effectrix causa rerum est, esset causa necessaria, C. si libera, *X.* Talis porro est scientia Dei, qua-

3) Ceterum Suarez, lue. cil. η. 10. concludit : »Iη divina scientia nullus actus cogitari potest, nisi per modum cognitionis, et quidquid aliud fingitur, sine fundamento est et explicari non potest.··

tenus efiicax et causa rerum dicitur; quare sic respondet s. Thomas, loc. cit. ad 2. *Scientia Dei est causa rerum, secundum quod res sunt in scientia. Non fuit autem in scientia Dei, quod res essent ab aeterno; unde, quamvis scientia Dei sit aeterna, non sequitur tamen, quod creaturae sint ab aeterno.*

ARTICULUS IL

DE OBJECTO SCIENTIAE DIVINAE.

366. Id omne est objectum scientiae divinae, circa quod ipsa versatur, seu quod Deus cognoscit. Cognoscit autem se et alia extra se. Quae vero extra Deum sunt, vel sunt possibilia vel existentia, vel praeterita vel futura, sive absolute ac necessario, sive libere et contingenter, sive saltem conditionate. De bis ex ordine agemus: tum nempe de primario scientiae divinae objecto, quod est Deus ipse, tum de secundario, cujusmodi sunt cetera a Deo distincta.

PROPOSITIO I.

Deus se ipsum perfecte cognoscit et comprehendit.

367. Ac primo quidem Deum seipsum perfecte cognoscere apostolus expresse declarat, dum (I. Cor. П. 10.) scribit: *Spiritus omnia scrutatur etiam profunda Dei·,* tum : *Quae Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei.* Sed et ratio idipsum suadet, ut enim pulchre ipse ethnicus Alcinous argumentabatur: *Quoniam prima mens praestantissima est, necesse est praestantissimum ei intelligibile propositum esse: nihil autem se ipso praestantius habet; quare semetipsum notionesque suas semper intelliget.*1 Sane nihil obstat, quominus Deus semetipsum perfecte cognoscat: non objectum, cum intrinseca cognoscibilitas sit affectio entis in actu, et Deus sit maxime ens in actu; non potentia sive facultas, quum vim habeat intelligendi infinitam, divinusque intellectus identificetur cum ipsa divina essentia; ergo.

368. Quod autem seipsum comprehendat, ut secundo loco propositum est, sic ostendit s. Thomas, p. I. qu. 14. art. 3. Deus se ipsum comprehendit, si seipsum cognoscit, quantum cognoscibilis est; atqui sic Deus cognoscit se ipsum, quia tanta est virtus Dei in cognoscendo, quanta est actualitas ejus in existendo, utraque enim infinita est; ergo.

369. **Dices:** Ex s. Augustino (lib. *LXXXIII. Quaestionum,* qu. XIV.):

›) *'jExtl δέ ὁ πρωτοſ* νοϋ; *κάλλιβτο;, δΰ καί* χἀλΛiστον *αύτώ νοητόν ύποκπσαι· ούδίν* δi *ϊαυτον κάλλιον· /αυτόν αν* ονν *καί τα Ιαντον νοήματα tx.it νooίη.* Apud Petav. *De Deo,* lib. IV. cap. 3. §. 1.

Quod comprehendit se, finitum est sibi; atqui Deus nec sibi finitus dici potest, cmn sit modis omnibus infinitus; ergo.

370. **Resp.** cum s. Thoma, loc. cit. *Dist. min.* Deus non potest dici finitus sibi hoc sensu, quod intelligat se aliquid finitum esse, *C.* eo sensu quod facultas intelligendi non adaequet objectum intelligentiae, *N.* Finitus itaque Deus est sibi, quatenus ita cognoscit se ipsum, ut perveniat ad plenam cognitionem sui et nihil supersit ipsi cognoscendum.

PROPOSITIO II.

Deus cognoscit omnia possibilia.

371. Etenim Deus, ut loquitur apostolus, Rom. TV. 17. *vocat ea, quae non sunt, tamquam ea, quae sunt.* Quod si Deus tam vocat ea, quae non sunt, quam ea quae sunt; tam novit ea, quae non sunt, quam ea quae sunt; ea enim, quae non cognoscuntur, vocari non possunt. Sed si Deus, quae aliquando futura sunt, cognoscit ut possibilia, cognoscit cetera omnia, quae numquam futura erunt, sed esse possent, si ipse vellet.

372. Quod confirmatur ratione cum s. Thoma, qu. 14. art. 3. Deus semetipsum perfectissime comprehendit, ideoque et omnipotentiam suam; ergo distincte attingit omnia, ad quae illa se extendit: non enim potest virtus aliqua perfecte cognosci, nisi distincte attingantur ea omnia, ad quae virtus illa extenditur; ergo Deus distincte per intellectionem suam attingit omnia possibilia. Nam divina omnipotentia se extendit ad omnia, quibus esse non repugnat. Ergo Deus cognoscit omnia possibilia, et quidem secundum esse proprium, quod haberent, si producerentur; alioquin ea distincte minime cognosceret.l Praeterea ad scientiam infinite perfectam pertinet cognoscere quidquid cognoscibile est; atqui possibilia sunt cognoscibilia; ergo.

*) Tum *Contra gentes,* lib. I. cap. 50. Ium part. I. qu. 19. ari. 6. ad 2. ubi docet omnia possibilia- esse in Deo virtualiter, scribens: *Quidquid potest habere rationem entis et veri, totum est virtualiter in Deo.* S. Thomae praecesserat s. Augustinus, *De Civitate Dei,* lib. XL cap. 10. num. 5. ubi de sapientia Dei haec habet: ..In qua sunt immensi quidam atque infiniti thesauri rerum inlelligibilium, in quibus sunt omnes invisibiles atque incommutabiles rationes rerum, etiam visibilium et mutabilium, quae per ipsam factae sunt. Quoniam Deus non aliquid nesciens fecit, quod nec de quolibet homine artifice recte dici potest; porro si sciens fecit omnia, ea utique fecit, quae noverat. Ex quo occurrit animo quiddam mirum, sed tamen verum, quod iste mundus nobis notus esse non posset, nisi esset; Deo autem nisi notus esset, esse non posset·· Cons, etiam Petav. *De Deo,* lib. IV. cap. 2. num. 4.

propositio m.

Detis distincte cognoscit omnia praeterita, praesentia et futura, sive necessaria sive contingentia et libera.

373. Haec pariter propositio ad fidem spectat. Sic autem eam per partes ostendimus: Primo quidem quod attinet ad praeterita, nota sunt Dei verba, quibus exprobrat hebraeis praevaricationes, de quibus olim vindictam se sumpturum profitetur Deut. XXXII. 84. *Nonne haec condita sunt apud me, et signata in thesauris meis?* Si tamen respectu Dei aliquid dici potest sive praeteritum sive futurum ct non potius praesens. Praeterea generatim de omnibus sub quacumque temporis differentia, atque utut abscondita sint, sic pronunciat apostolus Hebr. IV. 13. *Non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus, omnia autem nuda et aperta sunt oculis ejus;* sic Psalm. CXXXVIII. 3. *Intellexisti cogitationes meas de longe . . . . omnes vias meas praevidisti . . . cognovisti omnia, novissima et antiqua;* et Psalm. XXXH. 15. *Qui finxit singillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum;* nec non Sap. VIII. 8. de sapientia dicitur: *Scit praeterita, et de futuris aestimat . . . signa et monstra scit, antequam fiant, et eventus temporum et saeculorum;* et alibi passim.

374. Haec vero omnia Deum distincte cognoscere ita evincit ratione ipsa s. Thomas, loc. cit. art. 5. Deus perfecte se suamque virtutem cognoscit; virtus autem non potest perfecte cognosci nisi cognoscantur omnia, ad quae se extendit; jam vero virtus divina se extendit ad omnia alia a Deo distincta, non solum quoad rationem communem entis, sed et quoad esse eorum formale, ut aiunt, et singulare usque ad ultimas differentias, cum sit plenitudo *essendi* et causa effectiva et exemplaris omnium et singulorum entium, et omnis differentiae et perfectionis eorum; ergo.l

375. Quod demum speciatim attinet ad futura contingentia, seu actiones libere futuras, de quibus potissimum est controversia cum socinianis, praeter allata Scripturarum testimonia, quae per se rem plane conficiunt,

*) Cons, etiam art. 6. Cf. Petav. lib. IV. cap. 3. §. 3. ubi affert plura patrum in hanc sententiam testimonia, inter quos Clemens alex. lib. VI. *Stromatum* sub finem, ejusmodi Dei scientiam pulchra theatri similitudine illustrat, dicens: *Καl οπιρίχϊτμίν Ζιάτρων γίνιται. καί ἐπί τιον ἵκάβτου μιρων, κατά τήν Ινόραβίν* re, καὶ *πιριόραΟΟν, καί Ουνόραβιν, τούτο ΙπΙ τον* Stoû *γίνιται· ά^ρόωί re γάρ πάντα, καί ἵκαβτον Ιν μΐριι, μία προίβολη προίβλϋτιι:* id est: «Et quod in theatris usuvenit et in partibus ciyusque, inspiciendo, circumspiciendo et simul aspiciendo, hoc ipsum et in Deo evenit. Nam simul confertimque omnia, et parliculatim singula applicatione una contemplatur." Eadem similitudine utitur s. Petrus Damianus in Opusc. XXXVIL cap. 7. earaque perficit.

addi possunt verba quibus Susanna (Dan. XIII. 42.) Deum deprecabatur: Dftzi *aeterne, qui absconditorum cs cognitor, qui nosti omnia, antequam flant;* nec non Eccli. XXIII. 28. *Oculi Domini multo plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum, et profundum abyssi, et hominum corda intuentes in absconditas partes. Domino enim Deo antequam crearentur, omnia sunt agnita.* Innumerae insuper praedictiones, quae in utroque foedere leguntur, totidem sunt invictissima argumenta istius divinae praescientiae, adeo ut vere dixerit Tertullianus, *Contra Marcionem,* lib. II. cap. V. *Praescientiam Dd tantos habere testes, quantos fecit prophetas;* et s. Augustinus, *De Civitate Dei* lib. V. cap. IX. *Confiteri esse Deum, et negare praescium futurorum, apertissima insania est.* Hinc supervacaneum ducimus cetera patrum testimonia proferre, quae videri possunt apud Petavium, lib. IV. cap. VI.

376. His ratio pariter apertissime suffragatur: si enim aliquid vel minimum futurorum Deus a tota aeternitate ignorasset, aliqua ejus scientiae fieret in tempore perfectionis accessio, cognosceret siquidem aliquid de novo, quod antea ignorabat; atqui Deo nulla fieri potest accessio perfectionis, cum ipsius natura sit infinite perfecta; ergo.

DIFFICULTATES.

377. I. Obj. adversus primam et secundam conclusionis partem. Nonnulli patres Deo denegare videntur ejusmodi distinctam rerum vilissimarum scientiam; etenim 1. s. Hieronymus, in cap. I. Habacuc ait: *Absurdum esse ad hoc Dd deducere majestatem, ut sciat per momenta singula, quot 'nascantur culices, quotve moriantur.* 2. S. Joannes Chrysost. *Uomil.* XXXIV. alias XXXV. in Matth. n. 2- asserit Deum capillos humano more non numerare; ergo.

378. **Resp.** iV. A. Ad 1. *D.* S. Doctor loquitur de divina providentia et quidem comparative, *C.* loquitur de scientia Dei et absolute, *N.* Contendit nempe Hieronymus, ut ex contextu colligitur, non eamdem specialem Deo subesse curam et providentiam de minutissimis, quas recenset, rebus, ac de hominibus, quos absque dubio speciali benevolentia ac cura prosequitur; subdit enim: *Non simus tam fatui adulatores Dd, ut dum potentiam ejus ad ima detrahimus, in nos ipsos injuriosi simus, eamdem rationabilium, quam irrationabilium providentiam esse dicentes.*

ÏK

379. Ad 2. Eadem est distinctio. Eamdem esse sancti Joann. Chrysostomi mentem, ejus pariter ostendit contextus; siquidem post relata verba ait: *Quid vilius illis* passeribus? *Attamen numquam ignorante Deo capientur.* 2

-) *Τι γάρ εὔτελϊΰτιρον ἱκεΐνων; φηαϊν* αλλ᾽ *όμω ονδε εκείνα άλώβεται αγνοούντο! τον* θιοΰ.

380. **Inst.** Saltem internos animi motus ac secretas cordium cogitationes videtur Doue ignorare; alioquin 1. nec tentasset Abraham, ut dicitur Gen. XXII. 1; et post experimentum de eo captum non subdidisset Deus, ibid. v. 12. A'unc *cognovi, quod limen Deum.* Sic neque ibid. XVIII. 21. diceretur de Deo: *Descendam ct videbo, utrum clamorem, qui venïl ad me, opere compleverint, an non est ita, ut sciam.* 2. Quod a fortiori dicendum est de peccatis, deque iis, quae entia rationis vocantur, quorum Deus esse non potest neque causa effectrix neque exemplaris; ergo.

381. **Resp.** ad 1. IV. A. Ad allatas autem probationes ex Scriptura, *D.* Nostro cogitandi ac loquendi modo, cui Deus passim se accommodat, *C.* in se, *N.* Voluit scilicet Deus in primo textu omnibus patefacere fidem et obedientiain Abrahae; in altero autem horrorem peccatorum, quibus se Sodomitae inquinabant, justamque de ipsis vindictam. Si enim cortici litterae insistere vellemus, non solum cogitationes hominum Deum laterent, sed opera ipsa, quod nec adversarii contendunt.

382. Ad 2. *D.* Si Deus peccata et entia rationis cognosceret in se ipsis, *Tr.* si in bono opposito, cujus privationes sunt peccata, vel in eorum causis, ut entia rationis, iV. Peccata enim, prout peccata sunt, non dicunt nisi privationem seu negationem debitae rectitudinis, qua receditur a regula, ut suo loco exponunt theologi; hinc Deus eorum malitiam videt in bono opposito; entia autem rationis videt in eorum causa immediata, nempe in ratione nostra, cujus ipse auctor est, quaeque ejusmodi sibi cudit cogitationes aut Jictiones. *-J*

383. II. Obj. adversus tertiam propositionis partem: Scriptura passim exhibet Deum futura libera nonnisi conjecturaliter ac dubie praenunciantem, prout evincunt particulae illae dubitativae *forte, forsitan* etc. Sic Jerem. XXVI. 2 et 3. *Noli subtrahere verbum, si forte audiant et convertantur;* et, aliis omissis, Christus Joann. IV. 10. sic Samaritanam mulierem alloquitur: *Si scires donum Dei ... tu forsitan petiisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam;* et cap. V. 46. *Si crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi;* ergo.

384. **Resp.** *D.* A. Humana loquendi ratione utens atque ad contingentem ac liberam rei enunciatae naturam exprimendam, *C.* ad significandam incertam rei enunciatae cognitionem, A'. Sic patres eas locutiones exponunt, ut Hieronymus *Comment,* in caput XXVI. Jeremiae, et Augustinus *Enarr. in Ps. 11.* Alioquin Deus nihil omnino ejusmodi ut certum praenunciasset, quod est contra factum.

385- HI. Obj. Non pauca ut futura praenunciata sunt in sacris litteris, quae tamen non evenerunt; exemplo sint mors Ezechiae denunciata illis verbis: *Dispone domui tuae, quia morieris* (Is. XXXVIII. 1.); subversio Ninives post quadraginta dies (Jon. III. 4.), aliaque hujus generis; ergo.

386. **Resp.** *D. A.* Praenunciata sunt ut futura sub aliqua conditione

sive expressa sive tacita, *C.* ut futura absolute, *N.* Quod patet ex ipsis adductis exemplis. Certo enim Ezechias vi morbi extinctus esset, et Ninive subversa, nisi ille lacrymis suis impetrasset sanitatem, et ista egisset poenitentiam.

387. IV. Obj. 1. Nonnulli patres apud Petavium, lib. VI. *De Deo* cap. VI. negarunt in Deo praescientiam futurorum, ut Augustinus, Gregorius M., aliique, quibus Boetius assentitur; quin 2. et ipse s. Thomas p. I. qu. 14. art. 13. docet: *Contingens consideratum ut futurum, et nondum determinatum ad unum a propria causa, non subdi per certitudinem alicui cognitioni. Unde quicumque cognoscit effectum contingentem in causa sua, non habet de eo nisi conjecturalem cognitionem;* ergo.

388. Resp. ad 1. *D.* Negarunt in Deo praescientiam quoad nomen et respectu modi cognitionis divinae, *C.* quoad rem et respectu objecti cogniti, *N.* Ex eo enim quod Deo omnia praesentia sint, ejusque cognitio uno ac simplicissimo intuitu in omnia objecta feratur, prout in se sunt cum suis differentiis, intulerunt proprie in Deo ejusmodi cognitionem *scientiam,* non autem *praescientiam* esse vocandam. Sic enim inter ceteros loquitur s. Augustinus, lib. Π. *Ad Simplic.* qu. 2.: *Quid est praescientia, nisi scientia futurorum? Quid autem futurum est Deo, qui omnia supergreditur tempora? Si enim scientia Dei res ipsas habet, non sunt ei futurae, sed praesentes; ac per hoc non jam praescientia, sed tantum scientia dici potest.*

389. Ad 2. *D.* Non subdi per certitudinem alicui cognitioni *creatae, C. divinae,* cui omnia contingentia in aeternitate praesentia sunt, *non solum* prout sunt *in causis suis,* ut ipse loquitur, *et successive,* sed etiam prout sunt *actu in seipsis simul, N.* Talem esse mentem s. Doctoris contextus ostendit.

390. V. Obj. Futura contingentia possunt non evenire, ideoque nulla eorum est determinata veritas: sed quod non habet determinatam veritatem, non potest cognosci; ergo.

391. Resp. *Dist. maj.* Possunt non evenire absolute et antecedenter ad eorum praevisionem, *C.* hypothetice et consequenter ad eorum praevisionem, 2V. Fuissent enim et non fuissent praevisa, quod implicat. Sic *Dist. min.* Quod non habet determinatam veritatem, non potest cognosci pro eo tempore, quo nondum determinatum est, *Tr.* pro eo tempore, quo determinatum est, *N.* Nulla autem determinata veritas pro eo tempore, quo determinata est, divinum intellectum fugere potest, qui totam complectitur aeternitatem^ proindeque et omne tempus.[3]

3) Cons. Bellarm. *De gratia et libero arbitrio,* lib. IV. cap. 15. §. 19 et seqq. ubi fatetur difficile esse determinare rationem, qua Deus futura praenoscat, immo et in hac vita fortasse incomprehensibile; et adducta auctoritate ex s. Augustino, *Confession.* lib. XL cap. 18. probabile censet Deum futuras actiones liberas non videre nisi in humana voluntate: ..Id enim significat, *inquit,* in primis Scriptura, cum

392. VI. Obj. Posita praescientia Dei actum est de humana libertate; nam quod Deus praescivit, id omnino eventurum est, cum falli non possit ipsius praescientia; ergo.

393. Resp. *N.* A. Ad prob. *D.* Quod Deus praescivit, id omnino eventurum est vel necessario vel libere pro natura rei praevisae, *C* secus, *N.* Praescientia enim Dei attingit res, ut sunt in sua natura. Res autem, quae a libera voluntate pendent, natura sua sunt contingentes; eas igitur ut contingentes attingit divina scientia. Apposite s. Augustinus *De libero arbitrio,* lib. HL cap. IV. *Sicut tu,* inquit, *memoria tua non cogis facta esse, quae praeterierunt, sic Deus praescientia sua non cogit facienda, quae futura sunt;* animadvertit praeterea idem s. Doctor, *praeteriti, praesentis et futuri* differentias penes creaturas esse, non penes Deum, cui totum praesens est in actu: *Apud quem* Deum, inquit *De Trinitate* lib. V. cap. 16, *nec praeterita- transierunt, et futura jam facta sunt;* igitur concludit *Jn Genes, ad lit.* lib. V. cap. 18. *Antequam res ferent, et erant et non erant. Erant in Dei scientia, non erant in sua natura.*4 At erant in Dei scientia, ut futura erant in sua natura; humana autem nostra futura erant in sua natura libera; ea igitur ut libera praenovit, nec praescientia sua Deus necessitatem iis intulit, perinde ac si numquam ab eo praevisa fuissent.

394. Atque huc refertur vulgata apud patres doctrina, quod non ideo res futurae sunt, quia Deus eas praescivit, quasi ipsius praescientia sit ratio et causa liberorum futurorum, sed ideo Deus praescivit, quia futurae sunt; ergo Dei praescientia ex doctrina patrum res libere futuras supponit, non facit. Ita auctor *Quaestion. ad orthodoxos* inter opera Justini, Origenes, Eusebius, Theodoretus, Joann. Chrysostomus, Joann, damascenus, Hieronymus, Augustinus apud Tournely, *De Deo* qu. 18. art. 4. conci, unica, quibus addi potest s. Anselmus, qui in lib. *Concordiae praescientiae Dei cum libertate: Non enim,* inquit, *nisi quod futurum est praescitur, quia scientia non est nisi veritatis. Quare cum dico: quia si praescivit aliquid, necessc est illud esse futurum, idem est ac si dicam: si erit, ex necessitate erit;* atque postea, exponens cujusmodi sit ista necessitas, subdit: *Non enim aliud significat hic necessitas, nisi quia quod erit, non poterit simul non esse,* nempe intelligit necessitatem *consequentem.* Quamobrem juxta hanc doctrinam sic pariter ad propositum argumentum responderi potest: Quod praevisum est, non potest

dicit Deum scrutari renes et corda, Deum investigare omnes semitas nostras. Nam si videret eas in sua voluntate determinante omnia, non diceretur scrutari corda nostra, et investigare semitas, sed intueri voluntatem suam."

4) Ex quibus verbis patet non aliam s. Doclorem rerum praesentiam in aeternitate agnovisse praeter eam, quam scholastici vocant *objectivant* . non autem eam. quam dicunt *realem et formalem,* et apertissime id docet s. Augustinus toto hoc capite, et alibi passim.

non esse, *D. Necessitate consequenti,* nempe ad praevisionem, seu praescientiam. C. *necessitate antecedenti,* scilicet ad praescientiam aut praevisionem, A.

395. I. Dices: Interdum patres docent, res ideo futuras esse, quia praesciuntur a Deo, non autem ideo praesciri, quia futurae sunt, ut s. Augustinus et s. Gregorius M. locis in propositione II. allatis: ergo.

396. Resp. *D.* A. In iis, quae a Deo tamquam causa immediata pendent. quatenus Deus, ut iidem patres loquuntur, nihil ignorans fecit, *0.* in iis, quae a voluntate libera tamquam causa proxima et immediata efficiuntur, -V. Itaque citati patres in adductis locis loquuntur de iis, quae a Deo produci debent, cui res producenti scientia necessario praelucere debet, cum ipsius sit ordinare res ac disponere, et divinam voluntatem et efficientiam quodammodo gubernare, ut inquit Petavius 5, quemadmodum architectandi usum et operis institutionem ars illa, quae est in artificis mente, moderatur ac dirigit, quae a scholasticis vocatur scientia *simplicis intelligentiae,* quatenus res absolute, ac prout in se sunt, neque ut certo exstantes tempore cognoscit, ut discernatur ab illa scientia, quae nostro concipiendi modo posterior est, ac res easdem jam voluntate divina designatas et constitutas, et in aliqua temporis parte producendas, quasi existentes ac praesentes intuetur, quaeque *scientia visionis* ab iisdem scholasticis appellari consuevit. Quare cum patres affirmant res ideo futuras esse, quia Deus eas praescivit, intelligendi sunt de scientia *simplicis intelligentiae;* cum vero docent ideo Deum res futuras praescire, quia futurae sunt, intelligi debent de *scientia visionis;* quo postremo sensu s. Augustinus, tum alibi passim, tum praesertim *tractatu LIU. in Joann.* sic loquitur: *Si non malum, sed bonum facere voluissent* judaei, *non prohiberentur, et hoc facturi praeviderentur ab eo, qui novit quid sit quisque facturus:* sic alibi, ut vidimus, utitur s. Doctor comparatione memoriae et praescientiae humanae ad exponendam praescientiam divinam, quae nullam inferat necessitatem rebus praecognitis, prout nec memoria nec praescientia nostra sunt causa eorum, quae reminiscimur vel praevidemus, ac multo minus iis inferunt necessitatem. 6

397. II. Dices 1. Ergo libera nostra futura sunt causa scientiae divinae, 2. ac datur in Deo scientia contingens, qua scilicet carere posset.

398. Resp. ad 1. *D.* Improprie, quatenus futurae res ipsa sua cognosci-

4) Lib. IV. cap. 7. num. 10 et scq. ubi Boëtii dictum explanat.

6) Concinunt s. Augustino reliqui patres, apud Petavium. lib. IV. cap. 7. quorum sententia est, nullam idcirco vim rebus inferre Dei praescientiam, quod futura tamquam praesentia contempletur; idem hominis exemplo declarant, qui alterum ex alto prospicit in lubrico labentem, cujus quidem lapsus causa in eo non est, quod gradientem illum intuetur. *Non enim,* inter ceteros scribit s. Hieronymus in cap. XXVI. Jerem., *ex eo, quod Deus scit futurum aliquid, idcirco futurum est; sed quia futurum est, Deus novit, quasi praescius futurorum.* Hinc pariter receptum est ut passim non praescientia, sed absolute scientia dicatur, prout superius notavimus.

bilitate tamquam objecto definiunt ac determinant notitiam Dei, *C.* proprie, quasi rcipsa essent causa scientiae divinae, atque, ut ajunt, subjective, *N.* Eatenus igitur futura libera dici possunt causa scientiae divinae, nempe *visionis,* quatenus Deus aliter praevidere non potest, nisi prout sunt futura; cognitio enim ut vera sit, debet esse consentanea ipsis rebus cognitis; quoniam, ut ait s. Augustinus, *si non contigisset* id quod contingit, *nullo modo id* Deus *pracscisset futurum, quia non erat futurum.* Unde necesse est logice seu ratione, ut ajunt, prius rem cogitari futuram, quam futura praevideatur. 7

399. Ad 2. *D.* Contingentia objectiva seu ex parte rei praevisae, *C.* subjectiva seu ex parte Dei ipsius, *N.* Distinctio patet ex dictis; exeo enim quod objectum aliquod adesse possit vel abesse a lumine, quod illud irradiat, non sequitur lumen ipsum per se non irradiare objecta, quae illud circumstant.

400. VII. Obj. Illud praenosci a Deo non potest, quod nullo modo determinatum est, neque in se, neque in suis causis; atqui talia sunt libera futura, quae neque sunt determinata in se, cum nondum existant, neque in suis causis, quae indifferentes sunt ad quodlibet; ergo.

401. Resp. *Dist. maj.* Quod nullo modo determinatum est, neque antecedenter neque consequenter, a Deo praenosci non potest, *C.* quod saltem consequenter determinatum est, V. In hypothesi scilicet quod res futurae sint, eo ipso quod futurae sint, Deus eas videre debet, consequenter nempe ad liberam determinationem, quia omnia, quae in tempore iiunt, Deo praesentia sunt in aeternitate, ut dictum est; cum igitur verum sit hominem se determinaturum ad talem vel talem actionem, hoc ipso divinae notitiae subest. Quare licet objecta propositionum seu enuntiationum de futuris contingentibus in causis suis non sint determinata, utpote nondum existentia et a causa libera dependentia, ac possint esse vel non esse, prout tamen ad Deum referuntur, necesse est illa esse, seu in Dei scientia vera sunt, siquidem sunt futura. Haec autem placet confirmare auctoritate s. Augustini, qui in lib. XXVI. *Contra Faustum Manich.* cap. V. tum de praeteritis tum de futuris eorumque veritate sic scribit: *Non ergo est, quod vere dicimus fuisse; sed ideo verum est illud fuisse, quod in nostra sententia verum est, non in ea re, quae jam non est. Sententia quippe, qua dicimus aliquid fuisse, ideo vera est, quia illud, de quo dicimus, jam non est. Hanc sententiam Deus falsam facere non potest, quia non est contrarius veritati. Quod si quaeras, ubi sit haec vera sententia, prius invenitur in animo nostro, cum id verum*

J) «Neque enim (verba sunt s. Augustini) ideo peccat homo, quia Deus illum peccaturum esse praescivit; iinmo ideo non dubitatur ipsum peccare, cum peccat, quia ille cujus praescientia falli non potest, non fatum, non fortunam f non aliquid aliud, sed ipsum peccaturum esse praescivit. Qui si nolit, utique non peccat; sed si peccare noluerit, etiam hoc ille praescivit. *De Civitate Dei*, lib. V. cap. iθ. et alibi passim.

scimus, et dicitur. Sed si et de animo nostro ablata fuerit, cum id, quod scimus, obliti fuerimus, manet in ipsa veritate. Semper enim verum erit jam fuisse, quod, ubi verum erat, antequam feret, futurum esse, quod non erat.

PROPOSITIO IV.

Deus certo et infallibiliter cognoscit futura contingentia conditionata.

402. Ad pleniorem propositionis perspicuitatem juvat praemonere: L ea dici conditionata futura seu hypothetice futura, quae licet reipsa futura non sint, futura tamen essent, si aliqua poneretur conditio, a qua pendent; haec autem medium veluti locum tenent inter mere possibilia et absolute futura. Talis erat conversio tyriorum et Sidoniorum, si Christus talia apud eos patravisset portenta, qualia apud corozaitas patravit ac bethzaiditas. Haec enim conversio non erat mere possibilis, nec absolute futura, cum conditio, ex qua illa conversio pendebat, non esset implenda; ergo futura erat sub conditione.

403. II. Licet ab aliquibus theologis olim negata fuerit haec praescientia divina futurorum conditionatorum, hodie vix ullam de ea controversiam esse. Catholici enim theologi, inquit doctissimus card. Gotti, Ordinis Praedicatorum, uno vel altero excepto qui vult praefata conditionata solum conjecturaliter a Deo cognosci, asserunt ea a Deo certo et infallibiliter cognosci. l Et sane vix salva fide negari id posse videtur. Tota itaque controversia, quae catholicas aliquando scholas divisit, versatur seu, ut verius dicam, versabatur circa modum eam exponendi, et circa medium in quo Deus ista futura conditionata videt.

404. III. Ilanc scientiam in Deo propugnamus ut omnino certam atque

·) Cf. s. Thomas, part. L qu. 14. art. 13. ad 2. ubi rejectis aliis responsionibus concludit: «Et ideo dicendum est, quod quando in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum animae, consequens est accipiendum non secundum esse, quod in se est, sed secundum quod est in anima. Ut puta, si dicam, si anima intelligit aliquid, illud est immateriale; intelligendum est, quod illud est immateriale secundum quod est in intellectu, non secundum quod est in seipso. Et similiter si dicam, si Deus scivit aliquid, illud erit, consequens est intelligendum prout subesi divinae scientiae, scilicet prout est in sua praesentialitate. Et sic necessarium est sicut et antecedens; quia omne quod est, dum est, necesse est esse;° seu necessitate consequenti et hypothetica seu, ut dicitur, suppositionis, quia implicat aliquid fuisse praevisum ut certo futurum, et futurum non esse, etsi in se futurum sil contingenter et libere. Quum vero, ut expositum est, logice seu ratione aliquid prius concipiatur esse quam videri, hinc ex unoquoque, hoc sensu, pendet ut actionem suam Deus ab aeterno viderit ut bonam vel ut malam.

*) Tom. III. in part. I. qu. 6. dub. L §. 1. n. 5. et rursum ibid. dub. III. §. 2. loquens de hac condilionatorum scientia dicit: -De hac non controvertimus, sed omnes (thomistae) concorditer statuimus, eam dari in Deo, et quidem certam, non pure conjecturalem.

infallibilem adversus eos, qui nonnisi conjecturalem ejusmodi futurorum conditionatorum notitiam in beo esse affirmare ausi sunt.

405. His positis cum laudato Gotti enunciatam propositionem ita probamus: I. In Scripturis Deus plura revelavit sub conditione futura, quae tamen facta non sunt, quia illa defuit conditio; ergo Deus ea certo cognovit. Nisi enim certo cognovisset talia sub conditione futura, ejus infinita veritas in cognoscendo et veracitas in praenunciando detrimentum passae fuissent.

406. Jam vero antecedens, omissis innumeris aliis Scripturae locis evincitur 1. ex I. Reg. XXIII. 11 et seqq. ubi David consuluit Dominum, an, si mansisset Ceilae, Saul ad eam expugnandam descensurus esset? et respondit Dominus: *Descendet.* Interrogavit iterum, num descendente Saule viri ceilitae traditurі eum essent in manus Saulis, responditque Dominus: *Tradent.* Ibi non agitur de re mere possibili, nec de absolute futura; sed tantum de eo quod evenisset posita conditione. 2 2. Id ipsum patet ex III. Reg. XI. 2. ubi repetit Deus praeceptum, quod jam dederat Exodi XXXIV. 16. de non jungendis connubiis cum alienigenis, quia *certissime avertent corda vestra, ut sequamini deos earum:* quae quidem praedictio veritatem sortita est in Salomone aliisque, in quibus adimpleta fuit conditio, non autem respectu eorum, qui libere hanc conditionem non posuerunt, seu in quibus verificata non fuit conditio. 3. Id pariter constat ex lib. Sap. IV. H. ubi de justo immature ex hac vita praerepto dicitur: *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius.* Certe igitur noverat Deus, justum illum fore in malum mutandum ac illecebris irretiendum, si diutius vixisset; alioquin inconsulto praematura morte ipsum e vivis rapuisset. 4. Denique ostenditur ex celebri illo Christi dicto (Matth. XI. 21; Luc. X. ⅓3 quo exprobrans corozaitis et bethzaiditis cordis duritiem: *Vae tibi,* inquit, *Corozain,*

') Non defuit, qui observaret in paraphrasi chaldaica sic David interrogare Dominum: «Cogitant me tradere viri ceilitac? Respondit autem Dominus: cogitant tradere. Cogitat descendere Saul? Et dixit Deus: cogitat descendere;·' et glossam ordinariam dicere: *in voluntate habent ut tradant.* Ita quidem observat hic auctor ad tollendum hoc testimonium de liberorum conditionate futurorum praescientia in Deo. Esto; sed debuisset pariter observare *Hebraicam veritatem* habere futurum :

YÎK» numquid tradent domini Ceila me? Et dixit Dominus 'HW;* tradent; *sic versionem LXX: El ἀποκλει<&ήCirca;* numquid concludetur? καὶ *rûr tl καταβήσεται 2,'αούλ;* el nunc numquid descendet Saul? et dixit Dominus: *καταβήαιται,* descendet· *tum versionem syriacam:*

çProdilurinc sunt me cives urbis? Dixit Dominus: prodituri sunt te;·· *et arabicam :*

‘uri sunt?· Dom,nus: “‹▮› rpsi ‘c tradi.

rac tibi Bcthsaida, quia, si in Tyro et Sidone factae essent virtutes, quot factae sunt in vobis, olim in cilicio et cinere poenitentiam egissent. Quibus verbis Christus tyriorum et Sidoniorum poenitentiam praedicit, si quidem apud illos praedicasset, ac signa fecisset, qualia in Galilaea fecit; illam ergo Christus sub tali conditione, quae tamen adimpleta non est, futuram cognovit; alioquin neque tam acriter corozaitas atque bethzaiditas objurgasset, nec tam certo et asseveranter tyriorum et Sidoniorum poenitentiam prae illis futuram affirmasset; ergo.

407. II. Patres tum graeci tum latini unanimes in hac Dei cognitione adstruenda sunt, indidem enim argumenta deprompserunt sive ad vindicandam divinam providentiam in infortuniis, quibus passim premuntur justi; sive ad parentes solandos de immatura filiorum morte, aliaque id genus multa, ut videre est apud Petavium. [3] Nos brevitatis gratia non nisi unum vel alterum testimonium promemus ex s. Augustino ac s. Prospero ad rem conficiendam. Primus igitur, *De Correptione et Gratia* cap. VIII. non solum eam adstruit, sed praeterea nonnisi insanissime negari eajn posse affirmat; sic enim loquitur: *Respondeant, si possunt, cur illos Deus, cum fideliter et pie viverent, non tunc de hujus vitae periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum, et ne fictio deciperet animas eorum. Utrum hoc in potestate non habuit? an eorum mala futura nescivit? Nempe nihil horum nisi perversissime et insanissime dicitur;* et alibi saepe. Alter vero, *Resp.* VIII. *ad excerpta Genuensium* ait: *De tyriis vero et sidoniis quid aliud possumus dicere, quam non esse eis datum ut crederent, quos etiam crediturus fuisse ipsa Veritas dicit, si talia, qualia apud non credentes facta sunt, virtutum signa vidissent.* Si itaque sub conditione fuisse credituros Veritas dixit, et verissime dixit, sentit igitur s. Prosper Deum certo praescivisse eos sub talibus signis credituros. Atque ut pateat hos patres non obiter tantum ea dixisse, observandum est eos tali Dei praescientia uti tamquam argumento validissimo ad adstruendam adversus pelagianos ac semipelagianos gratuitam gratiae naturam ac distributionem.

408. III. Demum ejusmodi Deo inesse scientiam infallibilem futurorum 'sub conditione, ratio ipsa suadet. Haec enim scientia summa perfectio est, quam melius est habere, ut scholae loquuntur; ergo Deo necessario inesse debet, cum nulla simplici perfectione carere possit. Adeo vero insitum est Christianorum omnium mentibus Deum ejusmodi conditionata praenoscere, ut in vulgari quotidie sermone sit positum: Deus ita fecit, quia praevidit id in bonum cessurum huic, cui talia permisit, seu de quo ita disposuit; et hinc uberem capiunt consolationem. Quare tot dici possunt hujus scientiae divinae testes quot Christiani, immo pene dixerim, quot homines sunt, qui Deum esse non negant.

4) Lib. IV. cap. 8. n. 19.

409. L Obj. i. Quae in Scriptura sub conditione praenunciata dicuntur, nonnisi improprie seu metaphorice sunt intelligenda, cum conditio praeseferat suspensionem atque haesitationem, quae in Deo admitti non potest. 2. Quod si quis contendat proprie illa esse admittenda, nihil vetat quominus de scientia conjecturali ea accipiamus, prout innuunt particulae *forte, forsitan* etc., quibus ejusmodi futura praenunciantur; ut cum de Adam (Gen. III. 22.) Deus ait: *Ne forte mittat manum suam et sumat etiam de ligno vitae;* et Christus (Matth. XI. 23.): *Si in Sodomis factae fuissent virtutes, quae factae sunt in te, forte mansissent usque in hanc diem:* quo pariter referri possunt, quae Exodi IV. 8 et seq. leguntur: *Si non crediderint tibi,* inquit Deus Moysi, *neque audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis. Quod si nec duobus quidem his signis crediderint . . . sume aquam fluminis,* etc. Quae quidem apertissime ostendunt Deum certa scientia nescivisse, utrum hebraei credituri essent nec ne primo aut secundo aut tertio signo; ergo.

410. **Resp.** ad 1. *Neg.* Ad prob. *D.* Conditio praesefert suspensionem ex parte objecti, *C.* ex parte divinae scientiae, quae unico intuitu omnia attingit, V. Responsio patet ex dictis in superiori propositione.

411. Ad 2. IV. Si quid enim evincerent particulae dubitativae *forte, forsitan* etc., deberet pariter negari cum socinianis qui eadem opponunt. scientia certa futurorum liberorum; humano proinde loquendi usui in his, aliisque similibus Deus sese accommodasse dicendus est, ut superius vidimus, cum adversus socinianos disputaremus. Humana sane loquendi ratione Deum usum esse elucet ex ipso Exodi cap. IV. nobis objecto, ubi v. 2. Deus Moysen interrogat: *Quid est, quod tenes in manu tua? Respondit: virga.* Quis porro sanus ac prudens dicat Deum nescivisse, quid Moyses manu teneret? Sane s. Thomas II. 2. qu. 171. art. 6. ad 2. haec aliaque ejusmodi testimonia explicat de revelatione secundum esse, quod res habent in causis y suis, non autem secundum scientiam, quam Deus de iis habet. 4

412. II. Obj. Ejusmodi praescientia rerum sub conditione futurarum prorsus rejicitur a ss. Augùstino, Fulgentio et Prospero disceptantibus adversus pelagianos ac semipelagianos. Etenim s. Augustinus, *De anima* lib. L

*) En ejus verba: ..Divina praescientia respicit futura secundum duo, scilicet secundum quod sunt in se ipsis, in quantum scilicet ipsa praesentialiter intuetur, et secundum quod sunt in suis causis, in quantum scilicet videt ordinem causarum ad effectus. Et quamvis contingentia futura, prout sunt in se ipsis, sint determinata ad unum, tamen, prout sunt in suis causis, non sunt determinata, quin possint aliter evenire. Et quamvis ista duplex cognitio semper in intellectu divino conjungatur, non tamen conjungitur semper in revelatione prophetica."

cap. XII. *Ipsa,* inquit, *exinanitur omnino praescientia, si quod praescitur, non erit. Quom io enim rede dicitur praesciri futurum, quod non est fulu rum?* Et lib. *De praedestinatione Sanctorum,* cap. XIV. exponens illud: *Kaptus est* etc.: *Didum est,* inquit, *secundum pericula hujus vitae; non secundum praescientiam Dei, qui hoc praescivit, quod futurum erat, non quod futurum non erat; id est, quod ei mortem immaturam fuerat largiturus, ut tcntationum subtraheretur incerto; non quod peccaturus esset, qui mansurus in tentatione non esset.* Quo sensu s. Fulgentius, *De vera praedestinatione* lib. 1. cap. VII. *Absurde dicitur,* scribit, *Deum praescivisse parvuli futura peccata, quae futura non erant. Neque enim Dominus rerum omnium conditor facienda praescivisset, quae facienda non essent.* Denique s. Prosper in Epist. *ad August,* n. 5. loquens de semipelagianis, ait: *In tantum quibuscumque commentitiis meritis electionem Dei subjiciunt, ut quia praeterita non extant, futura, quae: non sint futura, confingant, novoque apud illos absurditatis genere, et non agenda praescita sint, d praescita non acta sint;* ergo.

413. Resp. *D.* A. Rejicitur ut norma gratiae et praedestinationis aut reprobationis, ut contendebant pelagiani ac semipelagiani, *C.* rejicitur in se, Δ. Hi enim ad dandam rationem, cur ex infantibus potissimum alii raperentur, antequam baptizarentur, alii vero ad baptismum pervenirent et eo accepto morerentur; confugiebant ad praevisa futura naturalia illorum merita, si diutius vixissent. Si autem sermo esset de adultis, quorum alii vocati erant, alii vero non. reponebant pariter ita Deum se se gessisse erga illos, quos non vocavit, ex praevisa eorum infidelitate ac demeritis; immo adeo progressi sunt, ut affirmarent Deum ex ejusmodi praevisione meritorum aut demeritorum decrevisse vel praemia vel poenas. Quae quidem omnia, utpote falsa et absurda, laudati patres rejiciebant, atque tamquam commentitiam traducebant normam hujus discretionis desumptam ex divina praescientia illorum sive meritorum sive demeritorum, quae numquam futura essent, quaeque proinde nec a Deo praevideri poterant, cum non implenda esset conditio, ac multo minus ex iis Deus decernere praemia vel poenas potuisset. Praescindendo autem ab ejusmodi abusu, scientiam sub conditione futurorum in se spectatam et agnovisse citatos patres et admisisse evidenter patet ex perpetuo usu, quem ipsi faciunt hujus praescientiae ad constabiliendam gratuitatem gratiae et vocationis divinam largitionem adversus eosdem haereticos, ut superius notavimus: atque hac ratione componi facile possunt, quae hi patres, in specie contraria, dicere de hac praescientia visi sunt.

414. Jnst. Saltem s. Thomas huic praescientiae contrarius est. Docet enim 1. rem contingentem non posse certo cognosci, nisi prout est actu in seipsa, et *sic consideratur,* inquit, *ut praesens.* Porro futurum sub conditione non est actu in seipso, cum pendeat a conditione: nequit igitur a Deo cognosci. 2. Docet praeterea s. Thomas futurum contingens videri a Deo, quia

est divinae aeternitati praesens; atqui futurum sub conditione non est aeternitati praesens; ergo.

415. Resp. *N. A.* Ad 1. *D. M.* Res contingens non potest cognosci nisi prout est actu in se ipsa, sive absolute sive conditionate, *C.* absolute tantum, *N.* Sic *dint. min.* Res contingens sub conditione futura non est actu in se ipsa absolute, *C.* sub conditione, *N.* Existeret enim, si poneretur conditio, ac proinde a Deo cognosci debet, quem nihil veri latet.

416. Ad 2. *D.* Futurum sub conditione non est divinae aeternitati praesens ut absolute futurum, *C.* ut futurum sub conditione, *N.* Divinae enim aeternitati aliquid subest prout est, nempe sive absolute sive sub conditione.

417. III. Obj. 1. Scientia futurorum sub conditione nullam habet veritatem objectivant; futura enim istiusmodi pendent a conditione, quae non erit. Immo 2. nec habent ullam determinatam veritatem vel falsitatem; nam veritas futurorum sub conditione consistit in illatione quae a conditione pendet. quaeque nullum habet necessarium ac infallibilem nexum cum eventu: supposita siquidem quacumque conditione potest semper actio libera poni vel non poni; ergo vel non datur in Deo talis scientia, vel si datur, conjecturalis est, eo magis quod Deus non possit dignoscere futura, nisi in suis decretis, quae in futuris conditionatis nulla sunt; ergo.

418. Resp. ad *i. D.* in se, *Tr.* prout subsunt scientiae Dei, *N.* Non enim vera sunt, prout sunt futura contingentia libera, quae, ut diximus cum Petavio, eo ipso quod natura sua possint esse et non esse, non possunt dici nec vera nec falsa; at prout referuntur ad Dei scientiam, vera sunt. Id ipsum dic de conditionatis5, quae posita conditione certo essent, si Deus ea certo fore praenovit.

419. Ad 2. Eadem esto distinctio, eadem enim est ratio. Hinc *neg. cons.* Ad confirmat, autem: *eo magis,* etc. *D.* Quae subsunt *scientiae visionis, Tr.* quae subsunt scientiae simplicis intelligentiae, cujusmodi ex Petavio sunt futura sub conditione, *N.* Dei enim decreta respiciunt ea solum, quae Deus immediate vel per causas necessarias facere statuit ex iis, quae ipsi per scientiam, ut dicitur, simplicis intelligentiae objiciuntur, velutars, quae mentem artificis dirigit, ut ea amplectatur vel rejiciat, prout ad opus, quod intendit moliri, conferunt vel obsunt, juxta praestitutum sibi finem, ut supra animadversum est. 6

s) Cf. Petav. lib. IV. cap. 7. §. 2.

6) Hac sunt praecipuae difficultates quas urget Typhanius, anonymus passim nuncupatus; ad reliquas autem quod attinet minoris momenti desumptas ex imperfectionibus, quas juxta ipsum includit ejusmodi scientia, tum ex eo quod particula *si* nota sit compositionis, conditionis nempe cum condilionato, tum etiam ex eo quod discursum, ut ipse loquitur, involvat, tum etiam quod dicat suspensionem, haesitationem, otiositatem etc., non vacat eas diutius expendere, quia haec in nobis quidem locum habere possunt, non autem in Deo; nam,

ARTICULUS III.

DE MEDIO SCIENTIAE DIVINAE.

■120. Medium scientiae vocant philosophi ac theologi causam cognitionis, seu illud quod prius cognitum ducit in alterius cognitionem; inde prodierunt voces cognitionis *immediatae* vel *mediatae*. Ita speculum est medium, per quod imaginem nostram conspicimus, et in philosophicis prima principia seu axiomata sunt media, quibus devenitur in conclusionis notitiam.

421. Deus autem ex dictis videt se et alia a se distincta. Ea autem quae extra Deum sunt, vel possibilia dicuntur, vel existentia cum suis differentiis praeteriti, praesentis aut futuri; haec rursum vel sunt necessaria vel libera; denique futura talia sunt vel absolute vel sub aliqua conditione tantum.

422. Itaque circa rationem, qua Deus diversa haec intuetur, alia penes omnes aut fere omnes certa sunt atque explorata, alia vero magnam dissensionum segetem ac disputationum praebuerunt, ita ut ingentia hinc inde volumina prodierint. Xos igitur principiis nostris insistentes de nulla miscenda domestica concertatione, qua fieri poterit brevitate, incerta ab incertis secernemus; deinde ne theologiae candidati hospites omnino sint in his controversiis quae olim catholicas scholas agitabant, historica ratione diversas opiniones exponemus, liberum unicuique permittentes arbitrium eam sectandi, quae magis arriserit, eamque adhibendi contra incredulos aut heterodoxos, prout nos quoque praestitimus, et praestabimus etiam deinceps, quae ad eorum difficultates disjiciendas expeditior et opportunior visa fuerit, praesertim quum validius quisque iis armis pugnet, quibus assuevit.

423. I. Igitur illud certum apud omnes est, Deum absque ullo medio seipsum cognoscere seu essentiam suam; cum in Deo, utpote ente a se, nihil prius essentia sua sit vel concipi possit, quod habeatur veluti causa vel medium cognitionis essentiae divinae.

424. II. Illud pariter pro certo habetur, Deum juxta nostrum cogitandi modum in essentia sua veluti in medio sua attributa cognoscere, quia essentia divina a nobis concipitur tamquam radix, a qua ejus attributa dimanant.

425. III. Certum est Deum alia a se in seipso tamquam in objecto, ratione prius cognito, cognoscere, tum nempe quae possibilia tantum sunt, tum existentia pro ea temporis ac status differentia pro qua existunt, scilicet ut futura pro eo tempore, quo nondum sunt, ut praeterita, pro eo tempore, quo amplius non sunt; et hoc quidem de illorum existentium classe, quae vel

ut loquitur s. Thomas, part. I. qu. 14. art. 14. ad 3. -Esset scientia Dei variabilis, si enunciabilia cognosceret per modum enunciabilium componendo et dividendo, sicut accidit in intellectu nostro;" quod in Deo esse non potest. Cons. card. Gotti, loc. cil.

immediate producuntur a Deo vd a causis secundis necessario seu naturaliter agentibus. Haec autem a Deo in se ipso, seu in propria essentia, tamquam in medio ratione prius cognito, sub triplici respectu cognosci possunt: aci. quidem ut rorum omnium sive possibilium sive existentium causa productiva; 2. ut illarum causa exemplari, seu idea objectiva omnium quae sunt vel esse possunt; 3. ut in se continente secundum modum quemdam excellentem omnes et singulas perfectiones omnium creaturarum. Vid. s. Thomam, *Contra gentes* lib. I. cap. XLIX. nec non p. I. qu. 14. art. 3 et 6.

426. Et haec quidem certa ac rata penes omnes aut fere omnes sunt. Sed illico oritur controversia, num Deus possibilia in se praecise videat tamquam in causa aut tamquam in speculo ea omnia repraesentante, prout expositum est circa diversas rationes, quibus Deus ea, quae sunt a se distincta, videre potest. Thomistae contendunt omnia possibilia Deum cognoscere in se ut in causa; Vasquez cum aliis arbitratur Deum ea videre in Verbo ut in speculo. Quoad existentia vero cum suis respectivis differentiis1, rursum thomistae censent ea a Deo videri in essentia sua ut eorum causa effectrice et in decretis; alii veluti in causa exemplari et supereminenti; plures vero contendunt Deum ista cognoscere, non solum in se ipso tamquam in medio ratione prius cognito, sed *etiam* in se ipsis immediate seu absque medio, non quasi res sic cognitae sint causae cognitionis divinae, sed terminus et objectum ipsius cognitionis. Verum de his hactenus satis.

427. Majoris momenti sunt controversiae, quae versantur circa contin-

*) Cons. Petav. lib. IV. cap. 2. num. 10 et seqq. ubi ostendit patres in ea esse sententia, ut omnium rerum efficiendarum rationes et exemplaria in Deo a tota aeternitate fuerint, adeo ut jam illa quodammodo in sua aeternitate condiderit. ..Quidquid enim, *inquit Augustinus,* facturus erat Deus in creatura, jam in Verbo erat; nec esset in rebus, nisi esset in Verbo; quomodo et in te non esset in fabrica, , nisi esset in consilio. Sicut in Evangelic dicitur: quod facium est, in ipso vita erat. Erat ergo quod factum est; sed in Verbo erat; et omnia opera Dei ibi erant, et opera nondum erant." *(Enarr.* in Ps. XLV. n. 5.) Clarius adhuc alibi idem s. Doctor id ipsum docet: ..Faber, *inquit,* facit arcam. Primo in arte habet arcam; si enim in arte arcam non haberet, unde illam fabricando proferret? Sed arca sic est in arte, ut non ipsa arca sil, quae videtur oculis. In arte invisibiliter est, in opere visibiliter erit; . . · attendite ergo arcam in arte, et arcam in opere. Arca in opere non est vita, arca in arte vita est; quia vivit anima artificis, ubi sunt ista omnia, antequam proferantur. Sic ergo, fratres carissimi, quia sapientia Dei. per quam facta sunt omnia, secundum artem continet omnia, antequam fabricet omnia; hinc quae fiunt per ipsam artem, non continuo vita sunt, sed quidquid factum est, vita in illo est. Terram vides, est in arte terra; coelum vides, est in arte coelum; solem et lunam vides, sunt et ista in arte. Sed foris corpora sunt, in arte vita sunt." (Tract. I. *in Joann,* n. 17.) Ex quibus discimus omnium rerum exemplaria in Deo esse, ac Deum in se res omnes vclut in exemplari conspicere, non solum quae sunt, sed etiam quae esse possent; quibus si accedat decretum eas condendi, videt, nostru concipiendi modo, et in se tamquam causa exemplari, et insuper in se tamquam in causa formali per subsequens decretum, quod a scientia distingui debet.

gentia, sive absolute sive sub conditione futura, ob connexionem, quam istae habent cum controversiis de efficacia gratiae.

428. Ut ea, qua par est claritate, quaestiones istae exponantur, debemus distinguere duplicem ordinem istorum futurorum contingentium, ac duplicem hominis statum. Nempe 1. libere futura alia sunt ordinis naturalia, alia vero ordinis supernaturalis seu gratiae. Rursum alia sunt bona ac meritorianalia vero mala, ut peccata. 2. Homo vel considerari potest in statu innocentiae ante peccatum vel in statu naturae lapsae post peccatum, per quod a primaevo ilTcTinnocentiae ac felicitatis statu decidit.

429. Itaque thomistae, qui gratiam a se efficacem admittunt, contendunt Deum omnia futura contingentia sive ordinis naturalis sive supernaturalis cognoscere in suis decretis physice praedeterminantibus, tum pro statu naturae innocentis, tum pro statu naturae lapsae; cum Deus sit prima .causa, causa universalissima, primum movens et agens, et supremus dominus; creatura autem dependeat a Deo sicut causa secunda a causa prima, non solum ut sit, verum etiam ut agat et operetur; quo fit, ut in nullum actum erumpere possit, nisi Deus ejus voluntatem praemoveat et physice praedeterminet ad agendum. Quoad peccata vero, plerique ex ipsis contendunt Deum ea videre in decreto pennissivo quoad malitiam, in decreto vero praemovente ac physice praedeterminante quoad entitatem, seu actum materialem et physicum.

430. Jansenii discipuli et augustiniani conveniunt cum thomistis pro statu naturae lapsae, non autem pro statu naturae innocentis quoad actus supernaturalis ordinis; quia juxta s. Augustinum homo in statu naturae integrae non indigebat ad actus supernaturales nisi *adjutorio sine quo non,* in statu naturae infirmae jam indiget *mljutorio quo,* seu eo auxilio quo voluntas determinetur ad operandum, per delectationem caelestem relative et *necessario* victricem juxta jansenianos, et per delectationem relative ac *moraliter* victricem juxta augustinianos. 2 Hinc est quod utrique perfecte conveniant cum molinistis et congruistis pro statû naturae innocentis, sive quoad naturam gratiae sive quoad scientiam mediam seu directricem, utramque vero tamquam summopere Deo injuriosam rejiciant pro statu naturae lapsae.

431. Ceteri omnes theologi, qui non admittunt gratiam a se efficacem, et rejiciunt decreta absoluta praemoventia et physice praedeterminantia, utpote quae sibi videantuç humanae libertati contraria, contendunt Deum videre actiones libere futuras ordinis naturalis in essentia sua, tamquam specie intelligibili in repraesentando infinita, seu tamquam in speculo, eodem modo ac. videt omnia possibilia; quia ea videt in se seu in essentia sua velut perfectissima similitudine omnium intelligibilium secundum esse proprium quod habent, sive possibile tantum, sive etiam actuale et exercitum pro quacumque

*) De liis ex professo loquemur in tractatu de gratia.

temporis differentia, nee non ea, quae creaturae sive necessario sive libere acturae essent in quacumque hypothesi possibili. Nisi enim hoc modo, inquiunt, Deus creaturas cognosceret, nec perfecte nec comprehensive eas cognosceret, quia juxta s. Thomam p. I. qu. 12. art. 7. *Jllud comprehenditur, quod perfecte cognoscitur; perfecte autem cognoscitur, quod tantum cognoscitur, quantum est cognoscibile;* atque, ut addit ibid. q. 14. art. 5. *Si perfecte aliquid cognoscitur, necesse est, quod virtus ejus cognoscatur: virtus autem alicujus rei perfecte cognosci non potest, nisi cognoscantur ea, ad quae virtus se extendit.* Sed non cognosceret perfecte virtutem creaturae rationalis, nisi cognosceret ea omnia, quae potest haec agere, et quae libere actura est pro quacumque temporis differentia, et quae in quacumque hypothesi constituta actura esset: hinc concludunt Deum contingentia libere futura in se seu essentia sua modo exposito cognoscere.

432. Sic quoad actus supernaturales illi ipsi theologi censent, Deum hos videre in decretis dandi gratiam praevisam efficacem per scientiam futurorum conditionatorum. Quae gratia, ut praevisa efficax sub tali conditione, si eam dare Deus decernat, distinguitur in istorum sententia a gratia pure sufficienti ratione doni et beneficii; cum non obstante hac praevisione posset Deus eam non dare, prout reipsa eam non dedit tyriis atque sidoniis. Peccata vero in istorum opinione Deus videt in forma opposita, id est, in bono, in quantum scilicet, bono cognito, ipsius privationem, nempe malum, praenoscit, ut ipse etiam loquitur s. Thomas.

433. Tota ratio dissensionis, quae viget inter thomistas illosque omnes qui gratiam *a se efficacem* admittunt, et alios theologos, qui gratiam hanc *a se efficacem* rejiciunt, sed solum efficacem esse contendunt ex praevisione consensus et decreto subsequenti, consistit in eo, quod thomistae nullum discrimen agnoscant neque agnoscendum esse velint inter *scientiam visionis* et *decretum Dei,* quia juxta ipsos unum idemque sunt *scientia visionis* et *decretum;* nec praeter istam scientiam aliam agnoscant, nisi illam, quae est *mere possibilium,* et quam *simplicis intelligentiae* dicimus. Congruistae e contrario et augustiniani recentiores in his, quae a causis liberis pendent, distinguendos esse actus volunt, qui efficaci Dei gratia indigent ut fiant, ab aliis, qui vel a sola humana libertate prodeunt, cujusmodi sunt actus moralis honestatis, vel quos solo gratiae sufficientis auxilio fieri posse propugnant; distinguunt praeterea Dei decretum a scientia visionis. [3]

434. Hinc thomistae docent Deum, si sermo sit de actibus moralis honestatis, hos praenoscere in decretis praemotionis, immo et praedeterminationis physicae; si vero sermo sit de actibus ordinis supernaturalis, in decretis dandae vel negandae gratiae a se efficacis, quam pariter comitatur praedeter-

[3]) Cf. card. Gotti, tom. III. qu. 4. dub. 1 el seqq.

minatio physica eamque includit. Ceteri, si sermo sit. de actibus moralis honestatis, passim contendunt hos a Deo praenosci in altissima voluntatis humanae comprehensione: si vero agatur de actibus supornaturalibus, existimant Denm hos praenoscere in decreto, quod subsequitur praevisionem Dei do iis, quae libere voluntates acturae essent sub tali gratia, quam Deus dare decrevit. Hi praeterea bifariam distinguunt scientiam, nempe eam, quae in simplici rei futurae cognitione posita est, et eam, quae, subsequitur decretum. Scientiam quae praecedit decretum illudque dirigit, veteres vocarunt *scientiam futurorum cxpl&ratricem.* Molina vocavit *mediam;* de hac in articulo sequente.

430. Thomistae ad suam sententiam adstruendam afferunt ex Scripturis illa omnia testimonia, in quibus quidquid mali vel boni naturalis ac supernaturalis homines libere faciunt, totum *praeparatum a Deo* dicitur, in *decretis, viis, judiciis,* ac *providentia ejus positum,* ut id tantum factum sit, quod ipse *cogitavit,* ac *fieri voluit,* hominum voluntate sive bona sive mala sapientissime usus ad rectissimos fines consequendos. Talia sunt inter cetera Act. IV. 27. *Convenerunt enim vere . . iversus sanctum puerum tuum Jesum, quem unxisti, Herodes et Pontius Pilatus cum gentibus et populis Israel, facere quae manus tua et consilium tuum decreverunt fieri;* Ephes. II. 10. ubi *creati* dicimur *in Christo Jesu in operibus bonis, quae praeparavit Deus, ut in illis ambulemus.* Ex patribus laudant s. Augustinum et s. Gregorium M., qui docent, ut superius vidimus, non ideo Deum res futuras praevidere, quia futurae, sed ideo res futuras esse, quia Deus praevidit.

436. Congruistae e contrario, augustiniani etc. ex Scriptura ea protulerunt loca, in quibus opera nostra *cognita, investigata* dicuntur, *in viis* et *in semitis nostris praevisa,* non in decreto Dei praefinita. Sic Ps. CXXXVIH. 1 et seqq. legitur: *Domine probasti me et cognovisti me, tu cognovisti sessionem meam. Intellexisti cogitationes meas de longe, semitam meam et funiculum meum investigasti, et omnes vias meas praevidisti.* His addunt futura conditionata, quorum conditio ponenda non erat: ut immutandum justum, si diutius vixisset (Sap. IV.); capiendum David a Saule, si Ceilae constitisset (L Reg. XXIП.); poenitentiam acturos tyrios et sidonios, si Christi miracula vidissent (Luc. X.). In his et similibus, ajunt. solam Dei praescientiam spectare licet de eo, quod in iis circumstantiis futurum erat: nam si decretum aliquod Deus fecisset, jam impletum esset. Ex patribus laudant auctorem *Quaestionum ad Orthodoxos,* qu. LV111.: Origenem, in cap. VHI. epist. *ad Rom.;* Hieronymum in cap. XXVI. Jeremiae. qui expresse tradunt res non ideo futuras, quia Deus eas praescivit, sed ideo Deum eas praescivisse, quia futurae erant. Cum his concordat s. Augustinus in locis supra allegatis, tum etiam in libro *De praedestinatione sanctorum,* cap. X. ubi ait: *Praedestinatio* seu decretum *sine praescientia esse non potest, potest autem esse.sine praedestinatione praescientia. Praedestinatione quippe Deus ea praescivit quae fuerat ipse facturus;*

unde, dictum est: fecit quae futura sunt. Praescire autem potens est, quae ipse non facit, sicut quaecumque peccata. Sic 3. Joann, damasc. *adversus manichaeos: Est quidem,* inquit, *praescientia Dei vera et inviolabilis; verum ipsa nequaquam est causa, cur omnino flat, quod futurum est; quin potius, quia hoc vel illud facturi sumus, ideo praenoscit.* Sic patres reliqui, nec non Ricliardus, Halensis, Bonaventura, et innumeri ex veteribus scholasticis. *

437. In tanta sententiarum diversitate nos quid dicemus? Illud ipsum quod dixit s. Augustinus, *Enarr. in Ps. NLIX.* n. 18· cujus haec sunt verba: *Ne forte hoc a me, fratres, expectetis, ut explicem vobis, quomodo cognoscat Deus: hoc solum dico, non sic cognoscit ut homo, non sic cognoscit ut angelus; d quomodo cognoscit, dicere non audeo, quoniam et scire non possum. Unum tamen scio, quia et antequam essent, omnia noverat Deus.*

ARTICULUS IV.

DE DIVISIONE SCIENTIAE DEI.

438. Scientia divina reipsa unica est ac simplicissima, utpote quae est ipsa divina substantia hoc modo se habens. Quatenus autem, semotis imperfectionibus, multis scientiis seu cognitionibus realiter inter se distinctis aequivalet, est virtualiter multiplex. Hinc solent theologi eam per inadaequatos conceptus in plures scientias seu cognitiones extrinsece discernere.

439. Dividitur itaque ratione objecti I. in scientiam *necessariam* et *liberam. Necessaria* est cognitio objecti independentis a liberis Dei decretis; tale autem objectum est Deus ipse et res omnes possibiles. *Libera* est cognitio objecti dependentis a libero Dei decreto; objectum propterea istius scientiae sunt res omnes vel existentes vel aliquando extiturae.

440- II. Dividitur in scientiam *speculativam* et *practicam. Speculativa* est, quae versatur circa objectum, ut vocant, non operabile, cujusmodi est Deus ipse Pt sunt res mere possibiles. *Practica* est cognitio objecti operabilis, prout sunt res omnes conditae seu condendae.

441. IΠ. In scientiam *approbationis* et *improbationis.* Scientia *approbationis* est cognitio objecti, quod Deus approbat et quod ipsi placet; *improbationis* est scientia objecti, quod Deus reprobat quodque ipsi displicet. Objectum prioris scientiae sunt omnia existentia ac bonae creaturarum liberarum actiones; posterioris vero sunt peccata.

442. IV. In scientiam *simplicis intelligentiae* et *visionis. Simplicis intelligentiae* est cognitio rerum mere possibilium, quae nec extitere nec extiturae sunt, quo fit ut scientia ista antecedat quodeumque Dei decretum; scientia *visionis* est cognitio tum ipsius Dei, tum rerum existentium in aliqua

‹) Cf. Tourneiy, *Tracl.de Deo.* qu. 16. art. 4·

temporis differentia, sive actu existant, sivo extiterint, sive e.xtiturao sint; hinc scientia visionis partim necessaria est respectu sui objecti, partim contingens et libera. l

443. Circa has divisiones vix est inter theologos controversia; at gravis est circa postremam, utrum scilicet ea sit adaequata an vero inadaequata. Thomistae contendunt eam esse adaequatam, quia praeter scientiam simplicis inteUigentiac et visionis juxta ipsos nulla alia datur; augustiniani autem recentiores, ut card. Norisius, Berti, Juvenin aliique magno numero, cum congruistis aliisque omnibus, qui negant omnia Deum praescire in decreto suo physice praedeterminante, affirmant esse inadaequatam, quia praeter eam scientiam, qua Deus videt res mere possibiles, et illam, qua videt res absolute futuras, datur media quaedam scientia, qua Deus videt res sub conditione futuras, et quidem independenter ab omni suo decreto, atque eas in se videt, prout videt in se res omnes possibiles. Hinc *scientia media* delinitur cognitio divina rerum sub conditione futurarum independens ab omni Dei decreto revocatur autem haec scientia ad scientiam simplicis inieUigentiae velut species ejusdem.

o*

444- Quum nunc, ut superius vidimus, omnes fere theologi catholici conveniant in admittenda in Deo scientia futurorum conditionatorum, tota quaestio arctatur ad medium, quo Deus haec futura conditionata cognoscit: si enim ea videt in se seu essentia sua, ut cognoscit res possibiles in omni ipsarum hypothesi antecedenter ad omne ipsius decretum, jam necessario fluit dari ejus-

') Atque hic obiter notetur perperam Doctorem Henricum Klee, profess, ordin. theolog. Bonnae, in sua *Katholische Dogmatik* seu *Dogmatica catholica,* Moguntiae 1835, vol. L irridere theologos ob distinctionem scientiae Dei in *scientiam simplicis inieUigentiae,* in *scientiam visionis,* atque in *scientiam mediam.* Etenim pag. 54 et seqq. loquens de *modo* divinae cognitionis, ostendere pluribus nisus est. Dei cognitionem utpote perfectissimam esse simplicissimam ac *prorsus immediatam,* seu Deum cognoscere omnia *immediate;* quibus absolutis pag.57. ita concludit: -Ex hactenus dictis patet αφιλοσοφ/α distinctionis inter scientiam visionis, scientiam mediam, et simplicis inieUigentiae, quae restitui debet suis auctoribus ad ipsorum proprium ornatum, nomine ac sensu aliquantum mutato, scilicet *visionariae* (visionarc), *dimidiae scientiae* (balbe "Wissenschait), et *intelligentiae cujusdam simplicioris* (Wissenschaft der einfaltigen Einsicht)." At doctus professor debuisset animadvertere, hanc divisionem a theologis peti non a *modo* cognitionis, sed ab *objecto* cognitionis divinae, quae confundi a viro theologo inter se minime possunt. Neque illud praetereundum sine animadversione est, passim in Germania theologiam lingua vernacula tradi non absque ingenii linguae lalinae jactura in clero'catholico instituendo, quae tamen ecclesiasticis viris cordi summopere esse deberet. Georgius Hermes ad hanc scribendi rationem suos inducere conatus est apposita dissertatione. Sed hujus viri conatus potius inducere recte sentientes debuisset ad contrariam viam ineundam.

') Sic loc. cit. qu. 6. dub. III. 2. n.8. card. Gotti definit scientiam mediam: ..Scientiam, qua Deus ante omne suae voluntatis decretum certo novit, quid voluntas factura esset, si decerneret eam ponere in talibus circumstantiis, vel tali rerum ordine, et sub tali auxilio."

modi scientiam mediam; quod si Deus ea non videat nisi in positivo suo decreto ac dependonter ab ipso, non datur scientia media.

445. Thomistae contendunt Deum videre futura conditionata in decreto suo subjective absoluto, et conditionato ex parte objecti. J Quod ut intelligatur, notandum est duplici ratione aliquod decretum posse dici conditionatum: uno modo ex parte subjecti, ut si quis diceret: vellem dare Petro centum nummos, si venderem domum meam; ast cum decreverim eam non vendere, ideo nolo dare Petro centum nummos. Alio modo potest aliquod decretum esse conditionatum ex parte objecti, ut si quis diceret: vellem dare Petro centum aureos, si die crastina Petrus ad me veniret. Jam vero dari in Deo decreta objective conditionata, certum est apud theologos omnes. Tale est decretum sive voluntas salvandi omnes homines, si recte utantur mediis sibi a Deo dandis; non delendi Sodomam, si in ipsa reperti fuerint triginta viri justi; exhibendi Christo plusquam duodecim legiones angelorum, si Christus eum rogasset etc. Hinc quaestio solum est circa decreta subjective conditionata. Thomistae acriter pro ipsis pugnant, contendentes scientiam conditionatorum ab illis tamquam a causa futurae existentiac actuum liberorum, circa quam haec scientia occupatur, pendere. Sed non minus nervose ceteri theologi ista decreta subjective conditionata rejiciunt, quod videantur humanae libertati contraria, immo et illusoria, cum in thomistarum hypothesi etiam conditio objectiva pendeat ab ipsius Dei decreto physice praedeterminante, ut patet ex allato exemplo: vellem dare Petro centum aureos, si Petrus veniret ad me crastina die; cum autem venire ad me non possit absque curru meo, quem decrevi ei non dare (quo sensu decretum subjective absolutum concipitur), ideo decerno non dare Petro centum aureos. Reducitur proinde conditio ad haec verba: nolo dare Petro absolute centum aureos.

446. Nostrum non est hanc litem dirimere, immo nec eam attingere constituimus, cum aetas nostra alias habeat majoris momenti quaestiones, quibus serio animum adjiciat, nec divisos nunc temporis praesertim theologos esse expediat, sed potius invicem consentientes, quo validius tot Christianae seu catholicae fidei hostibus resistant; licet enim salva pace et caritate unaquaeque schola propria placita tueri possit, attamen experientia compertum est, ex diversitate sententiarum, ut plurimum, animorum etiam sinceram mutuam benevolentiam non parum, etiam nobis invitis, tepescere. Optandum utique esset, ut vel extrema ipsa lineamenta antiquae illius disceptationis, quae tantopere jam insonuit, penitus delerentur. Ecclesia nihil decernere statuit, utraque sententia salva fide teneri potest. Itaque cum ad aptius tuenda fidei dogmata utraque sententia excogitata sit, quilibet, ut superius jam a nobis animadversum est, adoptet illam, quae magis conducere videtur ad fidem sartam

J) Cf. Gotti, loc. cit. lib. VI. dub. II. §. 1 et seqq.

tectamque tuendam, tum adversus protestantes, tum adversus jansenianos, quos nunc constat ex factis non fuisse nec esse nisi deistas larvatos *, ac lupos sub ovina pelle latentes.

447. Qui pugnant contra scientiam mediam, affirmant eam esse novam, nec notam fuisse nisi ad summum arianis et semipelagianis, insuper repugnare sanae rationi. 5

448. Qui vero eam propugnant, ita disserunt: dato semel, prout thomistae omnes in praesens dant, Deo inesse scientiam infallibilem futurorum conditionatorum, quaestio reducitur tota ad medium, in quo Deus ea cognoscit, dependenter scilicet vel independenter a decretis subjective absolutis ot objective conditionatis. Hinc excutiendum restat, utrum istud talium decretorum inventum recens an antiquum sit; utrum in sacris litteris et in sanctis patribus occurrat vestigium horum decretorum nec ne. Si in sacris litteris vel in sanctis patribus inveniantur ejusmodi decreta, et ita constituta, ut sine illis Deo nullum aliud suppetat medium, quo futura conditionata cognoscat, fatentur scientiam mediam novam esse; si vero nulla horum decretorum mentio sive in Scripturis sive in tota antiquitate occurrat, et quidem ut unici medii, quod Deo insit ad futura libera conditionata cognoscenda, tunc e contra patroni scientiae mediae novitatis notam inurunt adstipulatoribus decretorum.

449. Jam vero, pergunt, primus qui perhibeatur auctor seu inventor ejusmodi decretorum, est Didacus Alvarez, qui sic componere nisus est scientiam divinam certam et infallibilem futurorum conditionatorum cum generali thomistica doctrina de scientia visionis dependente a decretis Dei tamquam rerum omnium effectrice, non exclusis liberis hominum actionibus sive naturalibus sive supematuralibus. Et reipsa, inquiunt, ab eo tempore tam communis esse coepit inter thomistas doctrina de scientia certa et infallibili futurorum conditionatorum, quam ante ipsi vel penitus respuebant vel nonnisi ut conjecturalem admittebant.6 Cum vero doctrina de scientia certa et infallibili futurorum conditionatorum, ipsis thomistis nunc fatentibus, fundetur in Scriptura et patribus, in qua sola absque decretis scientia media ex dictis consistit, patet, ajunt, scientiam mediam antiquam esse, prout antiqua est

*) Cf. *Réalité du projet de Bourg-Fontaine,* et *Continuazione della realtà del progetto di Borgo-Fontana,* op. delll abbate Gusta; nec non opusculum commendatum a Pio VL in opere super Nunciaturas, cap. 8; *La lega della teologia moderna colla filosofia a'danni della chiesa di G. C-* a P. Rocca Bonola Societatis Jesu, editum anno 1789 ac saepe postea recusum.

5) Cf. Card. Gotti, tom. III. in part. I. qu. 6. a dub. I ad VIII.

β) Cf. Theodorus Eleutherius seu Livinus de Meyer, *Historia congreg. de auxiliis,* lib. V. cap. 44. nec non ipse Didacus Alvarez Ord. Praed. in *Responsionum* lib. L cap. IV. n. 9. ubi profitetur se haec decreta propugnasse Romae in collegio sancti Thomae super Minervam ab anno 1596

doctrina Scripturarum et patrum; ac proinde nonnisi ad labem ei aspergendam tribuitur vel arianis vel semipelagianis, a qua omnino eam purgant augustiniani, contendentes s. Augustinum eam docuisse, saltem pro statu innocentiae hominis et angelorum.7

450. Demum non repugnare rationi scientiam mediam, ex eo evincere satagunt, quod nihil magis consonet sanae rationi quam dicere, Deum, quin tot ac pene infinita decreta inducantur, quibus indigeret ad ejusmodi futura cognoscenda, posse per se et in se ipsis illa cognoscere: quod nihil magis extollat vim divinae ejusmodi scientiae, dura e contra nil mirum sit a Deo futura cognosci in eo, quod ipse decrevit facere. Quis praeterea potest certo statuere decreta unicum medium esse, quo Deus futura videat? Sic illi.

451. Ceterum neque in hoc quidquam per ecclesiam hactenus est definitum, ut cuique integrum maneat in suo sensu abundare, qui conformior Scripturae videatur et patribus, quique melius conferat ad conciliandam hominis libertatem cum efficacia divinae gratiae.

ad annum 1607, cum Regentis fungeretur officio.

'O Cf. Georg. Mariae Albertini Ord. Praed. *Acroases de Deo,* Venet. 1809, ac praesertim Acroasis XIII. inscripta: *A/olinistarujn scientia media a calumniis vindicata;* ubi ostendit sententiam istam apud priscos ecclesiae patres pervagatam esse; tum allata Molinae scientiae mediae definitione, ex lib. *Concord,* quaest. XIV. art. 14. disp. 52. pag. 227. edit. Antwerp. 1595. qua nempe dicitur illa, ..qua ex allissima et inscrutabili comprehensione cujusque liberi arbitrii in sua essentia intuitus est Deus, quid pro sua innata libertate, si in hoc vel illo vel etiam infinitis rerum ordinibus collocaretur, acturum esset, cum tamen posset, si vellet, facere reipsa oppo-*situm;'* eam confert cum sententia s. Bonaventurae, qui in lib. I. *Sentent.* dist. 4. art. 2. qu. 2. iisdem pene verbis eam docuit; scribit enim: ..Talis est aspectus divinae praescientiae; quia ab aeterno cognovit, quid cogitare poteramus vel velle, simul cum hoc vidit, in quam partem nostra voluntas et operatio inclinaretur; et quia divina praescientia totum posse et velle et agere complectitur, ideo non potest falli. Et quia praedestinatio concludit praescientiam, hinc est quod concordat cum libero arbitrio, et non potest discordare." Post haec subdit citatus auctor: ..Confer verba haec cum Molinae sententia, tum dicito mihi in quo differant?" Cons, praeterea ejusdem Albertini orationes duae ad bannezianos et lemosianos (Bannez siquidem et De Lemos primi perjiibentur auctores systematis praedeterminationis physicae, applicatae praesertim ad efficaciam divinae gratiae et hominis libertatem). Ipsi viderint; interea nos, qui volumus omnino his disceptationibus extranei esse, remittimus auditores nostros ad auctores, qui vel pro ulraque sententia pugnarunt, vel pro alterutra. Inter ceteros, qui pro utraque sententia scripserunt, cf. Tournely tract. *De Deo,* quaesL XVIII. art. 10; Boucat *Theoloy. Patrum, de Deo,* tractat. III. diss. III. Ex impugnatoribus sunt omnes thomislae; ex propugnatoribus omnes congruistae ; inutilis proinde res.videtur peculiares auctores indicare, ulpote notissimos,

CAPUT IL

452- Ut brevitati consulamus, multa ex iis praetermittimus, quae scholastici, agentes de divina voluntate, in utramque partem agitare solent, quaeque minus scitu necessaria sunt. Interea hic breviter subjicimus notiones, quae conferre possint ad eorum, quae pertractanda erunt, claritatem.

453. Voluntas definitur facultas appetendi bonum et aversandi malum intellectualiter cognitum. Voluntas in Deo realiter idem est ac divina essentia. a qua nonnisi virtualiter distinguitur, ideoque una est, simplicissima, immutabilis ac perfectissima.

454. Objective tamen, seu ratione rei volitae, ut ajunt, et pro diversa ratione, qua in objectum tendit, divina voluntas virtualiter multiplex est, seu plures actus habet virtualiter distinctos.

455. Ac I. quidem voluntas divina distinguitur in voluntatem *beneplaciti* et in voluntatem *signi.* Prior est voluntas proprie dicta, inquit s. Thomas, p. I. qu. 19. art. 2- quae nempe vere et proprie in Deo est. Posterior *est* signum voluntatis, et nonnisi metaphorice sive improprie voluntas dicitur. Signum autem, ut verum sit et non falsum, semper supponit veram voluntatem in eo, qui illam per signum manifestat; ex eodem ibid. Ea scilicet ratione dicitur voluntas, ac testamentum dicitur ultima voluntas testatoris. Varia autem signa divinae voluntatis numerantur, ex quibus quinque praecipua sunt, ad quae cetera facile revocari possunt, et hoc versu comprehenduntur :

Praecipit aut prohibet, permittit, consulit, implet. *)

456. II. Rursum voluntas beneplaciti ex eodem angelico Doctore, *De verit.* qu. 33· art. 3- in *antecedentem* et *consequentem* distinguitur. *Antecedens,* ex s. Joann, damasc. *De fide orthodoxa,* lib. II. cap. XXIX. est ea quam habet Deus ex se ipso, seu *cujus ipse causa sit,* non expectata occasione vel causa ex parte creaturae. Talis est voluntas salvandi reprobos. Voluntas *consequens* est ea, quam Deus non habet ex se solo, sed data occasione seu causa ex parte creaturae, *ex nostra causa ortum habens,* ut idem sanctus loquitur; seu ut ait s. Thomas, in lib. I. *Sent.* dist. 46. qu. 1. art. 1. voluntas *consequens* dicitur *eo quod praesupponit praescientiam operum, non tamquam causam voluntatis, sed quasi rationem voliti.* Talis est voluntas damnandi reprobos propter impoenitentiam finalem. Idem s. Doctor, p. L

*) Id est: praeceptum, prohibitio, permissio, consilium, operatio; prohibitio et permissio respectu mali, praeceptum, consilium et operatio respectu boni, inquit s. Thomas ibid. art. 12.

qu. 19. art. 6. ad 1. utitur exemplo judicia ad hoc declarandum. Judex enim antecedenter vult omnem hominem vivere, sed consequenter vult homicidam suspendi. S. Joann. Chrysostomus, horn. I. in Epist. *ad Ephes.* has voluntates vocat *primam* et *secundam.* 2

457. HI· Voluntas divina dividitur in *efficacem* et *inefficacem. Efficax* ea est, qua Deus sic intendit aliquid efficere, ut fixum ei sit omnia superare impedimenta. Haec propterea voluntas semper habet effectum suum. De hac voluntate dicitur (Rom. IX. 19.): *Voluntati ejus quis resistit?* et (Esther. XHI. 9.): *Non est, qui possit tuae resistere voluntati. Inefficax* est illa, qua Deus sic intendit aliquid, ut minime ei propositum sit superare quodlibet impedimentum. De hac dicitur (Matth. XXIII. 37.): *Jerusalem .... quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluisti;* et alibi. Hinc actus efficax voluntatis est incompossibilis cum opposito illius, quod Deus intendit; actus vero voluntatis ineffacis est compossibilis cum opposito illius, quod intendit Deus.

458. IV. Dei voluntas distinguitur in *absolutam* et *conditionatam. Absoluta* est illa, quae nullam involvit conditionem ex parte objecti, seu quae a nulla conditione pendet. Talis est voluntas, qua Deus vult mandata sua ab hominibus servari. *Conditionata* est illa, quae aliquam includit conditionem ex parte objecti, seu est illa, quae ab aliqua conditione pendet.

2) Sic enim s. Joann. Chrys. in cit. hom. I. in ep. *ad Ephes,* verba illa enarrans: *Secundum beneplacitum voluntatis suae,* ait: 7/αμταχοὔ *γάρ ευδοκία το Μλημά έστι το προηγούμενον· έστι γάρ καί* αΛλο *Μίγμα· οίον θέλημα χρωτον,* το *μή* απολίσ^αι *ήμαρτηκότα · θέλημα δεύτερον,* τὸ *γενομένου κακού* απολέσάαι. Id est: «Ubique enim beneplacitum est voluntas antecedens. Nam est alia voluntas. Vehit voluntas *prima* est, ne qui peccaverunt pereant. Voluntas *secunda,* ut qui mali sunt facti, pereant.» Quem secutus Joann, damasc. *De fide orthodoxa,* lib. IL cap. XXIX. scribit, tom. I. pag·. 198. edit. Lequien: *Χρη δε ειδίναι,* ὠί ὁ *προηγουμένω βέλει πάντα σω^ηναι, και τη βασιλεία αυτού τυχεΐν. Ού γάρ Ιπί το κολάσαι έπλασεν ήαά ... ιό αγαθό · άμαρτάνοντα δε Μ-* λκ *κολά2εσ3αι* ωί *δίκαιο . Λέγεται ούν το μεν πρώτον προηγούμενον Μλημα, καί ευδοκία, ΙΕ αυτού όν. Το δΐ δεύτερον επόμενον θέλημα, καί παραχώρησε , έΕ ήμετίρα αίτια .* Id est: ..Sciendum est, *inquit,* Deum praecipua et antecedente voluntate velle omnes salvari, et regni sui compotes fieri. Non enim, ut nos puniret, condidit, quia bonus est; . . . peccantes porro puniri vult tamquam justus. Itaque prima illa voluntas antecedens dicitur et beneplacitum, quod ex ipso est. Secunda autem consequens voluntas, et permissio, ex nostra causa ortum habens." Observat autem doctus Lequien, in notis ad hunc locum s. Joann, damasceni, ab ipsis ethnicis cognitam jam pridem fuisse duplicem hanc Dei voluntatem. Hierocles enim, apud Photiuni cod. 251. refert Platonem de legibus docuisse, Deum ..voluntate quidem antecedente bona convenientia hominibus impertiri eaque conservare, ftfrc *γάρ ή τών αγαθών προηγούμενη δόσι , καί ή τών κατά φύσιν προ ιόντων τήρησι , Ίδιον ίργον τη καθαρό πρόνοια ·* altera, *έΕ ύποΜσεω τη τών προβεβιωμένων αΕία ,* seu consequente, admissorum scelerum poenas infligere, et bonos ad beatam vitam transferre." Vid. Photii *bibliotheca,* coi. 1390. edit. A. Scbotti, Rothomag. 1653.

Talis est voluntas, qua Deus voluit israelitas defendere ab hostibus, si mandata ejus observarent, nec deos alienos colerent. Notandum autem sedulo est voluntatem absolutam non converti cum efficaci. Omnis enim voluntas efficax est absoluta; at non omnis voluntas absoluta est efficax, ut patet ex adducto exemplo voluntatis, qua Deus vult mandata sua ab hominibus servari. Saepe tamen, quod observandum est, voluntas absoluta cum efficaci confunditur.

459. Hae sunt praecipuae divinae voluntatis divisiones, circa quas nulla fere controversia est inter theologos. Tantum res est cum jansenistis, qui contendunt voluntatem beneplaciti semper impleri; ex quo concludunt Deum non habere veram et proprie dictam voluntatem salvandi omnes homines, sed solummodo signi et metaphoricam; ex eodem pariter principio inferunt, nonnisi voluntate metaphorica Deum velle mandatorum suorum observantiam. Contendunt praeterea, voluntatem distingui in antecedentem et consequentem quoad hominum salutem, ratione habita ad peccatum originale praevisum vel non praevisum; ac docent Deum voluntate antecedente voluisse omnium hominum salutem ante praevisionem peccati originalis; sed hoc supposito et praeviso Deum jam nolle salutem omnium hominum. sed electorum tantum, ac reproborum non velle salutem nisi improprie ac metaphorice, atque ex eadem voluntate metaphorica et improprie dicta Christum pro iis mortuum esse ac sanguinem fudisse, Adversus quam execrabilem doctrinam sequentes statuimus propositiones.

PROPOSITIO I.

Deus, supposito etiam peccato originali, voluntate beneplaciti seria et antecedente vult alios salvos feri quam praedestinatos, et Christus non pro solis praedestinatis mortuus est ac sanguinis sui pretium Deo Patri obtulit, sed etiam pro aliis, saltem fidelibus.

460. Haec propositio de fide est quoad utramque partem, ut ex dicendis patebit. Duas vero istas propositionis partes conjunximus ob maximam inter se relationem ac connexionem. Christus enim ex eodem affectu et voluntate applicationis meritorum suorum^passus et mortuus est pro hominibus, quo Deus vult ipsorum salutem, teste ipso Christo (Joann. VI. 38.) de se ipso dicente: *Descendi de coelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me;* et (Joann. VIII. 29.): *Ego quae placita sunt ei, facio semper.* Eadem igitur certitudine constat Deum velle hominum salutem, qua certum est Christum pro iis mortuum esse; atqui certum est, certitudine fidei, Christum non pro solis praedestinatis mortuum esse, sed etiam pro aliis, saltem fidelibus·, certum igitur est, certitudine fidei, Deum velle salu-

tcm non praedestinatorum tantum, sed etiam aliorum, saltem fidelium. Minor patet ex damnatione prop. V. Jansenii, quae ita se habet: *Semipelqgianum est dicere Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse; falsam, temerariam, scandalosam, et intellectam eo sensu, ut Christus pro salute dumtaxat praedestinatorum mortuus sit, impiam, blasphemam, contumeliosam, divinae pietati derogantem et haereticam declaramus, et uti talem damnamus.* [1] Ex qua censura sic colligimus: Haec propositio: *Christus pro salute dumtaxat praedestinatorum mortuus est,* est haeretica; ergo contradictoria: *Christus mortuus non est pro salute dumtaxat praedestinatorum,* catholica ac de fide est. Seu quod idem est, Christum mortuum esse pro salute aliquorum non praedestinatorum, ac proinde Deum habere sinceram voluntatem salvandi aliquos non praedestinatos, de fide est.

461. Christum autem pro non praedestinatis *saltem fidelibus* mortuum esse, constat primo ex symbolo constantinopolitano, in quo dicitur: *Qui propter nos hommes et propter nostram salutem descendit de coelis ... crucifixus etiam pro nobis;* tum ex symbolo athanasiano, in quo de Christo pariter dicitur: *Qui passus est pro salute nostra.* Unde sic ratiocinamur: de fide sunt omnes articuli in utroque symbolo contenti; ergo de fide est, Filium Dei de coelo descendisse et crucifixum fuisse pro salute illorum omnium, pro quibus haec vocabula *nostrum* et *nobis* supponunt, ut per se patet; jam vero haec vocabula supponunt pro omnibus saltem fidelibus, licet non praedestinatis: cum omnes fideles indiscriminatim teneantur eos articulos de fide credere: *Uaec est enim fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit,* ut concludit symbolum athanasianum; ergo de fide est, Christum non pro solis praedestinatis mortuum esse, sed etiam pro aliis, saltem fidelibus, ac Deum proinde voluntate sincera et beneplaciti velle alios salvos fieri quam praedestinatos, saltem fideles.

462. Ex iisdem fontibus patet de fide esse, Deum velle reproborum saltem fidelium salutem, etiam supposito peccato originali; fideles enim illa, quae modo protulimus, credere tenentur supposito originali peccato. Demum de fide esse, hanc voluntatem Dei non esse signi tantum ac metaphoricam, sed beneplaciti, seu esse voluntatem sinceram ac proprie dictam, constat 1. ex verbis citatis utriusque symboli, quibus dicitur Christus descendisse de coelo *propter* nostram salutem, passus *pro* salute nostra, crucifixus *pro* nobis, quae profecto non denotant *signum* voluntatis, sed *finem* ipsum a Christo intentum; 2. ex verbis Christi, qui expresse hanc divinam Patris sui voluntatem nobis manifestavit (Joann. VI. 38—40.): *Descendi de coelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me. Haec est autem voluntas*

[1]) Haec censura est Innocentii X. et Alexandri VII., ab universa ecclesia recepta, et quidem damnata est haec propositio in sensu Jansenii.

ejus, qui misit me, Patris, ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex, co..... Haec est autem voluntas Patris mei, qui misit me, ut omnis, qui videt Filium, et credit in eum, habeat vitam aeternam.

463. Quibus sic expositis, operosum non est utramque propositionis partem tum ex Scriptura tum ex traditione ostendere. Ac 1. quidem quoad primam partem, Christus (Joann. VI.), ut patet ex verbis quae modo attulimus, declaravit Patris *voluntatem esse, ut omne quod ipsi dederat,* non periret, sed resuscitaretur seu salvaretur; atqui inter ceteros, quos Pater Filio dederat, dedit etiam reprobum, nempe Judam, ut constat ex verbis Christi (Joann. XVII. 12.) sic Patrem alloquentis: *Quos dedisti mihi, custodivi; et nemo ex eis periit, nisi filius perditionis.* Ergo 2 voluntas Dei est, ut non solum salventur praedestinati, sed etiam reprobi, praesertim fideles, cujusmodi Judas fuit. Hoc ipsum aliis Scripturae testimoniis confirmatur, atque praecipue illis apertissimis Christi verbis (Joann. III. 16.) dicentis: *Sic Deus dil-exit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam;* atqui mundi nomine non veniunt soli praedestinati, sed Christo ipso interprete veniunt omnes, qui credunt in eum, qui profecto non omnes praedestinati sunt; ergo Deus sincero dilectionis affectu alios quam praedestinatos, saltem fideles, vult salvos fieri.

464. 2. Ex patribus unius urgeo Augustini auctoritatem, quo patrono janseniani per summam impudentiam gloriantur. Igitur s. Doctor, *Tract, in Joann.* CVI. num. 2. verba Christi exponens in medium nuper allata: *Quos dedisti mihi, custodivi, et nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, ut Scriptura impleatur;* ait: *Judam significans, qui tradidit eum; ex isto quippe duodenario numero apostolorum solus periit.* Ergo juxta s. Augustinum Judas erat ex numero eorum, quos Pater Filio dederat, ex numero scilicet eorum, quos Pater Filio dederat ut ipsos salvaret, resuscitaret, non perderet. Ex sancto Augustino propterea certum est Deum vere salutem velle reproborum saltem fidelium.3

465. Quoad secundam partem, seu Christum mortuum esse pro reprobis saltem fidelibus, id evincunt 1. Christi verba (Joann. XVII. 20.), quibus ait: *Non pro eis* (apostolis) *rogo tantum, sed et pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me.* Pro iis igitur mortuus est Christus ex sincera voluntate applicationis meritorum suorum, pro quibus oravit, ipsis jansenistis faten-

2) Vim hujus argumenti senserunt jansenistae, qui proplerea nullum non moverunt lapidem ad eam elevandam. Inter cetera in versione montensi particulam *nisi* verterunt in particulam adversativam *sed:* ..J'ai conserve ceux que vous m'avez donnés; et nul d'eux ne s'est perdu, *mais* celui-là seulement qui était enfant de perdition;· perinde ac si sensus esset: Nemo ex iis quos dedisti mihi, periit, sed tantum fllius perditionis, qui ex illis non eraL Sed perperam ita interpretantur.

3) Plura alia testimonia quisque reperire poterit tum apud Pctavium, *De Deo,* lib. X. cap. 4 et 5; tum apud Tournely, tract. *De Deo,* qu. 19. art. 10. conci. 2.

tibus; atqui Christus oravit pro omnibus fidelibus, qui omnes certe praedestinati non sunt; ergo. Rursum apostolus (Rorn. VIII. 31 et seqq.): *Si Deus pro nobis,* inquit, *quis contra nos? Qui diam proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?* Ibi apostolus de omnibus saltem fidelibus loquitur; ergo. Sed absque omni ambago id ipsum constat ex iis, quae scribit idem Paulus (Rom. XIV. 15.) dicens: *Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est;* et (I. Cor. VIII. 11.): *Peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est?* Unde sic argumentamur: fidelis ille, qui ex propria infirmitate scandalum passus ob aliorum vel imprudentiam vel malitiam perditur *et* perit, profecto non est praedestinatus; atqui teste apostolo et pro isto, sicut et pro aliis, qui reipsa salvantur, Christus mortuus est: ergo.

466. 2. S. Augustinus inter alia innumera, quae pro re nostra scribit, *Enarr. in Psalm. X.CVL* num. 17. sic universum populum pro concione alloquitur: *Filius Dei pro nobis mortuus est; securus esto accepturum te vitam ipsius, qui pignus habes mortem ipsius.* Cetera ejusdem dicta non minus luculenta recolantur apud Tournely, loc. cit.

467. 3. Utraque demum conclusionis pars confirmatur ex conc. trid. sess. M!, cap. 6 et 7. docente omnes, qui baptizantur, teneri sperare sibi Deum per Christum propitium fore, et consecuturos vitam aeternam, quae est causa finalis justificationis per eumdem Jesum Christum, qui est causa meritoria vitae aeternae, *credentes vera esse, quae divinitus revelata et promissa sunt;* atqui spes ista haberi non posset? si de fide omnes credere non tenerentur Deum velle omnium, saltem credentium, salutem, et pro ipsis Christum mortuum esse ac sanguinem fudisse ad merendum pro iisdem gratias necessarias ad salutem, cum spei fundamentum *fides* sit; ergo ex concilio trid. certa fide ab omnihus tenendum est Deum sincera voluntate, praeter salutem praedestinatorum, velle aliorum etiam saltem fidelium salutem, et ex eadem intentione Christum pro iisdem mortuum esse et sanguinem suum fudisse. 4

DIFFICULTATES.

468. Ne eandem repetere crambem debeamus, illas praetermittimus difficultates quae immediate afficiunt ipsam Dei voluntatem circa salutem

«) Praestat et alia ejusdem concilii verba in medium afferre ex eadem sess. VI. cap. 13. ubi inter cetera haec habet: «Nemo sibi certi aliquid absoluta certitudine polliceatur; *tametsi in Dei auxilio firmissimam spem* collocare et reponere *omnes* debent. Deus enim, nisi ipsi illius gratiae defuerint, sicut coepit opus bonum, ita perficiet, operans velle et perficere.· Ex quibus patet fidelibus omnibus gratiam praesto esse, ac proinde pro iis omnibus Christum mortuum esse; inde enim infert spem, quam omnes firmissimam in Deo collocare debent. Jam vero nemo spem ejusmodi habere posset, nisi certus esset, ex parte Dei et mortis Christi pro unoquoque fideli sibi gratiam conferri. Cons. Suarez, *De Deo,* lib. UL cap. 8. et lib. V. cap. 2.

reproborum saltem fidelium et Christi mortem in oumdem finem; eas propterêa solum urgemus, quae afferri solent adversus qualificationem, ut schola loquitur, certitudinis assertae propositionis. Itaque

469. I. Obj. Ex censura quintae propositionis Jansenii inferri non potest, de fide esse Christum pro aliis quam pro praedestinatis mortuum esse, Deumque vera et proprie dicta voluntate velle aliorum etiam non praedestinatorum saltem fidelium salutem, si censura praecise cadat in verbum *dumtaxat,* quasi nempe Christus nullam temporalem saltem gratiam reprobis obtinuerit; atqui; ergo.

470. Resp. *Neg. min.* Quia propositio damnata fuit in sensu Jansenii; jam vero sensus Jansenii in hac propositione fuit, Christum pro salute tantum electorum mortuum fuisse, non autem Christum non obtinuisse pro reprobis aliquas gratias temporales, quum Jansenius id aperte professus fuerit. En ipsius verba: *Pro his* reprobis, inquit, *in tantum mortuus est* Christus . . . . *in quantum temporalibus quibusdam divinae gratiae effectibus exornandi sunt (De gratia Christi,* lib. HI. cap. XXI. tom. III. p. 164.); et paulo infra: *Eatenus igitur et non aliter pro illis Christus mortuus est - - - - ut videlicet illos temporales effectus propitiationis, hoc est, mortis, et sanguinis, et orationis consequantur; ergo.*

471. In st. Non desunt catholici theologi, qui, salva fide, hanc eamdem thesim propugnaverint; ergo.

472. Resp. *Dist. antec.* Non desunt theologi catholici, iique perpauci, qui thesin istam propugnaverint ante censuram propositionis jansenianae, *Tr.* post eamdem censuram, quique eamdem propugnaverint in sensu Jansenii, *Subdist.* Qui catholici fuerint nomine-tenus, *C.* reipsa catholici, iV. Nam post censuram nonnisi jansenistae, qui catholici non sunt, nisi quatenus catholicos se vocare pergunt, sed reipsa sunt lupi ovina pelle contecti, hanc doctrinam propugnarunt atque propugnant. 5

473. II. Obj. Nullum saltem argumentum est, quod ex concilio trid. desumitur. Ad hoc enim, ut quis teneatur sperare salutem et media ad ipsam obtinendam necessaria, sufficit nescire se positive exclusum esse e salvandorum numero, seu sufficit probabilitas, quam quisque habere potest, quod contineatur in numero electorum ; ergo.

474. Resp. A' A. Nam nemo firmiter sperare potest, multo minus tenetur, aeternam vitam, nisi certus sit certitudine fidei Deum, quantum ex se

5) Ex antiquioribus recensentur Gregorius ariminensis et Estius qui vir certe doctus est, sed suspectus hac in parte, utpote Baji discipulus, qui tamen, ut observat Tournely, postea sententias suas nimis duras temperat et emollit, ut ad communem theologorum sententiam accedere videatur. Inter eos, qui post damnatas Jan senii propositiones eamdem doctrinam te nuerunl, eminent auctores theologiae *lugdu nensis* nuncupatae.

est, velle, et quidem voluntate affective efficaci, sic sperantem salvare, quia alioquin spes ipsa destrueretur, utpoto carens solido fundamento seu motivo, quod constituitur ex Dei fidelitate in promissis suis adimplendis. Et sane quomodo possum sperare salutem vel media salutis ex Christi meritis, quomodo possum haec ipsa media in oratione petere, si dubius haeream, an Christus pro me passus ac mortuus sit?6 Patet autem nos hic loqui non de spe generice sumpta seu humana, quae consistere potest cum incertitudine, sive ex parte hominum, in quibus fiducia collocatur, sive ex parte eventuum, quorum plerumque exitus incertus est, sed de spe specifice sumpta seu theologica, quae, debet esse tamquam anchora firma, ut loquitur apostolus, scilicet ex parte Dei, et tota incertitudo pendere debet unice ex parte nostra.

PROPOSITIO II.

Vera, pia, catholica et fidei proxima est sententia, Deum, supposito etiam peccato originali, velle vere et sincere omnes et singulos homines, saltem adultos, salvos fieri, et Christum ex eadem sincera voluntate applicationis meritorum suorum pro iisdem mortuum esse, et sanguinem fudisse.

475. Illa enim sententia vera, pia, catholica ac fidei proxima censenda est, quae in Scriptura, traditione, et theologorum consensu fundatur; atqui talis est sententia nostra quoad utramque suam partem; ergo.

476. Id I. quoad primam partem, eruitur ex innumeris prope **Scripturarum** testimoniis, quae in medium adduci possent ex utroque foedere, e. gr. Ezech. XXXIII. 11. *Vivo ego, dicit Dominus, nolo mortem impii, sed ut convertatur a via sua et vivat:* Is. V. 4. *Quid est, quod debui xdtra facere vineae meae, et non feci ei?* Matth. XVIII. 11. *Venit Filius hominis saleare} yuod perierat;* aliaque ejusmodi; quae certe, si illusoria non sunt, veram ex parte Dei voluntatem salvandi omnes supponunt. Unum urgemus apostoli testimonium ex I. Timotli. II. 1 et seqq. quod ita se habet: *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones* ***pro omnibus hominibus*****.....** *hoc enim bonum est, et acceptum coram Salvatore nostro Deo, qui* ***omnes homines*** *vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire. Unus enim Deus, unus et mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus, qui dedit redemptionem semetipsum* ***pro omnibus.*** Atqui cum hic

e) Hic sedulo distingui debet spes a desperatione. Incertitudo utrum ipse inclusus sim in salvandorum numero, an ab eodem sim exclusus, sufficit tantum ad hoc, ut non desperem; ast non sufficit, ut sperem, quia ad eliciendum firmissimae spei actum requiritur praeterea positivum spei fundamentum, seu motivum, quod omnino deesl in sententia hic rejecta eorum, qui negant Deum velle omnium saltem fidelium salutem, et quidem sincere, et Christum pro his omnibus mortuum esse, ut patet.

apostolus dicit Deum vello, ut omnes homines salvi liant, intelligit omnes et singulos, nemine excepto; ergo.

477. Etenim 1°. si accurate loquitur apostolus, sique recte probat, in dubium revocari nequit ipsum tam late ac universim in v. 4. *omnes homines* sumere, quam in v. I. *pro omnibus hominibus* late et universim sumpsit; ideo enim vult apostolus *pro omnibus hominibus* orari a fidelibus, quia Deus *vult omnes homines salvos fieri:* sicut ergo pro omnibus prorsus hominibus, nemine excepto, nobis orandum esse asseruit v. 1. ut patet ex praxi ecclesiae apostolum sic intelligentis, et fatetur ipso Estius ;* ita et in v. 4. affirmat Deum velle omnes prorsus homines, nemine excepto, salvos fieri.

478- 2°. Id ipsum evincitur ex rationibus, quas adducit apostolus vv. 5 et 6. ad probandum Deum velle omnium hominum salutem. Nimirum, quia *unus est Deus* omnium, et quia Jesus Christus omnium *hominum mediator est,* et hic mediator noster dedit *semetipsum redemptionem pro omnibus·,* atqui Deus est omnium hominum, nemine excepto, creator; Jesus Christus est omnium hominum, nemine excluso, mediator; pro omnibus hominibus redimendis, nemine excepto, semetipsum obtulit hic mediator Dei et hominum; ergo Deus vult omnes homines, nemine excepto, salvare.

479. 3°. Idem evincitur ex generali Scripturas interpretandi regula a s. Augustino tradita, juxta quam sensu proprio et secundum totam latitudinem suam Scripturae verba intelligenda sunt, nisi alia Scripturae loca, aut evidens aliqua ratio vel potius traditio aliter exposcant; atqui tantum abest ut in casu nostro vel Scripturae vel ratio vel traditio exigant, ut voces universalissimae apostoli *omnes* et *omnibus* restringantur ac coarctentur sive ad paucos, sive ad plurimos, ac voluntas Dei, de qua loquitur apostolus, metaphorice accipiatur, ut contrarium potius exposcant, sicuti patet tum ex dictis tum ex dicendis, et propositum ipsum apostoli, scilicet inducendi fideles ad orandum pro omnibus, necessario supponit; ergo 2 . . . . Sane apost. Petrus

*) In hunc locum: .Neque sensus est, *inquit,* orandum esse pro omni genere hominum, ut quidam intelligunt, quia non tantum ad genera hominum respicit intentio ecclesiae pro omnibus orantis, sed etiam ad singulos; cupit enim unumquemque salvum fieri, et non tantum ex singulis hominum generibus aliquos."

2) Dignus est qui legatur Bernardinus a Piconio, ex quo probationes nostras desumpsimus in *Triplici expositione* ad hunc locum, ubi clare el mirifice totam hanc apostoli sententiam evolvit. Sic inter cetera ex sermonis contextu mentem apostoli et sententiam evolvit: ..Attendo, *ait,* ad aposloli scopum el sermonis contextum. Primo, asseruit pro omnibus orandum esse. Haec propositio universalis est, et nullam prorsus suscipit exceptionem; nec enim nobis fas est quemquam ab orationibus nostris excludere; hoc fatetur etiam Estius. Secundo, ut hanc propositionem universalem probet apostolus, seu ut nos ad illam in praxi redigendam excitet, id est, ut nos excitet ad orandum pro omnibus, affirmat talem orationem bonam esse et Deo gratam. Tertio, hoc ipsum, scilicet orari pro omnibus, pulchrum el gratum esse Deo, probat ex eo quod Deus Salvator noster *vult omnes homines salvos fieri,* et propterea vult ut

(Ep. II. cap omnem excludendam exceptionem ah hac sincera Dei voluntate salvandi omnes, ait: *Nolms aliquos perire,, sed omnes ad poenitentiam reverti.*

480. II. Haec eadem veritas probatur ex constanti ecclesiae universae traditione, cujus testes sunt patres, concilia ac ipsa ecclesiae praxis. Jam vero patres graecos sibi esse contrarios ultro fatetur Jansenius; hinc supervacaneum ducimus eos commemorare. Quoad latinos 8. Augustinus, s. Prosper, auctor celebratissimus operis *De vocatione gentium,* qui creditur ipse s. Prosper aut, sicut magis placet, s. Leo M. consonant patribus graecis. Nam s. Augustinus, *lib. De spiritu et littera,* cap. XXXIII. haec habet: *Vult autem Deus omnes homines salvos fleri, et in cognitionem veritatis venire; non sic tamen, ut eis adimat liberum arbitrium, quo vel bene vel male utentes, justissime judicentur.* Ex quibus verbis hoc invictissimum exurgit argumentum: Deus ex s. Augustino sincere vult salvos fieri illos homines, quos judicaturus est; atqui Deus omnes prorsus homines, nullo excepto, judicaturus est; ergo Deus ex s. Augustino sincere vult omnes et singulos homines, nemine excepto, salvos fieri, et apostoli verba, ad quae manifeste alludit s. Doctor, debent accipi et intelligi absque ulla arctatione et exceptione. Vim argumenti sensit Jansenius; propterea ad ipsum eludendum asserit citata verba non doctrinam Augustini, sed objectionem pelagianam continere; sed frustra, ut patet ex

ad veritatis cognitionem veniant. Affirmans autem apostolus, *quod Deus vult omnes homines fieri salvos,* nobis concludendum reliquit, quod cum Deum oramus pro omnium hominum salute, divinae tunc conformamur voluntati; quod Deo gratum el acceptum csl. His omnibus serio et sincere attentis, sic ratiocinor: Si accurate loquitur apostolus, sique recte probat (quod in dubium revocare nefas), tam late et universaliter sumit in v. 4. *omnes homines,* quam in v. 1. late el universaliter sumpsit *pro omnibus hominibus.* Ideo enim vult apostolus *pro omnibus hominibus* orari a fidelibus, quia *Deus vult omnes homines salvari.* Sicut ergo pro omnibus prorsus hominibus, nemine excepto, nobis orandum esse asseruit v. 1., ila el in v. 4. affirmat Deum velle omnes prorsus homines, nemine excepto, salvos fieri." Deinde, rejectis tribus contrariis interpretationibus, concludit: ..Cum omnes supradictac interpretationes (nisi nostra vera supponatur) sint a d. Pauli mente alienae, illiusque infringant argumentum, quod a simplici et litterali verborum sensu totam vim suam habet, concludo simpliciter et ad litteram credendum esse d. Paulo, gentium apostolo, verilatisque doctori, formaliter et expresse dicenti: *Deus vult omnes homines salvos fieri;* credendum et d. Petro, apostolorum principi, ecclesiae fundamento et veritatis columnae, confirmanti Paulum et quasi explicanti. *Deus vult omnes homines salvos fieri,* -ait Paulus; *Nolens aliquos perire, sed omnes ad poenitentiam reverti,* ait d. Petrus, IL epist. cap. IU. 9. Ecce veritatem eamdem propositionibus aeque universalibus, tum affirmativis tum negativis, a duobus praecipuis apostolis formalitcr expressam, et multis a d. Paulo rationibus probatam v. 5, 6. Agnoscamus itaque veritatem etc." Deinde ostendit hanc voluntatem non *signi* tantum esse, sed *beneplaciti,* et in Deo, qua scilicet Deus vere, sincere et serio vult et cupit omnium salutem, immo et ex parte sua efficaciter, etsi non absolute, sed conditionale, si ipsi velint ope gratiae cooperari,

toto contextu et ex verbis, quibus s. Doctor orsus est caput immediate subsequens; *Haec disputatio, si quaestioni illi solvendae* (quare nempe non omnes salventur si tamen Deus vult omnes sahos fieri) *sufficit, sufficiat.* Certe s. Doctor de doctrina haeretica non dixisset: *sufficit quaestioni solvendae, sufficiat.*

481. Patet insuper ex s. **Prospero** fidelissimos. Augustini interprete, qui in responsione ad secundam objectionem vincentianam, germanam s. Augustini mentem circa praesentem controversiam breviter et accurate exponit, dicens: *Remota hac discretione quam divina scientia intra secretum justitiae suae continet, sincerissime credendum ac profitendum est Deum velle, ut omnes homines salvi fiant. Si quidem apostolus, cujus ista sententia est, sollicitissime praecipit, quod in omnibus ecclesiis piissime custoditur, ut Deo pro omnibus hominibus supplicetur; ex quibus quod multi pereunt, pereuntium est meritum; quod multi salvantur, salvantis est donum.* Ergo s. Prosper 1. agnoscit in Deo sinceram voluntatem salvandi omnes homines; 2. hanc voluntatem deducit ex praecepto apostoli orandi pro omnibus, et ex praxi ecclesiae pro omnibus orantis, et hanc divinam voluntatem sincerissima fide credendam et profitendam affirmat, quin latens Dei consilium quoad gratuitam aliquorum praedestinationem aliquid detrimenti capiat; 3. ex duabus his veritatibus duo eruit corollaria, primum: *quod multi pereunt, pereuntium esse meritum,* quia Deus, quantum ex parte sua est, sincere voluit eos salvari, et illis media ad salutem consequendam idonea contulit; alterum vero: *quod multi salvantur, salvantis esse donum,* quia Deus gratuito discrevit et praedestinavit omnes, qui salvantur, ita ut nulli salvarentur, si nullos Deus misericorditer praedestinasset.

482. His addimus citatum **auctorem librorum** *De vocatione gentium,* qui lib. I. cap. XII. probat ex sensu et praxi ecclesiae haec apostoli verba: *Deus vult omnes homines salvos fieri,* intelligenda esse de omnibus omnino hominibus, et lib. Π. cap. XXX. sic loquitur: *Tribus saluberrimis et veracissimis definitionibus simus innixi, quarum una profitetur aeternum et proprium divinae esse bonitatis, ut omnes homines salvos fieri velit.*

483. Patres **concilii carisiaci** contra Gotescalcum monachum praedestinationum, capitulo IΠ. pronunciant: *Deus omnipotens omnes homines sine exceptione vult salvos fieri, licet non omnes salventur.* [3] Quod attinet ad alia patrum et theologorum testimonia, quae nos hic brevitatis gratia praetermittimus, praesertim vero Magistri Sententiarum, s. Thomae, Scoti, s. Bonaventurae aliorumque, asserentium apertissime Deum, quantum ex se est, velle omnes homines, nemine excepto, salvos fieri, dummodo et ipsi velint, per voluntatem nempe a Dei gratia praeventam; consulatur **Tournely**.[4] —

3) Apud Labbaeum, tom. VIII. coi. 57. cum observ. Philippi Labbaei.

4) *Tie Deo,* quaest. XVII. artic. 10. conci. 3.

484. Alteram conclusionis partem, quae est de morte Christi pro omnibus, quaeque magis ac magis primam confirmat, invictissime ostendimus ex apostolo, qui (Rom. V. 18.) scribit: *Sicut per unius elelictum in omnes homines* reatus peccati pertransiit *in condemnationem, sic et per unius justitiam in omnes homines* redemptio pertransiit, quantum est ex parte Christi *in justificationem vitae;* et clarius (IL Cor. V. 14.): *Si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt.* Unde sic ratiocinamur: Ex apostolo pro iis omnibus mortuus est Christus, qui mortui sunt in Adam; atqui omnes homines (B. V. Maria ex singulari privilegio excepta) et singuli in Adam mortui sunt; ergo pro omnibus et singulis mortuus est Christus.

485. Quod confirmatur tum ex aliis s. Scripturae locis, e. gr. I. Joann. II. 2. *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris* id est omnium fidelium; *non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi,* et alibi passim; tum ex patribus. Sic s. Leo M. *Serm. I. de natio,* cap. I. *Sicut nullum a reatu liberum reperit, ita liberandis omnibus venit.* [5] S. Ambrosius, *Serm. VIII. in Psalm. ÇXI1I.* num. 57. *Sol ille justitiae,* inquit, *omnibus ortus est, omnibus venit, omnibus passus est et omnibus resurrexit.....Si quis autem non credit in Christum, generali beneficio ipse se fraudat; ut si quis clausis fenestris radios solis excludat, non ideo sol non ortus est omnibus, quia calore ejus se fraudavit.* [6] S. Augustinus, *Enarr. in Psalm. XCV.* num. 15. *Judicabit,* inquit, *orbem terrarum in aequitate, non partem, quia non partem emit: totum judicare debet, quia pro toto pretium dedit;* et alibi passim, praesertim *contra Julianum,* lib. XI. cap. IV. ubi, ut ostendat omnes contraxisse peccatum originale, morte Christi pro omnibus utitur tamquam medio demonstrationis, dicens: *Unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Vide quia consequens esse voluit* apostolus, *iit intelligantur omnes mortui, si pro omnibus mortuus est. Quia ergo non in corpore, restat ut in peccato esse mortuos omnes, si pro omnibus Christus mortuus, nemo neget., nemo dubitet, qui se non negat aut dubitat esse Christianum.* Nisi ergo certum exploratumque fuisset tunc temporis apud omnes, Christum reipsa pro omnibus, nemine excepto, mortuum esse, nullius roboris fuisset argumentum s. Augustini ad adstruendam in omnes et singulos, nemine excepto, peccati originalis propagationem. Neque aliter sentit ejus discipulus s. Prosper, qui in *Responsione ad IX Capit. Gallorum,* ait: „Cum rectissime dicatur Salvator pro totius mundi redemptione crucifixus, propter veram humanae naturae susceptionem, et propter communem in primo homine omnium perditionem; potest tamen dici pro his tantum crucifixus, quibus mors ipsius profuit..... Dedit pro mundo sanguinem suum, et mundus redimi noluit?' Ergo ex s. Doctore Christus pro omnibus crucifixus est, et omnes, nemine excepto, quantum

s) Edit. Ballerin. sermon. XXI.

6) Dignus esi, ut integer hic textus legatur.

est ex seipso, salvavit, licet de facto non salventur, nisi qui sibi per bona opera, gratia praeveniente facta, applicant communem istum redemptionis fructum. Quod consentaneum est doctrinae **concilii tridentini,** dicentis SPSS. VI. cap. III: *Verum, etsi ille* Christus *pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis ejus beneficium recipiunt, sed ii dumta.rat, quibus meritum passionis ejus communicatur.* Certe, si qui sunt, pro quorum saluto Chtistus non est mortuus, sunt ii. quibus meritum passionis ejus non communicatur; atqui ex Tridentino otiam pro istis mortuus est Christus; ergo quum Tridentinum ait Christum pro omnibus mortuum esse, manifeste intelligit omnes omnino nemine prorsus excepto.

DIFFICULTATES

adversus voluntatem Dei salvandi omnes.

486. I. Obj. 1. Si ex Scriptura constaret Deum velle omnium omnino salutem, ideo esset, quia interdum legitur Deum velle *omnes* salvos fieri; atqui 2. haec *ratio* nulla est, quia vox *omnis* non omnes reipsa significat, sed *multos,* ut Gen. VI. 12. *Omnis caro corruperat viam suam;* et alibi passim. 3. Ex eo omne dubium prorsus tollitur, quod Scriptura ipsa aperte contrarium supponat, cum antecedenter ad omne meritum dicatur (Malach. L 2, 3.): *Jacob dilexij Esau autem odio habui;* et (Exod. X. 27·): *Induravit Dominus cor Pharaonis; ergo.*

487. Resp. ad 1. *Dist. maj.* Ideo *etiam* esset, *C.* ideo *tantum esset, N. Nam id* evicimus praesertim ex antithesi inter Christum et Adam , quam apostolus instituit, nec non ex eo quod s. Petrus aperte tradat quo sensu velit Deus omnes salvos fieri, quia scilicet non vult *aliquos perire, sed omnes ad poenitentiam reverti;* ac demum quia sic ecclesiae patres, immo et ecclesia ipsa citata a nobis testimonia interpretantur juxta genuinam ipsorum vim.

488. Ad 2. *Neg.* Ad prob. *D.* Aliquando, *C.* semper ac praecise in casu nostro, *N.*

489. Ad 3. *Ney.* Ad 1. autem prob. *D.* Deus Esau odio habuit, comparate ad majorem dilectionem suam erga Jacob, et quidem in ordine ad bona temporalia. *C.* absolute et in ordine ad aeternam salutem, *N.*7 Quod si apostolus (Rom. IX. 13.) Malachiae verba refert ad ostendendam gratuitam Dei vocationem ad fidem, refert tantum ut typum, quemadmodum patet ex contextu. 8

490. Ad 2. prob. *D.* Induravit negative, speciales gratias non concedendo, vel indirecte, *C.* positive et directe, A' Induravit enim, ut inquit

7) Cf. Corn, a Lapide ad hunc locum num. 54 et seqq. et ex ipso Tirinus.

8) Cf. Bernard, a Piconio in *Tripi, expos.* ad hunc locum.

s. Augustinus, *non cor illorum* aegyptiorum *malum faciendo sed populo suo benefaciendo cor illorum sponte malum convertit ad odium.* 9

491. I. Inst. S. Augustinus apostoli testimonium : *Qui vult omnes homines salvos fieri,* cum arctatione et limitatione interpretatur, et quidem triplici ratione: 1. in lib. *De praedestinatione Sanctorum.,* cap. VIII. ubi ait Deum velle omnes homines salvos fieri, quatenus vult omnes salvari, qui reipsa salvantur, id est omnes electos; 2. in *Enchirid.* cap. CV. ubi tradit illud *omnes* in textu apostoli sumi de generibus singulorum, non de singulis generum seu distributive ; 3. in lib. *De correpl. et grat.* cap. XV. ubi apostolum intelligit de voluntate salvandi omnes homines non formali, sed causali, in quantum Deus facit nos velle salutem omnium hominum; ergo.

492. Resp. *Dist. antec.* Ut excludat expositionem pelagianorum et semipelagianorum, *C.* ut excludat nostram interpretationem de voluntate generali et antecedente, *N.* Voluntatem enim Dei generalem ac antecedentem salvandi omnes homines s. Augustinus numquam inficiatus est, immo perpetuo eam supponit, ubi agit de morte Christi pro omnibus, de gratia sufficienti omnibus collata, et in locis a nobis superius citatis ; sed reprobavit abusum istius textus sive ex parte pelagianorum, qui ex eo concludebant Deum velle omnium salutem, si homines velint salvari, at *propriis viribus,* non viribus gratiae, cujus necessitatem illi negabant; sive ex parte semipelagianorum, qui admittebant quidem necessitatem gratiae ad opus bonum ponendum, sed non ad desiderandum, volendum, inchoandum; sive ex eo, quod nullam peculiarem Dei praedilectionem erga electos praedicti haeretici agnoscerent, docentes Deum *aeque* velle omnes homines salvos fieri, et quidem voluntate absolute efficaci ex parte sua. Quare merito reponebat s. Augustinus Deum voluntate absoluta, efficaci ac consequenti velle salvos fieri solos electos.

493. II. Inst. S. Augustinus constanter tamquam pelagianam rejecit et confutavit hanc generalem Dei voluntatem salvandi omnes homines.

494. Resp. *Dist. antec.* Istorum sensu intellectam, *C.* sensu catholico, *N.*

495. III. Inst. Ergo hoc ipso, quod voluntas ista generalis pelagianis ac semipelagianis perplacuerit, suspecta est, ideoque rejicienda.

496. Resp. *neg.* sequelam. Nam constat *non omnia, quae haeretici docent,* inquit ipse Jansenius, *de grat. Chr.* lib. VIII. cap. 21. *esse haeretica; mos enim solemnis omnium haereticorum est, ut falsis vera misceant, miscendoque perturbent omnia, quo venenum quasi meile circumlitum ab incautis cum securitate hauriatur.* 10 Hinc, prout erronea est, juxta pelagianorum placita

9) *Enarr. in Psal. XIV.* num. 17; vide *Dissert, erit, in s. Thom.* P. de Rubeis Ord. Praed. Diss. VI. cap. 7.

'°} Sic etiam Bossuet, *Préface sur ï explic. de l' Apocalypse.* fatetur omnem errorem fundari in veritate, qua quis abutitur. Sic Massillon, *Disc, sur la vérité de la Relig.* I. point, addit non esse errorem nisi vitiosam veritatis imitationem; hinc comes de Maistre in op. *Ecclaircissth*

est rejicienda ejusmodi generalis voluntas: prout catholica est, juxta catholicorum principia retineri debet.

497. IV. **Inst.** Tam stupidi pelagiani non erant, ut admitterent in Deo voluntatem efficacem salvandi omnes homines quantum in ipso est, quae tamen non impleatur; non enim ignorabant efficacem voluntatem Doi semper impleri; ergo in eo errabant, quod admitterent generalem illam voluntatem antecedentem salvandi omnes homines, si ipsi voluerint.

498. **Resp.** *Trans, antea. Dist. conseq.* Ergo in eo errabant, quod admitterent generalem illam voluntatem salvandi omnes homines, si ipsi voluerint *viribus naturae, C. viribus gratiae, N.* Hic enim est primarius ipsorum error, quem perpetuo impugnat s. Augustinus.

499. V. **Inst.** Voluntas antecedens et conditionata non semper impletur; atqui s. Augustinus nullam in Deo agnovit veram voluntatem, quae non impleatur. Nam in *Enchiridio,* cap. XCV. ait: *In clarissima sapientiae luce videbitur .....quam certa, immutabilis, efficadssima sit voluntas Dei; quam multa possit et non velit, nihil autem velit, quod non possit: quamque sit verum, quod in Psalmo canitur: Omnia quaecumque voluit, fecit. Quod utique non est verum, si aliqua voluit et non fecit; et quod est indignius, ideo non fecit, quoniam, ne feret, quod volebat omnipotens, voluntas hominis impedivit.* Quod nisi credamus, subdit (cap. XCVL) *periclitatur ipsum nostrae confessionis initium, qua nos in Deum Patrem omnipotentem credere confitemur.* Quod cap. XCVII. confirmat exemplo parvulorum, qui sine baptismo decedunt, de quibus dici non potest, quod salvi facti non fuerint, *eo quod noluerint:* et adductis Christi verbis: *Quoties volui congregare filios tuos.....et noluisti,* interrogat: *Et ubi est illa omnipotentia, quae in coelo et in terra omnia, quaecumque voluit, fecit, si colligere filios Jerusalem voluit et non fecit?* Demum (cap. CIII.) expositis tribus superius memoratis interpretationibus apostolici textus, *Deus vult* etc. addit aliam quamcumque eorum verborum expositionem admitti posse, *dum tamen credere non cogamur, aliquid Deum omnipotentem voluisse fieri, factumque non esse;* ergo.

500. **Resp.** *Dist. min.* S. Augustinus nullam agnovit in Deo veram voluntatem, quae simpliciter absoluta sit, consequens et efficax, quaeque non impleatur, *C.* nullam veram voluntatem, quaeque ex parte Dei sit efficax, et conditionata ex parte creaturae, zV. Id patet ex proposito s. Augustini in objectis locis refellendi pelagianos, qui nullam voluntatem absolutam, efficacem et consequentem salvandi electos admittebant, sed omnem Dei voluntatem conditionatam posuerant, conditione se tenente ex parte creaturae, et

ment sur les sacrifices, chap. 3- in annotalione: «L'erreur, *inquit,* ne peut être que la vérité corrompue, c'est-à-dire une pensée procédante d'un principe intelligent plus ou moins dégradé.·'

quidem ox *solis viribus* liberi arbitrii, addentes Deum non posse hominem salvare sine his naturalibus conditionibus, ad hunc autem errorem confirmandum abutebantur textu apostoli et verbis Christi: *Quoties volui ... et noluisti.* Ceterum s. Augustinum hanc generalem voluntatem antecedentem et efficacem ex parte Dei, conditionatam autem ex parte hominis, omnes salvandi, agnovisse patet ex eodem *Enchiridio,* cap. CII. ubi eodem modo loquitur s. Doctor de voluntate Dei salvandi homines ac de voluntate salvandi omnes angelos; atqui Jansenio ipso fatente, *De grat. Chr.* lib. X. cap. I. Deus habuit *generalem voluntatem benevolentiae erga omnes angelos, ex qua, quantum in se est, omnium beatitudinem aeternam voluit, omnibusque propterea bcatitudinis consequendae media sufficientissima largitus est·,* qui tamen non omnes salvati sunt, neque in omnibus impleta fuit haec Dei voluntas; ergo.

501. VI. **Inst.** Ille censendus non est velle omnium salutem voluntate etiam conditionata, qui cum per ipsum stet ponere conditionem, per collationem nempe gratiae efficacis, eam non ponit; atqui; ergo.

502. **Resp.** *Dist. maj.* Si conditio ab ipso solo pendeat, *C.* si ab alio simul, *N.* Sic *dist. min.* Deus potest ponere conditionem largiendo gratiam efficacem, quae nempe talis sit in actu secundo, ut dicitur, seu ex libero hominis consensu, *C.* quae talis sit in actu primo, seu a se efficax in sensu Jansenii, quaeque necessitatem inferat voluntati, *N.* Sufficit proinde ex parte Dei, ut ipse dici possit veram habere voluntatem antecedentem salvandi omnes homines, si omnibus hominibus largiatur gratias *vere* sufficientes, quibus si homines consenserint, de facto salutem consequantur; quod Deus utique praestat, ut suo loco ostendemus, prout Jansenio ipso fatente praestitit relate ad omnes angelos.

503. VII. **Inst.** Voluntas illa Dei antecedens et voluntas altera consequens pugnaro inter se videntur; sic enim Deus vellet et non vellet omnes homines salvare; ergo.

504. **Resp.** *D.* A, Pugnare inter se viderentur, si versarentur circa idem objectum, et *sub eodem respectu* spectatum, *C. si sub diverso respectu, N.* Addatur Deum, juxta Jansenium, utramque voluntatem habuisse circa angelos ac primum hominem.

505. II. **Obj.** 1. Ex s. Thoma voluntas antecedens ea est, quae praescindit a circumstantiis omnibus creaturae, et 2. qualem habet judex salvandi hominem homicidam; quaeque 3- non habet eilectum, nisi voluntas consequens adjungatur, ut ipse loquitur in *Lib. I. Sentent,* dist. XLVU. qu. 1. art. 2; et 4. juxta eumdem doctorem p. I. qu. 19. art. 6. ad 1. appellanda est potius *velleitas,* seu voluntas secundum quid, quam vera voluntas; ergo ex s. Thoma haec Dei voluntas, quae antecedit peccatum originale, sterilis

est et otiosa velleitas, et 5. morae complacentiae, qualis est Illa, qua Deus vult etiam daemonum ac damnatorum salutem.

506. **Resp. adi.** *D.* Praescindit a circumstantiis creaturae *personalibus* meriti vel demeriti, consensus vel dissensus gratiae, et particularibus, *C.* a circumstantiis naturae communibus, nempe peccati originalis, *N.* Nam s. Doctor in priore ex duobus laudatis locis aperte docet voluntatem Dei consequentem esse eam, *quae supponit praescientiam operum;* ergo antecedens Dei voluntas juxta ipsum ea est, quae praescindit ab hac *praescientia operum,* et. ut ibidem loquitur, quae praescindit ab eo utrum aliquis *consentiat an resistat gratiae divinae.*

507. Ad 2- *D.* Si esset adaequata similitudo, *C.* si inadaequata, *N,* Jam vero, prout exponit ipse Gonet, haec similitudo adaequata non est quantum ad omnia, sed solum quantum ad aliquid. Hinc judex ut provisor particularis nulla media praeparat reo, quibus ipse capitis poenam evadere possit; e contrario Deus ut provisor generalis per voluntatem antecedentem, qua vult omnes homines salvos fieri, dat omnibus media sufficientia ac necessaria ad salutem.11

508. Ad 3. *D.* Principalem, nempe salutem, *C.* minus principalem, collationem scilicet gratiae necessariae ad salutem, iV.

509. Ad 4. *D.* Comparate ad voluntatem consequentem, *consideratis,* ut ipse ibidem loquitur, *omnibus circumstantiis particularibus, C.* in se, *N.* Quod adeo verum est ex mente s. Doctoris, ut juxta ipsum voluntas beneplaciti, licet antecedens, actuosa sit, et *cujus effectus,* inquit loc. cit., *est ipse ordo naturae in finem salutis et promoventia in finem omnibus communiter proposita, tam naturalia, quam gratuita.* Quare semper sibi cohaerens s. Doctor, tum alibi, tum *Cont. gent.* lib. III. cap. CLIX. subdit: „Deus quantum in se est, paratus est omnibus gratiam dare; vult enim omnes homines salvos fieri, et ad cognitionem veritatis venire, ut dicitur L ad Tim. П. Sed illi soli gratia privantur, qui in se ipsis gratiae impedimentum praestant; sicut, sole mundum illuminante, in culpam imputatur ei, qui oculos claudit, si ex hoc aliquod malum sequatur; licet videre non possit, nisi lumine solis praeveniatur.l' Ex quibus obiter observamus non esse dum-

' i-

u) Gonel tom. I. disp. 4. *De volunt. Dei,* art. 3. §. 2. n. 83. ubi cum sibi opposuisset exemplum, seu paritatem mercatoris qui non censetur habere voluntatem sinceram conservandi merces, dum eas projicit in mare ad naufragium vitandum, respondet: nego paritatem. «Quia mercator, *inquit,* est aliqua persona particularis quae solum intendit bonum particulare et utile, non vero bonum commune et generale totius universi; unde si ille posset adhibere media efficacia ad conservationem mercium, imminente tempestate, et ea tamen respueret, vel negligent, non censeretur habere voluntatem veram et sinceram de illarum conservatione. Deus autem est causa generalis et universalis provisor ětc.· Cf. ibid.

taxat molinistarum, ut quidam dixerunt, *larga manu auxilia sufficientia omnibus conferre.*

510. Ad 5. *D.* Id est, qualem vere habuit ante ipsorum damnationem, *C.* post damnationem, A.

511. **In st.** 1. Voluntas conditionata est Deo indigna. Sane 2. si Deus reipsa vellet omnium omnino salutem, inutile foret ipsum orare pro omnium salute; jam vero ex apostolo debemus pro omnibus orare; ergo.

512. **Resp.** ad 1. *D.* Conditione se tenente ex parte ipsius Dei, *Tr.* vel 0'. ex parte objecti, A1.

513. Ad 2. *Neg. maj.* Deus enim potest velle omnium salutem sub conditione orationis nostrae. Addo, nos orare pro ecclesia, pro pane quotidiano, licet Deus et ecclesiae firmitatem et panem promiserit.12

DIFFICULTATES

adversus mortem Christi pro omnibus.

514. I. **Obj.** Si constaret Christum pro omnibus reipsa mortuum esse, ideo esset, quia passim in Scripturis legitur pro omnibus Christum passum esse, dedisse semetipsum redemptionem pro omnibus, aliaque ejusmodi. Atqui ex his vocibus *omnes, omnibus* etc. nihil confici potest; cum explora-tum sit ejusmodi voces vel ad paucos restringi vel ad multos; sic Joann. XH. 32. dicitur: *Si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum',* Joann. I. 9. *Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* · I. Cor. XV. 22. *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur;* licet de facto Christus nec ad se omnes traxerit, nec omnes illuminet, nec omnes vivificet; ergo.

515. **Resp.** *Dist. maj.* Etiam, *C.* tantum, *N.* Recolantur dicta in probationibus. *Neg. min.* Ad prob. *D.* Scriptura has voces saepe restringit ac limitat, *Tr.* semper et in casu nostro, *N.* Absurdum enim est concludere numquam in vera sua significatione ac latitudine accipi voces *omnes* etc., ex eo quod eaedem voces interdum limitentur.

516. I. **In st.** Scriptura in casu nostro hanc vocem limitat, si expresse affirmat Christum pro *multis* dumtaxat mortuum esse; atqui. . . . Etenim Matth. XX. 28. Christus testatur se venisse *animam suam dare redemptionem pro multis; et* cap. XXVI. 28. *Hic est sanguis Novi Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum,* seu prout legitur apud s. Lucam cap. XXII. 20. *Qui pro vobis fundetur;* et Hebr. IX. 28. *Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata; ergo.*

517. **Resp.** *Dist. maj.* Si expresse affirmet Christum *pro multis* mortuum esse, ita ut vox *multis* supponat pro *omnibus, C.* pro multis tantum

Cons. Tournely, *De Deo,* qu. XLX. art. 10. concl. 3.

guMist. effective, *C.* affective, A' *Dist.* pariter *minorem.* Itaque observat ipsemet Augustinus, *Op. imperf.* lib. H. cap. CLXXV. *Non repugnare omnes multos significare, quia ipsi omnes non pauci, sed multi sunt.* Deinde concedimus Christum reipsa quoad effectum, scu salutem in actu secundo, non mortuum esse nisi pro multis, quia do facto non omnes salvantur; sed contendimus eum quoad affectum, seu intentionem suam in ordine ad media salutis omnibus obtinenda et applicanda, pro omnibus, nemine excepto, mortuum esse. Quod si non omnes salvantur, id ex culpa solum reproborum est. 13 Nec praetereundum est, ex collatione textus s. Matthaei cum textu s. Lucae evidenter constare, Christum etiam pro reprobis sanguinem fudisse; siquidem Judas reprobus, prout fert communis sententia, erat unus ex communicantibus, et tamen Christus dicit: *Pro vobis fundetur;* ergo.

518- **II. Inst.** Atqui Scriptura restringit vocem *omnes* ad multos, ut multorum nomine non veniant nisi electi; nam Apoc. V. 9. dicitur: *Redemisti nos Deo in sanguine tuo ac omni tribu et lingua* etc. et Joann. X. 15: *Animam meam pono pro avibus meis*14; et aliis omissis, Mattii. XV. 24. Christus aperte declarat se non esse missum, *nisi ad oves, quae perierunt domus Israel;* ergo.

519. **Resp.** *Dist. antec. Nisi electi* quoad efficaciam in actu secundo, seu quoad effectum, *C.* quoad efficaciam in actu primo, seu quoad affectum et gratiae necessariae largitionem, A' Responsio patet ex dictis. Quum igitur Scriptura redemptionis beneficium restringere videtur, sive cum dicit Christum mortuum esse pro electis, vel pro ovibus suis, ut in locis citatis, sive quum alibi dicit eum mortuum esse pro credentibus, *ut omnis, qui credit in cum, non pereat,* vel pro iis, qui sunt in ecclesia: *Tradidit semetipsum* pro ea: haec dicuntur non in sensu *exclusivo,* sed *praecisivo,* id est, praecise affirmat Scriptura Christum mortuum esse pro electis in sensu a nobis exposito, nec tamen negat ipsum mortuum etiam esse pro ceteris, sed solum ibi de illis reticet, quod alibi non semel, ut vidimus, clare inculcat. Christus proinde *redemit omnes, vocavit multos, salvavit paucos,* quia omnes suo modo vocantur, multi credunt, et pauci perseverare volunt.

”) Atque hic illorum solutio, quam plures tamen dare solent, non videtur satis accurata, quum dicunt Christum mortuum esse pro omnibus quoad *sufficientiam,* non tamen quoad *efficientiam* sive effectum. Si enim sermo esset tantum de sufficientia pretii a Christo soluti, jam nulla superesset controversia cum jansenistis. Ipsi enim ultro dant, pretium sanguinis Christi sufficiens esse ad omnium solvenda peccata, immo et damnatorum et daemonum etiam. Sed controversia est, utrum Christus tale pretium solverit ad promerendum omnibus gratias necessarias ad salutem, necne; et praeterea an eas ita promeruerit ex intentione eas reipsa omnibus *conferendi,* et non solum *offerendi,* quin reipsa tribuat, ut nonnulli autumant.

,4) *Τήν* ψυχρν *μου τίȝημι ὕπίρ τών προβάτων,* ubi observandum in graeco textu non haberi *meis.*

520. **III. Inst.** Pro illis solis mortuus est Christus, pro quibus oravit; atqui oravit pro solis praedestinatis; narn Joann. XVII. θ. Christus sic Patrem orat: Aon *pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi;* ergo.

521. **Resp.** *Dist. min.* Oravit pro solis apostolis, seu pro solis praedestinatis, hac singulari oratione, *Tr.* numquam oravit pro omnibus, *N.* Hinc dato etiam, quod in citatis locis Christus oraverit pro omnibus et solis praedestinatis, nihil inde concludi potest, nisi probetur Christum numquam pro aliis orasse. At vero tantum abest, ut hoc probetur, ut potius contrarium constet: nam in hac eadem oratione v. 20. orat pro omnibus credituris, dicens: *Aon pro eis autem rogo tantum, sed et pro eis, qui credituri sunt per verbum earum in me;* v. 21. orat, *ut mundus credat, quia tu me mi~sisti;* Luc. XXIII. 34. orat pro suis tortoribus; *Pater dimitte illis;* et alibi legimus: *Erat pernoctans in oratione Dei* (Luc. VI. 12.); ergo.

522. **IV. Inst.** 1. Si Christus orasset pro omnibus, omnibus de facto obtinuisset salutem, cum Christi oratio semper exaudita fuerit a Patre: *Ego sciebam,* ait ipse Christus, Joann. XI. 42. *quia semper me audis,* et Hebr. V. 7. de Christo dicitur: *Exauditus est pro sua reverentia;* atqui non omnes salvantur; 2. concludendum est igitur cum Jansenio Christum orasse pro quibusdam, ut salvarentur, pro aliis, ut justificarentur, pro aliis, ut crederent sine caritate, et eodem modo pro his tribus classibus passum et mortuum fuisse15; et sic omnia cohaerent.

523. **Resp.** Ad 1. *Dist. maj.* Si Christus non semper orasset consentanee cum voluntate Patris, *C.* si semper oravit consentanee cum Patris voluntate, *N.* Jam vero quum in Patre seu in Deo duplex distinguatur voluntas, antecedens et consequens, juxta dicta, relate ad hominum salutem, hinc Christus pro duplici illa divina voluntate semper oravit, semperque exauditus est. Id manifestum fit ex ipsius oratione, quam fudit in horto dicens: *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste; verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu;* quae oratio erat conditionata et conformis voluntati Patris. Quum igitur voluntas Dei antecedens sit, ut omnes salventur, consequens vero praevisionem meritorum, ut non salventur, nisi qui gratiis usque ad mortem bene usi fuerint; hinc Christus eodem sensu oravit et exauditus est, etsi non omnes de facto salventur.

524. Ad 2. *D.* In ordine tamen ad salutem ab ipso intentam, quam credentes et justificati, bene utendo gratiis sibi concessis, possint obtinere, *C.* ut non consequerentur nisi gratias temporales fidei et justificationis per exclusionem salutis, *N.* Hoc enim abhorret a Dei idea, qui non alio fine ejusmodi gratias largiretur, nisi ut homines deterius damnarentur.

525. V. In st. Juxta s. August. *De civitate Dei,* lib. XXJ. cap. XXIV.

|J) *De yratia Christi,* lib. III. cap. 21 › pag. 164. coi. 2.

5/ *de aliquibus certa esset* ecclesia, *quod praedestinati sint in aeternum ignem ire cum diabolo,* 1. *tam pra eis non oraret quam nec pro ipso.* Atqui Christus noverat reprobos ad aeternum ignem destinatos. Ergo pro eis non oravit; 2. immo nec mortuus est; alioquin poenas luisset peccatis reproborum debitas, qui proinde jam damnari non possent.

526. Resp. ad 1. *Dist. maj.* Non oraret consequenter ad praevisam eorum damnationem, *C.* non oraret antecedenter ad ejusmodi praevisionem, xY. Sic *dist. conseq.* Christus pro eis non oravit consequenter ad praevisam eorum damnationem, *C.* antecedenter ac praecisione facta ab usu vel non usu gratiarum, quas ipsis promeritus est, A'. Reprobatio enim non est nisi effectus abusus seu non usus gratiarum; gratias autem ad salutem necessarias Deus, ex s. Thoma loc. cit. et ut nos suo loco ostendemus, omnibus concedit, quia vult omnes homines salvos fieri, misitque Filium suum, ut daret semetipsum pro omnibus: *proprio* enim *filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum,* ut ait s. Paulus (Rom. VELI. 32.), ut quemadmodum omnes in Adam mortui sunt, sic in Christo, quantum ex se erat, vivificarentur.

527. Ad 2. *D.* Poenas peccatis reproborum debitas luisset conditionate, *C.* absolute. xV. Nempe Christus passione sua meruit pro omnibus gratias, quibus homines bene utentes applicarent sibi merita mortis suae: quae conditio si ab hominibus impletur, remissionem peccatorum consequuntur et salvantur; si non impletur, damnantur et pereunt, prout damnantur reprobi, qui conditionem istam non implent, et ideo non implent, quia *nolunt* implere, ita ut nemo dicere possit: *Per Deum abest* (Eccli. XV. 11.), quominus salvus sit.

528. II. Obj. Ex ss. patribus. S. August. *Tract. J. in epist. Joann.* num. 8. expendens verba illa: *Ipse est propitiatio . . . . pro totius mundi,* intelligit mundi nomine *ecclesiam,* pro qua sola Christus mortuus est; *Tract.* autem *L1I. in Joann,* expendens illud Christi: *Omnia traham ad me ipsum,* exponit de *omnibus praedestinatis,* sic lib. XXI. *De civitate Dei,* cap. XXIV. exponens verba apostoli Rom. XI. *Conclusit omnia in incredulitate, ut omnium misereatur,* ait: *Omnium itaque miseretur vasorum misericordiae.... eorum scilicet quos ex gentibus, et eorum quos er judaeis praedestinavit, vocavit, justificavit, glorificavit, non omnium hominum, sed istorum omnium neminem damnaturus:* quia, ut scribit ad Evodium, *lèpist. CLXIX.* alias *CII. Non perit unus er illis, pro quibus mortuus est Christus;* atque ut habet *De adult, conjugiis,* lib. I. cap. XV. *Omnis, qui sanguine Christi redemptus est; non tamen omnis, qui homo est, etiam sanguine Christi redemptus est.* Ergo juxta s. Augustinum Christus pro solis credentibus, seu pro solis potius praedestinatis mortuus est. Addi possunt Prudentius episcopus trecensis in *Tractatoria;* nec non s. Remigius episcopus lugdunensis in lib. *De*

: 11

tribus epistolis, et in lib. *De tuenda veritate Scripturae,* ubi capitulum TV„ carisiacum, de Christi morte pro omnibus, velut absurdum et erroneum reprehendit; item **concilium valentinum III.** damnans eundem canonem carisiacum, deiiniensque Christum pro solis credentibus mortuum esse; synodi **lingonensis** et **tuliensis,** quarum capitula confirmavit **Nicolaus** 1.16; ergo.

529. **Resp. I.** Ergo juxta citatos auctores Christus saltem mortuus est etiam pro reprobis fidelibus, ac proinde non pro solis praedestinatis, ut cum praedestinatianis contendit Jansenius.

530. **Resp. II.** *Dist. cons.* Ergo juxta allatas patrum et conciliorum auctoritates Christus pro solis credentibus mortuus est, immo pro electis, ad oblinendum eis de facto fidem vel salutem cohaerenter ad voluntatem Dei consequentem, *C.* pro solis credentibus vel electis mortuus est ad exceptionem infidelium et reproborum, ita ut eis non promeruerit media sive gratias necessarias ad fidem ac salutem cohaerenter ad voluntatem Dei antecedentem, *N.* Dummodo haec principia probe teneantur, difficile non est illas patrum ac conciliorum sententias, quae specie sibi contrariae videntur, conciliare.

531. Neque omittendum est: I. propositum patrum et conciliorum, quae nobis opponuntur, esse pelagianorum ac semipelagianorum erroneam et haereticam evertere doctrinam de aequali Dei et Christi affectu erga omnes sive praedestinatos sive reprobos, adeo ut utrorumque discretio, ut saepius diximus, *a solis pendeat naturae viribus.*

532. П. Has auctoritates, si ad vivum resecari deberent, aeque premere adversarios, qui concedunt Christum obtinuisse reprobis gratias saltem temporales.

533. IП. Capitulum IV. carisiacum damnatum fuisse tum a synodis valentina ac tullensi tum a s. Remigio higdunensi errore facti deceptis, eo quod putaverint eo sensu concilium carisiacum definivisse Christum pro omnibus mortuum esse, ut mortuus pariter fuerit pro daemonibus ac damnatis.17 Prudentius autem trecensis nullius hac in parte auctoritatis est, utpote qui ad errores praedestinatianorum declinaverit.

IÉ) Jans. tom. III. lib. III. cap. 21. pag. 103. col. 2. A.; item pag. 165. col. 2. C.

*7) Patet ex ipsis verbis can. IV. cone, valent. III. apud Labbaeum, tom. VUL col. 136. el can. IV. cone, lullens. iisdem verbis concepti ac can. IV. syn. valent, ibid. fol. 690. Cf. de hoc arg. Petav. lib. XVUI. *De incarnat,* cap. 8 et seqq.; el Caroli du Plessis dl Argentré soc. sorbon. *Commentarium historicum de praedestinat, ad gloriam et reprobat,* capp. 7 et 8. Lut. Paris. 1709.

PROPOSITIO in.

Deus voluntate seria et antecedente vult etiam infantes decedentes sine baptismate salvos fieri, et Christus pro iisdem mortuus est.

534. Haec propositio pia est et communis inter theologos; nam eadem argumenta, quae militant pro generali Dei voluntate salvandi omnes prorsus adultos, aeque militant pro voluntate Dei salvandi omnes infantes, quacumque demum ratione ex hac vita sine baptismo eripiantur; immo majorem quodammodo vim pro infantium salute praeseferrc videntur, quatenus infantes ea impedimenta divinae gratiae non opponunt, ac illi quorum tamen salutem Deum, quantum ex se est. vere exoptare ac velle ostendimus.

535. Quare generali hoc solo argumento hanc propositionem evincimus: Deus sincere vult etiam istorum infantium salutem, si Christus et pro his infantibus sanguinem suum fudit ac mortuus est, ut ipsi pariter in eo vivificarentur, atqui.....

536. Jam vero minor evidenter patet ex auctoritate Apostoli, II. Cor. V. 14, 15. *Si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: et pro omnibus mortuus est Christus.* In quae verba haec habet s. Augustinus, *Op. imp. contra Julianum* lib. I. cap. LXIV. *Unus pro omnibus mortuus: ergo omnes mortui sunt. Conclusio haec apostoli invicta est, ac per hoc, quia et pro parvulis mortuus est, profecto etiam parvuli mortui sunt.* Et ibid, lib. II. cap. CLXIII. *Clamat apostolus: ergo omnes mortui sunt, et pro omnibus mortuus est; et vos reclamatis: non sunt mortui parvuli; clamate et quod sequitur: ergo non pro ipsis mortuus est;* ergo.

537. Ad praeoccupandas adversariorum difficultates notandum est, hanc Dei voluntatem antecedentem sub duplici respectu conditionatam dici posse: tum scilicet ex parte parentum, tum ex parte ordinarii naturae cursus; quatenus Deus, quantum ex se est, velit quidem et hos salvos fieri, et applicari ipsis media illa generalia, quae et pro ipsis praeparavit, dummodo tamen non obsistat reali istorum applicationi aut perversa parentum voluntas aut aliqua ipsorum culpa ac negligentia, vel dummodo non obstet ordinarius naturae cursus, quem ipse utpote provisor universalis non vult perturbare et impedire, ut istis infantibus in particulari salutis media de facto applicentur; alioquin perpetuo ad miracula confugere deberet. Hinc antecedens haec Dei voluntas juxta nostrum concipiendi modum ratione prior est praevisione istorum impedimentorum; e contrario voluntas Dei consequens circa effectivam infantium salutem et perditionem ea est, quae eorumdem impedimentorum praevisionem subsequitur.

DIFFICULTATES.

538. I. Obj. Dons non vult salutem illorum, quibus nulla praeparavit aut confert media ad salutem consequendam idonea; atqui tales saltem infantes sunt in utero matris morientes; ergo.

539. Resp. I. *Dist. maj.* Quibus nulla praeparavit aut confert media ad salutem consequendam idonea nec immediate neque mediate, *Tr.* saltem mediate, *N.* Tales sunt infantes isti, quorum parentibus Deus auxilium sufficiens et idoneum confert pro loco et tempore, quo non solum propriae, sed etiam saluti filiorum prospiciunt. Ita auctor librorum *De vocat, gentium,* Hb. II. cap. XXIII. *Non irreligiose arbitror credi,* inquit, *neque inconvenienter intcUigi, quod isti paucorum dierum homines ad illam pertineant gratiae partem, quae universis semper est impensa nationibus, qua utique, si bene uterentur eorum parentes, etiam ipsi per eosdem juvarentur.* Semper propterea supponitur aliqua culpa ex parte parentum aliorumve quorum curae commissi sunt, ob quam infantes decedunt sine regenerationis lavacro.

540. Resp. IL *Dist. maj.* Non praeparavit media ad salutem *idonea* ex defectu parentum, vel naturalis causarum secundarum ordinis quem Deus ut provisor universalis impedire non vult, *C.* ex defectu conferentis, nempe Dei, *N.* S. Thomas in lib. IV. *Sent.* dist. A7!, qu. 1. art. 1. ad 1: *Dicendum,* inquit, *quod non ex defectu divinae misericordiae* infantibus *in maternis uteris existentibus remedium non exhibetur; sed quia non sunt capaces illius remedii .... quia non possunt subjici operationi ministrorum ecclesiae, per quos talia remedia ministrantur.* Quia scilicet, ut observat Suarez, *De providentia gratiae circa reprobos* lib. IV. cap. IV. num. 10. divinae voluntatis affectus circa aeternam salutem horum parvulorum habet rationem cujusdam intentionis illius finis, *quatenus per media comparari potest,* seu, ut loquitur n. 12. *per quae salus applicari solet.*[1] Utraque responsio bona est; eam quilibet seligat, quae magis sibi arriserit.

[1]) Cf. *De providentia yral.* lib. IV. cap. 4. ubi fuse haec evolvitur materia, et rejecta illorum theologorum sententia, qui voluntatem Dei circa horum infantium salutem exponunt de mera quadam complacentia, quae reperiri in Deo potest etiam quoad damnatos, pergit eximius doctor ostendero, quomodo vera ac proprie dicta sit in Deo voluntas circa salutem talium infantium, et quomodo vere ac proprie pro iisdem Christus mortuus fuerit, etsi salutem et fructum Christi mortis de facto non consequantur ob impedimenta recensita, quae Deus vincere ac superare non intendit generali illa voluntate; vocatque hanc sententiam communiorem inter theologos. Ibiqüe argumenta Vasquezii *in 1. part, s. Thomae,* disput. XCVI. cap. II. soluta inveniuntur. Profecto, si Vasquez praevidisset quo pacto Jansenius sua erat sententia abusurus, in eam minime concessisset. Id ipsum de nonnullis aliis recte pronunciare licet. Addo Vasquezium fortasse nonnisi verbis a communi theologorum sententia recedere; sic enim scribit i» *1- part, s. Thomae* qu. CVL cap. 3. ..Ceterum tribus de causis dicere possumus Christum pro omnibus parvulis mortuum esse, qui

541. Π. Obj. S. Augustinus sensit Deum nullo modo velle istorum infantium salutem; ceteris enim locis praetermissis, *Ep. CCXVII.* ad Vitalem, num. 17. ita loquitur s. Doctor: *Quomodo dicitur omnes homines eam* gratiam *fuisse accepturos - - - - cum multis non detur parvulis, et sine illa plerique moriantur? et aliquando cupientibus festinantibusque parentibus, ministris quoque volentibus ac paratis, Deo nolente, non detur, cum repente, antequam detur, expirât, pro quo, ut acciperet, currebatur; ergo.*

542. Resp. *Xeg. antec.* Ad prob. *D.* Deo nolente voluntate consequente. *C.* voluntate antecedente, vel Λ. vel *subdist.* voluntate negativa, non tollendi scilicet illa impedimenta, *C.* voluntate positiva, seu ex directa ordinatione impedimentorum. A. Excludit s. Doctor voluntatem solam efficacem et absolutam, non autem conditionatam, qualem nos propugnamus. Id patet ex eo, quod s. Augustinus locis supra adductis habuerit mortem Christi, pro istorum parvulorum salute oblatam, ut principium inconcussum, quo utitur ad demonstrandam in omnes peccati originalis propagationem. Manifestum est autem Christum mortem suam non obtulisse pro salute illorum, quorum salutis ne quidem antecedentem et conditionatam in Deo voluntatem existere sciebat.

543. In st. Non desunt catholici theologi, qui negent Deum velle parvulorum istorum salutem, qnique propterea negent Christum pro illis prorie mortuum esse, eumque solum quoad causae communitatem et sufficientiam pretii mortuum esse contendant; ergo.

544. Resp. *D.* A. Sed immerito, quique manifeste contradicant apostolo, *C.* jure ac juxta apostoli doctrinam, A' Manifeste enim istorum theologorum sententia adversatur apostolo docenti: *Si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt;* quorum verborum hic sensus est: si unus mortuus est ad liberandos omnes a morte, ergo omnes per peccatum mortui sunt; alioquin, ut per se patet, nulla esset illatio ab apostolo facta. Praeterea haec verba: *Unus pro omnibus mortuus est,* sumi debent sensu obvio et proprio; atqui sumpta sensu obvio et proprio significant Christum mortem suam Patri obtulisse ex sincera voluntate, ut omnibus prodesset ad salutem. Ipso enim Jansenio fatente (qui certe hac in parte suspectus esse non debet),

tamen pro daemonibus nullo modo mortuus dicitur: primo, quia communis erat causa parvulorum et omnium hominum, ob quam venerat, et pro qua oravit, extra quam daemones omnino erant. Secundo, quia juste et pie credimus Christum non expresse denegasse ullis parvulis meritum suum, et a fructu suae passionis apud Patrem eos exclusisse, sicut daemones rejecit. Tertio, quia non minus pie afflmare possumus Christum voluntate simplicis affectus omnibus parvulis, nemine excepto, etiam post peccatum primi parentis, salutem desiderasse, sicut sibi ipsi vitam concupivit, atque ita pro omnibus orasse, ut salutem consequerentur, sicut pro se, ut liberaretur a morte, sed cum ea conditione, quam pro se facta adjecit: *'Verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat.-* Deinde dicta confirmat auctoritate s. Prosperi.

Christum *esse passum, crucifixum, mortuum, se redemptionem dedisse, vel propitiatorem esse pro omnibus, plus aliquid dicit, quam nude pretium sufficiens obtulisse, quod iis applicari nolit. Illud enim indicat, intentione morientis pretium pro illis oblatum esse, ut ejus oblatione placatus Pater eos reipsa de servitute liberaret.*[2] Hic est fidelium sensus, et sensus ipsius s. Augustini, ut superius ostendimus. Ad haec porro si attendissent doctores, qui nobis opponuntur, numquam profecto inconsiderate in illam descendissent sententiam. At rursum de hoc argumento in tract. *De gratia.*

[2]) Tom. III. lib. III. cap. 21. pag. 164. col. 1. B.

PARS IV

DE PROVIDENTIA AC DE PRAEDESTINATIONE.

545. Ad divinam scientiam simnl et voluntatem, ut animadvertit s. Thomas in prooemio quaestionis XXII., potissimum spectat tum generalis rerum omnium providentia, tum peculiaris sanctorum praedestinatio; quare ordo doctrinae postulat, ut de his distinctis capitibus mox disseramus. De divina autem seu beatifica visione, quae est praedestinationis objectum et finis, commodius agemus in tractatu *De Deo creatore.*

546. Recte divina providentia, quae a procul videndo dicitur, definitur a s. Thoma, p. L qu. 22. art. 1 : ..Ratio ordinis rerum in finem in Deo existons." l Duo providentia complectitur, ipsam rerum omnium ad suos fines ordinationem, quae pertinet ad intellectum, et istius ordinationis per media idonea in tempore execntionem, quae spectat ad voluntatem.

547. Praeter epicuraeos divinam providentiam negarunt fatalistae, nec non ii omnes, qui universalia quidem a Deo procurari affirmarunt, non autem singularia ac minima quaeque; item ex recentioribus illi philosophi, qui ita in omnibus vident causarum secundarum effectionem, ut nullibi Dei operationem agnoscant, qui etsi conceptis verbis providentiam haud negent, ita tamen se gerunt et loquuntur, ac si nulla Dei providentia esset. At non

*) Praeclare a Seneca (Epistola LXXI. 13. editionis taurinensis) providentia dicta fuit *aeterna ars cuncta temperantis Dei.*

solum fides docet, verum etiam ratio persuadet, Deum res creatas cunctas, licet minimas, actusque nostros otiam liberos infinita sua providentia temperare.

PROPOSITIO.

Datur in Deo providentia, quae ad omnia et singula sese extendit.

548. Propositio ad fidem spectat; nihil enim est in sacris litteris magis expressum quam Dei providentiam sese ad omnia porrigere; sic Sap. XII. 13. dicitur: JVon *est alius Deus, quam tu, cui cura est de omnibus·,* et Ps. CXVIIL 91. *Ordinatione tua perseverat dies, quoniam omnia serviunt tibi· sortes* ipsae, quibus nihil magis fortuitum videtur, teste Salomone, Prov. XVI. 33. *mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur;* demum Christus, ne plura congeram, apud Matthaeum, cap. VI. 26 et seqq. et apud Lucam, cap. XII. 22 et seqq. distinctissime tradit volatilia coeli, hortorum lilia, foenum agri et capillos capitis omnino subjici providentiae Dei, ita ut illorum ne unum quidem cadat absque ejus nutu; unde colligit idem Christus multo magis nihil esse vel minimum in humanis actibus, quod ab ejus providentia ordinatum non sit.

549- Id ipsum confirmatur ex ratione; nam omnia argumenta, quae superius ad probandam Dei existentiam allata sunt, ejusdem etiam providentiam evincunt. Quod ita s. Thomas loc. cit. ostendit: Si enim Deus adspectabilis hujus mundi est conditor, omnia, quae in eo bona sunt, Deo tribuamus oportet; inter bona autem hujus universi numerari profecto debet rerum omnium ad certos fines ordinatio, quam ignorare aut inficiari non potest nisi is, qui mirabiles constantesque naturae leges stupide non considerat; ergo hujus quoque ordinis auctor est Deus, sive in Deo est providentia et ratio ordinis rerum in finem.

550. Eamdem vero ad quaecumque prorsus extendi probat art. seq.; cum enim Deus semper agat propter finem, quidquid agit in suum etiam finem dirigit; tam late igitur patere Dei providentia debet quam ejus efficientia; atqui haec ad singulas res tametsi vilissimas diffunditur; ergo et illa. Itaque ut omnes creatae res existentiam sui auctoris ostendunt, sic ordo in illis elucens summi provisoris praesentiam, sapientiam praestantiamque demonstrat.

551. Jure proinde Clemens alex. *Strom.* lib. IV. *Qui providentiam,* inquit, *esse non putat, revera atheum se putat:* et lib. V. *Nec responsionem, sed poenam mereri,* testatur, *eum, qui demonstrari sibi petit esse providentiam.* Ceteros patres omitto; exscribendi enim libri integri essent, si testimonia huc spectantia afferre quis vellet. 2

') Cf. Pctav. *De Deo* lib. VIII. a cap. 1. ad 4: et Lcssius in opusc. *De Provid. Numinis.* Coines De Maisire in suis *Soirées de Saint-Pétersbourg* eleganter non minus

552. Ad praecavendas difficultates notandum est, Deum, etsi rebus omnibus provideat, non providere tamen omnibus immediate. Providet scilicet immediate, cum per se solum media exequatur; mediate vero, cum inedia exequatur per causas secundas. Quod quidem facit, ut ait s. Thomas (qu. cit. art. 3.), *non propter defectum suae virtutis, sed propter abundantiam suae bonitatis, ut dignitatem causalitatis communicet.* Sive autem provideat immediate sive mediate, semper assequitur finem ultimum et generalem, nempe gloriam suam: at non semper, quod sedulo notandum, assequitur fines particulares: quia non omnes, sed aliquos tantum intendit efficaciter, alios vero solum intendit conditionate. Ad rationem autem perfectae providentiae non requiritur, ut finem inefficaciter et conditionate tantum volitum provisor assequatur; nam declinatio a fine sic volito est medium sapienter ordinatum ad finem ultimum et generalem efficaciter intentum, et ad ejus assecutionem efficaciter perducit. 3

DIFFICULTATES.

553. I. Obj. Non obscure Scriptura ipsa insinuat Deo curam non esse de omnibus et singulis: apostolus enim I. Cor. IX. 9. *Numquid de bobus,* inquit, *cura est Deo?* et Habacuc I. 14. *Facies homines quasi pisces maris, et quasi reptile non habens principem;* in quae verba nota est Hieronymi expositio cum asserit: *Absurdum esse* etc.; neque ab his abhorrere videtur ipse angelicus Doctor, p. I. qu. 23. art. 7. inquiens: *Quod licet Deus sciat numerum omnium individuorum, non tamen numerus vel boum vel culicum etc. est per se praeordinatus a Deo:* qui proinde concludit, in lib. I. *Sent.* dist. XLVI. qu. 1. art. 3. ad 6: *Quod si nullus homo peccaret, universum genus humanum melius foret;* ergo.

quam solide hoc prosequitur et evolvit argumentum de divina providentia; quod pariter praestitit cl. Bosmini, *Opuscoli filosofici,* vol. I. Milano 1827, praesertim *Delta divina Providenda, saggio primo;* licet vero tria subsequenda specimina ad aliud argumentum referri videantur, ad eumdem tamen scopum seu finem divinae providentiae constabiliendae referuntur. Cf. praefatio cl. auctoris. Ex antiquis inter ceteros Theodoretus decem orationes scripsit *De providentia Dei;* Synesius episcopus Cyrenes scripsit libros duos *De providentia,* quos cum ceteris ejusdem operibus vulgavit et interpretatus est Petavius, Parisiis 1635, vol. I; Salvianus massiliensis episc. scripsit libros octo *De vero judicio et providentia Dei.*

3) Cons. s. Thomas part. I. qu. 22. art. 2. ad 2. ubi ait: „Quod aliter de eo est, qui habet curam alicujus particularis, et de provisore universali; quia provisor particularis excludit defectum ab eo, quod ejus curae subditur, quantum potest; sed provisor universalis permittit aliquem defectum in aliquo particulari accidere, ne impediatur bonum totius. . . Cum igitur Deus sit universalis provisor totius entis, ad ipsius providentiam pertinet, ut permittat quosdam defectus esse in aliquibus particularibus rebus, ne impediatur bonum universi. Si enim omnia mala impedirentur, mulla bona deessent universo; non enim esset vita leonis, si non esset occisio animalium; nec esset patientia martyrum, si non esset persecutio tyrannorum.“

554. Reap. *D. A,* Id eat, eadem ratione, *C.* diversa ratione, *N.* Haec enim omnia, quae adducta aunt, iliaque similia, quae adduci possent, non aliud evincunt, niai incase Deo specialem magis curam ac providentiam erga homines quam circa bruta animantia; etsi et istis provideat.

555. Itaque apostolus loc. cit. ratiocinatur a minori ad majus, quasi diceret: si curat Deus boves, quibus triturantibus os alligari vetat, negliget nos verbi sui ministros, nec magis alendos praecipiet?

556. Verba Habacuc *respective,* ad homines nempe, non *absolute* accipienda sunt.

557. Textum S. Hieronymi superius exposuimus.

558. S. Thomas in primo textu loquitur de speciali praeordinatione, quam individua non habent primario et ratione sui, sed solum respectu ad suas species, quae peculiari ratione ad universi perfectionem pertinent, et ad quam praeordinantur, ut ibidem s. Doctor explicat, et *De veritate* quaest. V.

559. In altero vero loquitur de bono particulari et hominum proprio in se spectato, non autem de bono in genere, sive respectu totius universi, et praesertim majoris gloriae Dei. ·-

560. II. Obj. Providentia sine justitia in Deo admitti nequit; jam vero totum hoc universum injustitia plenum est. 1. Impiis enim prospera, et adversa justis saepe contingunt; 2. exinde frequentes in sacris litteris justorum querelae et expostulationes. *Quare impii vivunt?* interrogat Job (XXI. 7.); *Quare via impiorum prosperatur?* sciscitatur Jeremias (XU. 1.); et regius Psaltes fatetur (Ps. LXXII. 2.) de se: *Mei autem pene moti sunt pedes . . . . pacem peccatorum videns.* His accedit 3. inaequalis bonorum malorumque distributio, quae testimonium dicit adversus justam Dei providentiam. Ipsa 4. quotidiana experientia ostendit non pro uniuscujusque meritis, sed pro uniuscujusque industria, res omnes succedere. Quod 5. quidem cohaeret cum eo, quod Ecclesiastici XV. 14. de homine dicitur, nempe Deum ipsum *reliquisse in manu consilii sui;* et 6. quod Psalmista de impiis asserit (Ps. LXXX. 13.), Deum dimisisse *eos secundum desideria cordis eorum; ergo.*

561. Resp. *Dist. maj.* Universum plenum est injustitia apparenti, *Tr.* reali, *N.*

562. Ad 1. Data facti veritate, quae verisimilius falsa est, *D.* Prospera impiis et adversa justis saepe contingunt ex peculiari et altiori dispensatione divinae providentiae ac justissimis causis, *Tr.* vel *C.* ex defectu providae justitiae, A; Deus enim hac ratione et majoris meriti occasiones justis praebet et majoris ruinae impiorum malitiae. Cum insuper nemo tam bonus sit, qui interdum non delinquat, sic. nemo tam malus, qui bonum aliquod identidem non operetur; cum vero Deus nullam bonam actionem sine remuneratione vel malam velit esse absque punitione, hinc justorum peccata hic temporali poena castigat, ac bona impiorum opera temporali prosperitate remuneratur, utrisque

reservans in altera vita vel praeininm vel poenam eorum operibus pro meritis rependendam. Addo demum nihil adversarios proficere, nisi ostendant justos praecise miseros et afflictos essp, quia justi, malisque bona ac prospera succedere, quia mali sunt: quod numquam ipsi praestabunt vel praestare poterunt. 4

563- Ad 2. *D.* Et ejusmodi justorum querelae proveniebant ex zelo justitiae, *C.* ex dubitatione justae divinae providentiae, A'. In has enim querelas interdum justi erumpebant ex zelo justitiae, atque ex eo quo flagrabant amore divinae gloriae. Ceterum et Jeremias vocat ibidem Deum justum, et David pariter subdit: *Labor est ante me, donec intrem in sanctuarium Dei, et intdligam in novissimis eorum.*

564. Ad 3. *Neg.* inaequalem bonorum malorumque distributionem testimonium dicere adversus providentiam; sed dico eam potius valde commendare. tum aliis de causis, tum ut magis fides nostra exerceatur, et in aeternorum spem altius assurgat; tum etiam ut pateat, quam differant boni a malis, cum utrique pari modo torquentur. *Manet enim,* pulcherrime inquit s. Augustinus, *dissimilitudo passorum etiam in similitudine passionum; et licet sub eodem tormento, non est idem virtus et vitium . . . nam pari motu exagitatum et exhalat horribiliter coenum, et suaviter fragrat unguentum.* 5

565. Ad 4. *D.* Quia Deus statuit res in hac vita permitti et agi suis motibus, C. secus. A Et hoc quidem data veritate assertionis, quae posset multis capitibus falsa ostendi, saltem sic absolute sumpta; cum saepe eventus neque hominum consiliis, neque industriae, aut malitiae respondeant. 6

566. Ad 5. *D.* Fatetur Ecclesiasticus Deum reliquisse hominem in manu consilii sui ad denotandam ejus arbitrii libertatem, *C.* ad denotandum esse eum emancipatum a Dei providentia, A'. Ut enim observat s. Thomas loc. cit., quia actus ipse liberi arbitrii reducitur in Deum sicut in causam, necesse est, ut ea, quae ex libero arbitrio fiunt, divinae providentiae subdantur; providentia enim hominis continetur sub universali.

567. Ad 6. *D.* Quatenus eos *speciali* illa providentia a malo non retrahit, qua retrahit justos et electos, *C.* quatenus a generali etiam providentia dimittit, AT. Dum enim peccatores ab ordine divinae legis excidunt, in ordinem incidunt divinae justitiae: quo spectant illa Augustini dicta: *Qui te dimittit, quo it aut quo fugit, nisi a te placido ad te iratum? Nam ubi non invenit legem tuam in poena sua?7 ... In vetustatem perducens superbos et nesciunt.*8

*) Cf. cum. De Maistre, *Soirees* etc. tom. L *troisième Entretien* cum notis. Legj etiam meretur Alphonsus AnL de Sarasa S. J. in op. Ari *semper gaudendi demonstrata ex sola consideratione divinae providentiae,* II vol. in 4- Colon. Agripp. 1676- Illud inagni fecerunt vel ipsi protestantes.

5) *De civit. Dei,* lib. I. cap. 8. η. 2.

6) Cf. Lessius, *De Proc. Num.* lib. 1IL n. 168.

') Cf. *Conf.* lib. IV. cap. 9.

s) Ibid. lib. I. cap. 4. De hoc ipso argumento fuse agit s. Augustinus *De civ. Dei,* lib. XIV. cap. 26 ct 27.

568. HI. Obj. Si divino consilio omnia dirigerentur in hoc mundo, 1. tot non essent vel inutilia, vel monstrosa, vel noxia, quibus natura abundat; tot 2. non darentur peccata. Hinc 3. recte Epicurus, teste Lactantio, *De ira Dei* cap. X]U. stoicos providentiae assertores hac torquebat dilemmatum congerie: „Deus aut vult tollere mala et non potest, aut potest et non vult, aut neque vult neque potest, aut vult et potest. Si vult et non potest, imbecillis est, quod in Deum non cadit; si potest et non vult, invidus, quod aeque alienum est a Deo; si neque vult neque potest, et invidus et imbecillis est, ideoque neque Deus; si vult et potest, quod solum Deo convenit, unde ergo sunt mala?“ Addatur 4. neque Deum decere minutis hisce negotiis se implicare; nec 5. posse esse beatum, si tot curis sit distentus; ergo.

569. Resp. Ad 1. *D.* Quae tamen inutilia, monstrosa et noxia tantum sunt respectu nostri, qui ea caligantibus oculis contemplamur, nec fines singulos istorum attingimus, *C.* respectu Dei, et relate ad totam rerum compagem et universitatem, A'. Sancti ecclesiae patres pluribus argumentis ac exemplis totam rem istam illustrant, qui consuli possunt apud Petavium. 9

570. Ad 2. *D.* Si peculiari tantum uniuscujusque bono Deus prospiceret, *Tr.* vel *C.* si bono totius universi, praesertim vero gloriae suae, *N.*

571. Ad 3- Resp. Deum posse et nolle; nec tamen inde sequitur invidum eum esse, sed sapientissimum, omnipotentem et optimum; solius quippe tantae sapientiae ac bonitatis est ex malo etiam (quod creaturae nullae etsi praestantissimae possent) maximum elicere bonum. Recolantur superius dicta adversus manichaeos.

572. Ad 4. *Neg.* dedecere Deum minimis his, at in se mirabilibus, vacare. Si *injuria est regere,* optime inquit Ambrosius, *nonne est major injuria fecisse? 10*

573. Ad 5. *D.* Si Deus ad instar miseri hominis multiplici cura his implicaretur, *C.* si uno ac simplicissimo actu his omnibus prospiciat, *N.*

574. IV. Obj. Saltem nulla dicenda est ad adstruendam providentiam ratio, quae deducitur ex constanti eventuum serie, atque effectuum, qui a causis suis producuntur. Serio enim examine ejusmodi eventuum ac effectuum instituto a naturae indagatoribus compertum est hanc effectuum constantiam fundamentum habere in causis regularibus, quae prius latebant; ergo. H

575. Resp. *N.* A. Ad prob. autem *D.* Et causae ejusmodi regulares

') Lib. VIII. cap. 5; nec non Lcssius, lib. I. Cf. Ruffini, *Rïfiessioni critiche* etc. *Memoria seconda,* part. II. §. 12. pag. 56.

,e) *De officiis,* lib. I. cap. 13. cujus integra haec verba sunt: -Et quis operator, *ait,* negligat operis sui curam? Quis deserat, et destituat, quod ipse condendum putavit? Si injuria est regere, nonne est major injuria fecisse; cum aliquid non fecisse, nulla injustitia sit, non curare, quod fecerit, summa inclementia?“

") Ita La Place in suo *Essai philosophique sur les probabilités,* pag. 84. et 85.

denuo confirmant existentiam divinae providentiae, *C.* excludunt vel saltem infirmant, A. Ex eo enim quod detectae fuerint causae regulares, quae constantem effectum producunt, numquid sequitur has causas non fuisse a sapientissime» auctore, Deo nempe, constitutas? Qui hanc absurdam consecutionem infert, non melius profecto ratiocinatur, ac ratiocinaretur silvestris homo, qui admirans reperti cujusdam horologii constantem sphaerularum motum, eoque aperto reperiens mechanismum internum, qui talem motum producit, concluderet excludendam esse sapientiam ac manum artificis in eo elaborando. Desiperet iste profecto; ast non minus desipiunt quotquot ex causia secundis regularibus, quae cernuntur in hac rerum universitate, concludunt nullam esse admittendam causam primam illarum effectricem ac moderatricem.12

II.

576. Quae de praedestinatione disputari solent, revocantur ad ejusdem naturam *et proprietates x causas* et effectus. De his propterea, qua fieri potest brevitate, declinatis scholasticis concertationibus, singillatim agendum totidem articulis.

ARTICULUS I.

DE NATURA ET PROPRIETATIBUS PRAEDESTINATIONIS.

577- Melius percipi non potest praedestinationis natura quam ex ejus definitione. Jam vero praedestinatio a s. Augustino (lib. *Depraedent. Sanctorum,* , cap. X.) definitur: *Graliae praeparatio;* vel paulo prolixius (lib. *De dono pers*ev. cap. XIV.): *Praedestinatio nihil est aliud quam praescientia et praeparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicumque liberantur.* A sancto autem Thoma (p. I. qu. 23- art. 2.) ita definitur: *Praedestinatio est quaedam ratio ordinis aliquorum in salutem aeternam, in mente divina existais.* Nos utramque adoptamus definitionem; ex quibus deprehendimus praedestinationem duo includere, actum scilicet intellectus et voluntatis, utpote partem providentiae et opus misericordiae.

578. Praedestinatio multifariam spectari potest, vel ut *adaequata,* vel ut *inadaequata.* Adaequata complectitur gratuitam electionem ad gratiam et i ad gloriam, inadaequata solam electionem ad gloriam; adaequatam praedestinationem esse prorsus gratuitam, de fide est; utrum vero gratuita pariter sit inadaequata, an post praevisa merita gratiae, controvertitur in scholis

, loc. cit. pag. 54.

579. Rursum considerari potest praedestinatio *in intentione et in exe-culione,* vel, ut alii dicunt, *in actu primo* et *in actu secundo,* vel etiam *in principio* et *in termino.* Si spectetur sub hoc secundo respectu, vel, ut ajunt, *in concreto,* eam pendere partim a Deo gratis miserante, partim ab homine obsequente, dogma pariter fidei est. Coelestis quippe beatitudo *merces* et *corona justitiae* in Scripturis dicitur; labores ergo nostros, seu

certaverit, ut dicitur II. Tim. II. 5.

580. Si vero consideretur in intentione, seu in abstracto, dividuntur inter se scholae in duas potissimum partes. Alii enim contendunt Deum prius decrevisse gloriam quam gratiam dare electis, quos ex communi perditionis massa, in qua omnes per originale peccatum homines involvuntur, gratuito secrevit ac praedestinavit, relictis ceteris, quos saltem negative reprobavit, deinde decrevisse auxilia gratiae, certo conducentia ad salutem. Alii autem propugnant Deum prius elegisse ad gratiam, deinde ex praeviso bono vel malo usu ipsius gratiae aliis decrevisse poenam, aliis gloriam; hi igitur contendunt praedestinationem ad gloriam esse post praevisa merita gratiae. Qui stant pro prima sententia, dicunt praedestinationem esse gra-

stinus urget adversus semipelagianos, praesertim exemplo ducto ex duobuj infantibus, quorum alter baptizatur, alter non baptizatur, unus propterea perit, alter salvatur, in quibus merita nulla supponi possunt; et s. Thomas, qui inter cetera in cap. VIII. ad Rom. lect. 6. concludit: *Unde convenientius sic ordinatur littera:* ***Quos praescivit, hos et praedestinavit fieri conformes imagini Filii sui;*** *ut ista conformitas non sit ratio praedestinationis, sed terminus vel effectus.* His addunt rationes theologicas, quarum potissima haec est: Qui ordinate vult, prius vult finem quam media: sed gloria est tinis, et merita sunt media ad illam: ergo Deus, qui ordinate vult, prius vult gloriam quam merita, et consequenter antequam illa praevideat ut futura, quia non videt ea futura, nisi ea velit. Major probatur, quia finis volitus est causa, cur eligantur media, unde medicus ex voluntate salvandi infirmum movetur ad ei propinanda remedia: et sic dicatur de agricola. de mercatore etc.; ergo.2

082- Qui contrariam tuentur sententiam, incipiunt ab eversione fundamentorum oppositae sententiae, deinde opponunt Scripturas Scripturis, patres patribus, rationes rationibus, ut suam adstruant.

583. Itaque primo dicunt, frustra quaeri in Scripturis fundamentum illius sententiae, cum nec unus textus adduci possit, ubi non loquantur de gratuita electione ad gratiam et fidem, ut patet in allatis testimoniis, alioquin sequeretur totidem fuisse praedestinatos ad gloriam, quot sunt illi, qui credidisse dicuntur in primo textu, vel omnes illos, quos alloquitur Paulus, ad Ephesios scribens, fuisse praedestinatos ad gloriam: epistola demum ad Romanos tota est de gratuita electione ad fidem, contra judaeos.3 Quod spectat ad ss. Augustinum et Thomam, alii reponunt, eos locutos fuisse de praedestinatione adaequata ad gratiam et gloriam, ut praesertim exigebat

·) Cf. card. Golli, lom. III. qu. 3. dist. 3. §. 8; Gonet *Clypens theol. thoniisticae,* tom. IL tract. 5. disp. 2. art. 1 et 2; Th. de Lemos *Panoplia gratiae,* tom. II. tract. 3. cap. 2 ct cap. 10 et seqq.

3) Cf. Bern, a Piconio Ord. Capp. *Triplex expositio,* in praef. ad hanc Episl.: ..Scopus apostoli, *inquit,* in hac epistola est ostendere, quod Christi gratia nec judaeis data sit ob mosaicae legis observantiam, nec gentibus ob legis naturalis custodiam, sed mere gratis et ex pura Dei misericordia;" qui et ad hunc locum cap. nempe VIII. v. 30. perpensis fusius utriusque interpretationis fundamentis concludit, putare se apostolicae menti conformiorem esse eorum explicationem, qui per *propositum* intelligunt gratuitum Dei decretum, de danda gratia sine ullo hominum merito, sed ex pura bonitate et benevolentia. .Itaque, *inquit,* ct ex hujus epistolae scopo el ex loto illius contextu persuasus sum, quod in ea sanctus apostolus agat de gratia, non de gloria; at maxime, quia mihi clarissimo patet, in apostoli nostri doctrina, quod Deus sincere ct serio *vult omnes homines salvos fieri, et ad cognitionem veritatis venire:* et quia aliunde decretum quosdam ad gloriam eligendi ante praevisa merita, ceteris in massa perditionis relictis, cum hac sincera et seria Dei voluntate, de salvandis omnibus hominibus, difficile potest conciliari; decretum vero de danda gratuito gratia mullo facilius cum hac Dei voluntate conciliatur. Hinc apostolicae menti puto conformiorem esse etc.·· prout retulimus.

8. Augustini scopus advorsue pclagianos et semipelagianos, quae procul dubio gratuita est; alii, ut Potavius et Maldonatus fatentur hanc inhaesisse sententiam ac opinionem s. Augustino, sed ut privato doctori, qui propterea sic tuetur hanc sententiam, ut aliam non improbet, ut liquet ex ejus verbis in lib. *De yrat. et libero arb.,* ubi cum multa dixisset adversus pelagianos, qui praedestinationem factam docebant ex praevisis meritis naturalibus, cap. VI. num. 15. concludit: *Si merita nostra sic intelliyerent, ut etiam ipsa dona Dei esse cognoscerent* (ut certo theologi omnes cognoscunt), *non esset reprobanda ista sententia.* Quibus consonant, quae scribit s. Thomas loc. cit., ubi exponens illorum sententiam, qui verba apostoli: *Quos praescivit* etc. sic exponunt: *Quos praescivit conformes fieri imaginis Filii sui, hos praedestinavit,* ait: *Ft hoc quidem rationabiliter diceretur, si praedestinatio respiceret tantum vitam aeternam, quae datur meritis.* Quare ista disputatio semper ab ecclesia habita est *inter profundiores difficilioresque partes incurrentium quaestionum, quas sicut contemnere non audemus, ita non necesse habemus adstruere,* ut loquitur s. Caelestinus pontifex, seu auctor *X Capital, adversus Ptlag.* scribens ad Gallos. Ad rationem demum adductam reponunt, eam quidem valere, cum linis volitus et intentus est absolute, non autem cum solum volitus aut intentus est conditionate, ut in casu nostro: cum Deus nolit dare gloriam nisi dependenter a meritis gratiae.

584. Sic porro pergunt ad adstruendam suam propriam sententiam: Nullam aliam nostrae praedestinationis ideam perpetuo exhibent Scripturae, quam expressam intentionem Dei remunerare volentis fideles cooperatores gratiae suae per bona opera, dilectionem etc., ea ratione, qua statuit ab aeterno punire eos, quos praevidit abusuros gratia sua, ac in impoenitentia finali decessuros. Huc spectant illa, quae Mattii. XXV. 34. leguntur: *Venite*

) Capitulo X. quod integre ita se habet: ..Profundiores vero difficilioresque partes incurrentium quaestionum, quas latius pertractarunt qui haereticis restiterunt, sicut nos non audemus contemnere, ita non nccessc habemus adstruere; quia ad confitendum gratiam Dei, cujus operi ct dignationi nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus, quidquid secandum praedictas regulas apostolicae sedis nos scripta docuerint; ut prorsus nou opinemur catholicum, quod appareat praefixis sententiis esse contrarium· Vid. *Collect. Concit.* Labbaei, tom. II. col. 1617. Cum Baronius haec *Capit.* retulisset (ad annum 431. num. 185.), addit: «His, inquam, profitetur (horum capitulorum auctor, qui creditur s. Prosper) profundiores quaestiones illas, de praedestinatione sanctorum, nequaquam ab apostolica sede definitas: illasque tantum esse stabilitas, quae ad condemnationem errorum salis posse sufficere viderentur." Etsi vero decem ista Capitula passim sub nomine s. Caelcslini circumferantur, Baronins tamen, ut innuimus, putat ea esse s. Prosperi. Hanc opinionem Pagius tuetur; cons, in *Critica JSuronii* ad ann. 431. a num. 46 ad 49. Illos recentiorcs critici plcrique sequuntur; attamen Joann. Bapt. Faure S. J. in peculiari dissertatione *J)e Auctore Capitulorum S. Caelesliuo I. Rom. Pont, olim tributorum,* quae reperitur tom. V. *Thesauri theologici* P. Zaccariae, mordicus eidem Caeleslino vindicat eadem Capitula.

benedicti Patris mei; possidete paratum vobis 'regnum a constitutione mutuli: esurivi enim, et dedistis mihi manducare; et v. 4L *Discedite a me maledicti in ignem aeternum . . . esurivi enim, et non dedistis mihi manducare.* Quibus verbis exprimitur ratio, quare in tempore Deus tribuat praemia vel supplicia. quia nempe in intentione sua aeterna statuit ea dare pro meritis vel demeritis. Quo spectant illa, quae habet apostolus (I. Cor. II. 9.): *Ocuhu non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus iis, qui diligunt illum.* En. dicunt, rationem praeparationis seu praedestinationis: *Qui diligunt illum.* Huc etiam spectant, quae habet ad Rom. VIII. 29. *Quos praescivit et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui;* non itaque ante praedestinavit quam praesciverit futuram conformitatem; et rursum ibid. v. 17. S» *filii et haeredes, haeredes quidem Dei, cohaereda autem Christi; si tamen compatimur, ut et conglorificemur;* aliaque ejusmodi, ac praesertim Π. Petr. I. 10. *Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis.* Nec alia unquam fuit patrum, sive graeeorum sive latinorum, mens, quorum unanimis sententia est Deum ex praescientia meritorum decrevisse vel praemia vel poenas. De graecis nulla quaestio; de latinis constat ex ss. Ambrosio (lib. V. *De Fide,* cap. Vlil. num. 83.), Hieronymo atque Hilario apud Frassenium; atque id expresse fatetur de omnibus patribus, qui ante s. Augustinum atque ejus aetate floruerunt, s. Prosper in epist. ad s. Augustinum ipsum data, in qua ab eo edoceri cupit, cur a sententia suorum praedecessorum, circa praedestinationem ad gloriam ex praevisis meritis gratiae recessisse videatur dicens: „Illud qualiter diluatur, quaesumus, patienter insipientiam nostram ferendo, demonstres, quod retractatis priorum de hac re opinionibus, pene omnium par invenitur et una sententia, qua propositum et praedestinationem Dei secundum praescientiam receperunt, ut ob hoc Deus alios vasa honoris, alios contumeliae fecerit, quia finem uniuscujusque praeviderit, et sub ipso gratiae adjutorio, in qua futurus esset voluntate et actione, praescierit."[5] Sed eadem inhaesit sententia patribus, qui s. Augustinum subsecuti sunt, ut s. Fulgentio, lib. I. *Ad Monimum* cap. XXIV.; Primasio in *Comment, in Epist. ad Rom.* cap. VIII.; s. Bernardo, *lib. De concord, praedest. et lib. arb.* cap. HI.; s. Anselmo, *Serm. XXΊΠ. in Cant.; s.* Bonaventurae, tom. IV. opp. in lib. I. *Sent.* diet. 41. qu. 2. cujus haec verba sunt: *Similiter, si quaeratur, quare magis salvare voluit Petrum quam Judam,* respondet: *quod iste habuit bona merita, ille vero mala.* Omittimus posteriores scriptores Albertum Pighium, card. Sadoletum, Contarenum etc. Et haec fortasse fuerunt momenta, quibus permotus est s. Franciscus Salesius, ut hanc sententiam sibi apprime caram dixerit in epist. ad Lessium data, utpote *antiquitate, sua-*

5) Inter *Ορη. s. August,* tom. IL pag. 824. E. F. et tom. X. pag. 783.

vitate ac Scripturarum nativa auctoritate nobilissimam, eamque sc *existimasse semper ut Dei misericordiae ac gratiae magis consentaneam, veriorem ac amabiliorem. 6*

585. Recurrunt demum ad varias rationes theologicas, quarum profecto potissima est, quae desumitur ex sincera Dei voluntate beneplaciti salvandi omnes homines, etiam supposito peccato originali. Etenim, dato semel quod Deus a tota aeternitate, ante quamcumque meritorum praevisionem, aliquos elegerit ad gloriam, ceterosque negative reprobaverit, impossibile videtur illam veritatem catholicam adstrnere ; metaphysice enim repugnat salvari eos, quos Deus, saltem negative, a tota aeternitate reprobavit; ad quid igitur pro istis Christus mortuus esset, aut sanguinem fudisset? ad quid promeruisset gratias, fidem etiam multis ac justificationem? num ut salventur? sed in antecessum jam reprobati sunt. Num ut deteriorem damnationem incurrant? horret animus tantam blasphenliam. Hinc est quod Calvinus, ejusque praesertim fidelis assecla Jansenius, ad istam sententiam confugiant, ut adstruant, nec Christum pro omnibus mortuum esse, nec Deum velle nisi electorum tantum salutem.

586. Ex his patet, utrique sententiae auctoritates et rationum pondera suffragari. Cum sancta sedes nullum tulerit circa illas judicium, liberum unicuique est illam sententiam amplecti, quae magis Scripturae, patribus ac rationi congruere videbitur, et ex ea responsa mutuari ad refellendas fidei impugnatorum difficultates, prout nos praestabimus.7

587. His interea quaestionibus dimissis, jam nos convertimus ad con-

6) Apud Livin. MeyeV,^//isf. *Congreg. de auxiliis,* lib. I. capj^-Jn qua inter cetera scribit: «Obiter vi'd* in bibliotheca collegii lugdunensis, tractatum de praedeslinatione; et, quamvis nonnisi sparsim, ut fit, oculos in eum injicere contigerit, cognovi tamen, paternitatem vestram sententiam illam, *antiquitate, suavitate ac Scripturarum nativa auctoritate nobilissimam, de praedestinatione ad gloriam post praevisa merita,* amplecti ac tueri. Quod sane mihi gratissimum fuit, qui nimirum eam semper ut Dei misericordiae ac gratiae magis consentaneam, veriorem ac amabiliorem existimavi; quod etiam tantisper in libello *De amore Dei* indicavi."

7) Pro utraque sententia videri inter alios possunt Boucat Ord. Minim. *Theologia Patrum,* vol. I. tract. 4. diss. 3. conclus. 3; Pelav. *De Deo,* lib. IX. et X; Du Plessis dl Argentrè, *Commentarius historieus de praedestin.* vol. unie, in 4. Turn pro sententia de praedestinatione ante praevisa merita, card. Gotti, tom. IV. *In prim. part. s. Thomae* , qu. 3. dub. 3; Suarez, *De praedest.* lib. I. cap. 8 et seqq. ; Bellarm. *De grat. et lib. arb.* lib. Π. resol. XV. Pro sententia de praedestinatione post praevisa merita gratiae, Lessius, *Disp, de praed. et reprob, angel, et hom.* sect. II et seqq.; Vasquez, disp. 89. *In I. part, s. Thom.* cap. 1 et seqq.; Frassen, Min. Observ. *Scotus Academ.* tom. L tract. 2. sect. i. qu. 2; Tournely, *De Deo,* quaesi. 14. art. 2. conci. 5. Prae ceteris vero circa mentem ss. Augustini et Thomae, card. Jos. Tricassinus, Ord. Cap. *De praedestinatione hominum ad gloriam,* vol. un. in 4. Paris. 1619; et card. Sfondratus, *Nodus praedestinationis dissolutus,* vol. un. in 4. Romae 1696.

siderandas praedestinationis proprietates, quae sunt ejus certitudo et immutabilitas ex parte Dei, et incertitudo ex parte nostra. Divinae praedestinationis existentiam inficiati sunt pelagiani: certitudinem et immutabilitatem rursum negarunt pelagiani ac semipelagiani; Calvinus unumquemque fidelem certum esse debere, et quidem certitudine fidei, de sua propria praedestinatione affirmavit. Adversus quos insequentes statuimus propositiones.

PROPOSITIO I.

Datur ex parte Dei veri nominis praedestinatio, eaque certa est el immutabilis.

588. Utraque propositionis pars est de fide, et tamquam de fide propugnatur a s. Augustino, tum in lib. *De praedest. Sanctorum,* tum in lib. *De dono perseverantiae,* et alibi passim: cujus judicium universa approbavit ecclesia adversus pelagianos et semipelagianos. [1]

589. Prior itaque propositionis pars sic evincitur ex **Scriptura:** Matth. XXV. 34. Christus electos sic alloquitur: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi;* sic etiam (Rom. VIII. 29 et seq.) de praedestinatione ad fidem et gratiam loquens apostolus, ait: Quos *praescivit et praedestinavit, . . . quos autem praedestinavit, hos et vocavit; et quos vocavit, hos et justificavit: quos autem justificavit, illos et glorificavit*[2]; et (Eph. I. 4.): *Elegit nos in ipso, ante mundi constitutionem, ut essemus sancti . . . praedestinavit nos . . . secundum propositum voluntatis suae.* Si igitur nemo venit in tempore ad fidem et gratiam, nisi qui praedestinatus est ab aeterno a Deo, a fortiori nemo venit ad gloriam, quae fructus est gratiae, nisi ab aeterno praedestinatus a Deo. ☞'

590. Hinc s. Augustinus, lib. *De dono persev.* cap. XXIII. num. 65. scribit: *Veritatem praedestinationis hujus et gratiae, quae nunc contra novos haereticos cura diligentiore defenditur, numquam ecclesia Christi non habuit;* et s. Prosper in *Resp. 1. ad objectiones Gallorum,* ait: *Praedestinationem Dei nullus catholicus negat.*

591. Rationem porro theologicam nobis suppeditat s. Thomas, p. I.

l) Cf. *Collect. Cone.* Labbaei tom. IV. col. 1673. adnoL Sirmondi, *De confirm. Synodi,* ubi refertur approbatio synodi arausicanae II. facta a Bonifacio rom. pont., ex duobus codicibus fossalensi et laudon., bis verbis contenta: .In hoc loco continetur synodus arausicana, quam per auctoritatem sanctus papa Bonifacius confirmavit. Et ideo quicumque aliter de gratia et libero arbitrio crediderit, quam vel ista auctoritas continet, vel in illa synodo constitutum est, contrarium sedi apostolicae et universae per totum mundum ecclesiae se esse cognoscat." Reliqua ibi vide.

') Si tamen hic textus, ut notatum est, intelligendus est de praedestinatione ad gloriam, quod plures inficiantur. Eum tamen attulimus, ut mori obtemperaremus.

qu. 23. art. 1. hoc eno ratiocinio: Cum aeterna vita sit finis naturae creatae modum et proportionem excedens, adeoque nullus hominum virtute propria pertingere ad illam possit, necesse est, ut ad ipsam homo, quemadmodum a sagittario sagitta mittitur in signum, a Deo dirigatur, qui solus et naturae, quae dirigitur, et finis, ad quem ille ordinatur, et mediorum, quibus ordinatur, est auctor. Hujus autem ordinis ratio, quae in tempore perficitur, cum nihil fiat a Deo, quod ante ab aeternitate non definierit, ex aeternitate fuit in mente Dei; atqui ratio haec est praedestinatio; igitur in Deo est, eaque ita est ad salutem necessaria, ut hanc obtinere nemo possit, qui non fuerit praedestinatus.

592. Exinde jam sequitur veritas alterius partis nostrae propositionis, de certitudine scilicet et immutabilitate praedestinationis, ita ut electorum numerus nec augeri nec minui possit; quod quidem Christus ipse testatus est (Joann. X. 27 et 28.), dicens: *Oves meae vocem meam audiunt, et ego cognosco eas, et sequuntur me, et ego vitam aeternam do eis; et non peribunt in aeternum, et non rapiet eas quisquam de manu mea. Horum,* ait Augustinus (lib. *De correpț. et grat.* cap. VII. 14.), «i *quisquam perit, fallitur Deus: sed nemo eorum perit, quia non fallitur Deus; horum si quisquam perit, vitio humano vincitur Deus; sed nemo eorum perit, quia nulla re vincitur Deus;* et 8. Fulgentius (lib. *De fide,* cap. XXXV.): *Firmissime tene,* inquit, *et nullatenus dubites, omnes, quos vasa misericordiae gratuita bonitate Deus facit, ante constitutionem mundi in adoptionem filiorum Dei praedestinatos a Deo. Firmissime tene, neque perire posse aliquem eorum, quos Deus praedestinavit ad regnum caelorum, nec quemquam eorum, quos non praedestinavit ad vitam, ulla ratione posse salvari.*

593. Et ratio ex dictis manifesta est: cum enim praedestinatio sit actus intellectus et voluntatis, quemadmodum intellectus divinus in sua praescientia falli non potest, sic nec superari potest ejus voluntas, cum quidpiam absolute et efficaciter vult; vult autem Deus efficaciter et absolute solam electorum salutem; ergo. Inpervium sane mysterium, quod nos venerari quidem debemus, sed tamen scrutari absque periculo nequimus. Concludimus propterea cum s. Augustino (lib. *De Spir. et litt.* cap. XXXIV.): *Jam si ad illam profunditatem scrutandam quisquam nos coarctet, cur illi ita suadeatur ut persuadeatur, illi autem non ita, duo sola occurrunt interim, quae respondere mihi placeat: O altitudo divitiarum! et: Num quid iniquitas apud Deum? Cui responsio ista displicet, quaerat doctiores, sed caveat, ne inveniat praesumptores.*

DIFFICULTATES.

594. I. Obj. adversus priorem partem. Si veri nominis praedestinatio ex parte Dei daretur, plura sequerentur absurda: ac 1. quidem Deum in-

justum personarum acceptorem esse, cum alios ab aeterno praedestinaverit, alios reprobaverit absque ullo merito vel demerito electi vol reprobati; 2. hominem sic posse ratiocinari: vel electus seu praedestinatus sum, vol non; quidquid egero, salutem consequar si praedestinatus sum, et peribo 81 non sum praedestinatus: aut desperabit ergo, aut aget quidquid lubet; 3. lapsis curam adimi, ac sanctis occasionem teporis afferri, cum in utraque parte superfluus sit labor, si neque rejectus ulla industria possit intrare, neque electus ulla negligentia possit excidere. Merito 4. propterea monachus ille adrumetinus, de quo loquitur s. Augustinus (lib. *De dono perseverantiae}* cap. XV.), monasterium suum deseruit, ut saeculi deliciis indulgeret.

095. **Resp.** A'. A. Ad primam sequelam, *D.* Si Deus aliquid hominibus deberet, C. si nihil hominibus debet, *subdist.* si aliquos prae aliis eligeret vel praedestinaret ante praevisa merita gratiae, *Tr.*3 si post praevisa merita gratiae, A' In hac enim sententia Deus neminem vel eligeret vel reprobaret, nisi post praevisum bonum usum vel contemptum gratiae, quae supponitur omnibus praesto esse, ex allata s. Thomae doctrina; quod et nos suo loco ostendemus. Et tunc cessat omnis difficultas, quae nulla alia superesse potest, quam illa, quae oritur ex praescientia liberarum hominis actionum, quaeque solvenda est juxta ea, quae superius dicta sunt, ubi de scientia Dei egimus.

596. Ad 2. Pariter *D.* Si praedestinatio supponatur ante praevisa merita gratiae, *Tr.* si post praevisa merita gratiae, *N.* In hac enim hypothesi ad propositum dilemma respondetur: eris praedestinatus, si bene vixeris juxta gratiam tibi collatam, et perseveraveris cum eadem usque in finem; si male vixeris et voluntarie gratiam respueris, damnaberis; sicut si aegrotus diceret: vel valetudinem sum recuperaturus, vel non; si primum, sive sumam sive non sumam amaram hanc potionem, convalescam; si alterum, sive sumam sive non, tamen moriar; ipsi enim responderemus: convalesces, si acceperis potionem seu pharmacum; morieris, si recuses.

597. Atque hinc jam responsio patet ad tertiam et quartam sequelam, quae opponebantur; omnes enim ejusmodi argumentationes peccant eo vitio, quod logici vocant *a falso supponente,* aut *ab ignorantia elenchi.*

598. I. **Inst.** Praedicta incommoda urgeri aeque possunt quoad praedestinationem in causa; unusquisque enim sic posset argumentari: vel sum

3) Etsi a nobis non improbetur sententia illorum theologorum, qui inadaequatam praedestinationem ad gloriam ante praevisa merita gratiae tueniur, attamen cum longe commodior solvendis novatorum difficultatibus altera sententia nobis videatur, hinc est quod hac utamur ad rem nostram: cum utraque catholica sil, ideoque liberum sit alterutram in subsidium adhibere. Qui vero putat se posse priori sententia difficultates aeque solvere ac enodare, eadem utique uti poterit.

praedestinatus ad gratiam, praesertim efficacem, et perseverantiam, vel non; si primum, quidquid egero, tandem consequar illam, et salvus ero; si secundum, quidquid egero, damnabor; ergo.

599. **Resp.** Ä *A.* Ad propositum dilemma, *D.* Si efficacia gratiae et perseverantia repetenda esset a praedeterminatione physica, seu ab intrinseco, *Tr.* si a praeviso tantum hominis consensu, seu ab extrinseco, *N.* In hac siquidem sententia, ut diximus, supponitur Deum omnibus dare vel offerre gratias sive proxime sive remote sufficientes tum ad fidem tum ad salutem; si homo proinde his consenserit et oraverit, alias obtinebit, ipsamque consequetur perseverantiam; quod si secus fecerit, sibi soli imputare debet, si perierit. En verba s. Augustini, qui in lib. *De corrept. et grat.* inter cetera haec habet: *O hamo, in praeceptione cognosce, quid debeas habere·, in correptione cognosce, tuo te vitio non habere; in oratione cognosce, unde accipias, quod vis habere.*

600. **II. Inst.** Saltem quod aliquis accipiat a Deo gratiam, ut praevisam efficacem, provenit ex peculiari Dei erga ipsum electum praedilectione, cujus praedilectionis defectu tali gratia caret reprobus; ergo.

601. **Resp.** *D. A.* Sed absque aliorum praejudicio, *C.* cum aliorum praejudicio, *N.* Fatemur quidem ex peculiari Dei praedilectione effici, ut electus talem gratiam, praesertim finalis perseverantiae, consequatur; cum tamen Deus nihil cuipiam debeat, si alicui non dat gratiam ut praevisam efficacem, quid inde adversus Dei justitiam aut misericordiam sequitur, si gratia, a Deo reprobo concessa, sufficientissima ex se sit ad opus bonum obtinendum et ad perseverandum, et ex pura malitia recipientis, seu potius respuentis, effectum non habeat? Profecto non Deo, sed sibi reprobus imputare debet, quod restiterit eidem gratiae, quae praevisa est inefficax ex solo abusu ejus, cui confertur.4 Hinc rursum optime s. Augustinus: *Deserunt et deseruntur, deseruit et desertus est.*5 "

602. **II. Obj.** adversus alteram conclusionis partem. Quod potest amitti et recuperari, non est certum et immutabile; atqui talis est praedestinatio: dicitur enim 1. de corona, quae est effectus praedestinationis6: *Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam;* 2. sane homo praedestinatus potest mori in statu peccati; ergo.

603. **Resp.** *Neg. min.* Ad 1. *D.* cum s. Thoma, p. I. qu. 23. art. 6. ad 1. Si corona alicui destinata sit ex merito gratiae, et in actu primo, *C.*

‘) Si quid efficeret adversariorum difficultas, evinceret Deum semper ad maximum beneficium conferendum teneri, scilicet induceret oplimismum; quod est absurdum.

5) *De nat. et grat.* cap. 26. «Non deserit, *inquit,* nisi deseratur, ut pie semper justeque vivatur;- et *Enarr. in Ps.* CXLV. num. 29: ..Non enim deseret, *inquit,* opus suum, nisi ab opere suo deseratur;· et in lib. *De corrept. et gratia,* cap. 13: -Deserunt et deseruntur.·· 1’

6) Apoc. III. 11.

si ex praedestinatione divina, et in actu secundo, iV. Primo enim sensu tantum corona potest vel acquiri vel amitti.

604. Ad 2. *Neg.* Implicat enim quempiam ad gloriam praedestinatum esse ac mori in statu peccati; esset enim, et non esset praedestinatus.

605. **Inst.** 1. Possunt aliqui saltem de libro vitae, seu de praedestinatorum numero deleri; sic Moyses (Exod. XXXII. 34 et 32.): *Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti;* et David (Ps. LXXVIU. 29.): *Deleantur de libro viventium, et cum justis non scribantur;* Joann. XVII. 12. *Quos dedisti mihi, custodivi; et nemo ac eit periit, nisi filius perditionis;* demum s. Petrus (Ep. II. cap. I. v. 10.): *Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis.* Ergo praedestinatio nec certa nec immutabilis est; prout 2. ratio ipsa confirmat; si enim talis esset, inferret necessitatem; ergo.

606. **Resp.** ad 1. cum s. Thoma, qu. 24. art. 1 et 3. *Dist. antec.* Si per librum vitae veniat notitia eorum, qui ordinantur ad vitam aeternam, *C.* si veniat notitia salvandorum in actu secundo, *N.* Et sic omnia Scripturarum testimonia de libro vitae primo sensu accepto exponi debent; si tamen in omnibus adductis testimoniis sermo est de praedestinatione, quod plures negant; sermo enim potius est vel de vita praesenti, ut in Exodo, vel de censu verorum israelitarum, ut in Psalmo etc.

607. Ad 2. *D.* Inferret necessitatem consequentem, C. antecedentem, A' Ut enim ratiocinatur s. Thomas qu. 23. art. 6., praedestinatio est pars providentiae, quae non easdem omnibus effectibus causas praeparavit, sed aliis necessarias, ut ex necessitate fierent, aliis vero contingentes et liberas, ut non fierent ex necessitate, sed contingenter et libere; et tamen providentiae ordo est infallibilis. *Sic igitur,* concludit, *et ordo praedestinationis est certus, et tamen libertas arbitrii non tollitur, ex qua contingenter provenit praedestinationis effectus.*

PROPOSITIO Π.

Nemo absque speciali revelatione certus esse potest de sua praedestinatione.

608. Propositio de fide est. His enim verbis concilium tridentinum sees. VI. can. 16. eam definivit: *Si quis m num illud usque in finem perseverantiae donum se certo habiturum absoluta et infallibili certitudine dixerit, nisi hoc speciali revelatione didicerit, anathema sit;* et cap. XII. ejusdem sessionis jam docuerat: *Nisi ex speciali revelatione sciri non potest, quos Deus sibi elegerit.*

609. Probatur autem tum ex Scriptura, tum ex patribus. Apostolus enim ait (Rom. XI. 20.): Tu *fide stas, noli altum sapere, sed time;* et (I. Cor.

X. 12.): Qui *se existimat stare, videat ne cadat.* Hinc concludit (Philipp. II. 12.): *Cum metu et tremore salutem vestram operamini.*

610. S. Augustinus, ut excitet fideles ad orandum, et sic obtinendum perseverantiae donum, ita in lib. *De correpi, et gral.* cap. XIII. loquitur: Quis *enim ex multitudine fidelium, quamdiu in hac mortalitate vivitur, in numero praedestinatorum se esse praesumat?*

611. Ratio demum theologica id ipsum confirmat. Cum enim praedestinatio actus sit libor divinae voluntatis, nemo eum cognoscere potest independenter a divina manifestatione ; ergo.

DIFFICULTATES.

612. Obj. Scriptura ubique supponit, nos certos esse posse de praedestinatione nostra; Christus enim 1. (Marc. XI. 24.) *Omnia quaecumque orantes petitis,* inquit, *credite, quia accipietis:* ergo et ipsam perseverantiam. Quod 2. magis aperte adhuc tradit apostolus (Rom. VIII. 16.), dicens: *Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii, d haeredes, haeredes quidem Dei, cohaeredes autem Christi;* 3- ac (I. Thess. I. 4.): *Scientes, fratres, dilecti a Deo, electionem vestram.* 4. Nil mirum proinde, si de se ipso scribere potuerit (II. Tim. IV. 8·): *Reposita est mihi corona justitiae.* 5. Apostolo Paulo consonat s. Joannes (Epist. I. cap. V. 13.), dicens: *Haec scribo vobis, ut sciatis, quoniam vitam habetis aeternam, qui creditis in nomine Filii Dei; ergo.*

613. Resp. A' *A.* Ad 1. *D.* Si certi essemus nos bene orare ac perseveraturos in eadem oratione, *C.* si et hoc incertum sit, *N.* Jam vero *quid oremus, sicut oportet, nescimus,* inquit apostolus (Rom. A7111. 26.).

614. Ad 2. *D.* Si filii *et haeredes,* quoad jus actuale, *C.* quoad perseverantiam finalem in tali jure, Ar. Addatur nos minime certo scire, utrum hic et nunc simus filii Dei, seu gratia sanctificante praediti.

615. Ad 3. *D. Electionem vestram* ad vocationem fidei, *C.* ad gloriam, *subdist.* in spe, *C.* in re, A7.

616. Ad 4. *D.* Reposita est corona bene certantibus usque in finem, prout de se sperabat apostolus, C. absolute, *N.*

617. Ad 5. *D.* Inchoative, per vocationem ad fidem, et fortasse etiam per gratiam, quam supponebat Joannes inesse fidelibus, *C.* in re, V. Et sane quot sunt, qui ad tempus credunt et diligunt, et tempore tentationis recedunt et pereunt?

,'ı-. I' 1 > j_lil :»l-Au -Λ iT'VUI ⁙V U«Ç J

ARTICULUS Π.

DE CAUSIS ET EFFECTU PRAEDESTINATIONIS.

618. Breviter nos ah his expediemus, cum magna ex parte, quae dicenda hic essent, praeoccupata jam fuerint. Haec autem addimus ad pleniorem argumenti, de quo actum est, cognitionem.

619. Dum inquiritur in causas praedestinationis, sensus hujus quaestionis non est de causa physica, ac de ea quao dicitur a priori; ut enim observat s. Thomas, p. L qu. 23. art. 5. ..Nullus fuit ita insanae mentis, qui diceret, merita esse causa divinae praedestinationis ex parte actus praedestinantis; sed hoc sub quaestione vertitur, utrum ex parte effectus praedestinatio habeat aliquam causam; et hoc est quaerere, utrum Deus praeordinaverit se daturum effectum praedestinationis alicui propter merita aliqua.· De sola propterea causa morali ac meritoria agitur.

620. Jam recensuimus circa ejusmodi causam errores pelagianorum ac semipelagianorum, nec non diversa scholasticorum placita circa praedestinationem inadaequate sumptam in ordine intentionis. Superest propterea, ut addamus causam finalem praedestinationis esse gloriam Dei, efficientem esse aeternum Dei decretum, meritoriam externam seu principalem esse merita Christi, meritoriam internam seu secundariam, saltem quoad exeeutionem, esse merita supernaturalia ipsius praedestinati.

621. Quod vero attinet ad praedestinationis effectus, notandum est, duas conditiones requiri ad hoc, ut aliquid inter praedestinationis effectus recenseri possit: 1. ut sit a Deo tamquam causa praedestinante; nisi enim oriatur a praedestinatione tamquam a causa, non potest esse ejus effectus; 2. ut cum gloria caelesti connexionem habeat, et ad eam actu de facto perducat. Hinc, praedestinationis effectus sunt vocatio, justificatio et glorificatio, juxta illud apostoli (Rom. VHL): *Quos praedestinavit, hos et vocavit; et quos vocavit, hos et justificavit; quos autem justificavit, illos et glorificavit.* Inter praedestinationis effectus recensentur deinde naturalia illa bona, quae ex speciali Dei providentia et amore ad vitam aeternam ordinantur, cujusmodi sunt ingenium, bona indoles etc. dicente eodem apostolo (loc. cit.): *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum iis, qui secundum propositum vocati sunt sanctù* Recensentur demum mala poenae, et juxta aliquos ipsa mala culpae seu peccata, non quidem per se et ratione sui, sed, ut ajunt, per accidens, ratione nempe subsequentium bonorum, quae Deus sua misericordia ac virtute ex illis novit eruere, juxta illud s. Augustini *(De civ. Dei.* lib. XIV. cap. XIII.) : *Audeo dicere, superbis esse utile cadere in aliquod apertum manifestumque peccatum , unde sibi displiceant, qui jam sibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus sibi displicuit, quando flevit, quam sibi pia-*

cirtï, *quando praesumpsit. Hoo dicit et sacer Psalmus:* ***Imple facies eorum ignominia, et quaerent nomen tuum, Domine;*** *id est, ut tu eis placeas, quaerentibus nomen tuum, qui sibi placuerunt, quaerendo suum.* Qui plura cupit, consulat Suarez, *De effectibus praedestinationis* lib. III.

CAPUT III.

DE REPROBATIONE.

622. Reprobatio idem est ac rejectio; definitur autem a Magistro Sententt. lib. I. dist. XI. *Praescientia iniquitatis quorumdam, et praeparatio damnationis eorumdcm.* Haec autem definitio soli competit reprobationi positivae, quae tres actus complectitur: permissionem culpae, negationem gratiae efficacis ad resurgendum ab eadem culpa, decretum damnationis. Ex quibus patet reprobationis causam proximam aliam non esse nisi peccatum; in quo magna est catholicorum omnium consensio adversus calvinistas et praedestinatianos. *)

623. Verum magna lis fervet inter theologos relate ad reprobationem negativam, num scilicet in primis detur haec negativa reprobatio, quae juxta aliquos consistit in Dei decreto excludendi aliquos a gloria, tamquam a beneficio indebito, ex sola sua voluntate, ante praevisum quodcumque eorum peccatum, sive originale, sive actuale; quin tamen positive addicat vel destinet quempiam ad poenas, nisi ex praeviso peccato; in quo differunt a praedestinatianis, 1 Juxta alios vero consistit in sola exclusione a gloria absque decreto aliquo positivo; et solum negative se habet, quatenus Deus aliquos non praedestinat ad gloriam. 2 Harum opinionum fundamentum pendet ex sententia, quam isti theologi tuentur, de gratuita electione ad gloriam, seu ante praevisa merita gratiae.

624. Qui vero adstruunt praedestinationem inadaequatam post praevisa ejusmodi merita, nullam agnoscunt negativam reprobationem, quae consistat in exclusione a gloria, sive ista fiat actu positivo sive negativo; sed contendunt neminem excludi a gloria nisi ex praeviso aliquo peccato, originali quidem in infantibus decedentibus absque baptismo, actuali autem in fidelibus adultis, originali simul et actuali in infidelibus. Adeo ut unum idemque sit excludere a gloria, et poenis addicere ex pracvisione culpae. 3

*) De erroribus praedestinatianorum cons. Petavius, *De Incam.* lib. XIII. cap. 6 et seqq.

a) Haec sententia communis est omnibus theologis, qui propugnant gratuitam praedestinationem ad gloriam: quam alii repetunt a peccato originali vel in sé, vel saltem in radice, seu causa remota; alii a sola voluntate Dei, negative se habentis respectu non electorum, ob rationes seu motiva nobis ignota etc. CI. Suarez, *De reprob.* lib. V. cap. 5. num. 1 ct seqq. praesertim num. 2.

3) Cf. Petav. *De Deo,* lib. X. cap. 3

625. Attamen sive admittatur sive rejiciatur haec negativa reprobatio, cum reprobatio positiva quae supponit peccatum ut causam proximam, exigat causam remotam et, ut vocant, radicalem, quae consistit tum in decreto permissivo peccati, seu non dandi gratiam efficacem ad ipsum impediendum, nec concedendi gratiam ad resurgendum a tali peccato; hic rursum disceptant theologi, unde repetenda sit haec Dei circa reprobos agendi ratio: num scilicet a sola ejus voluntate, num a defectu gratiae, num etiam a peccato originali, licet deleto, influente tamen ut causa remota. Ac demum, admissis etiam tribus his causis, disputant circa causam principalem, quaenam scilicet ex his causis censenda sit radix, ex qua ceterae profluant.

626. Nos, hisce domesticis concertationibus dimissis, unice incumbimus in adstruenda veritate catholica adversus pracdestinatianos, tum veteres tum recentiores, qui impie contendunt Deum pro arbitrio suo homines ante quamcumque culpae praevisionem praedestinasse ad aeternum interitum. Ex quo inferunt, Deum his denegare fidem et omnem gratiam, eosque necessitate ad peccandum compellere, decipere et iis illudere; sacramenti relate ad hos reprobos sterilia ac nuda signa esse. Ita Calvinus passim, apud Bellarminum, tom IV. *Controv.* lib. II. *De statu peccati* cap. III.; nec non apud Petavium, *De Deo* lib X. cap. VI et seqq.

627. Non tamen sibi semper constitit Calvinus, prout haereticis omnibus mos est; alibi enim videtur in peccatum originale tamquam in causam rejicere hominum, etiam fidelium, reprobationem, peccandi necessitatem, aliaque nuper recensita. Huic posteriori sententiae Jansenius subscribit; subscribunt pariter recentiores calvinistae, gomaristae nuncupati, ut patet ex actis synodi dordrechtanae. [4] Qui primae sententiae Calvini adhaerent, *antelapsarii* vocantur; qui posteriorem sequuntur, *postlapsarii* seu *superlapsarii* audiunt.

PROPOSITIO.

Impium est asserere Deum ex solo beneplacite) aliquos homines positive reprobasse, atque aeternis suppliciis destinasse absque praevii peccati praevisione.

628. Impia enim censeri debet sententia, quae aperte repugnat Scripturae, traditioni universae, ipsique sanae rationi. Talem vero esse Calvini

et 4. ubi ex Scriptura atque ex patrum graecorum et latinorum communi doctrina ostendit, Deum velle omnes homines salvos fieri voluntate efficaci, licet conditionala; Deum omnes diligere, odisse neminem; omnibus gratiam dare, nullam esse reprobationem mere negativam; amorem et odium Dei intelligendum esse de praesenti hominum statu; non posse baptizatos propter massae vitium et peccatum originale reprobari.

') Part I. sess. 99. pag. 268. apud Petav. *De praed.* lib. X. cap. 2. §. 15.

ac praedeetinatianorum sententiam, sic ostendimus: **Scriptura** in primis haec tradit: *Deus mortem non fecit, nec laetatur in perditione vivorum,* ut Sap. I. 13.; ac ibid. XI. 25. rationem addit, sic Deum alloquens: *Diligis omnia, quae sunt, et nihil odisti eorum, quae fecisti.* Docet praeterea Scriptura, *Deum nolle aliquos perire* (II. Petr. III. 9.); *nolle, mortem impii, sed ut magis convertatur et vivat* (Ezech. XVIII. 23.); ergo a fortiori Deus neminem reprobat ac poenis aeternis destinat absque praevisione peccati. Tertio denique Scriptura nullam unquam aliam causam assignat tum irae et indignationis Dei, tum aeternae damnationis, praeter peccatum. Apostolus enim ait (Rom. II. 8 et 9.): *Iis, qui sunt ex contentione, et non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio. Tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum;* et Christus (Matth. XXV. 41.): *Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus. Esurivi enim, et non dedistis mihi manducare;* ergo ex verbis Christi unica ratio, cur in istos reprobos damnationis feratur sententia, est neglectus bonorum operum, ad quae ipsi tenebantur.

629. **Patres** unanimi consensu reprobationis causam non in voluntatem Dei, sed in hominum peccata praevisa rejiciunt; nos unum laudamus Augustinum, qui lib. III. *Contra Julianum* scribit: *Bonus est Deus, justus est Deus, potest aliquos sine bonis meritis liberare, quia bonus est; non potest quempiam sine malis meritis damnare, quia justus est.* l

630. **Ratio** demum **theologica** multiplex est. Ac 1. quidem petitur ex voluntate Dei salvandi omnes, et omnes ad aeternam felicitatem perducendi, quantum in ipso est, si homines illud vitio ac malitia sua non impedirent, prout superius ostendimus. Petitur 2. ex divina misericordia et justitia, quae sunt universae viae Domini; ex neutrius enim vi potuit Deus hominem sempiterno exitio devovere absque ipsius culpa: non ex misericordia, ut patet; non ex justitia, quae poenam non decernit nisi ex culpa. 3- Demum petitur ex ejus agendi ratione in tempore. Deus neminem in tempore damnat, nisi aliqua praecesserit culpa; ergo neque ab aeterno ad poenam quempiam praedestinavit, nisi supposita culpa.

631. Quod autem Deus neminem praedestinaverit ad peccatum, ideoque non sit auctor peccati, et homo libero polleat arbitrio, etiam supposito peccato originali, id a nobis suo loco ostendetur.

DIFFICULTATES.

632. Ohj. Scriptura nullam aliam assignat causam hominum reprobationis praeter unam Dei voluntatem. Apostolus enim Rom. IX. 11 et seqq.

*) Cons. Petav. *De Deo,* l. c. cap. 2, 3 et 4; qu. 1; Tournely, *De Deo,* qu. XXIII. art. 2. Becanus, *Manuale Controv.* lib. III. cap. 3. conclus. 5.

haec aperte habet: *Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali (ut secundum electionem propositum Dei maneret), non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei: Quia major serviet minori, sicut scriptum est: Jacob dilexi, Esau autem odio habui;* tum v. 16. *Igitur non est volentis, neque currentis; sed miserentis est Dei;* ac propterea de Pharaone v. 17. er nomine ipsius Dei scribit: *Quia in hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in fe virtutem meam; et* clarius adhuc v. 18· *Ergo cujus vult miseretur, et quem vult indurat: ac* demum concludit v. 21. rationem reddens: *An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam?* Ergo ab una Dei voluntate reprobatio repeti debet.

633- **Resp.** *D. A.* Reprobationis a gratia vocationis ac fidei, *C,* a gloria, iV. Scopus enim apostoli in tota hac epistola est, ostendere vocationem ad gratiam esse prorsus gratuitam, non autem ex praecedentibus ineritis, quae neque in gentilibus, neque in judaeis ulla erant, vel si quae erant, mala erant. Hinc, cum omnes pariter sub peccato essent, et egerent gloria Dei, Deus, qui liber omnino est in dispensatione bonorum suorum, gentilium misertus est, et vocavit eos misericorditer; judaeos, generatim saltem, juste reprobavit ob ipsorum incredulitatem; sicut in temporali benedictione et patriarcharum serie, in pari conditione, praetulit Jacob fratri suo Esau; sicut Pharaonem illum in propria induratione reliquit, Nabuchodonosoris autem misertus est; prout demum ex duobus peccatoribus, qui luto viliores sunt, alterum assumit ad gratiam ex misericordia, alterum relinquit in peccato ex justitia; ut non glorietur omnis caro in conspectu Dei.

634. Ex his duo nobis colligenda sunt. Ac 1. si comparative quaeratur, cur e duobus peccatoribus, vel solo originali vel etiam actuali peccato infectis, Deus uni majorem exhibeat misericordiam quam alteri, non aliam esse causam quam Dei voluntatem. Huc spectat illud apostoli: *O altitudo!* 2. Si seorsum quaeratur, cur Deus hunc vel illum repellat a justitia vel gloria, veram causam esse, quia peccator est et impius. Hinc s. Augustinus hanc rationem assignat, cur Deus Esau odio habuerit, lib. I. *Ad Simplicianum* cap. II. scribens: *Deus non odit Esau hominem: sed odit Esau peccatorem.* Sic, ad hoc ut respondeat, cur Deus hujus aut illius non misereatur. haec habet Epist. CXCIV. n. 14. *Quaerimus meritum obdurationis et invenimus .... Quibus non impertitur* misericordiam *nec digni sunt; nec merentur; et potius ut. non impertiatur, hoc digni sunt, hoc merentur.* 1

635. **In st.** 1. Legitur Prov. XVI. 4. *Universa propter semetipsum operatus est Dominus, impium quoque ad diem malum;* et 2. Sap. XIV. 11. *Creaturae Dei in odium factae sunt.* Et sane 3· qui sine baptismo decedunt, ac tot intideles, qui de Christo non audiunt, cur creantur, nisi ut damnentur? ergo.

636. Reep, ad 1. *D.* Praesupposito peccato impius servatur ad diem malum, *C.* eo non praesupposito, *N.*

637. Ad 2. pariter *D.* Ex culpa hominum, *C.* ex intentione Dei, *N.* Omnes enim Dei creaturae bonae sunt; sed si homines iis ad peccandum abutuntur, sibi solis imputare debent, si indidem ruinae occasionem inveniunt.

638. Ad 3. Responsio patet ex dictis circa voluntatem Dei salvandi omnes. Nunc addimus cum s. Prospero, in *Responsione ad objectionem tertiam vincentianam:* „Nemo a Deo ita creatus est, ut pereat; quia alia est causa nascendi, alia pereundi. Ut enim nascantur homines, conditoris est beneficium; ut autem pereant, praevaricationis est meritum?'

639. Huc spectant, quae acute observat s. Augustinus in lib. *De vera rdig.* cap. XXV. num. 46. de duplici providentiae ordine, cum privatis nempe individuis, et cum integris nationibus, circa hominum salutem; ex qnibus discimus, neminem nisi de seipso conqueri posse, si ab ea excidat: „Quoniam divina providentia, *inquitj* non solum singulis hominibus quasi privatim, sed universo generi humano tamquam publice consulit, quid cum singulis agatur, Deus, qui agit, atque ipsi cum quibus agitur, sciunt; quid autem agatur cum genere humano. per historiam commendari voluit et per prophetiam?'

fl

TRACTATUS

DE SS. TRINITATE.

TRACTATUS

PROOEMIUM.

1. Hactenus de Deo ejusque attributis, sin minus pro rei amplitudine et gravitate, at pro necessitate et utilitate adolescentium, quibus praelectiones hae conscriptae sunt, sane quantum satis est. Tempus jam est, ut gradum animumque convertamus ad augustissimum Trinitatis mysterium, quod est totius, qua christiani sumus, fidei basis ac fundamentum ; quo posito, cetera religionis nostrae mysteria subsistunt; quo sublato, cetera pariter corruant necesse est.

2. Fidem mysterii hujus totam summatim amplexus est auctor symboli, quod athanasianum dicitur, illis verbis: *Fides autem catholica haec est, ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate veneremur: neque confundentes personas, neque substantiam separantes,* seu, ut canit ecclesia in praefatione de Trinitate, eo reducitur fidei nostrae professio: *Ut in personis proprietas, in essentia unitas, et in majestate adoretur aequalitas.*

3. Quum igitur catholicae fidei confessio de Trinitate consistat in agnoscenda numerica trium personarum distinctione in una et individua essentia divina, quo fit, ut tres istae personae consubstantiales sint et coaequales, ita tamen ut una ab alia procedat, Filius quidem a Patre per aeternam generationem, Spiritus Sanctus a Patre et Filio tamquam ab uno principio per simplicem processionem, in tres classes dividi possunt errores, qui huic mysterio adversantur.

4. Prima est eorum, qui nullam agnoscunt in Deo personarum distinctionem; cujusmodi in ecclesiae exordio fuerunt sabelliani et omnes surculi, qui ab iis enati sunt.

5. Altera eorum est, qui consubstantialitatem et aequalitatem personarum in divinis sustulerunt; quales fuerunt ariani, anomaei et macedoniani, cum suis omnibus variationibus et sectis ab iis profluentibus.

6. Tertia demum complectitur eos, qui inficiati sunt Spiritum Sanctum a Patre et Filio, tamquam ab uno principio, procedere, ut graeci schismatici.

7. Aetate hac nostra omnes hosce errores renovarunt sociniani, seu unitarii, ac demum rationalistae, qui non agnoscunt in Deo nisi unicam personam, cetera vero omnia respuunt, veluti sanae rationi contraria, atque a platonicis doctrinis exorta commenta. His accesserunt non pauci sive ex Germania sive ex Gallia, qui mysterium sanctissimae Trinitatis ita exponunt, ut penitus evanescat. Sic ex neo-eclecticis alii autumarunt Trinitatem non esse nisi *ideam infiniti, finiti eorumqw relationis,* uti Cousin 2: vel Trinitatem non esse nisi triplicem manifestationem Dei, seu unius ejusdemque personae in lege, in evangelio et in ecclesia 3) alii docuerunt eam esse unitatem, quae implicat potentiam, amorem et spiritum. 4) Et ita porro alii non pauci, qui augustissimi hujus mysterii doctrinam ita temerarunt, ut a catholica ejus fide plane abhorreant, quorum nimis longum esset erronea placita recensere.

8. Ut omnibus his erroribus, quibus funditus evertitur tota Christiana religio, catholicam doctrinam, methodo adhibita, opponamus, praemissis necessariis notionibus ad pleniorem dicendorum intelligentiam, 1. generatim adstrueraus existentiam et veritatem trium personarum subsistentium in unitate divinae naturae, ex fontibus nobis propriis, Scriptura scilicet et Traditione, prout eas semper intellexit ecclesia; simulque ostendemus impervium ejusmodi mysterium rectae rationi minime adversari. Demum ex demonstrata ac vindicata generali hac veritate, velut per modum corollariorum, singillatim deducemus divinitatem Filii atque Spiritus Sancti. 2. Ostendemus juxta easdem regulas, Spiritum Sanctum non minus a Patre quam a Filio procedere. 3. His addemus nonnulla scholia, ad ea uberius explananda, quae de hoc mysterio auditoribus nostris magis opportuna ac scitu utilia videbuntur, ut eas cognitiones hauriant, quae conferunt ad pleniorem ejusdem veritatis notitiam. Haec autem omnia sex omnino capitibus complectemur.

') Omnium haereticorum, qui quoquomodo contra rectam fidem de Trinitate peccarunt, historiam exhibet Petavius, *De Trin.* lib. I. cap. 6 et seqq.

') *Methode à suivre pour C histoire de la philosophie. Fragments philosophiques et introduction à l'histoire de la philosophie.*

3) Idem ibid.

4) Michelet, *Histoire de France,* tom. L pag. 433.

CAPUT I.

DE VOCIBUS, QUAE IN DISSERENDO DE AUGUSTISSIMO TRINITATIS MYSTERIO USURPANTUR.

9. Recte monuit s. Hilarius: *Ut, quia malignitas, instinctu diabolicae fraudulentiae excitata, veritatem rerum per naturae nomina eludit, nos naturas nominum proferamus.* [1] Horum autem nominum seu vocabulorum accurata expositio duobus potissimum commodis inservit, primo quidem dicendorum perspicuitati, deinde vero explanandis quaestionibus, ex diversa, quae interdum apud veteres obtinuit, earumdem vocum notione ac vi exortis, quibus non semel haeretici abusi sunt.

10. Quum autem ad duo praecipua capita revocari possint, quae mysterium, de quo agimus, spectant, *unitatem* scilicet ac *distinctionem;* hinc vocabula theologorum usu trita, cum de eo disserunt, bifariam dividuntur, quorum alia afficiunt unitatem divinae naturae, et personis tribus sunt communia, alia respiciunt personas seorsum sumptas et eas proprietates, quae *personales* vocantur. De utrisque propterea, prout ad rem praesentem pertinet, disserendum.

11. Ejusmodi igitur vocabula in primis sunt *essentia, natura, substantia, existentia, subsistentia, suppositum* atque *persona.* His accedunt ea quae spectant ad *origines* ac *relationes.*

12. **Essentia,** quae ab *esse* nomen habet, est id, quo res quaelibet est id quod est. Sic essentia hominis est id, per quod homo, homo est. Cum vero in re nihil sit prius eo, per quod res ipsa est id quod est, nihil in re est prius essentia. Tria ad notionem essentiae metaphysicae constituendam concurrunt: 1. ut sit id, quod primum in re concipitur; 2. ut sit eorum omnium, quae in re sunt, aut ab ea dimanant, radix ac fundamentum;

[1]) *De Triti,* lib. II. num. 5.

3. nt sit id, per quod res ipsa ab alia qualibet secernitur; id enim rei cujuslibet est essentia, inquit Petavius, quod in ea primum est, et a quo reliqua deinceps, quae sunt, derivantur. 2 Hinc hominis essentia in eo est, quod sit animal rationale; trianguli, ut tribus angulis ac lateribus constet etc. 3

13. **Naturae** vox est a *nascor* 4w adeo ut. ejusdem naturae esse participem. si vocis etymon spectes, tanti valeat, quanti fuisse aliquem parentibus iisdem satum vel editum in lucem. 5 At progressu temporis deflexit *naturae* vox a primaeva hac notione, ac saepe pro essentia usurpata est.6 Prout tamen ab essentia distinguitur, *natura* definiri solet *principium actionis ac operationum rei intime inhaerens.* 7 Quatenus autem Deo accommodatur, dici potest *principium actionis divinae, ab ipsa tamen actione interiori minime sejunctum.* Istius significationis *naturae* usus receptissimus est apud patres, sive graecos sive latinos, qui considerant operationes et actiones velut notam et characterem vel indicem naturae. Hinc probant in Christo duas fuisse naturas ex diversis operationibus. *Actionem* enim veteres communi consensu dixerunt *substantialem naturae motionem,* id est, interiorem et propriam, non extrinsecus advenientem. 8

14. **Substantia** ab accuratioribus philosophis definitur *id quod nullo alio indiget, cui inhaereat ad existendum.* Hoc proinde sensu substantia in suo conceptu, seu, ut dicitur, *in recto,* non importat nisi meram negationem essentialis dependentiae a subjecto in existendo; quemadmodum notio *entis* meram tantummodo intrinsecae contradictionis negationem designat.

a) Cf. Petav. *De Deo,* lib. I. cap. 6. §. 3. Ita etiam philosophi: ut Christ. Wolf, *Philosophia prima, sive Ontolog.* part. I. sect. 2. cap. 3. §- 143 et seqq. edit. Veron. 1736; Fortunatus a Brixia, *Metaph.* part. L prop. L corol. I; Storchenau, *Ontol.* sect. 2. cap. 2. §. 45.

3) Notandum vero est, cum de Trinitate disseritur, nomen *essentiae* usurpari de essentia *physica.*

4) Cf. Lactant. *Divin. Instit.* lib. III. cap. 28. edit. Paris. 1748: s. Thomas part. I. qu. 29. art. 1. ad 4; Petav. *De Trin.* lib. II. cap. 5 et seqq.

Veteres haeretici a germano hoc et veteri naturae significatu occasionem arripiebant, nc dici paterentur personam Trinitatis vel secundam vel tertiam ejusdem esse naturae cum prima, eo quod reliquae duae a prima, prima vero a nulla originem duxerit.

s) Si quidem ipso latinitatis anreo saeculo vox *naturae* usurpata est ad designandam rem quamlibet cxislentem, ac saepe posita est pro essentia. Sic Horat. lib. II. Sat. VIII. v. 91.

Vidimus et merulas poni et sine clune palumbes;
Suaves res, si non causas narraret carum et
Naturas dominas.

T) Post Aristotelem recentiores philosophi definire solent naturam corporum, tamquam ea sil principium actionis et passionum, quae in corpore contingunt. Cf. Storchenau, *Cosmol.* §. 85 et seqq.; Christ. Wolf, *Cosm.* §. 145 et 503. Quum in spiritibus et praesertim in Deo nulla passio possit habere locum, ideo natura sic in genere definita est, ut queat Deo ac spiritibus aptari.

') Cf. Wolf, *Ontol.* §. 713 et seqq.: Petav. *De Incarnat,* lib- VIII. cap. 2. §. 4 et seq.

Triplici autem sensu substantia accipi potest: 1. pro essentia9: 2. pro eo quod subest accidentibus ac modificationibus, quo sensu a *substando* (accidentibus) dicta fuit; 3. pro re per se existente. Et hoc postremo sensu tam de Deo, quam de creaturis praedicari potest. ‘°

15. **Existentia** *est essentia in actu;* seu exietere res aliqua dicitur, cum in rerum natura posita,est, et extra merum possibilitatis statum reperitur. Ex qua definitione patet existentiam ab essentia in eo differre, quod essentia, nempe metaphysica, sit prorsus necessaria, non item, generatim saltem, existentia, quae insuper aliquid amplius dicit praeter simplicem possibilitatem; hinc a nonnullis dicitur existentia *possibilitatis complementum.* Existere per *essentiam* dicitur ens, quod ita existit, ut ipsa ejus essentia sit ratio, cur existât, seu quod ideo existit, quia est id quod est. Sic Deus dicitur existere per suam essentiam, quia ratio cur existât, in ipsius essentia comprehenditur. Contra vero id non existit per suam essentiam, cujus ratio existendi in ipsius essentia minime comprehenditur. Sic per suam *essentiam* non existit homo, quandoquidem non existit, quia homo est. Hinc primum dicitur *ens a se,* alterum vero *ens ab alio.* Et indidem patet discrimen inter essentiam et existentiam. 11

16. **Subsistentia** juxta vocabuli vim nihil aliud importat quam modum, quo substantia quaelibet, sive completa ut homo, sive incompleta ut pars hominis, bracilium, pes, existit. Attamen hic speciatim sumitur prout est modus, quo substantia quaedam singularis tota et ultimo completa subsistit, suique juris efficitur; quare passim definitur *ultimum substantiae complementum, eam reddens sui juris sive incommunicabilem alteri tamquam supposito sive personae.* Per subsistentiam igitur substantia ita completur suique juris efficitur, ut independenter ab alio tamquam a persona vel supposito operetur, suasque proprietates declaret.12

’) Quo sensu s. August. *De Trinit.* lib. VII. cap. 4. num. 7. scribit: *Quia, sicut jam diximus, non aliter in sermone nostro,* id est, latino, *essentia quam substantia solet intelligi.* Quod pluribus confirmat Pelav. *De Deo,* lib. I. cap. 6. num. 15 et seq.

,0) Dc diversis his substantiae acceptionibus cf. Fortunatus a Brixia, *Metaph.* part. I. diss. 3. sect. 1; nec non Wolf, *Ontol.* §.768 et seqq. ubi, cum definivisset substantiam : *subjectum perdurabile et modiftcabile,* nititur componere hanc suam definitionem cum notione substantiae communi, et cum notione cartesianorum etc. Fatetur tamen substantiae nomen Deo non convenire, nisi *eminenter,* non vero *formaliter.* Si loquatur de sua definitione, recte id quidem, non vero si in communi aliorum acceptione, ut patet ex ea, quae a nobis prolata est. Hinc optime Damascenus, *Dialect,* cap. 4. *Ουσία μίν ούρ ίστι πράγμα ανύπαρκτον, μι) δεόμενον ίτίριο πρόί ϋύϋταΟιν' ηγουν το ίν ϊαυτο) ον, καί μη ίν Ιτίρφ ϊχον τήν υπαρζαν.* Id est: ..Substantia est res per se existens, nec alia indigens ad subsistendum; sive, id quod ita in se est, ut non existât in altero.° Vid. pag. 11. edit. Le Quien, Paris. 1712. Quae quidem definitio tam convenit Deo quam creaturis, quae dependent utique a Deo, at non inhaerent Deo tamquam subjecto.

11) Cf. Slorchenau, *Ontol.* sect. III. cap. 3. §. 134.

,2) Cf. Fortun. a Brixia, ibid. part. L

17. **Suppositum** convenit cum subsistentia, atque inter utrumque hoc unum discrimen intercedit, quod subsistentia sumitur abstracte, suppositum in concreto, ita ut suppositum sit ipsa substantia cum suo existendi modo, qui tamen potest esse vel proprius vel alienus, ut patet ex Incarnatione. in qua humanitas subsistit subsistentia propria divini Verbi. Suppositum igitur definiri solet *substantia ultimo completa suique juris.* Ex qua definitione liquet suppositum non solum substantiam esse debere, et quidem individuam ac singularem, sed praeterea debere in eo esse principium integrum suarum afiectionum seu operationum. Nec manus idcirco, nec ramus sunt supposita, cum non sint sui juris, sed manus a corpore et ramus ab arbore pendeat. Nec mens humana, nec corpus seorsum sumpta pariter supposita sunt, cum anima pendeat a corpore atque corpus ab anima in suis exercendis operationibus, modumque existendi habeant non peculiarem et proprium, sed compositi totius. 13

IS. **Persona** idem est ac suppositum, sed rationale; post Boetium communi calculo definitur *naturae rationalis individua substantia.* Nonnullis haud satis arridet ejusmodi definitio; verentur enim, ne admissa hac definitione tres in Deo habeantur, eaeque numero discretae et individuae substantiae; sed immerito; cum in boëtiana definitione, ut observat Suarez 14, vox *individua* eumdem sensum habet, quam habere solet vox *incommunicabilis.* Si quis tamen vellet loqui brevius, et ambiguitatem omnem intercludere, posset personam dicere *suppositum,* vel *subsistentiam rationalem.*

19. Quod nos vocamus naturam, essentiam, personam, graeci vocant *cpvaiv, ovσίαv, ὑηόστασιv.* Non tamen his vocabulis, ut observat Petavius 15, eadem perpetuo haesit significatio. Unde ortae contentiones et dissidia in ecclesiis. Hac autem vocum confusione abusi pariter sunt refractarii sabelliani et ariani.16

sect. 3. definit. 3 et seqq., nec non Wolf, *Ontol.* §. 174 et seq.

,4J Cf. ibid. §. 135. Plura de hoc argumento vid. apud Suarez, *Metaph.* disp. XXXIV. tom. II; cf. etiam *Diss. posthuma* Christ. Lupi Ord. s. Aug. *de vocibus substantia, essentia, persona* etc. tom. II. opp. edit. Ven. 1724.

'⅋ Ibid. sect. 1,

li) De Trin. lib. IV. cap. 1. §.2. ubi ostendit diverso plane sensu vocem οιχτύ» adhibuisse philosophos gentiles ac ecclesiae doctores. Illi enim hoc nomine designarunt singularem individuamque substantiam, quam idcirco *primam* nominarunt. Verum chrisliani scriptores aliter fere utuntur hoc nomine, et *ovσίαv* appellant non singularem individuamque, sed communem individuis substantiam; primam vero seu singularem substantiam *ὑπόϋταβιv* vocant, pauci eamdem *οὐσίαv* dicunt. Capite autem II. ostendit Petavius, eamdem viguisse acceptionis discrepantiam circa vocem *φύσιv,* quam alii pro natura, ulpote a *φῦναι,* quod est nasci, alii pro substantia promiscue interdum etiam acceperunt. Sic pariter aliquando vox in sensu personae usurpata est seu hypostasis. Eamdem etiam viguisse apud veteres confusam acceptionem vocis *ὕποστάσιω* , quae pro natura vel essentia adhibebatur, compertum est; persona enim a graecis προ'ι-*ωχov* dicebatur.

Iβ) Ex promiscua illa, atque nondum determinata vocum acceptione non parva con-

20. Praeterea notandum est hactenus dicta nonnisi imperfecta ratione Deo convenire posse. In Deo enim *natura, existentia* et *essentia* unum sunt; quum ipse sit sua essentia, existentia, aeternitas etc. Sic nonnisi imperfecta ratione et ob sermonis inopiam de Deo *personae* praedicantur. Personae onim in creatis non solum subsistentiam, sed etiam entitatem distinctam separatamque habent, quae limitatione sua unum tantum suppositum perficere potest; in Deo autem personae solum subsistendi modum distinctum dicunt, totam vero divinam essentiam communem et indistinctam habent. Hi autem modi nostra cogitandi ratione supervenire concipiuntur ipsi divinae substantiae, quam afficiunt, et quam reddunt singularem in unaquaque persona. 17 Ex hac observatione corruit argumentum, quod jactant adversus catholicam doctrinam de Trinitate hebraei et sociniani ex nomine personae: *Non enim,* inquit Jacquelot, *alio nititur fundamento quam nominis hujus ad res creatas accommodati idea, atque definitione, quae alia prorsus est ab ea, quam in divinis habemus; neque enim praeter subsistendi modum aliud ibi significat.*18 Hinc tres personas dicimus in Deo esse, non *tria individua;* cum haec distinctas naturas connotent, quod alienum est a divinis

fusio orta est, qua tum sabelliani, tum ariani abusi sunt, siquidem numquam haeretici bona fide utuntur. Patres enim illi, qui οὐϊιαν pro persona sumebant, et *ὕπόϋταόιν* pro essentia, dicebant 1res esse in Deo *usias* et unam *hypostasim;* e contra illi, qui *usiam* pro essentia usurpabant, ct *hypostasim* pro persona, dicebant 1res esse *hypostases* et unam *usiam.* Hinc sabelliani, qui contepdebanl unam ac simplicissimam esse in Deo personam, dicebant unam esse in Deo hyposlasin, et rejiciebant hanc sententiam in illos patres, qui unam hypostasin in Deo asseruerunt. Ariani vero, qui tres substantias separatas et diversi ordinis admittebant, affirmabant in Deo tres esse *usias,* et patrum illorum auctoritate fulciebantur, qui, sumentes usiam pro persona, ires in Deo asserebant *usias* esse. Brevi dolus detectus est, sed cum haeretici illi mala fide id facerent, in errore perstiterunt. Contra vero, cum inter catholicos mota pariter haec quaestio esset, praesertim inter Melctium et Paulinum, detecta logomachia, quaestio cessavit. Cf. Pet. ib.

,7) Hinc optime Petavius, *De Ineam.* lib. HL cap. 13. §. 3. «Cum dicimus, *inquit,* Filium unam esse hyposlasim divinitatis, vel Patrem, Filium et Spiritum S. tres esse divinitatis personas aut hypostases, *naturam* ipsam in singulis cogitamus, verum non absolute, ac per se; sed quatenus *personali proprietate affecta,* et quodammodo determinata est in **unoquoqueet** cap. 14. §. 3. ..Ea proprietas relativa cum natura communi conjuncta, prout animo ista percipimus, personam Trinitatis secundam constituit, quae (natura) hac affecta proprietate tamquam forma subsistens efficitur, et hypostasis, ac persona.0 Ex his patet quod persona, vel hypostasis, seu suppositum, prout abstracte sumitur, quaedam sit naturae modificatio, prout vero accipitur in concreto, ipsa est natura modificata, seu subsistens ut tali affecta modo, proprietate, forma, nostra scilicet concipiendi ratione. Cum autem in solo Deo detur substantia infinita, hinc fit, ut per formam, sive modum, sive proprietatem personalem substantiae finitae ac creatae, fiant substantiae finitae ac creatae, non solum ratione modi, sed ipsius substantiae, non item in Deo. Mysterium propterea istud per nullum exemplum adaequate exprimi potest.

,8) *Deuxième dissertation sur le Messie,* chap. 6. pag. 512. edit. Amstelod. 1752.

hypostasibus, in quibus una essentia est atque natura, ideoquo una naturalis seu essentialis mens, voluntas et operatio.

21. Juvat nonnulla addere de *originibus* et *relationibus.* **Origo** *esi emanatio unius ab alio.* Emanare autem potest unum ab alio vel tamquam a *principio* vel tamquam a *causa;* rursus vel *generatione* vel simplici *processione.* Singulae hae voces sunt exponendae.

22. **Principium** *est id, quod rationem continet, cur illud sit, cujus dicitur principium,* quodque *principiatum* nuncupatur; seu brevius: *est illud quod habet in se rationem principiati:* e. gr. pater est principium, filius principiatum, quia pater in se continet rationem, cur filius existât. Ex quo sequitur 1. principium debere *aliquo modo* distingui a principiato. Continetur enim in principio ratio cur sit principiatum. Dixi *aliquo modo* distingui: non enim necesse est, ut quoad *essentiam* distinguatur. Sic Pater in divinis vere est recteque dicitur *principium* Filii, licet eadem numero *essentia* in utroque habeatur. Sequitur 2- adesse necessariam connexionem inter principium et principiatum: ita namque se habent et mutuo se respiciunt, ut unum ex altero colligatur. Sequitur 3. principiatum esse suo principio *aliquo modo* posterius; ideo namque habetur *principiatum,* quia datur *principium.* Dictum est pariter *aliquo modo* esse posterius principiatum suo principio, ab eoque pendere, quia satis est, ut haec posterioritas sit ordinis non autem temporis, atque haec dependentia sit solius relationis, prout in divinis contingit.[19]

23. **Causa** in genere dicitur *principium influens esse in aliud;* seu clarius: *causa generatim sumpta est id quod rationem continet cur aliquo modo habetur aliud, natura distinctum.* Quod autem a *causa* suum *esse* recepit, *effectus* nuncupatur, *Causa* itaque dicitur *principium,* quod stat loco generis. Omnis enim causa principium est, cum rationem contineat, cur sit effectus; at vero non omne principium est causa, cum non sit de ratione principii, ut a suo principiato natura distinguatur. Pater proinde in creatis est vere *causa* filii, at in divinis non est nisi *principium;* quia in creatis essentia seu substantia patris ab essentia seu substantia filii prorsus distinguitur, non autem in divinis. Notandum porro est graecos interdum vocare *patrem causam* filii, at causae nomine intelligunt principium, sensu a nobis exposito, id est, *intrinsecum,* non autem *extrinsecum.*

24. **Generatio** post s. Thomam, p. I. qu. 27. art. 2. passim definitur *origo viventis a principio vivente conjuncto in similitudinem naturae.* Haec autem similitudo debet esse speciei, non vero generis tantum, ut ibidem

19) Plura cf- apud Fortun. a Brixia *Philon, mentis,* tom. II. pag. 1. diss. 4. sect. 1. definit. 1 et seqq.

exponit s. Doctor. Plura de generatione videri possunt apud Suarez, *De Trinit.* lib. IX. cap. 1 et seqq.[20]

25. **Processio** est *origo unius ab alio;* potest autem esse vel *ad intra,* ut dicitur, vel *ad extra,* et quidem, ut docet s. Thomas loc. cit., semper debet esse per aliquam actionem, vel immanentem vel transeuntem. Hinc magis patet processio quam generatio: omnis enim generatio est processio, at non omnis processio generatio est.

26. **Relatio** est *ordo seu habitudo unius ad alterum.* Duo proinde extrema relatio poscit, unum quod se refert, aliud ad quod refertur. Iste autem ordo vel mutuus est in utroque extremorum, vel non est mutuus, sed tantum ex parte unius extremi; sic tectum refertur ad domum, etsi haec non referatur ad tectum. Si mutuus est, ut creator et creatura, dominus et servus, pater et filius etc., qui referuntur ad se invicem, *perfecta* datur *oppositio relativa,* qua sola mutuo se distinguunt; si vero mutuus hic ordo non sit, oppositio relativa erit *imperfecta.* Notandum est autem ad veram relationem constituendam necesse. non esse, ut oppositio intercedat inter substantias, sed satis esse, ut intercedat oppositio modi, quo termini sive extrema ad se invicem referantur.[21]

27. Si oppositio sit inter substantias, dicitur *ad aliud;* talis est oppo-

20) Juvat hic in medium afferre definitionem generationis, quam dedit Aristoteles; siquidem ab ipsa magna ex parte ortae sunt contentiones arianorum. Generatio itaque ab Aristotele definitur: »Ex eo, quod omnino non est, in substantiam facta mutatio, per quam res simpliciter fieri, non aliquid fieri dicitur.'· Ex hac porro definitione, quemadmodum patet, sequitur, ut ea quae generantur, sic se habeant, ut antea non existeront, neque in substantiis numerarentur, transferantur in classem substantiarum, ac progressum faciant ad existentiam. Hauc vero definitionem adoptantes ariani, et transferentes ad divina, inscite ac impie simul dixerunt *de non exlantibus venisse filium, et fuisse aliquando tempus, quando non erat.* Quod cum saepe recantarent, neque ad officium redire vellent, ecclesia eos proscripsit, ut cum suo Aristotele saperont, neque rem catholicam perturbarent. Errabant etiam maxime, quod in hac definitione nihil differat generatio a creatione. Res enim per creationem ad existentiam transeunt ex non existenlibus, et ex non substantiis transeunt in numerum substantiarum. El tamen ipso lumine rationis et communi sentiendi et loquendi usu certissimum est, haec duo differre. Ad generationem sufficiunt creaturae, quibus est impossibile vel atomum ad existentiam producere per creationem, quae uni Deo competit.

21) Fundamentum relativae denominationis est *id per quod termini sunt proxime relative denominabiles;* sic actio, qua Petrus Paulum generat, est fundamentum relativae denominationis *patris,* quae Petro tribuitur; est enim id in Petro, ex quo cognito determinatur mens, ut Petro *relativam patris* denominationem tribuat, utpote id, per quod Petrus est proxime capax, ut *pater* Pauli dicatur. Scholastici hoc vocant *rationem fundandi* sive *fundamentum proximum relationis.* Rigidiores scholastici praeterea contendunt, praeter fundamentum proximum relationis, formam nescio quam superaddendam rebus esse, ut ipsae *relativae* dicantur, alii vero id negant. Nos absque dispendio, inimo fortasse magno temporis lucro, possumus ipsis dimittere has quaestiones; quas si agitare placeat, cf. Fortunatus a Brixia, loc. cit.

sitio, quae in creatis intervenit. Si tantum sit circa modum, relatio dicitur *ad alterum;* talis est oppositio, quae habetur in divinis. In his enim, inquit concilinm lateran. IV. cap. 2. *quaelibet trium personarum est illa res, videlicet substantia, essentia seu natura divina. Et illa res non est generans, nec genita, nec procedens; sed est Pater, qui generat, et Filius, qui gignitur, et Spiritus Sanctus, qui procedit.* Es his intelligimus naturam divinam rem illam esse, qnae sub triplici respectu a qualibet persona peculiari modo ex integro participatur seu afficitur.

28- Ob materiae necessitudinem nonnulla adhuc subjicienda sunt de voce **ingeniti,** qua adeo abusi sunt veteres eunomiani.22 Triplici sensu vox ista accipi potest, vel quatenus significat *non factum* seu *non creatum23;* vel quatenus significat *non generatum2*,* vel demum prout exprimit *non emanatum,* sive creatione, sive generatione, sive productionis alio genere quocumque. Primo sensu communis est tribus personis, aeque enim nec factae, nec creatae sunt; immo et ipsi convenit divinae essentiae. Secundo sensu communis est Patri et Spiritui Sancto, neuter quippe generatus est. Postremo sensu solius Patris propria est, utpote qui solus sit principii cujuscumque expers et originis.

29. Verum *ingeniti* vox. hoc tertio sensu explicata, bifariam accipi potest, *negative* scilicet ac *privative. Negativa* vocabula ea sunt, quibus removemus a subjecto affectionem aliquam, quae nequeat prorsus illi convenire, ut cum Deum dicimus *immortalem, incorruptum* etc.; *privativa* vocabula ea dicuntur, quibus significamus non adesse in subjecto aliquo proprietates, quae cum illo possunt cohaerere, e. gr. caecitas, amentia in hominibus. Hinc si vox *ingeniti* divinae essentiae tribuitur, *negative* sumitur; si Patri tribuatur, qua persona divina tantum est, *privative* accipitur; si vero de Patre dicatur, quatenus Pater est, tunc *negative* sumitur, et exprimit *notionem* quamdam primae personae propriam, qua negatur in Patre productio quaecumque. *Notio* enim est id, quo personas valemus alteram ab altera secernere atque internoscere.

30. Patet igitur ex dictis *ingenitum* nec substantiam significare, nec qualitatem, nec relationem, nec positivum quidquam, sed relationis potius

K) Inferius horum vafriliem in abusu vocis *ingeniti* aperiemus.

23) Quo sensu graece *ἀγίνητον* scribitur unica *v.*

34) Et hoc sensu, graece scribitur *ἀγίνητον,* duplici *v* interjecta. Haeretici, qui numquam bona fide pugnant, utramque olim significationem permutabant, ut deciperent incautos. Cf. s. Joann, damasc. *De fide orthod.* lib. 1. cap. 8. cum nota 1. Le Quien. qui observat veteres hanc distinctionem agnovisse, inter quos repetitur auctor *Dialogorum adv. arianos,* qui Athanasio adjudicantur; et jam primum s. Greg. nazianzenum praelusisse, *Orat.* XXIIL, et s. Epiphanium, *Haeres.* LXIV. aperte observasse omnino differre *γινητάν* et *γεννητόν,* ut hoc *genitum,* illud *creatum* et *conditum* significet. Nam prima vox a *γίνομαι, fio* provenit, altera vero a *γιννάω, gigno.*

negationem; seu exprimere Patrem non osse a principio, ut a principio sunt aliae duae personae.

31. Observandum denique est veri longe similius vocem personae esse relativam in divinis, et non absolutam, ac primario et directe relationem exprimere, secundario et in obliquo, seu indirecte, designare substantiam.[25] Relativa pariter sunt nomina Patris, Filii et Spiritus Sancti, quae primario proprietates, secundario substantiam significant; secus ac evenit in voce Dei, quae primario naturam, secundario personas significat.

32. Et haec de his vocibus ac denominationibus hic in tractatus limine delibasse sufficiat, ad tricas praecavendas haereticorum, eorumque facilius suo loco fallacias detegendas.

CAPUT II.

DE NUMERICA DIVINAE ESSENTIAE UNITATE IN TRIBUS PERSONIS.

33. Fidei nostrae dogmata non ex ratione, sed ex revelatione probari debent; id est, debet inquiri, utrum Deus revelaverit nobis nec ne hoc vel illud dogma seu mysterium. Si constet de hoc facto, Deum nempe reipsa aliquod dogma revelasse, credendumque nobis proposuisse, homo firmiter assentiri ei tenetur. Non aliunde autem nobis constare potest Deum revelasse, nisi ex Scripturis sacris ac Traditione, quarum custos et interpres ecclesia est, juxta ea quae a nobis constituta sunt in tractatu *De vera religione,* part. II. propositionum serie, quas illic evolvimus ac vindicavimus.

34. Hac via propterea incedentes, dimittimus quaestionem utrum, sup-

[25]) Magna ferbuit inter theologos concertatio, utrum *personae* vox directe substantiam significaret, indirecte vero relationem, an contra. Videri potest Vasquez, in I. part, s. Thomae tom. IL disp. CXXVII. cap. 1 et seqq., praesertim cap. 2. ubi statuit cum s. Thoma nomen *personae* significare *formaliter* et directe substantiam; *materialiter* sed directe relationem; essentiam autem consequenter; qui sic mediam quamdam viam amplexus est. ad primas duas opiniones conciliandas. Attamen Petavius: *De Trinit.* lib. IV. cap. 11. §. 1. primum animadvertit •personae vocem ex eorum esse nominum genere, quae concreta dicuntur, hoc est, e duobus complexa, quorum alterum subjecti instar est, alterum formae, quae subjectum afficit; quamvis reipsa in Deo nihil sit ejusmodi, nec ulla pars aut compositio, nos tamen sic eum cogitatione describimus, quasi quiddam insit in illo, quod subjecti vicem habeat, quiddam alterum formae. Quare persona divina ex natura sive essentia, velut subjecto et proprietate, quae tamquam forma est relativa, componitur. Sed ambigitur utram partem proprie ac per se directaque notione persona significet." Deinde, excussis diversis veterum et recentiorum sententiis, concludit §. 9. juxta graecorum latinorumquc patrum nec non conciliorum auctoritatem, personae vocabulum directa et, ut loqui solent, formali significatione non essentiam, sed proprietatem relativam in Deo notare, indirecte ac subobscure essentiam sive substantiam. Aperit praeterea originem hujus disceptationis, ortae ex diversa acceptione apud veteres vocis substantiae, quae interdum personae nomine designabatur. Cons. loc. cit.

posita etiam revelatione, demonstrari ratione possit nec ne existentia sanctissimae Trinitatis; quod aliqui affirmant, alii negant.' Rationis munus proprium est ostendero nullam in hoc, quemadmodum nec in alio quocumque religionis nostrae mysterio repugnantiam inveniri; quod quidem praestabimus solvendo difficultates, quae ab ejus impugnatoribus ex ratione proferuntur.

35. Ex duplici proinde fonte revelationem mysterii ss. Trinitatis ostendemus, ex Scriptura et ex perpetua Traditione, seu ecclesiae fide ac professione. Rursum cum ejusmodi revelatio nobis duplici ratione constare possit, tum *directc,* per ea scilicet testimonia, quae loquuntur de tribus divinis personis in essentiae unitate, tum *indirecte,* per ea, quae divinitatem personarum singularum adstruunt; hinc ea omnia, quae proferemus ad evincendam existentiam Trinitatis in unitate essentiae, pariter evincent divinitatem uniuscujusque personae, et ea. quae exhibebimus ad probandam divinitatem harum singularum personarum, probabunt pariter mysterium Trinitatis in essentiae divinae unitate; non enim in partes scindi divinitas potest.

36. Etsi autem prius ex testimoniis biblicis ostendamus mysterii propositi veritatem, ac postea ex sensu traditional!, non propterea has disjungimus probationes, quae mutuo se complectuntur; sed solum, ut ordini et perspicuitati consuleremus, id a nobis praestitum est.

PROPOSITIO L

Tres sunt in una divina essentia personae realiter distinctae, quod probatur primo ac sacris litteris generatim.

37. Haec propositio est de fide, ut constat tum ex superius recitatis symboli athanasiani verbis, tum ex omnibus catholicae fidei professionibus, atque ex conc. later. IV. cap. *Firmiter,* cujus verba superius pariter retulimus.

38. Licet neque pauca neque obscura occurrant in Veteri Testamento

') Inter ceteros, qui perhibentur, supposita revelatione voluisse ostendere existenliam ss. Trinitatis, eminet Hugo Victorinas s. Bernardo coaevus, *De Sacram.* lib. L cap. 11; Richardus item Victorinas, in operc *De tribus appropriatis personis in Trinitat. ad d. Bemardum:* ac praesertim celeberrimus card. De Cusa, tum in opere *De docta ignorantia,* lib. IL cap. 24. tum in lib. *Possest.* cap. 7; lib. *De Beryllo,* càp. 22 et seq.; lib. *De cenatione sapientiae,* cap. 24; lib. IV. *Eiercitation.* serm. ult.; item in lib. *De pace fidei,* cap. 7 et seq. ubi suggerit methodum ratiocinandi, quae indis et chaldaeis persuadeat; in *Cribralione alcorani,* lib. II. cap. 3, 4. 5. (Vid. haec in duobus prioribus tom. opp. edit. Basii. 1565.) Ipsi praeiverat s. Anselmus, lib. *De fide Trin.* cap. 2. Ex recentioribus laudantur Hermeneg. Pini, ex congr. s. Pauli, in *Protologia;* cl. Mastrofini, in opere cui titulus: *JIetaphysica sublimior,* cujus nonnisi vol. I. typis excusum est, Romae 1816; demum Tb. Vincentius Falletti, Canon, regul. in opere: *Lo studio analitico della religione,* vol. U. capp. 8 et 9. Roma 1827.

testimonia, in quibus pluralitas praedicatur personarum, ut Gen. I. 26. F<z-*ciarnus hominem ad imaginem et similitudinem nostram',* ibid. III. 22. *Ecce Adam quasi unus ex nobis factus* esi; quae nonnisi per vim de Deo secum colloquente, atque absurde tamquam ad angelos dicta, exponi possunt; nec non ea, quae passim leguntur sive in Psalmis, praesertim II. 7. *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te;·* et Psalm. CIX. 1. *Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis;* adhibita praesertim expositione tum Pauli tum Christi ipsius2, sive alibi saepe; cum tamen expressam trium distinctarum personarum, in eadem divina natura subsistentium, doctrinam Christus Dominus patefecerit, ideo ex Novo Foedere potissimum veritatem propositi dogmatis ostendemus.

39. Ac primo quidem apertissima sunt Christi verba, Matth. ult. v. 19. *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.* Quibus verbis tres personas realiter distingui ostendit particula copulativa *et;* unam autem designari atque individuam trium harum personarum essentiam illud *in nomine* patefacit, quo significatur gratiam regenerationis et renovationis, qua filii Dei efficimur ejusque famulatui mancipamur, acceptam referri debere Deo, in tribus personis subsistenti3: perinde enim valet vox illa *in nomine* ac in auctoritate, virtute et efficientia, prout biblica ipsa documenta testantur.4

40. Nec minus insigne, est ad rem nostram testimonium, quod occurrit Joann. XV. 26. ubi Christus ait: *Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.* Tres ibi pariter distinctae commemorantur personae *Pater, Filius, Paraclitus, et* quidem eadem divina natura praestantes; altera enim est Filius, ejusdem ergo naturae cum Patre; altera vero *a Patre procedit,* non igitur facta, aut creata, sed a Patre emanans eo sensu, quo Filius dicit de se ipso, quod exierit a Patre (Joann. XVI. 27, 28·). Huc pariter referuntur

2) Cf. Prud. Marani congr. s. Mauri praeclarissimum opus, quo saepe utemur in decursu hujus tract. *Dioùiilas D. N. J. C.* vol. I. fol. Paris. 1746. part. I. lib. I. cap. 1; Petav. *De Trin.* lib. II. cap. 7; cf. etiam *Dissert, ad Gen.* I. 26. *pro ss. Trinitatis Mysterio contra judaeos el haereticos omnes antitrinitarios,* in Collegio Romano proposita a Petro Curti S. J. inserta *Thesauro Theologico* P. Zaccariae, tom. III. pag. 20. Veneliis 1762.

3) Inepte prorsus Quaerunt unitarii pedem referre ex angustiis, in quas cos conjicit praescripta a Christo baptizandi forma, dum illud *in nomine* de baptismo Patris et Filii etc. interpretantur vel de doctrina vel de discipulatu etc., quae interpretationes omnes violentae sunt et obvio sensui contrariae, ut inferius ostendemus. Cf. Maran opere cit. part. II. lib. I. cap. 17. §. 2; Pelav. *De Trin.* lib. II. cap. 12. §. 8.

4 Cf. inter cetera Act. III. 6. *In nomine J. C. Nazareni surge* etc.; et cap. IV. 10. *In nomine D. N. J. C... . in hoc isle adstat coram vobis sanus;* Marc. XVI. 17. *In nomine meo daemonia ejicient* etc. Et alibi passim. Ex quibus evidens fit idem esse baptizari *in nomine* ac in potestate, auctoritate, efficientia trium personarum, in quas credimus et speramus.

verba Christi (ibid. XIV. 16.): *Et ego rogabo Patrem, et alium Paraditum dabit vobis.* Tres enim personae in vocibus *Ego, Patrem* et *Paraclitwn* inducuntur per mutuam relationem ac comparationem Filii ad Patrem et Paracliti ad Filium, ut pronomen *alium* declarat; quasi diceret: Ea ratione, qua *Pater* dedit *Me* vobis, qui Paraclitus sum; sic, cum ego abiero, dabit vobis *Paraclitum alium.* Quod vero unius pariter substantiae sint tres istae personae, patet ex totius orationis serie; cum enim Philippus, desiderio tactus videndi Patrem, sic Christum fuisset percontatus: *Domine, ostende nobis Patrem, et sufficit nobis; dicit ei Jesus: Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me? Philippe, qui videt me, videt et Patrem. . . . Non creditis quia ego in Patre, et Pater in me est? verba, quae ego loquor vobis, a me ipso non loquor; Pater autem in me manens, ipse facit opera* (Joann. XIV. 8 et seqq.). Jam vero 1. in his una praedicatur Patris ac Filii efficientia et actio, quae unicam expostulat substantiam; 2. commeatio Patris in Filium ac vicissim, quae dari non posset absque identitate naturae; 3. affirmatur uno viso alterum videri; quod consequens non esset, si diversa foret Filii a Patre substantia; nam in hoc casu viderentur duo plane distincta ac diversa. 5 Quoniam vero tertia persona, qualis ibi describitur, vere Paraclitus est, perinde ac Filius, cum dicatur a Patre procedere, quemadmodum de Filio dicitur, quod processerit a Deo (Joann. VIII. 42.) et exiverit a Patre (Joann. XVI. 27.), necesse est et illam cum Patre et Filio in divina eadem et unica cohaerere natura. Tres igitur in citatis testimoniis designantur personae subsistentes in eadem essentia divina.

41. Denique, ceteris omissis, eadem veritas confirmatur ex verbis: *Audite audientes et nolite intelligere,* quae dicta a Deo Patre testatur Isaias (cap. VI. 9.), prolata a Deo Filio exhibet Joannes (cap. XII. 40, 4L), dicta a Deo Spiritu Sancto docet apostolus (Act. XXVIII. 26.); cum eadem propterea personis singulis tribuatur efficientia ac praedicetur gloria et majestas6, una igitur trium distinctarum personarum deitas praedicatur. Quare optime s. Basilius, haec expendens, ait: *Propheta inducit Patris, in quem judaei credebant, personam; evangelista, Filii; Paulus, Spiritus, illum ipsum qui visus fuerat, unum Dominum Sabaoth communiter nominantes. Sermonem, quem de hypostasi instituerunt, distinxere, indistincta manente in eis de uno Deo sententia.7*

*) Cf. apud Petav. *De Trin.* lib. II. cap. 11. §.40 et seqq. plura patrum testimonia, quae insignem hunc locum exponunt, ostendentes ex eo eamdem inesse Patri ac Filio naturam.

*) Cf. apud Maran, op. cit. lib. I. part. IL cap 17. §. 3. qui totam hanc argumentationem in pleno suo lumine posuit.

7) *Contra Eitnomium,* lib. V. tom. I. pag. 301. edit, maurin. Paris. 1721. Ὁ προ-
τον πατρόί εξηγείται πρόιωπον τού παρὰ *Ιον&αίοι{ πεπιΰτευμένου'* ὁ *εναγγελιδτηί τοΰ νιον· ὁ Παΰλο{ τον πνεύματο*

42. Haec autem hisque similia biblica testimonia majus lumen etiam accipient ab iis, quae proferemus, cum de Filii ac Spiritus Sancti divinitate seorsum disseremus. Ista interea, quae allata sunt, nisi vim ipsis inferamus, aperte evincunt, quod primo loco ostendendum assumpsimus, tres realiter distinctas personas in essentiae divinae unitate in sacris litteris praedicari.

DIFFICULTATES. 7 z.

43. I. Obj. cum Wegscheider.8 1. Nullus extat Scripturae sacrae locus, quo universa illa doctrina claris et distinctis verbis tradita atque finita sit, nullus, quo vel vocabulum *τρίαδο (Trinitatis)* reperiatur, vel *personarum* in Deo distinctio earumque *όμοουσιά (consubstantialitas)* commemoretur. 2. Nobilis vero ille locus qui mandatum baptismale exhibet, apud Matth. XXVIII. 19., huic dogmati speciem sententiae ab ipso Jesu Christo profectae videtur conciliasse; quo loco etsi Pater. Filius et Spiritus Sanctus vere distinguitur, Filium tamen et Spiritum Sanctum ejusdem cum Patre et essentiae et dignitatis esse neutiquam probatur, nec aliud quidquam ibi praecipitur, nisi hoc, ut Christiani ea religione obstringantur, quae Deum esse Patrem hominum, Jesum Messiam, et Spiritum Sanctum singularem quamdam Dei vim, personae forma indutam etc. (Matth. III. 16; XII. 31, 47, coli. Luc. I. 35; Act. X. 38.), incrementa atque effectus novae religionis in animis hominum promovere doceat (Act. XIX. 2—6; I. Cor. II. 10 et seqq.; XII. 3 et seqq.). 3. Eadem fere ratio est dicti, quod extat II. Cor. XIII. 13. ubi apostolus Christianis apprecatur, ut favor Domini Jesu Messiae et amor Dei illis contingat, et ut Spiritus Sanctus ejusque dotes cum illis communicentur. 4. Neque magis dogma illud probari potest altero loco Matth. III. 16—17, quo Jesu Messiae per baptismum inauguratio sub velo quodam mythico enarratur. 5. In ceteris autem, quae adduci solent, testimoniis I. Cor. XH. 4—6; I. Petr. I. 1—2; Rom. XV. 30; Tit. III. 4—6, neque trium in Deo personarum neque *όμοονοία (consubstantialitatis)* earum ulla fit mentio. Ergo.

44. Resp. Ad 1. *Neg.* Non unus enim tantum vel alter locus, sed plura loca Scripturarum proferuntur a catholicis, ad ostendendum Trinitatis

iva κύριον ϋαβαιΐ>^ τον όφ&έντα κοινώ; ονομάΣοντι;. Λιήρηται αυτοί; ό πιρι τή; ύποβτάϋιω; λόγο;, αδιαιρέτου μένοντο; Iv αϊτοί; τού xtpi Ivό; 3τον φρονήματο;.

8) δ· 79 — 80. Hic adnolo me libentissime animo rationalistarum argumenta proferre, tum quia quidquid ab ipsorum antesignanis, socinianis, et a veteribus arianis prolatum est, perinde ac si catholici nihil unquam contra hiscere ausi fuerint, confidenter corrogant congeruntque, una superaddita exquipendice; quare dum recentiores isti profligantur, antiquiores illos etiam, quorum armis utuntur, profligari necesse est: tum quia apertissime exinde patebit, quam tandem exigui rationalistae.jsint, qui sibimel imperitisque tanti videri solent, quique penitiorem quamdam, nusquam alias excogitatam, tricando scientiam ostendere satagunt; tum demum, quia eos a nemine hactenus ex professo confutatos video.

dogma; ut patet etiam αχ probationibus a nobis adductis, ex quibus tum trium personarum distinctio tum earumdem in divina essentia unitas patefactae sunt, ideoque et *ὁμοουσια* seu *consubstantialitas.* Quid vero refert, si non occurrat in Scripturis vel *personae* vel *trinitatis* nomen, si constet ex iisdem de re? Non enim de nominis, sed de rei existentia agitur9; hac enim constituta, nomina per se profluunt.

45- Ad 2. sive ad 1. prob. *Neg.* Nam non solum speciem videtur conciliasse huic sententiae seu dogmati mandatum baptismale, sed fundamentum exhibet dogmatis catholici. Etenim observatum est Filium dici et appellari per comparationem ad Patrem, et Spiritum Sanctum per comparationem ad Patrem et Filium, ideoque tres distingui personas; cum autem in baptismo agatur de regenerationis gratia, quae in nomine harum trium personarum confertur, et quibus propterea dedicamur, merito infertur ex voce illa *in nomine* aequalitas ac unitas trium personarum in natura divina.

46. Sic *neg.* per baptismi formulam non aliud praescribi, nisi ut Christiani ea religione obstringantur, quae Deum patrem hominum, Jesum Messiam, et Spiritum Sanctum ut singularem Dei vim exhibeat: 1. quia haec interpretatio *nova* est, et ante socinianos et rationalistas inaudita, et cui obstat sensus traditionalis totius antiquitatis 10; 2. quia est *absurda,* baptizaremur enim in nomine seu auctoritate et efficientia *vis* et *efficientiae* Spiritus Sancti; 3. quia est *violenta,* quis enim verba Christi, prout sonant in sensu obvio, audiens, intelligat patrem hominum, Messiam et efficaciam? 4. quia

*) Quod si existèrent haec nomina in Scripturis, nonne ea pariter rationalistae eluderent juxta principia a se posita? Certe in Scripturis Christus passim *Deus* et *Filius Dei* nominatur, ut inferius videbimus, *Spiritus Sancti* frequens pariter mentio fit: numquid propterea ipsi Christum Deum confitentur, et Spiritum Sanctum ut personam subsistentem habent? Ad eludendam potius omnium horum testimoniorum biblicorum vim, quae distinctionem personarum in unitate naturae exhibent, sic scribit Wegscheider §. 79: „Exstant in libris Novi Testamenti Pauli maxime et Joannis dicta, quibus Filius Dei et Spiritus Sanctus in *aliquam* divini honoris societatem admitti videantur; quorum duplex *classis* distingui solet, altera eorum, quibus Pater, Filius et Spiritus Sanctus simul commemorantur, altera eorum quibus singillatim de illis exponitur. Ad recte inlelligenda utriusque generis dicta probe tenendum est, non propria Jesu Christi verba illic referri, sed partim ejus effata, prout ab aliis aliter intellecta et per traditionem varie exornata fuerint (quasi Joannes Christi effata ab ipsius ore non exceperit, tanta est rationalistarum impudentia!), partim singulorum scriptorum sacrorum judicia (quibus profecto anteferendum est judicium rationalistarum), nec ubivis sibi consentanea (en quid sentiant de scriptoribus sacris isti novi protestantes!), nec satis perspicue enunciala.-

*°) Ubi notanda est parum sibi cohaerens neotericorum biblicorum agendi ratio. Ipsi adeo extollunt in hcrmeneutica regulam *usus loquendi,* uti vocant, quem statuunt velut primarium critérium interpretationis exclusa interpretatione ecclesiae. Quando vero provocantur ad sensum trudilionalem perpetuum antiquitatis, quae profecto est testis legitimus hujus *loquendi usus,* nihili illam faciunt, et sensui antiquitatis privatam interpretationem opponunt.

est *contraria* aliis Scripturae textibus, praesertim Joann. XV. 26; XIV. 16. superius adductis, in quibus Christus exhibet Spiritum Sanctum ut personam subsistentem, quae procedit, operatur, et eum vocat *alium* respectu sui ipsius; nisi igitur impie dicamus vel Christum non esse personam, sed prosopopoeiam et vim, vel improprie immo et insulse esse locutum, Spiritus Sanctus neque prosopopoeia est, nec simplex *vis* et *efficientia.* 11

47. **Dices,** I. Cor. X. 2. israelitae perhibentur *baptizati in Moyse, in nube et in mari*\ et ipsa ecclesia romana in animae commendatione precatur: *In nomine Patris, in nomine Filii, in nomine Spiritus Sancti, in nomine angelorum* etc. Ergo formula *in nomine Patris* etc. neque importat per se distinctionem et subsistentiam personarum, ut liquet ex primo textu, neque aequalitatem dignitatis et naturae, ut patet ex ecclesiae oratione.

48. **Resp.** *Neg. conseq.* et paritatem. Nam in primo textu dicuntur israelitae baptizati in Moyse, in nube etc., non autem in nomine Moysis, et nubis, et maris. In oratione ecclesiae, eo ipso quod dicatur distincte *in nomine* angelorum et archangeloruin etc., distinguitur dignitas ac natura angelorum et sanctorum, qui invocantur, ut intercedant apud Deum, a Deo ipso, seu a Patre, et Filio, et Spiritu Sancto.

49. Ad 3. seu 2. prob. *Dist.* Si solitarie accipiatur dictum apostoli, non est prorsus demonstrativum, *Tr.* una cum ceteris, *N.*

50. Ad 4. seu 3. prob. *Neg.* Etenim tres ibi distinctae personae aperte commemorantur, persona Filii baptizati, persona Spiritus Sancti, quem Christus *vidit descendentem sicut columbam et venientem super se* (Matth. III. 16.), sive ut dicitur apud Lucam: *Et descendit Spiritus Sanctus corporali specie sicut columba in ipsum* (Luc. III. 22.), et apud Joann. I. *Vidi Spiritum descendentem quasi columbam de coelo, et mansit super eum;* et persona Patris dicentis: *llic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacuil2,* et majori etiam vi in graeco textu per articulum d, ut hic distingueretur a justis, qui non sunt filii Dei nisi per adoptionem. Quod si filius Dei naturalis Christus est, hoc ipso est *consubstantialis* Patri, ut inferius apposite ostendetur, sicuti et de Spiritu Sancto.

51. Quod vero additur *de inauguratione sub velo mythico,* cum totum gratuitum sit atque ex penu rationalism! unice depromptum, quod consistere nequit sive cum scriptorum sacrorum veracitate, sive cum inspiratione divina, rejicimus ut impium et falsum ac toti antiquitati contrarium.13

**) Hos textus, in quibus maxima vis est, dissimulant adversarii nostri, quasi neque existèrent, ut sic impune possint detorquere in alienum sensum formulam baptismatis. Ceterum quae ipsi effutiunt de Spiritu Sancto, nempe ipsum esse *efficientiam* etc., idoneo loco redarguemus, ubi de persona Spiritus Sancti sermo nobis erit.

12) *Οὗτό Ιστιν ὁ υιό μου ὁ ἀγαπητό, Iv ω ιὐδόκησα.* Matth. 1. C.

") Quando ralionalistae aliquid inveniunt in Scripturis, quod in alienum sensum

52. Ad 5. seu 4. prob. *D.* Seorsum sumpta, *Tr.* una cum aliis quae adducta sunt, xV. Nempe haec scribebant apostoli in citatis locis cohaerenter ad fidei doctrinam, quam ecclesiis a se institutis praedicaverant, qua supposita illis formulis apertissime alludunt ad Patrem, Filium et Spiritum Sanctum a se praedicatos, et in quorum nomine initiaverant fideles. Nisi enim hoc constituatur fundamentum, locutiones illae fiunt prorsus aenigmaticae, eo constituto, aperte intelliguntur'+; sunt igitur ea loca totidem ineluctabilia testimonia fidei traditae ab apostolis, ac proinde existentiae dogmatis nostri.

53. I. **Inst.** Sunt quidem varia dogmatis semina in ipsis libris sacris, ab interprete candido haud negligenda, sed 1. eadem explicari debent *partim e* philosophematibus quibusdam judaicis et platonicis, quae quidem aevi incultioris indolem redolentia jam ante religionis Christianae originem divulgata erant; 2. *partim* ex pio quodam in magistrum divinum reverentiae sensu, quo imbuti librorum sacrorum auctores vel Jesu ipsius de messiana sua dignitate sententias vel narrationes de singulis Jesu factis fatisque mythicas, quarum multae satis mature jam prodierant (cf. Luc. I. 1.), pro suo quisque ingenio atque judicio varie intellectas conceptasque, litteris tradiderunt et amplificarunt.15

54. **Resp. adi.** *Neg. antec.* Revelatio enim divina, seu veritates divinitus revelatae non per philosophemata, sive judaica sive platonica aut aristotelica, explicari aut exponi debent, sed per sensum traditionalem, per auctoritatem ecclesiae columnae et firmamenti veritatis, ut suo loco ostendimus16; alioquin de nulla veritate nobis constare posset. Hoc est inventum sero nimis inductum a rationalistis omnem revelationem et fidem rejicientibus, qui majori reverentiae sensu feruntur erga Ciceronem et Tacitum aliosque profanos scriptores, quam erga scriptores sacros, ut mox videbimus. Negamus praeterea doctrinam judaeorum, prout eruitur ex sacris litteris, vocari posse aut esse philosophema; judaeos porro non omnino latuisse Trinitatis dogma, vel saltem personarum in Deo pluralitatem, non pauca sua-

detorquere nequeunt, confugiunt tamquam ad extremam in naufragio tabulam ad mythos.

H) Etenim I. Cor. XLL 4 — 6- aperta fit mentio trium personarum, ubi dicitur idem Spiritus, idem Dominus, idem Deus auctor divisionum gratiarum; nisi supponatur cognitum corinlhiis mysterium Trinitatis ipsis ab apostolo praedicatdm, haec verba nullum sensum praesefcrrent; sed illo posito poterat apostolus ad illam fidei formulam alludere, et certus erat se ab ipsis intelligi. Sic Rom. XV. 30. ubi idem apostolus scribit: *«Obsecro vos, fratres, per Dominum N. J. C. et per caritatem Sancti Spiritus, ut adjuvetis me in orationibus vestris pro me ad Deum;* ubi rursum tres personae distinctae recensentur. Eadem occurrunt Tit. HL 4 — 6. aliisque in locis ab adversario indicatis, in quibus perpetuo fit allusio ad receptam apud Christianos fidem circa Dei unitatem et Trinitatem personarum.

,5) Wegscheider ib. §. 92.

'·) Tract. *De vera relig.* part.Π. prop.3.

dent documenta, turn ox sacris litteris[17], tum ex aliis eorum scriptis eruta.[18] Quod vero attinet ad philosophema platonicum, dicimus tantum abesse, ut originem dederit huic dogmati, ut haeretici, qui istud temerare ausi sunt, vol ex illa schola platonica prodierint, vel saltem ex platonicis placitis commenta sua hauserint, ut inferius dicemus.[19]

”) Innumera prope sunt testimonia in V. T. in quibus de pluralitate personarum in Deo, ac praesertim de divinitate Verbi seu Filii aperta mentio fit, quae collegii et expendit cl. Maran, op. cit. lib. I. cap. 1—17. Sane doctrinam hanc judaeos minime latuisse, ex iis, quae habentur in N. T. certissime constat. Cum enim angelus b. Virginem alloqueretur (Luc. I. 31 et seqq.), loquitur de Filio Dei ac de Spiritu Sancto. Sic etiam (Matth. I. 20.), alloquens s. Josephum; item (Marci 1.8.) Joannes Bapt. disserit de baptismo conferendo a Messia in Spiritu Sancto; et alibi passim habentur similia, quin tamquam de novitate miraretur quispiam.

*8) Plura judaeorum rabbinorum testimonia aliaque eruta ex antiquis judaeorum scriptis, in quibus sermo fit de ss. Trinitate ab ipsis cognita, vid. apud Raymundum Martini in *Pugione fidei, cum notis et observationibus Jos. Du Voisin,* edit. Carpzovii, Lipsiae 1687. pag. 144, 396 et seqq., 417 et 439, prout nempe notantur in margine juxta primam edit, parisiensem 1651. Hoc ipsum copiosius praestitit, et clarissimo in lumine postea collocavit omni documentorum genere cl. Drach, *Deuxième lettre d'un Rabbin converti,* Paris 1817. tolo cap. 1 Immo nec dcfuil, qui ex recenlioribus protestantibus hoc argumentum illustraverit; cf. E. W. Hengstenberg, *Christologie des allen Testaments* etc. seu *Christologia Veteris Testamenti* etc. Berolini 1824, praesertim pag. 216 et seqq., qui id etiam tuetur adversus absurdas hypotheses et expositiones Clerici, Sack (qui edidit suum *Comment. theol.* Bonn. 1821), Pustkuchen (in *Untersuch. der bibl. Vrgesch.* seu *Inquisitio biblicae historiae primitivae,* Hall. 1823), Rosenmûlleri (in suis *Scholiis in Genes.),* De Wette (in *Dogm.* I. §. 108.), Ewald (in *Gram.* pag. 245.), Koster (in suis *Meletematis criticis et exeget. inZachar.),* Gcsenii (in *Isai.* LXIII. 9.), aliorumque non paucorum; sed de hoc auctore ac de hoc argumento iterum sermo erit suo loco.

,0) Ex protestantibus, seu potius socinianis, qui excelluerunt in hac calumnia disseminanda, de plalonicismo sanctorum ecclesiae patrum primis praesertim ecclesiae saeculis, primas obtinet Clericus, ut patet ex ipsius *Bibliothèque universelle,* tom. X. pag. 181. *Bibliothèque choisie,* tom. XU. pag. 213; *Ars critica,* pag. 11. §.2. cap. 11. pag. 536; *Epist.* VIII·. *critica,* pag. 268; et auctor *Platonismi detecti.* Hos auctores veluti servum pecus secuti sunt ralionalislae, qui in dogmate de Trinitate, de divinitate Verbi non aliud vident nisi platonica placita, in patribus vero nonnisi totidem platonicos. Hos inferius recensebimus. Interea praestat afferre textum Clerici, ex quo recenliores hauserunt suas ideas; sic porro scribit Clericus in sua *Arte critica,* vol. L pag. 536: «Veteres christiani, qui per aliquot saecula platonici fuerunt, cum legerent Scripturam, ut ex ea religionis Christianae systema quoddam colligerent, platonicas suas notiones Scripturae notionibus ubique miscuerunt; et quod in Scripturis non legebatur, quodque credi volebant, deduxerunt consectariis, non ex uno fonte derivatis, sed ex Platone aeque ac ex prophetis.“ Huic in omnibus subscribit auctor *Platonismi detecti.* Ast istorum audaciam fregit doctissimus P. Baltus in opere quod inscribitur: *Defense des ss. Pères accuses de Platonisme,* vol. unie, in 4. Paris 1711. Quod quidem opus divisum est in IV. libros, in quorum I. ostendit cl. auctor patres minime institutos fuisse in philosophia platonica, falsumque esse philosophiam istam regnasse in ecclesia primis saeculis; in II. numquam patres sectatos fuisse platonica placita; in III. patres rejecisse, immo et refellisse circa omnia puncta Platonem ejusque philosophiam; in IV. disjicit rationes, quibus leviter permoti sunt ii, qui patres platonicismi accusarunt.

55. Ad 2. *Xeg.* 1. Quia alioquin actum esset de scriptorum sacrorum veracitate et inspiratione. 2. Quia sequeretur auctores sacros ex pio affectu, seu potius ex assentatione in magistrum suum graviter mentitos fuisse ac universum terrarum orbem necessario in errorem induxisse, donec venerint rationalistae ad errorem hunc detegendum. Quod quam absurdum et impium dictu sit, nemo non videt. 3. Quia falsum est, mythicas narrationes jam prodiisse ab ipso evangelicae praedicationis exordio. Neque hoc evincit locus citatus ex Luc. I. Si enim bene attendatur Lucae textus, patebit ipsum contrarium dicere; ait enim evangelista: *Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem, quae in nobis completae sunt, rerum; sicut tradiderunt nobis, qui ab initio viderunt, et ministri fuerunt sermonis, visum est et mihi* etc.; quibus postremis verbis ostendit se non solum non improbare eos, qui ante ipsum litteris res a Christo gestas consignarunt, verum et se cum illis conferre; quod non fecisset profecto, si falsas ac mythicas narrationes illi congessissent.-° 4. Sed dato etiam, quod illi ita se gesserint, numquid sequitur eadem ratione sese gessisse scriptores sacros? Digna rationalistis dialectica. 21

56- II. In st. In libris sacris, sub illo Trinitatis velamine, *alius quidam doctrinae typus aperte est traditus, ab illo quidem dogmate alienus, sed cum sana ratione optime congruens: quo jubemur* 1. *agnoscere unum verum Deum, qui numen sit absolute perfectum* (Matth. XIX. 17. coli. Marc. X. 18 et Luc. XVIII. 19.), *ac solus adorandus* (Matth. IV. 10; Marc. XH. 29 et 30. coli. 34; Joann. IV. 23.), *ab ipsoque Jesu adoratur* (Matth. XXVI. 39 et 42;

M) Neque iis assentiendum putamus qui his verbis s. Lucam hic cerinthianorum, basilidianorum, aliorumque haereticorum scripta notare putant, siquidem nondum illa prodierant; neque, si cum haereticis impiisque hominibus rem sibi esse Lucas intellexisset, haud leviter adeo illos perstrinxisset, aut in eorum ferme numerum semetipsum adscripsisset, dicens: *Visum est et mihi.* Sed neque Maldonato acquiescimus, qui putat s. Lucam respexisse ad Evangelia Matthaei et Marci, cum plura sint quae obstent, ac, ceteris omissis, quod illis, de quibus loquitur evangelista, aliquam notam inurat negligentiae. Dicendum propterea eum loqui de iis tantum, qui, cum fando solum eventa, de quibus scribebant, ab apostolis accepissent, nihilominus audacter animum ad scribendum appulerant, antequam *omnia diligenter a principio assecuti essent;* cum quibus ita se comparat, ut non solum eorum exemplo se tueatur, sed ut aliquod praeterea sibi praesidium adesse innuat, quo illi caruerunt; ut constat ex v. 4. ubi addit: *Ut cognoscas eorum, de quibus eruditus es, veritatem, ασφάλειαν, tutissimam* nempe, atque, ut ita dicam, *indubiam certitudinem;* quam minime assecuturus esset Theophilus, si in memoratas tantum narrationes incidisset Non est igitur nisi absurdum rationalistarum commentum, quod ipsi oggerunt de mythicis narrationibus ac falsis mature, ut ipsi ajunt, ex hoc Lucae textu in medium emissis.

*') Certum est s. Joannem legisse atque probasse tria Evangelia, antequam suum conscriberet, ut fidem faciunt Euseb. *Hist, eccles.* lib. III. cap. 24. edit. Valesii; Clemens alex, apud eumdem, lib. VI. cap. 14; Hieronymus, *De viris illust.* cap. 9; ut posteriores scriptores et patres mittam, qui idem testantur.

Luc. XXIII. 46 J Joann. XVII. 1 et seqq.); 2. *et Jesum Christum (qui vel digressus e terris homo simpliciter appellatur* Act. IL 22 et XVII. 31; Rom. V. 15; L Tim. IL 5. cf. I. Cor. XV. 21.), *ut legatum Dei* (Matth. VIL 21; Joann. XVII. 3. cf. XI. 42.), *Deoque quidem eum legante, a quo ipse Jesus sese aperte discernit* (Joann. XVII. 3; et XX. 17 et 21.) *longe inferiorem* (Matth. XIX. 17; XX. 23; Luc. XXIII. 46; Joann. XIV. 28 et X. 29 et aeqq.; XVII. 22 et 24; L Cor. III. 23; et XL 3; XV. 27 ct 28.). *Hune ipsum purioris doctrinae christianae typum sequamur. . . Sic Trinitatis dogma ad hanc formulam revocare licet: Deus Pater ut Spiritum Sanctum sese per Jesum Christum hominibus manifestavit.* 22

57. **Resp.** Ad 1. *N.* A. Non enim typum, sed ipsum Trinitatis dogma sacrae litterae tradunt, ut ex adductis probationibus ostendimus, ac magis confirmabitur ex dicendis. Neque enim cum hoc dogmate pugnant, quae de Dei unitate indicata loca ab adversario praedicant. Namque per mysterium ss. Trinitatis nec inducitur deorum pluralitas, nec quidpiam detrahitur summae simplicitati Dei ejusque omnimodae perfectioni, quam catholica doctrina profitetur, secus ac supponere videtur adversarius. Utique Deus solus adorandus est, ipsum coluit et adoravit Christus in terris, sed prout homo est. In doctrina catholica haec omnia bene cohaerent, nec quidpiam difficultatis praeseferunt.

58. Ad 2. *D. A.* Jesum Christum ut Deum simul et Filium Dei jubemur agnoscere, *C.* ut purum hominem ac simplicem Dei legatum, AT. Si adversarius commemorat Scripturae loca, in quibus Christus simplex homo, ut ipse ait, appellatur; cur illa dissimulat, in quibus idem Christus Deus et

”) Ita rursum Wegscheider 93. ubi notanda sunt duo monita, quae ibi appingit, dicens: ..Simul vero hocce utrumque, *tum opinionem* super hoc dogmate quamvis summa cum indulgentia esse tolerandam, modo ne *virtutis nervos infringat, tum* doctoribus publicis in pertractanda ista doctrina *caute* esse versandum, ne vel conscientia oneretur Christianorum per intelligentiam provectiorum (vide impudentiam non ferendam, loquuntur isti de conscientia, cum ipsi nullam habeant, et se *provectiores* vocare audent quasi vero omnes, qui a Christo ad nos usque crediderunt dogma Trinitatis ac strenue propugnarunt, totidem essent infantes cum ipsis comparati!) *vel imbecilliorum religio offensionis aliquid capiat.*- Adeo fidunt se rem totam confecisse tumidi hi insipientes! Hinc Schleiermacher, *Der christl. Glaube,* seu *Fides Christiana,* vol. II. pag. 694. inquit: »Ex rei natura est, quod, quo diutius Trinitatis doctrina immutata in suis hodiernis determinationibus consistit, illi, qui cum difficultatibus ac imperfectionibus quarumdam formularum reconciliari nequeunt, asserant cuncta se in hac Trinitatis doctrina negare, quamvis ipsorum pietati minime desit ex eo, quod proprie christianum constituit. Quapropter nobis cavendum est, ne, quidquid antilrinitarium est, tamquam haereticum et antichristianum rejiciamus. Sed quo magis hocf excrescere cernitur, eo magis excitemur ad ecclesiasticam hac de re expositionem novo examini subjiciendam; et nisi nos ipsi praeparemus, saltem posteritati, dimisso antiquato, reformationem, quae praesenti affinium idearum statui conveniens sit, liberam relinquamus,“

Filius Dei dicitur, quae innumera prorsus sunt? Si testimonia recenset, in quibus Christus se distinguit a Deo, id est, a Patre, cur non etiam recenset ea, in quibus se unum dicit cum Patre suo (Joann. X. 30; et XVII. 11 *et* 22.), in quibus profitetur se in Patre esse et Patrem in se (ibid. X. 38; XIV. 10 et 20; XVII. 21-)? Id ipsum dicatur do Deo eum legante, ita enim legatus est, ut exiverit a Patre (ibid. XVI. 28.), ut processerit a Patre, seu a Deo (ibid. VIII. 42; VII. 29.), qui sit Unigenitus a Patre (ibid. I. 14.), et in sinu Patris (ibid. v. 18.), qui sibi aequalem potestatem tribuerit cum Patre suo (ibid. V. 17, 18 et 26.), qui esset in caelis, dum loqueretur in terra (ibid. ΠΙ. 13.). qui demum *longe inferiorem Deo legante,* (quae glossa est adversarii, nuspiam enim hoc in Scripturis occurrit) se dixerit, ita tamen ut aequalem pariter se Patri esse profiteatur (ibid. V. 18.) et *Deum* (ibid. X. 30. coll. 33·)· Quae quidem testimonia suo loco expendemus. Interea hic -habetur specimen malae fidei rationalistarum, qui ut sua effutiant ac venditent, quae convellunt haec sua figmenta, vel dissimulant vel, prorsus omni abjecto pudore, passim accusant scriptores sacros assentationis, inscitiae[23], contradictionis, seu pugnae, aliave ejusmodi blasphemando pronunciant. [24]

59. Ex falsis ejusmodi praemissis pronum est rejicere impias consecutiones, tum de typo *purioris doctrinae Christianae,* qui est per antiphrasin intelligendus, nempe *doctrinae antichristianae,* tum de formula dogmatis Trinitatis, quae non est nisi formula dogmatis antitrinitarii, cujus nullum vestigium occurrit in antiquitate ante socinianos, si excipias exeerabiles haereses ebionitarum, Pauli samosateni ac photinianorum, quae obsoleverant, donec e cineribus suis excitatae denuo fuerint ab his novis gnosticis, qui assentationis, erroris et imperitiae arguunt apostolos et evangelistas, ad lumina sua substituenda ac diffundenda, profecto longe puriora, per subversionem totius revelationis divinae ac supernaturalis.

60. Π. Obj. 1. Idem Christus (Joann. XVII. 3.) sic Patrem alloquitur: *Haec est autem vita aeterna, ut cognoscant te solum Deum verum, et quem*

M) Exemplo sint ea quae habet Bohme, *Die Religion Jesu Christi* . . . seu *Religio Jesu Christi a sua origine repetita,* Hali. 1827. pag. 49 et seqq. edit. 2. nempe scriptores sacros pro manca, quae est aevi incultioris, scientia sibi ipsis non constitisse in iis, quae de ideis et notionibus suis exposuerunt. Sic Wegscheider §.83: Jerusalem, *Nachgel. Schriften,* seu *Opera posthuma,* I. pag. 137 et seqq.; Münscher, *Dogmen-Geschichte* etc., seu *Historia dogmatum,* vol. L pag. 416 et seqq.; Ammon, *Bibi. theol.* I. 192 et seqq.; idem opuscula theologica, Gott. 1803; *Comment.* I. *de prologi Joannis euangelistae fontibus et sensu;* idem *Summ. theol. christ,* pag. 150 et seqq. Plura de consensu scriptorum sacrorum, in primis Pauli apostoli cum doctrina Philonis commentus est Stahl apud Eichhorn, *Bibi. Litter.* IV. 826 et seqq. etc., qui omnes de praerogativa impietatis certare inter se videntur.

'}} Exempla non pauca in decursu hujus tractatus exhibebimus.

misisti J. 0. Ex quibus ita Crellius: Deus verus, de quo hic loquitur Christus, est Deus summus; atqui ex Christi verbis hic est solus Pater; ergo reliquae personae non sunt Deus ille summus. 2. Ilis consonat apostolus, qui (1. Cor. VIII. 5 et seqq.) scribit: *Nani. etsi sunt, qui dicantur dii, sive in coelo sive in terra (siquidem sunt dii inulti et domini multi)·, nobis tamen unus Deus Pater, ex quo omnia et nos in illum, et unus Dominus J, C. per quem omnia, et nos per ipsum.* Ubi Paulus, explicans quis sit ille unus Deus, simpliciter dicit eum esse Patrem, non Patrem, Filium et Spiritum Sanctum. Atqui nulla ratione Heri potuisset, ut Paulus, explicaturus quis sit ille unus Deus, Patris tantum mentionem faceret omissis personis aliis, si Deus ille unus non tantum Pater esset, sed et Filius et Spiritus Sanctus. 25 Ergo.

61. **Resp.** Ad 1. *Neg. Maj.* Vox enim *solus* non exprimit subjectum, sed attributum perinde ac vox *verus;* prout exposcit constructio graeci textus: *'Iva γινώϋ/.ωϋϊ, et τον μόνον άληNtvbv &εόν.* Id est: *Ut cognoscant te solum verum Deum.* Hinc Christus illa sententia a consortio divinitatis non excludit nisi falsos deos et vana idola gentium, ita ut sensus sit, sitam esse vitam aeternam in cognitione unius Dei et Incarnationis Filii ejus, nempe Jesu Christi. 26 Quinam autem sit solus verus Deus, alibi Christus declarat, praedicans divinitatem suam ac divinitatem Spiritus Sancti. Recolantur dicta in probationibus.

62. Ad 2. *Dist. maj.* Explicans, seu potius declarans, quis sit ille unus Deus ut excludat deos gentium, *C.* ut excludat divinas personas, *N.* Hanc enim expositionem postulat integra Pauli sententia, etsi expresse solum Patrem Deum nominet. Instituit enim apostolus antithesin inter deos et dominos, quos colebant ethnici, et Deum ac Dominum quem colunt christiani; quoniam vero dominos illos ut deos habebant, apostolus opponendo illis unum Dominum Jesum Christum, aperte ostendit, se Christum Jesum non excludere a consortio divinitatis. Alioquin si velit Crellius insistere in vocibus illis: *Unum Deum Patrem,* quasi excluderetur Filius a divinitate, deberet pariter insistere in aliis: *Unum Dominum J. C.,* quibus Pater excluderetur a dominatione, quod est absurdum. Hinc sua disputatione Crellius non labefactat catholicam doctrinam, sed suam potius evertit. Nego autem *min.* quia

“) Hanc eamdem difficultatem jamdiu ariani promoverant, et abunde a patribus soluta ea fuit, praesertim a s. Hilario, *De Trin.* lib. IV, V et IX; Ambrosio, *De fide* lib. V. cap. 3; Epiphanio, *Huer.* LXIX; Greg, nazianz. *Orat.* IV; theologo Basilio, *Cont. Eunomium* lib. V; Cyrillo alex. *Thesauri* lib. X. cap. 6; Augustino, *De Trin.* lib. VI. cap. 9 etc. Hanc postea instaurare sociniani, praesertim Crellius, *De uno Deo Patre,* lib. I. sect. 1.

26) Cf. Maldonatus in hunc locum qui eum fuse evolvit, et ostendit invictissime, his verbis non excludi nisi sola idola gentium a consortio divinitatis. Id ipsum praestitit Petavius, *De Trin.* lib. III. cap. 1. ubi plura habet observatione digna. Cf.

plures potuerunt esse causae, ob quas illam loquendi rationem Paulus usurpaverit, quas recenset Petavius.[27]

63. Eadem ratione explicari debet, quod tertio loco urget idem Crellius ex Ephes. IV. 6. ubi dicitur: *Unus Deus et Pater omnium, gui est super omnes, et per omnia, et in omnibus nobis;* dixit enim proxime ante: *Unus Dominus, una fides, unum baptisma.* Dominum autem hic Christum esse fatetur Crellius, hinc eadem adaptanda responsio huic textui, quae modo alteri data est. Eadem enim est ratio. [28]

PROPOSITIO Π.

Tres sunt, in una divina essentia personae realiter distinctae, quod probatur speciatim ex I. Joann. V. 7. *utpote authentico et genuino.* [1]

64. Veritatem catholicam mysterii ss. Trinitatis ex sacris litteris praecedenti propositione abunde ostendimus; remque totam confecimus absque subsidio celeberrimi commatis, I. Joann. V. 7. *Tres sunt qui testimonium dant in coelis, Pater, Verbum et Spiritus Sanctus: et hi tres unum sunt* [2], ut pateat, independentem omnino esse veritatem, quam propugnavimus, ab illa pericope. Potuissemus propterea tuto eam discutiendam ac vindicandam dimittere sacrarum litterarum professioribus; ne tamen quis apud se reputet, difficultate nos deterritos fuisse ab hac discussione, eam lubentiori animo aggredimur, eo quod recentiores biblici ac rationalistae fidenter pronuncient *causam finitam* esse, post Michaelis praesertim ac Griesbachii biblica molimina. [3]

etiam Maran, op. cit. lib. I. part. II. cap. *21.* '§. 1 et 2.

'7) Loc. cit. §. 4 et seqq. Item Maran, loc. cit. §· 3.

'') Observat autem s. Joannes Chrysost. *Hom.* XX. *in I. Cor.* num. 3. edit, maurin., Paulum neque voluisse illo loco appellare Jcsum Christum Deum, neque Patrem Dominum, ne cum Deum ac Deum, Dominum ac Dominum audirent corinthii, plures esse deos suspicarentur ac dominos, et in antiquam superstitionem relaberentur, in qua plures dii erant ac domini. Hanc eamdem esse causam addit, cur neque Spiritus Sancti meminerit, ut illorum imbecillitati consuleret.

') Haec propositio spectari potest velut appendix propositionis praecedentis, quae cum prolixior sit, poterit pro opportunitate adhiberi.

*) Versus autem 8. qui in pluribus codicibus praeponitur versui 7- ut ostendit Sabatier, in *Itala ant.* in hunc loc. ita se habet: *Et tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua et sanguis; et hi 1res in unum sunt.*

3) En quomodo de hoc versu loquatur Cellérier in opere: *Essai dune introduction critique au N. T.* Genève Î823, pag. 483· .On a beaucoup discuté sur Γ authenticité du fameux passage des trois témoins célestes, I. *Jean* V. 7. Il ne vaut phis la peine maintenant de revenir sur ce sujet, qui est décidé depuis long-temps aux yeux de tons ceux qui croient à la critique et qui l'étudient. Je me contenterai de renvoyer ceux qui désireraient des détails, à Michaëlis, et surtout à Griesbach." Atque in nota 1. inter cetera scribit: .Ce passage est démontré faux par toutes les régies de la critique

65. Duo igitur a nobis praestanda sunt: I. vindicanda veritas joanneae pericopes; II. ostendenda ex ea, seu potius confirmanda doctrina catholica, quam in praesentia propugnamus.

66. I- Ut autem primum illud praestemus, notandnm est, nos cogi a via hactenus trita discedere post receptum seu proclamatum, ut loqui amant, in criticismo biblico *familiarum,* ut vocant, seu *recensionum* principium;* ex quo statuitur canon seu lex: Codices seorsum sumpti testem non constituunt, sed ut instrumenta habendi sunt, ad fidem faciendam veritatis illius testis seu autographi, quem repraesentant; et propterea, quod consequens est, non amplius numerandi codices, sed in classem redigendi. 5

67. Nos igitur admisso principio *familiarum,* etsi admodum adhuc incerto, atque in pluribus suis partibus nutante 6, duo statuimus: primo quidem, principium familiarum mirifice conferre ad *γνησιότητα* seu *genuinitatem* hujus versiculi constabiliendam; deinde hoc ipsum principium probabiliorem nobis suppeditare rationem omissionis, quae in nonnullis familiis reperitur.

et par toutes les consequences qu'elle a pu tirer des faits recueillis à ce sujet. Cela est tellement clair que, si la critique trompe dans ce cas-ci, elle peut, elle doit tromper toujours; il faut alors de toute nécessité oublier les faits, jeter au feu les manuscrits, et abandonner la science, qui n'est plus qu'une chimère." Sed non minus audacter pronuncial Wegscheitjer, op. cit. §.80: »Ad dictum illud, quod olim pro classico habuere (I. Joann. V. 7.), jam minime licet provocare, quia spurium id esse argumentis et externis et internis satis validis demonstratum est;" et in nola « haec habet: «Vide, quae post *Millium,* Welslenium, Semlerum, De Matthaei aliosque scripsit Griesbacbius de hoc loco accurate et prolixe, in editionis suae N. T. appendice *{Diatribe in locum* I. Joann. V. 7.), quibus tota res videtur esse confecta." Cum hic auctor provocet ad Millium, aeque ac ad ceteros, quis non putaret Millium locum memoratum rejecisse tamquam spurium? Attamen Millius eumdem acriter propugnat. Sed rationalistae scrupulis in mentiendo non anguntur.

Bengel omnium primus ex protestantibus vidit conformilatem, quae in diversis codicibus circa variantes lectiones reperitur, et redegit *instrumenta* in duas classes, *asialicam* et *africanam.* seu statuit principium criticum familiarum. Sed nonnisi post publicationem recensionum Griesbachii istud principium proclamatum fuit, et *tres* numeratae familiae. Hoc ipsum denique principium perfecerunt duo catholici, Hug professor in universit. friburgensi, ejusque discipulus Scholz prof, in universit. bonnensi, qui *quatuor* familiarum existentiam annunciarunt, ad quas instrumenta, ad hoc tempus cognita, retulerunt. Cf. Cellérier, op. cit. sect. IV. *Histoire du texte.*

5) Alii autem paulo aliter hunc canonem enunciant, nempe: testimonia in favorem cujusdam variantis non habent individualem vim seu valorem independentem a recensione seu familia, ad quam illa spectant; et lectio quaehbel definiri debet, non a numero distinctarum auctoritatum, sed ex pondere seu auctoritate recensionis, quae eas continet. *Lectionis* nomine designatur modus legendi, *variantes* vero *lectiones* vocantur parvae illae diversitates, quae inveniuntur in editionibus, seu MSS. codicibus, vel patrum citationibus circa eumdem textum ejusdem auctoris.

6) Sane adhuc disputatur circa *numerum* familiarum, circa earum *originem, patriam, textum* uniuscujusque... Hinc Scholz in suo *N. T. graeco,* vol. I. in 4. Lips. 1830, non solum Griesbachio, sed etiam professori suo Hug contradicit, ut inferius videbimus. In *Bibi. unitu de Genève,* tom. XX. pag. 112. legitur: *Ce système ingénieux a des parties très-faibles,*

68- Et sane, constituto semel familiarum principio, illa familia ceteris praeferri debet, quae antiquitate, dignitate, auctoritate reliquis praestat. Talis enim vero est familia, ex qua versiculus controversus ad nos pervenit, seu quae eumdem nobis conservavit.

69. Ejusmodi est familia africana. 7 Antequam vero progrediamur, existentia hujus familiae in tuto ponenda est, seu statuendum est *factum* existentiae hujus familiae, cujus testes locupletissimi sunt patres antiquissimi ejusdem ecclesiae, Tertullianus8, Cyprianus9, Marcus celedensis 10, s. Fulgentius 11, Victor vitensis 12, quadringenti illi episcopi, africani omnes, qui Carthagine Hunnerico fidei confessionem una cum Eugenio episcopo Carthaginiensi obtulerunt13, et tandem Cerealis. 14 Et exinde idem testimonium desumpserunt Maximus confessor, Eucherius, Phoebadius, Idacius Clarus, et alter Idacius, aliique non pauci. His nunc addendus codex ms. operis, quod inscribitur *Speculum,* et quod s. Augustini esse creditur, nuper repertus in bibliotheca sessoriana: qui quidem codex antiquissimus est, atque, ut creditur, saec. VU., africanus pariter. 15 Jam vero hi scriptores non solum ut auctores africani spectari debent, vel pertinentes ad africanam ecclesiam, prout hactenus factum est, sed tamquam repraesentantes recensionem africanam, seu potius tamquam testes vocis ac textus magnae criticae familiae, quae in dubium revocari nequit, quaeque a ceteris omnino distinguitur.

70- Hujus familiae existentia ita constituta videndum superest, quinam sit ejusdem valor, etiam comparative ad familias reliquas, asiaticas

7) Familia, de qua hic disserimus, confundi non debet cum africanis duabus, seu potius aegyptiacis, quas admittit Scholz, quarum altera respondet familiae *alexandrinae,* altera *occidentali* Griesbachii.

8) *Cont. Prax.* cap. 31.

') *Ep. ad Jubajan.* edit. maur. Paris. 1726. ep. LXXIII. pag 133; tum. in lib. *De unit. Eccles,* pag. 195 et 196.

10) *Expositio fidei ad CyriU.* inter opp. s. Hieron. edit. Vallarsii, tit. XII. cap. 3- circa finem habet: *Et hi tres unum sunt, una divinitas et potentia et regnum.* Cui addi debet ex Africa Marcus Victorious in *Hymnis sacris* passim, sed praesertim hymno III. in *Bibi. Patrum min.* Gallandi, tom. VIII.

n) Libro *De Trin. ad Felicem notarium,* cap- 4: tum in *Respons. contra Arian,* in resp. ad X. object, circa finem, ubi etiam laudat textum s. Cypriani ex libro *De unit. Eccl·,* et in libro *Pro fide catholica adversus Pintam,* num. 8. edit. Paris. 1684. Quod si auctor libri adversus Pintam diversus est a s. Fulgentio, ut pluribus criticis placet, novum habemus scriptorem africanum pro nostro textu.

n) De Trinit. lib. I. et lib. VII. Textum inferius dabimus.

u) De Persee, vandalica, lib. III. p. 54. edit. Ruinart, Paris. 1694. ubi haec leguntur: nEt ut adhuc luce clarius unius divinitatis esse cum Patre et Filio Spiritum Sanctum doceamus, Joannis evangelistae testimonio comprobatur. Ait namque: Tres sunt qui testimonium perhibent in coelo, Pater, Verbum el Spiritus Sanctus, et hi tres unum ‡unt.·

") Ita quidem Bengel.

,s) Cf. cl. AViseman, *Ttco letters on some controversy concerning I. Joann.* V. 7. etc. Rom. 1835. ubi hunc codicem illustrat, et plura habet, quae ad nostram familiam africanam constabiliendam inserviunt, et antiquam italam versionem novae criticae subjecit pag. 1, 3 et seqq.

nempe sive orientales, et occidentales, alexandrinam scilicet et constantinopolitanarn. Quod ut assequamur, observandum est, textum africanum verum esse repraesentantem versionis originalis latinae, quae longe verosimilius primum in Africa facta est, antequam vel ipsa versio itala prodiret, seu potius modificatio ejusdem latinae versionis, quae primum in Africa adornata est Constat enim, tribus prioribus ecclesiae saeculis familiarem fuisse in ecclesia romana tum in universo fere imperio usum linguae graecae ,e; nec sollicitos propterea romanos fuisse de versione latina adornanda; et priores patres graece scripsisse etiam in occidentali ecclesia. E contra vero in ecclesia africana nemo graece scripsit, sed omnes latine; hinc Tertullianus antiquissimus patrum latinorum est, quorum opera ad nos pervenerint; et eum proxime secuti sunt Cyprianus, Minucius Felix, Commodianus, Arnobius. 17 Tertullianus vero, ipso fatente L M. A. Scholl, *plerumque cum textu versionis alicujus antiquae consentit.* 18 Ergo ante Tertullianum jam existebat haec antiqua versio. Neque argumenta interna eaque validissima desunt, ex quibus conficitur, versionem latinam originariam ex Africa esse. Talia sunt arcliaismi, et praeterea, si ita loqui fas est, africanismi, quibus haec versio scatet, quique non occurrunt nisi apud scriptores afros. 19 Eichhorn omnium primus suspicatus est, versionem latinam esse originariam ex Africa, sed mera conjectura ductus. Nunc vero post accuratum examen illud vix in dubium revocari posse videtur.

71. His praejactis, sic iter nostrum insistimus: Versio latina prima et originaria sacrarum Scripturarum ex Africa est, et ex Africa cum nonnullis modificationibus ad ceteras occidentales ecclesias pervenit ac primum in Italia magno in usu fuit, et *Itala* propterea nuncupata. 20 Patres atque

16) Certe omnes vel fere omnes scriptores et patres, qui tribus priqribus saeculis floruerunt in ecclesia romana, graece scripserunt: ut Clemens romanus, Hermas, Justinus, Modestus, Irenaeus, Cajus, Asterius, Urbanus, Hippolytus portuensis, Felix I. etc. Omnes nunc critici consentiunt, s. Marcum graece Evangelium suum Romae scripsisse; el ad Romanos graece scripsit apostolus, graece Ignatius, graece scripta sunt supposilia Clementis opera. Hinc Romae non solum honestiori loco nati omnes, sed quotquot aut mercaturam faciebant, aut stipendia ferebant, aut litteris imbuti erant, paucissimis forte exceptis, graece sciebant; graeci scientias Romae profitebantur, graecutos scitulos servos quilibet domi habebat, graeca multa romani suis libris, suis commentariis, suis domesticis tabulis illinebant; quare vel ipse Juvenalis testatur, *Satyr.* VI. v. 187 et seq. edit. Taur. 1830.

---- Omnia graece,
Quum sit turpe magis nostris nescire latine.
Hoc sermone pavent, hoc iram, gaudia, curas.
Hoc cuncta effundunt animi secreta.

”) S. Hieronymus, *De Viris iUustr.* cap. 53. inquit: *Tertullianus presbyter nunc demum primus post Victorem et Apollonium latinorum ponitur* (tom. II. edit. Vallarsii).

I8) Notntm Testamentum graece, vol. I. Lips. 1830, *Proleg.* cap. 8. pag. 155.

*9) Cf. Wiseman loc. cit. a pag. 50 -55; item a pag. 55 — 67.

20) S. Augustinus solus csl ex antiquis, qui meminerit hujus *italae* versionis, lib. II. *De doctr. christ,* cap. 15. scribens: *In ipsis autem interpretationibus Itala ceteris*

scriptores africani, nec non codices nuper reperti, totidem sunt instrumenta ejusdem originariae versionis latinae, seu recensionis ac familiae africanae, quae nobis exhibet typum primitivum, ex quo versio lacta est. Cum vero exploratum sit. ex ecclesia romana fidem, et una cum fide Scripturas in Africam pervenisse JI, consequens est, africanam recensionem nobis repraesentare typum primitivum Scripturae graecae, qualis nempe primum obtinuit in ecclesia romana.

72. Versio latina, quae ex dictis longe ante ipsum Tertullianum jam existebat, ad minus ascendit ad saeculum Π. seu. quod idem est, recensio africana, ac proinde ejusdem typus primitivus anterior est omnibus aliis recensionibus seu familiis orientalibus et occidentalibus, quae in quocumque systemate bibliconim criticorum non perveniunt nisi ad saeculum IV. vel ad finem saeculi HI. ac pertinet ad nobiliorem et primam ecclesiam, id est, ad ecclesiam romanam. Hinc valor familiae africanae tum antiquitate tum dignitate familiis reliquis longe praestat, quorum instrumenta longe recentiora sunt. Sed haec familia, hic typus continet ex dictis versiculum nostrum. Ergo tantum abest ut principium proclamatum familiarum imminuat veritatem seu authenticitatem nostrae pericopes, ut potius eamdem mirifice confirmet.

73. Restat ut alteram nostrae assumptionis partem evincamus, probabiliorem nempe ex eodem principio rationem erui omissionis, quae reperitur in certis familiis. Quaecumque admittatur hypothesis circa originem trium vel quatuor familiarum, sive nempe Griesbachii, qui eas nominat ex regionibus, in quibus recensiones primum factae perhibentur, occidentalem scilicet, alexandrinam et constantinopolitanam 22; sive Hugii, qui eas ab auctoribus nuncupat, siquidem praeter *χοινην &δοσιν* seu vulgatam graecam, hesychianam recenset, lucianaeam et origenianam; sive Scholzii, qui quindecim primis ecclesiae saeculis factam aliquam recensionem negat23; semper demum

praeferatur; nam est verborum tenacior cum perspicuitate sententiae. Quod si quis contendat ob haec Augustini verba, non solum recensione et modificationibus accidentalibus, sed etiam origine versionem italam diversam fuisse ab africana, per me licet. Idem enim semper recurrit argumentum; siquidem haec versio latina primum Romae facta esset, et ex ea africani accepissent. Millius versionem latinam nonnisi sub s. Pio I. qui ab anno 127 ad annum circiter 142 aerae vulgaris pontificatum tenuit, adornatam fuisse autumat, *Proleg.* pag. 41. edit. Oxon. 1707.

«) Tertull. *De praescript.* cap. 36, August. in *Brevic. Carlhaginens. collation.;* tum in lib. *De unico ba.pt.; Epist. hinoc. I. ad Decentium Episcop. Eugubin.* apud Constant.

Cf. Joann. Jac. Griesbachii *Comment. Critic, in textum graecum N. T.* particula II. Jenae 1811; *Meletemata de vetustis textus N. T. recensionibus* §. 2. pag. 40 et seqq.

13) Op. cit. cap. 4. *Proleg.* pag. 25 et seqq. ubi recedit a principio, etiam a se alias posito, de recensionibus et de 4 familiis; nam nonnisi duas agnoscit, constantinopolitanam puriorem, et alexandrinam, in pluribus a grammaticis foedatam et interpolatam. Fatetur priores codices familiae constantinopolitanae periisse, et interpola-

deveniendum est ad primum aliquem typum, quem ejusmodi familiae repraesentant. Quid autem vetat supponere, hunc primitivum typum vel haereticorum, ebionitarum praesertim et cerinthianorum, fraude vitiatum24, vel casu omissum ob duorum commatum septirni et octavi *ὁμοιοτάκεῦτον*, idest similem terminationem, et, si ita loqui fas est, *ὁμοίαοχον,* seu simile initium; quo Iit, ut oculos librariorum facile effugiant, quemadmodum plura exempla nos docent? 25 Cum vero versiones, ut antiquissimae Syriacae et *Peschito 26,* multo vero magis posteriores, ut altera syriaca philoxena, aethiopica et arabica, ex eodem corrupto fonte prodierint, patet, qua de causa in iis comma istud desideretur.

74. Ceterum cum exploratum nunc ferme sit ex dictis versionem, quae *itala* nuncupatur, eamdem, ad substantiam quod spectat, fuisse cum vnlgata antiqua, quae origine africana est, etsi in nonnullis modificata, liquet hinc, quare et in plerisque codicibus latinis reperiatur versiculus noster, in aliis vero desideretur. 27 Codices scilicet exacti ad typum communem asiaticum,

lionem codicum primis duobus ecclesiae saeculis contigisse.

Cf. Germonius, *De veteribus haereticis ecclesiastic, codic. corruptoribus,* Paris. 1713. part. I. cap. 5 et seqq.

“) Hujus rei plura exempla suppeditat De Rubeis in *Dissert, de tribus in coelo testibus,* cap. 13. §. 2. Nos hic unum vel alterum exemplum indicabimus: Martianaeus, disserens de auctore *Prologi in Epist. canonicas,* observat in lib. Josue cap. XXI. juxta vulgatam commatum divisionem verba illa: *Civitates quatuor cum suburbanis suis,* quae leguntur vv. 35, 36 et 37, ansam tribuisse librariis ea praetermittendi. Sic Vallarsius, tom. X. operum s. Hier, partem alteram *Bibliothecae divinae* complectente, in nota ad v. 7. de quo agimus, haec scribit: >.In uno codice Veronensis canonicorum bibliothecae majusculis, ut vocant, litteris maximam partem exarato, et, quod est alterum probae vetustatis indicium, nulla capitum aut versuum partitione distincto, non coelestia, quae tantopere urgentur, sed terrena testimonia, sive prius illud isocolon, *Tres sunt qui testimonium dant in terra* etc. desiderantur. Puto autem hic novo argumento plenissime demonstrari, nonnisi librariorum festinationi ac tam saepe obvio errori, ubi eadem recurrunt verba, tribuendum eorum quoque codicum defectum, in quibus coelestia... sunt praetermissa;" cf. ibid. Exemplum item exhibet codex cavensis monasterii, de quo infra, ubi v. 4. sic legitur: *Quoniam omne quod natum est ex Deo vincit mundum, fides nostra,* ubi omittuntur verba: *Et haec est victoria quae vincit mundum,* absque dubio ob homoioteleuton, cum postremus versiculus desinat in verba *vincit mundum.* Bengel vero contendit omissum versiculum 7. a veteribus data opera, nempe ob doctrinam *arcani.* Cf. ejusdem *Apparatus criticus,* §. 25. in hunc locum.

*) Versio *Peschito* purior habetur. Cf. *Biblia polyglotta waltoniana,* nec non Cellcrier, op. cit. sect. 8. §. i. *Versions syriaques.* Circa versionem armenam res est dubia; vid. Bengel, loc. cit. §.22; in editione communi reperitur; in recenlissima *editione veneta Zohrabi* ann. 1805. fuit omissus. Galanus clericus regular, in opere *Conciliationis Ecclesiae Armenae cum Romana,* Romae 1650, tom. I. profert acta concilior, aisensis et adanensis lingua armena anno 1307 celebrata; jam vero commata 7 et 8 leguntur prolata in his actis pag. 461 el 478; his tamen conciliis plures interfuerunt schismati addicti, nec tamen ullus reclamavit adversus haec prolata commata.

”) Horinc. a Bukentop, *De Vuly.* p. 307. scribit: ..Versus ille septimus legitur tum in epistola dominicae, in albis dictae, tum

alexandrinum et constantinopolitanum hanc pericopen non continent, qui veru ad familiam africanam exacti sunt, eamdem retinuerunt; ratio ex his praeterea redditur, quare s. Augustinus nonnullique alii patres latinl de hoc commate sileant, etsi illud non ignoraverint 28, quia scilicet Augustinus, etsi afer, non africana recensione, sed potius itala utebatur, quam secum in Africam ex Italia detulerat, ut patet ex ejus citationibus 29; quod a fortiori de ceteris dici debet. Contra vero in Hispania versiculus noster obtinuit, ut liquet ex codice hispalensi, gothicis litteris exarato versionis hieronymianae. 30

75. Si his addantur voces, ut vocant, individuates seu anomalae, MSS. nempe codices, qui ad nullam determinatam familiam pertinent, sive gracci sive latini, deinde voces omnes, quas consuluit Cassiodorus in suis com-

in octavo responsorio in omnibus dominicis a festo ss. Trinitatis usque ad adventum; reperilur etiam in optimis quibusque ac vetustissimis vulgatae codicibus; ita ut paucissimi sint, in quibus deest.· Quod fassus est vel ipse Richardus Simon, qui gloriam inventionis eripuit protestanlibus in rejiciendo hoc commate; nam in sua *Histoire critique du N. T.* Rotterdam 1699. part. II. chap. 9. scribit: «Pour ce qui est de Γauteur du *Correctorium* de la Sorbonne, il n'est pas surprenant qu'il l'ail lu dans son édition latine avec le passage dont il est question, puisque il ne peut avoir compilé sun ouvrage que vers le dixième siècle. Or il est certain qu'en ce temps-là *il y avait peu d'exemplaires* latins du N. T. où la Préface (seu *Prologus sub nomine s. Hieronymi)* et ce passage ne se trouvassent, puisqu'on les y avait insérés dès le temps de Charlemagne.e His addi debent codices omnes, quos Cassiodorus saec. VI. diligentissime conquisierat, et quidem *selectissimos, ex* quibus suas *Complexiones in Epistolas et Acta Apostolorum et Apocalypsim* confecit; sic vero in his legitur: »Cui rei testificantur in terra tria mysteria, aqua, sanguis et spiritus, quae in passione Domini leguntur impleta; in caelo autem Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus, et hi tres unus est Deus.· De his complexionibus cf. praefat. cl. marchionis Scipionis Mafleii, pag. 43, et pag. 124, 125 edit Florent 1721-

Certe s. Hieronymus, *De viris illustr.* opera Tertulliani *pluribus nota,* Cypriani *sole clariora* dicit; quare omittit istorum operum catalogum. Legit igitur in horum operibus versus 7. citationem. Sic Cypriani librum *De unitate Ecclesiae* citat Augustinus *Contra Cresconium,* lib. II. cap. 33, epistolamque ad Jubajanum, immo ea verba, quae allegatum illud, *quum tres unum sint,* et praecedunt et sequuntur, refutavit *De baptismo contra donatistas,* lib. IV. cap. 4. Non potuerunt igitur laudati patres illud *tres unum* non videre. Cf. Bengel, loc. cit. §.20. ubi ostendit s. Augustinum assuetum italicae recensioni, in qua v. 7. deerat, illum omisisse in suis disputationibus; cum ta-'men in africana legisset, dubium haesisse, et sane ad illum aperte alludit tum in lib. III. *Contra Maximinum,* cap. 22. ubi proponit allegoricam interpretationem v. 8., tum ad locum de spiritu et aqua et sanguine, in epist. L s. Joannis.

®) Cf. Wiseman epist. cit. pag. 28 et seqq. Certe id liquet ex *Confess,* lib. III. cap. 5. edit. maur. tom. I. pag. 91 —97; item lib. IV. cap. 13. pag. 118; lib. VI. cap. 4. pag. 122; cap. 11. pag. 129; item lib. IX. cap. 4. pag. 160 et seqq.; *Contra litteras Petiliani,* lib. Π. cap. 6. tom. VIII. pag. 219 etc. Sed satis est percurrere per singula volumina indices locorum sacrae Scripturae.

30) Cf. Josephi Blanchinii *Vindiciae Canonicarum Script, vulgatae latinae editionis* vol. unicum in fol. Romae 1740. pag. 203; vid. ibid. *Praefat. Christoph. Palomares in exemplar gothicum,* pag. 49 et seqq.

plexionibiis conficiendis 31, eae, ad quas appellat antiquus auctor prologi sub nomines. Hieronymi editi32, codices graeci tandem, qui adhuc supersunt, et eam pericopen retinent, ususque publicus ejusdem commatis vetustissimus utriusque ecclesiae, lectio vulgata utriusque pariter ecclesiae latinae et graccae, si addantur apertissimae ad hunc textum allusiones antiquissimorum patrum utriusque ecclesiae33, evidenter colligitur tantum abesse, ut causa finita dici possit circa authenticitatem hujus commatis, prout rationalistae plenis buccis crepant, ut contra nullum dubium supersit de ejusdem *γνη-σιότητι,* sola etiam critica biblica spectata. Dixi *sola etiam critica biblica spectata,* nam vera custos bibliorum non est *critica,* sed *ecclesia catholica.*

76. Plura nunc addi possent ex argumentis internis ad ejusdem veritatis confirmationem; nos vero brevitatis gratia potiora tantum attingimus; ac 1°. quidem cohaerentiam hujus versus cum illis, quae alibi scribit idem s. Joannes; ut cum Filium vocat *Verbum* (Joann. I. et Apoc. XIX. 13·), cum refert testimonia Patris et ipsius Verbi incarnati (Joann. VIII. 18·), et Spiritus Sancti (ibid. XV. 26. et I. 33·). 2°. Necessitudinem seu relationem inter utrumque versiculum septimum et octavum, ut patet ex verbis *in terra,* quae leguntur in v. 8, et dicunt necessariam relationem ad illa *in coelo,* quae habentur in v. 7. 34 3°. Dempto v. 7. nulla ratio amplius dari potest illius clausulae v. 8. *Et hi tres unum sunt,* seu *in unum sunt,* ut graece legitur, sive accipiantur de Spiritu Sancto, aqua et sanguine, sive de spiritu, quem Christus moriens emisit, et aqua et sanguine, quae ex ejus latere effluxerunt; contra bene cohaerent, supposito quod de tribus testibus caelestibus dixerit: *Et hi tres unum sunt,* id est, natura et essentia tres testes terreni suo modo pariter unum sunt, utpote ejusdem ponderis et momenti. 35 Sane jam observaverat s. Gregorius nazianzenus Joannem minus accommodate ad grammaticae regulas dixisse v. 8. *Tres qui* testimonium dant; et *hi tres* unum *sunt,* cum neutrum genus expostulassent voces graecae spi-

31) Nuper verba dedimus, quae in Cassiodori complexionibus habentur.

'*) Auctor hujus prologi videtur vixisse ex communi eruditorum calculo saeculo VITI. Sic vero scribit: .,Quae si ut ab eis digestae sunt, ita quoque ab interpretibus fidelibus in latinum eloquium verterentur, nec ambiguitatem legentibus facerent, nec sermonum se se veritas impugnaret, illo praecipue loco, ubi de unitate Trinitatis in prima Joannis epistola positum legimus. In qua etiam ab infidelibus translatoribus erratum esse, fidei veritate comperimus, trium tantum vocabula, hoc est, aquae, sanguinis et spiritus, in sua editione ponentes, et Patris, Verbique ac Spiritus testimonium omittentes; in quo maxime et fides catholica roboratur, et Patris, et Filii ac Spiritus Sancti una divinitatis substantia ℭomprobatur. Plures hic criticae animadversiones instituendae essent, quas brevitatis causa praetermittimus. Interea cf. edit. Vallarsii opp. s. Hieron. tom. X. pag. 1057. in nota a, tum ejusd. s. Doctoris opp. edit. maur. tom. L pag. 1670 et seqq.

33) Cf. Bengel, op. cit. §. 23.

34) Vid. Maran, *De divinitate J. C.* lib. I. pag. 2. cap. 19. §. 1 et seqq.

") Cf. ibid. cap. 18. §. 2 et 3.

ritus, aqua et sanguis 36; instituta ergo comparatio cum personis v. 7, s. Joannem incitavit, ut vocum similitudinem in versu 8. retineret. 4°. Hic versus necessariam praeterea habet connexionem cum versibus 6, 9 et seqq.; quorsum enim spectant illa verba versus 9. -Si *testimonium hominum accipimus} testimonium Dei majus est,* nisi ad testimonium Patris, Verbi et Spiritus Sancti de quibus agitur in versu 7.? In versu G. duplex habetur testimohium, nempe Spiritus Sancti et aquae et sanguinis: *Hic est qui venit per aquam et sanguinem, J. C.; non in aqua solum, sed in aqua et sanguine: et Spiritus est qui testificatur* etc.; ubi aperte distinguitur testimonium Spiritus Sancti a testimonio aquae et sanguinis. Posito autem versu 7. qui explicationem habet testimonii Spiritus Sancti cum Patre et Verbo conjuncti, quemadmodum versus 8. explicationem continet testimonii aquae et sanguinis, omnia plana sunt: versu autem47. sublato, testimonium Spiritus Sancti vel penitus omittetur, vel confundetur cum testimonio aquae et sanguinis, cum quibus Spiritus Sanctus unum dicetur, quod plane absurdum est. Si igitur in emendanda alicujus textus lectione lex illa a criticis statuta alte retinenda est, ut scilicet illa lectio retineatur, qua posita omnia cohaerent et omnia apte conveniunt, qua mutata omnia confusa et inextricabilia evadunt, nullum dubium subesse potest, praeferendam lectionem esse in casu nostro, in qua versus 7. retinetur, ut omnia interna argumenta postulant. 37

Orat. XXXVII. n. 47. tom. I. opp. edit. Paris. 1630; graecae enim voces *το πνευμα, τό ὕδωρ, τό αἷμα* neutrius generis sunt.

37) Cf. Maran, loc. cit. Etiam observandum est hiatum reperiri manifestissimum, si haec verba tollantur; contra vero graeco textui supplementum hiatus praebet versio, quam magni faciendam esse in his casibus eruditi critici norunt. Non enim alia ratione supplentur hiatus graeci textus Matth. XVI. 2, 3; Luc. XXII. 43, 44; Joann. V. 3,4; VIL 53; Vin. 11; Act. VIII. 37. quam per versionem latinam, atque interdum aliis in locis per collationem versionum reliquarum, quae ubi textus nutat, magno semper adjumento sunt textui emendando. Merito propterea nonnullorum reprehensionem incurrit Scholz, eo quod in opere, quod inscripsit *Biblisch-krilische Reise* etc. seu *Iter critico-biblicum in Gallias, Helvetiam* etc. Lipsiae et Sorav. 1823, excluserit e censu instrumentorum criticorum antiquas versiones. Cf. *Bibliothèque unir, de Genève* 1823, tom.XXIV. art. *Critique sacrée* pag. 354 et seq. Videtur tamen hic auctor aliquantisper attemperasse hoc suum placitum in editione Novi Testamenti. Cf. *Proleg.* cap. 7. §. 46 et seq. Ceterum pro nostra africana familia illud animadversione dignum est, eo fideliorem censendam eam esse, quod Tertullianus graece sciverit, et noverit graeca apographa, ad quae provocal, lib. *De Praescript,* cap. 36. illis verbis: *Percurre ecclesias apostolicas, apud quas..... ipsae authenticae litterae eorum recitantur, sonantes vocem* etc. Hinc pro certo habendum joanneum comma in ipsis eum vidisse; sane in lib. *De monogamia,* cap.il. expressius adhuc provocat ad graecum textum, inquiens: «Sciamus plane non sic esse in graeco authentico, quomodo in usum exiit per duarum syllabarum aut callidam aut simplicem eversionem.u Ex quibus deprehendimus: 1. eum manibus graeca exemplaria trivisse; 2. discrepantias adnotasse inter textum et versionem latinam, *quae in usum exierat;* 3. hanc versionem esse africanam, ut patet ex testimoniis adductis in hoc ipso capite, quae tamen pervenerat etiam ad ecclesiam romanam, quam hic vellicat Tertullianus. Hinc magis confirmatur

77. II. Vindicata igitur, argumentis extrinsecis et intrinsecis, authenticitate joanneae pericopes, alteram jam assumptionis partem probare oporet, qua statuimus hoc commate veritatem catholicam mirifice confirmari. Hoc autem, quamquam breviter, praestabimus directe et indirecte.

78. **Directe** quidem hinc confirmatur veritas catholica de ss. Trinitatis mysterio, si tres distinctae in eo commate praedicentur personae et earumdem unitas essentiae; res vero ita se habet; nam aperte s. Joannes de Patre, Verbo et Spiritu Sancto affirmat: *Tres sunt, qui testimonium dant.* Si itaque tres sunt, qui testimonium dant, seu si tres sunt testes, ergo distinguuntur inter se; ergo Verbum et Spiritus Sanctus, qui conferuntur in testimonio dando cum Patre, non sunt duae efficientiae aut duo attributa, ut unitarii autumant. Rursum de his testibus dicitur: *Et hi tres unum sunt;* quae verba, Clerico ipso fatente, eodem sensu posita sunt ac illa: *Ego et Pater unum sumus.* Jam vero his verbis, nemine diffitente, Christus se distinxit a Patre; ergo et illa: *Et hi tres unum sunt,* distinctionem important. Item vero praedicari citatis verbis unitatem essentiae in divinis personis, patet ex eo, quod si una eademque non esset in Verbo et Spiritu Sancto essentia ac natura, Filius et Spiritus Sanctus infinito intervallo distarent a Patre, numquam propterea de iis, quae inter se infinite distant, dici posset: *Unum sunt,* quemadmodum absque summae impietatis nota de Deo et duobus angelis dici non posset: *Et hi tres unum sunt.* Patet igitur propositum.

79. **Indirecte** autem id ipsum evincitur ex agendi ratione unitariorum et rationalistarum; etenim, nisi vehementer percellerentur hoc testimonio, solliciti adeo non essent in ejusdem rejicienda authenticitate, nec totum studium suum et industriam huc conferrent, prout faciunt 38; ergo.

DIFFICULTATES.

80. **I. Obj. adversus priorem partem.** 1. Argumentum deductum ex familia africana nititur gratuita hypothesi; 2. nemo enim adhuc hanc

sententia nostra, quod in authentico graeco textu Tertulliani aetate reperiretur comma 7. ab ipso laudatum; demum jam a sacculo II. non omnes authentici textus editiones accuratissimas fuisse. Cf. Rigaltius hic not. *b, c;* Scholz vero in *Proleg.* pag. 130. videtur confundere recensionem *africanam* cum recensione *itala* antiqua, quae tamen ex dictis distingui debent, etsi una ob originem versio africana sit.

,4J Aliquando antitrinitarii se ab hoc dicto admittendo, inquit Bengel loc. cit.

2. non abhorrere ostenderunt. Quamquam nonnulli hodie nimium sunt fastidiosi, et quo longius sese a tali oraculo removent, eo sibi prudentiores videntur. Atque utinam nulli essent ex catholicis, in Germania praesertim, qui posthabito decreto concilii tridentini de recipienda Scriptura, prout legitur in vulgata editione *cum omnibus suis partibus,* malunt proteslantium vestigiis inhaerere! Dolet profecto quod inter eos debeamus Scholz ipsum recensere, qui illud comma in suo II. volumine, quod non ita pridem edidit, graeci N. T. omnino sustulit. Quod quidem erat exspectandum a viro, qui a criticismo biblico antiquas versiones removet, vel saltem parvi ponderis eas esse autumat. Hic auctor audaciorem ipsis protestantibus hac in parte se exhibuit.

novam recensionem agnovit. 3. Tertulliani auctoritas nimis dubia est, cum adhuc incertum sit, num citato loco, capite nempe XXV. libri *Adversus Praxtam* alludat ad versum 7- an vero ad Christi verba: *Ego d Pater unum sumus,* ut patet ex sermonis contextu; subdit enim: *Quomodo dictum est: Ego et Pater unum sumus.* 4. Incertum est utrum s. Cyprianus, tum in epist. *Ad Jubajan.* tum in libro *De unitate Ecclesiae,* allegoricam potius versus 8. expositionem, an vero 7. versum citaverit 5. Cum vero posteriores scriptores africani summo honore Tertullianum et Cyprianum prosequerentur, hanc allusionem primo receperunt, deinde in novum textum converterunt. Ruit propterea totum fundamentum novae istius africanae recensionis seu familiae; ergo.

81- **Resp.** ad i. *Neg.* Attulimus enim documenta seu, ut vocant, instrumenta certissima, quae illius existentiam evincunt.

82. Ad 2- autem, seu 1. probationem, *Tr.* Hic siquidem non agitur nisi de applicatione principii; cum igitur eadem elementa, quae ad constituendas tres vel quatuor familias insinuatas, primum a Bengel proclamatas, deinde a protestante Griesbachio, ac postea ad perfectionem adductas a catholicis Hug et Scholz, concurrant ad familiam africanam constabiliendam, vel nuncius remittendus est principio familiarum, vel inter familias, velint nolint unitarii et rationalistae, africana accenseri debet; quae ceteris, ut dictum est, antiquitate, integritate ac dignitate antecellit, et qua ipsi penitus jugulantur.[39]

83. Ad 3. *Neg.* Vetat enim, quominus admittamus adversariorum conjecturam, scopus Tertulliani, qui est ostendere unam trium personarum, ac praesertim Spiritus Sancti, cum personis reliquis substantiam esse; ad quod

-A

[39]) Profecto si, ipsis criticis biblicis fatentibus, praecipua alicujus familiae instrumenta sunt MSS., versiones, patrum citationes, editiones criticae, loca parallela, variantium collectio etc.,' cum haec omnia concurrant ad familiam africanam constituendam, nullo modo ejus existentia in dubium revocari potest. Etenim nos seriem habemus patrum africanorum, incipiendo a Tertulliano, qui vix 80 aut 90 annis a morte s. Joannis floruit, usque ad saeculum X; habemus codices MSS. antiquissimos ejusdem ecclesiae, cujusmodi esse vidimus codicem bibliothecae sessorianae, seu s. Crucis in Hierusalem in Urbe, qui provenit ex bibliotheca nonantulana. Porro in hoc codice haec leguntur: *Item illic tres sunt, qui testimonium dicunt in coelo, Pater, Verbum et Spiritus Sanctus, et hi tres unum sunt.* Habemus et codices et patres, qui ex eadem familia hunc textum derivarunt in proprium suum usum; cujusmodi sunt omnes, qui ad eam familiam quidem stricte sumptam non spectant, sed eam tamen mirifice confirmant, ut patres hispani, galli, itali, et codices anomali et individuates latini, qui subsequentibus temporibus periocham joanneam habent, quorum, falente etiam Rosenmüller, *major est pars·,* id ipsum fatetur Griesbachius edit cit. pag. 640. qui perperam ad eorumdem elevandam auctoritatem urget *variantes* lectiones, quae pariter occurrunt in omnibus pene verbis sui textus graeci, ut ex ejus editione compertum fit. Insuper vero in notis ad v. 25. Epist. s. Judac fatetur in nonnullis codicibus verba: σωτ^ρι *ἡμών Χριστή,* τ<7 κυριω *ἡμών,* deesse propter repetitum *ἡμών,* seu homoioteleuton; quare eadem ratio non militat pro versu 7?

evincendum affert Joannie periocham, in qua dicitur: *Et hi tres unum sunt,* quae nuspiam alibi reperitur; et sane hoc sensu intellexerunt scriptores subséquentes reliqui, qui iisdem pene Tertulliani verbis utuntur, et memorant periocham nostram. "° Neque obstat quod idem addat: *Quomodo dictum est: Ego et Pater unum sumus;* haec enim verba non adduxit Tertullianus nisi ad majorem confirmationem, seu potius declarationem sensus formulae adductae: *Tres unum sunt,* cum haec loca parallela sint, et textus evangelicus in persona prima sit positus, alter vero in persona tertia. Quare, ut observat Bengel, *quo brevior est Tertullianus in citando epistolae dicto, eo notius tum celebriusque apophthegma ipsum fuisse ostendit.* 41

84. Ad 4. *Eeg.* Satis enim est ad omne dubium tollendum conferre duo testimonia, in quibus s. Doctor commatis nostri mentionem facit. Porro primum desumitur ex epistola *Ad Jubajan.* ubi.scribit: *Si templum Dei factus at, quaero cujus Dei? Si Creatoris, non potuit, quia in eum non credidit. Si Christi, nec hujus fieri potuit templum, qui negat Deum Christum. Si Spiritus Sancti, cum tres unum sint, quomodo Spiritus Sanctus placatus esse ei potest, quia aut Filii aut Patris inimicus est?* 42 Alterum vero exstat in lib. *De unit. Ecclesiae,* ubi ait: *Dicit Dominus: Ego et Pater unum sumus. Et iterum de Patre et Filio et Spiritu Sancto scriptum est: Et hi tres unum sunt. Et quisquam credit hanc unitatem, de divina firmitate venientem, sacramentis caelestibus cohaerentem, scindi in ecclesia posse et voluntatum collidentium divortio separari?*|*3 Quis porro haec legens, animo anticipatis judiciis vacuo, aperte non videat hic a s. Cypriano adduci versum 7., nec ab ipso fieri a longe petitam allusionem ad versum 8.? Cum praeterea dicat: *Divina fir-*

‹0) Ad eumdem textum refertur locus insignis ejusdem Tertulliani in lib. *De pudicitia.* cap. 21. scribentis: «Nam et ecclesia proprie et principaliter ipse est Spiritus, in quo est Trinitas unius divinitatis, Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus. Illam ecclesiam congregat, quam Dominus in tribus posuit. Atque ita exinde etiam numerus omnis, qui in hanc fidem conspiraverint, ecclesia ab auctore et consecratore censetur.·' Vid. edit. Rigallii, pag. 574. Sic s. Cyprianus in utroque textu a nobis adducto aperte alludit ad locum Tertulliani, quem *magistrum* suum appellabat, teste Hieronymo in *Catalogo,* et patet eliam ex unione duorum testimoniorum Joann. X. el I. Joann. V. 7. Quod si Tertullianus loc. cit. locum parallelum allegat ex Joann. X. 30. non ad confirmandum, sed ad interpretandum illud *tres unum sunt,* eum adducit. Celerum observat Scholz, *Proleg.* pag. 155. Tertullianum *neyligentius ex memoria contractim ad sensum hand sine mutatione textus citare.*

4I) Loc. cit. §. 11. Cf. eliam de hac Tertulliani citatione Millius, *Proleg. ad N. T. Grace,* pag. LX. edit. Oxonii 1707. Integer vero Tertulliani textus ita se habet: nCelerum dc meo sumet, *inquit,* sicut ipse dc Patris. Ita connexus Patris in Filio, et Filii in Paracleto, tres efficit cohaerentes, alterum ex allero, qui *tres unum sint,* non unus; quomodo dictum est, *ego et Pater unum sumus,* ad substantiae unitatem, non ad numeri singularitatem.*' Edit. Pamelii et B. Rhenani, Basileae 1562.

41) Epist. LXXIH. edit. maur. Paris. 1726. pag. 133.

**) Pag. 195, 196, ejusd. edit.

mitate, sacramentis caelestibus, nonne digito commonstrat verba Joannis: *Tra sunt qui testimonium dant in caelis,* et illa: «Sï *testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est? 44*

85. Ad 5. *Neg.* assertionem, et npgo praeterea quod supponitur, Tertullianum nempe et Cyprianum allusisse ad Joann. X. ut patet ex modo dictis. Non minori profecto erga Tertullianum, et s. Cyprianum praesertim, reverentia afficiebantur patres itali et galli, quam africani; nulla igitur est ratio, cur dicantur Tertullianus et s. Cyprianus majorem influxum exercuisse super scriptores africanos quam super ceteros, qui tamen eam clausulam non citarunt, eo quod nempe uterentur recensione itala, prout ea usus est Augustinus. qui propterea nec ipse apophthegma Joannis laudavit. 45 Si igitur illud citarunt scriptores africani, unica ratio est. quod isti recensione africana uterentur; et exinde magis confirmatur sententia nostra, ac ruit adversariorum conjectura et conelbsio.

86. Π. Obj. 1. Si in familia africana Joannis periocha reperitur, qui factum est, ut in recensione *ilala* non reperiretur, cum tamen ex dictis eadem esset utriusque recensionis seu familiae versio originalis? 2. Qnt fieri potuit, ut ab omnibus codicibus graecis reliquisque familiis exularet? 3. Nonne absurdum est supponere primum typum, quem familiae asiaticae et occidentales repraesqntant, corruptum fuisse, nec unquam patres seu codicum emendatores, qui recensuerunt codices in utraque ecclesia, ejusmodi corruptionem subodorâtes fuisse? neque Lucianum, neque Hesychium, neque Origenem, neque Hieronymum ? Ergo.

87. Resp. ad 1. Quia vel casu vel haereticorum fraude excidit, ut dictum est, cum sermo esset de primitivo reliquarum familiarum typo. 46

88. Ad 2. *Neg.* suppositum, deesse scilicet vel defuisse illam periocham in omnibus graecis exemplaribus. Contrarium evincunt omnes voces anomalae, seu codices MSS., qui ad nullam familiam determinatam pertinent, neque pauci sunt, quos Scholz recenset. 47

89. Ad 3. *Neg.* Cum de facto evidentia historica constet, quod spectat ad reddendam rationem silentii aliorum documentorum, satis est ut ratio probabilis assignetur. Ea porro, quam assignavimus, quum et exemplis et documentis firmetur, non est quod ulterius inquiramus, cum ea abunde ad rem nostram sufficiat. Ex horum porro, qui nobis objiciuntur, censu s. Hieronymus eximendus est, qui v. 7. continet, ut patet ex ejus *Bibliotheca divina* edit. Vallarsii, et ex codice gothico quem supra attulimus. Progressu temporis aliae fortasse invenientur. 48

¥ Notat autem Millius, *Prol.* loc. cit., mysticam expositionem de tribus terrenis *aqua, spiritu et sanguine,* quibus ex mente veterum significata est Trinitas personarum, non obtinuisse in ecclesia tempore Tertulliani, immo ne auditum quidem fuisse de ea quidquam ante annum Christi 428. quo nempe libros suos contra Maximinum edidit Augustinus. Eadem repetit in prolixa nola, quam attexuit cap. 5. epist. L Joann, pag. 743; ubi, cum retulisset textum s. Fulgentii ex *Responsione contra arianos,* sub finem, qui ita se habet: Æ. Joannes apostolus testatur, dicens: Tres sunt qui testimonium perhibent in caelo, Pater, Verbum et Spiritus Sanctus; et tres unum sunt. Quod etiam beatissimus martyr Cyprianus in epistola De unitate Ecclesiae confitetur, dicens elc.;ǂ subdit: Levis plane momenti esse quod ex Facundo notatur, Cyprianum scilicet haec ex versu octavo allegasse. Unde facium enim ut b. martyris mentem melius novit Facundus qui 300 post Cyprianum annis floruit, quam Fulgentius, qui Cypriano aliquanto propior? Unde etiam constat aetate Cypriani quemquam *aquam, spiritum et sanguinem* mystico sensu accepisse pro personis Trinitatis? Certe sicut apud graecos, qui versum 7- non legerant, nusquam occurrit explicatio illa mystica, ita nec latinorum quisquam, ut opinor, per annos a Cypriano plus 100 spiritualis hujus sensus mentionem facit. Sed legalur auctor ipse, loc. cit., et rursum in *Proleg.* pag. 97. col. 1. Attamen Griesbachius non veretur ad haec confugere.

li) Quod si quis contendat opus, quod sub *speculi* nomine praefert codex sessorianus seu nonanlulanus, esse *speculum* genuinum s. Docloris, ut nonnulla suadere videntur, quod diversum est a duobus aliis operibus, sub eodem titulo vulgatis a maurinis, in appendice ad tomum VL opp. s. Dodon's (de quibus cf. editorum admonitiones eisdem praefixae); tunc dicendus s. Augustinus in ordinariis suis operibus usus recensione ilala, e qua versus 7. exciderat; cum vero *speculum* rogalu Possidii scripserit, adhibuisse recensionem africanam, in qua hoc comma habebatur. Hoc vero eo verisimilius videtur, quod ipse Griesbachius fateatur ipsum Origenem modo Marci codicem occidentalem, modo alexandrinam recensionem in usum adseivisse, immo Origenem non semper unum tantum eumdemque Novi Testamenti codicem usurpasse. Cf. ejus *Comment, critic. in textum graec.* partie. IL pag. 30 — 37. Quidni igitur idem potuerit praestare Augustinus? Quod spectat ad Facundum hermianensem, qui versum 7. omittit, observandum est eum magnam vitae suae partem Constantinopoli transegisse, ideoque africanam recensionem minime adhibuisse.

l6) Cf. Millius loc. cit. pag. 747. qui propterea observat vix potuisse tota illa persecutionis periodo codicibus recensendis operam impendi.

”) Cf. op. cit. *Proleg.* cap. 6. Satis hic sit commemorare *codicem cyprium,* quem ad nullam ex cognitis familiis perlinere post accuratum examen Scholz ipse pronunciavil, sed ad summum tum ex familia alexandrina, tum ex conslantinopolilana coalescere existimat. Cf. ejusdem *Curae criticae in historiam textus* etc. Heidelberg 1826. diss. 2. Vid. *Bibliothèque universelle de Genève.* 1822. Tom. XX. pag. 109 et seqq.

,s) Placet hic in medium adducere verba Bengel, qui loc. cit. §. 28. scribit: nGraeca antiqua hujus dicti documenta, si ab iis, quae §. 23. aegre corrogavimus, discesseris, nulla adhuc cernimus; sed non vanum est praesagium, fore ut plura aliquando exoriantur. Historia lectionis *χωρίι,* Hebr. II. 9. sive lectio placet cuiquam, sive displicet, huc pulchre quadrat. Citat eam Hieronymus; sed Hieronymi editor, Erasmus, eam annotationibus suis ad N. T. non inseruit; deinde mentio ejus apud graecos patres est eruta, nunc demum etiam graecus accedit codex, et accedent fortasse complures. Quid vetat, similes in dicto joanneo sperare suppetias, praesertim cum graecos patres, latino interpreti propiores, hoc dicto caruisse nondum constet?" Ut aliud exemplum proferamus, notum est Clericum ejusque symmistas non paucos ex recenlioribus biblicis criticis protestantibus, Semlerum, Morum, Haenstenium, Bretschneiderum etc. qui Scripturam, ut libet, truncant, rejiciunt, tollunt, evertunt, admittunt pro summo jure, quo gaudent, rejecta nempe ecclesiae auctoritate, historiam mulieris adulterae, quae legitur Joann. VIII. 1 et seqq.

90- **III. Obj.** Saltem nulla est ratio, quae ex argumentis intrinsecis adducitur. Haec enim justissimum nititur 1. connexione ac relatione duorum commatum, ac praecise illorum verborum *in terra;* jam voro nemo est, qui nesciat et haec verba excludi a familiis codicum; quo fit ut in roccntioribus N. T. graeci editionibus intra parenthesin includantur verba omnia, quae habentur post *tres sunt qui testimonium dant,* versu 8. usque ad alia: *Spiritus etc.,* ita ut legi debeat integer textus hoc modo: *Tres sunt, qui testimonium dant, spiritus, aqua et sanguis, et hi tres unum* vel *in unum sunt,* prout concordes legunt versiones syriaca, arabica, polyglottae atque Erpenii, et aethiopica. [49] 2- Nititur verbis illis: 8» *testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est:* ast si bene perpendantur, haec non dicunt relationem nisi ad ea, quae habentur in versu 6. *Et Spiritus est, qui testificatur, quoniam Christus est veritas:* vel ut in aliis lectionibus habetur: *Et Spiritus esi veritas'30:* vel etiam si placet, relationem dicunt ad versum 8. ubi nomine *spiritus Spiritus Sanctus,* prout veteres non pauci intellexerunt, designatur. Quae cum praecipua sint argumenta interna, reliqua per se cadunt; ergo.

91- **Resp.** *Neg. antec.* Quae enim attulimus, integram omnino periocham exposcunt. Ad 1. itaque argumentum quod spectat, fatemur ab audaculis criticis recentioribus privata auctoritate intra parenthesin laudata verba constringi; quonam autem jure id ipsi praestent, ignoramus. [51] Ceterum Bengel codices affert, in quibus deest versus 7., et qui tamen exhibent voces illas *in terra;* affert alios, in quibus verba *in coelo* et *in terra* desunt, etsi rejecisse, argumentis, ut clamabant, extrinsecis ductos. Nunc vero eadem ab ipsis criticis biblicis admittitur ob nova documenta, inter quae satis sit recensere *codicem cyprium,* de quo superius verba fecimus, qui totam hanc pericopen continet. Id ipsum dicatur de historia probaticae piscinae, Joann. V. 4. quem versum adulterinum esse suspicatus est Millius, *Proleg.* §. 433, atque fortassis ex hebraeorum evangelic translatum, et turba criticorum, quae eumdem secuta est; attamen nunc admittitur hic versus ut genuinus, et eum exhibet idem codex. Cf. *Uiblioth. univ. de Genève* loc. cit. pag. 118. Id ipsum de pluribus aliis locis dicatur, vel plane rejectis, vel in dubium revocatis, prout est e. gr. Marci XVL 9 et seqq. et aliis, quae brevitatis causa praetermittimus; quaeque omnia expungi deberent, juxta istorum criticam, ut plures reipsa illa expungunt.

dem sensum refert ac vulgata latina. Waltonus in variantibus Novi Testamenti citat codd. 9, in quibus legitur *Christus.* Cf. tom. IV. Sabatier ad hunc locum alios citat.

5l) Sed neque in hoc critici protestantes habent meritum inventionis, siquidem Richard Simon in sua *Histoire critique du Nouveau Testament,* part. IL chap. 9. pag. 110. edit. Rotterdam 1690, id ipsum jam innuerat, ubi conqueritur de eo, quod Robertus Stephanus in sua editione posuerit semicirculam post verba *lv -ω ovpavdj,* cum juxta ipsum ponere debuisset immediate ante verba *lv rrj γη.* Quam audaciam miratur ipse Millius. Griesbachius in sua editione graeca Novi Testamenti, celeris audacior, omnino verba illa suppressit, qui deinde initio diatribes suae tamquam ex tripode pronunciat: *Quae uncis inclusimus Cex integro textu eidem praemisso) spuria sunt, ideoque e sacro contextu eliminanda.* Quanta securitate!

”) Cf. *Polyglotta* Waltoni.

›0) Ibid. Versio tamen aethiopica eum-

habeant duo commata integra, illis vocibus exceptis. 52 Plures sunt codices a quibus oxulant voces ex octavo versu: *Et hi 1res unum,* vel *in unum sunt.* Millius censet voces *in terra* ab emendatoribus codicum, a quibus testes coelestes absunt, fuisse sublatas utpote superfluas. 53 Si sibi propterea constare vellent critici hi biblicl, deberent vel utrumque versum, 7. nempe et 8. eradere, vel utrumque retinere, prout jacent.

92. Ad 2. A>f/. In hypothesi enim adversariorum sensus mutilus prorsus oriretur et truncus; cum enim versu 6. meminisset aquae et sanguinis et spiritus, apostolus Joannes consecrasset integrum versiculum 8. testimonio aquae, sanguinis et spiritus, et nihil addidisset de Spiritu Sancto, et pari tamen ratione concluderet: *Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est,* immo se se extendens circa hoc Dei testimonium, dum addit: *Quoniam hoc est testimonium Dei, quod majus est, quoniam testificatus est de Filio suo;* bene quidem, admisso versu 7.; at hoc sublato vix haec cohaerere possunt. Multo minus admittendum est alterum effugium de *Spiritu Sancto* in versu 8.; nam haec non est nisi paucorum codicum lectio, exclusa a censu familiarum. Si his praeterea addantur, quae adduximus in probationibus, patebit quam vere dixerit ipse Bengel: *Adamantina versiculorum cohaerentia omnem codicum penuriam compensat.* 5*

In recensione variantium ad versus 7 el 8. Latini enim aliqui codices, etsi pericope hac carentes apud Erasmum, Hentenium, Lucam brugensem, Dorscheum, voces tamen *in terra* habent. Legerunt has easdem voces Facundus hermian. in lib. I. *Defensionis trium capitulorum,* c. 3. pag. 7. edit. Sirmondi, ubi versum 8. bis profert: *Tres sunt, qui'testimonium dant in terra, Spiritus* etc.; et rursum: *Tres sunt qui testificantur in terra, Spiritus* etc., et Beda in *Comment,* in hunc locum: *Quoniam 1res sunt, qui testimonium dant in terra, Spiritus* etc.; neuter tamen in suo exemplari habebat versum 7. Voculas item *in coelo* el *in terra* non videtur legisse auctor *Prologi in ep. canonicas.* Cod. schelhornianus non habet voces *in terra,* habet tamen *in coelo.* Plures codices carent vocibus *et hi tres unum sunt,* plures legunt *in nobis sunt,* vel etiam *unum sunt in Christo Jesu* etc. Cf. etiam Sabatier in hunc locum.

§3) Loc. cit. Cf. etiam Maran loc. cit.

14) Loc. cit. §. 28. Ex dictis etiam patet pessima agendi ratio Joann. Georgii Rosenmüller, qui ad hunc locum mala omnino fide refert argumenta contra *γνησιότητα* seu *genuinitatem* hujus commatis, dum tradit hunc versiculum primo *graece* prolalum fuisse in graeca translatione actorum concilii laleranensis, quod anno 1215 celebratum est; codices *latinos* ante saec.X. exaratos plane eum non habere; a patribus *latinis* non citari, ubi vel maxime ad rem perlineret, atque omnino expectari posset; Vigilium lapsenscm primum videri, qui cxeunle saeculo V. *clare* ad testes caelestes provocant, etsi tamen non conveniat ejus allegatio cum textu nostro, nec in verbis, nec in sensu etc. In quibus omnibus tot pene sunt mendacia quot verba.

Etenim 1. concilium lateranense loquitur de pericope joannea tamquam de re omnibus tunc temporis explorata; ait enim: «Quemadmodum in canonica Joannis epistola legitur: Quia 1res sunt qui testimonium dant etc.;·· statimque subjungit: »El 1res sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua el sanguis, et hi tres unum sunt, sicut in codicibus quibusdam invenitur;·· quae postrema verba referuntur, ut patet, ad postremam clausulam de testibus terrenis: *Et hi tres unum sunt,* de quo-

93. IV. Obj. contra alteram propositionis partem. Data etiam *gentrinitate* joannei commatis, nihil tamen inde eruitur ad distinctionem personarum in unitate essentiae adstruendam : etenim 1. Pater, Verbum

nim authenticitate etiam dubitavit s. Thomas, ut notum est. Ex hac porro observatione de clausula modo dicta, patet vulgatissimam fuisse tunc temporis lectionem de testibus coelestibus, eo maxime quod concilio lateranensi interfuerint non pauci graeci, qui tamen de hoc non mussitaverunt. Vid. *Collectio Conciliorum,* edit. Harduini, tom. XL pag. 1. Addatur auctor *Dialogi* seu disputationis *contra Arium,* s. Athanasio tributae, qui Maximus M. vulgo creditur; cum enim in Africam venisset, ibi nactus codices familiae africanae, invenit textum nostrum; redux in orientem ansam sumpsit dialogum scribendi; hic igitur, quicumque demum sit, certe antiquus auctor, sub finem n. 1—5, cum locutus esset de baptismo, qui *in ter beatissima nomenclatura fidelibus datur; adde,* inquit, *his omnibus, quod ait Joannes: Et hi tres unum sunt : Οἰκ τv τρ τρι μακαρία ονομασία δϊδοται τοΐί niffroif;* προ; *δί τοϋτοι παΟιν, Ιωάννη φάβκίϊ, καί ο' rptîf* ro *ίν tltJiv.* (Cf. inter opp. s. Athanasü edit. maur. vol. III. pag. 229.)

2. Falsum est, quod dicit: patres *latinos* hunc textum non citasse; nos documentis adductis contrarium ostendimus.

3. Falsum est Vigilium tapsensem omnium primum videri, qui exeunte saec. V. *clare* etc., ut patet ex dictis, quibus addimus Eucherium, qui floruit anno 434, id est, 50 annis ante Vigilium tapsensem, et qui in libro *Formularum spiritualis intelligentiae,* cap. 11. n. 3, scribit: .Numerus ternarius refertur ad Trinitatem in Joannis epistola: Tres sunt, qui testimonium dant in coelo, Pater, Verbum et Spiritus Sanctus; et 1res sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua et sanguis.- Numquid clarius aliquid proferri poterat?

4. Falsum est allegationem Vigilii cum textu nostro, nec in verbis, nec in sensu convenire; nam lib. I. *De Trinit.* inquit: ..Sicut et in hoc exemplo veritatis, in quo nomina personarum evidenter sunt ostensa, et unitum nomen divinitatis clause est declaratum, dicente Joanne evangelista in epistola sua: Tres sunt qui testimonium dicunt in coelo, Pater et Verbum ǂ Spiritus; et in Jesu Christo unum sunt; non tamen unus est, quia non est in his una persona." Judicet lector, an in sensu conveniat ct in verbis nec ne cum textu nostro. Rursum sub finem ejusdem libri idem testimonium profert, addendo *Sanctus* nomini *Spiritus.* Et lib. VII. sine vocibus *in Christo Jesu* absolute scriptum dicit a Joanne: *Et hi tres unum sunt (Biblioth. PP.* edit. Lugdun. tom. VIII. pag. 771 et seqq.). Quam bene critici protestantes!

5. Falsum est, quod affirmat de codicibus latinis ante saeculum X. scriptis. Contrarium nos ostendimus ex ipso Richardo Simonio aliisque adductis, nec abnuit Griesbachius, in N. T. edit. Lond. 1818. vol. IL pag. 640. His addimus codicem nuper repertum in monasterio Benediclinorum *cacensi,* Neapolim inter et Salernum, quem ante annos abbas Rozan scriptum censet, cl. vero card. Angelus Mai saltem ad saec. VIL pertinere judicavit; legitur vero in hoc codice: .Quia tres sunt, qui testimonium dant in terra etc. et hi 1res unum sunt in Xpo. Ihu. et 1res sunt, qui testimonium dicunt in coelo, Paler, Verbum et Sps, et hi tres unum sunt.·' Cf. Wiseman, loc. cit. pag. 10 et seqq. Hunc autem codicem perinde ac alium sessorianum Scholz non vidit. Cf. *Prol.* §. 44, 47.

Sed nec minus aperte mentitur Rosenmuller, dum profert argumenta, quae favent nostro textui; suppressis enim ex industria validioribus argumentis, profert tantum debiliora, quae rursum extenuare nititur.

Demum confugit ad locum nunc communem inter rationalistas biblicos, ad historiam nempe Hezelii convicti a Griesbachio, qua causa finita est. Sed nos libenter ipsis concedimus suos Hezelios et Gricsbachios et Semleros et Eichhornios etc. Vae nobis, si Christus Dominus his criticis scripturam custodiendam dimisisset! Vix frustula aliquot intacta superessent. Attamen

et Spiritus Sanctus *unum* esse dicuntur non essentia, sed unitate seu consensu testimonii; prout 2. exposuerunt doctissimi interpretes. 3. Sane id postulat contextus et connexio duorum versiculorum 7 et 8; jam vero etiam de spiritu, aqua et sanguine pariter dicitur: *Et hi tres unum sunt,* nec tamen aliquis adeo desipit ut dicat, haec unum esse *essentia,* sed unum dicuntur unitate testimonii; eodem igitur sensu de testibus coelestibus dictum est, eos *unum* esse, nempe unitate testimonii. Ita fere Clericus.

94. **Resp.** A'. A. Alioquin, ut superius notavimus, non adeo solliciti essent unitarii in hoc nobis eripiendo testimonio. Nam nonnisi odio veritatis tanto molimine frustra laborant; recolantur dicta in probationibus.

95. Ad 1. probat. A. Nam I. absurdum est Patrem, Verbum et Spiritum Sanctum *unum* dici, etiam in testimonio ferendo, si infinito intervallo inter se distarent, ut distare perhibentur in hypothesi unitariorum. .Solus enim Pater Deus esset, Verbum autem et Spiritus Sanctus vel creaturae forent, vel efficientiae; prout absurdum esset dicere de Deo, et duobus angelis aliquid testantibus: *Et hi tres unum sunt.*

96. II. Quia eadem ratione disserere hoc loco debemus de testimonio Patris, Verbi et Spiritus Sancti ac de testimonio Patris, Verbi et Spiritus Sancti, de quo saepe Joannes in evangelio disseruit; jam vero Joann. XV. 26. et XVI. 14. Christus commendat testimonium Spiritus Sancti, ex eo quod a Patre procedit, et ex eo, quod de suo accipiet, nempe ex unitate naturae et essentiae cum Patre et Filio; tum etiam suum proprium commendat testimonium, ex eo quod ipse unum sit cum Patre suo, dicens Joann. X. 30. *Ego et Pater unum sumus.* Non alio igitur sensu hic scribere potuit idem apostolus: *Et hi tres unum sunt.*

97. III. Quia hic innuit se magnum proponere mysterium, cum tamen accurate tres distinguat personas et conjungat, immo unum tres esse dicat;

Rosenmuller non attulit nisi argumenta, quandoque etiam nonnisi ipsa verba Griesbachii; ea proinde quae dicta sunt contra Rosenmüller, aeque valent adversus Griesbachium, in quo praeterea livor deprehenditur, ut patet ex ratione, qua excandescit adversus Manuel. Calceatu, quem vocat *yraeculum latinizantem, pseudo-yraecum;* et hoc ob duplex ab eodem patratum crimen: 1. quod *excitaverit* versum 7.; 2. quod ecclesiam graccam orthodoxam (nempe *schismaticum},* priscam patrum suorum fidem tuentem (id est, ut inferius ostendemus, a prisca patrum suorum fide desciscentem), acriter oppugnaverit, eique pontificis romani primatum obtrudere, ac decantatum illud *Filioque,* nicacno symbolo a latinis adjectum, defendere conatus sit.

Gravia haec profecto crimina sunt ac irremissibilia in oculis *tolerantissimi* protestants, qui alioquin paratus esset eumdem ut magnum virum *proclamare,* si schisma et haeresin fovisset, et non *excitasset* hunc versum ipsi adeo in eo invisum.

Ex his specimen habetur *moderationis,* quam adeo decantant protestantes, et libertatis, qua iidem frumitur in rejiciendis fidei articulis pro lubito; siquidem primi protestantes cum catholica ecclesia dogma de Spiritus Sancti processione etiam a Filio profitebantur.

sed si «na non esset in tribus personis essentia, opus non fuisset tanta contentione et diligentia in distinguendis rebus disjunctissimis; sic nihil mirabile esset, quod tres consentiant in ferendo testimonio. Itaque quaqua versus spectetur Joannis apophthegm», non alium sensum admittit praeter illum, quem in eo tota agnovit antiquitas. Omnes enim patres, qui illud citarunt, constanter ad adstruendam unitatem essentiae in tribus personis eo usi sunt.[55]

98. Ad 2. *D.* Id est, Calvinus aliiquo ejusdem furfuris, *C.* alii, *N.*

99. Ad 3. *D.* Eadem ratione de testibus coelestibus et terrenis pronunciatur: *unum sunt,* quoad pondus et auctoritatem testimonii, relate ad id, quod testantur, C. quoad testes inter se, A Nempe ejusdem ponderis sunt testes terreni ad veram Christi humanitatem testandam, ac testes coelestes ad testandam ejusdem divinitatem. Adde ex dictis, in graeco textu de testibus terrenis dici: *Et hi tres in unum sunt,* quod non dicitur de testibus coelestibus, atque ex hac ipsa lectionis diversitate discrimen patet quoad naturam testium inter se. [56]

100. Et haec de gravissimo hoc argumento in praesentia dicta sufficiant. Si autem Deus dederit, peculiarem opportuno tempore edemus forsan dissertationem, in qua latius proferemus, quae hic nonnisi contracta oratione, ut fert institutionum indoles, congessimus.

/\z· V PROPOSITIO III.

Unitas divinae essentiae in tribus personis distinctis ex perpetuo ac constanti ecclesiae sensu traditionali confirmatur.

101. Ipsa recta ratio et ars critices docent aptissimam regulam, ad verum dignoscendum tum legis tum cujusquam antiqui scriptoris sensum, esse usum ipsum et intelligentiam eorum, qui ipsi coaevi fuerunt, vel eos proxime secuti sunt, ac multo magis si ab auctoribus ipsis hunc eumdem i

M) Cum Rosenmüller retried argumenta Clerici de consensu voluntatis etc., addit de suo, hanc interpretationem, si admitti posset, cum contextu et consilio apostoli non posse conciliari, quod jam *nonnulli veterum perspexerunt;* in margine vero editionis complutcnsis narrari Abbatem Joachim negasse quod verba commatis 7. *hi 1res unum sunt,* ad unitatem personarum spectent, ac traxisse haec verba ad unitatem consensus, atque provocasse ad comma 8. etc. Quod attinet ad marginem editionis complutensis, non abnuimus adnotationem illam ibi reperiri; sed falsum omnino est, quempiam veterum perspexisse, agere Joannem de consensu voluntatis, vel interpretationem de unitate essentiae non posse conciliari cum contextu ac consilio apostoli; quotquot enim textum illum adducunt ex veteribus, nemine excepto, cum proferunt ad evincendam unitatem essentiae in tribus personis. Provocamus omnes criticos biblicos ac rationalisms, ut vel unum afferant, qui verba illa acceperit de consensu voluntatis, vel affirmaverit cum consilio et contextu apostoli hunc textum conciliari non posse.

Cf. Maran op. et loc. cit.

germanum sensum fuerunt edocti, quem deinceps posteritati transmiserunt. Jam vero sensum doctrinae Christi Domini circa mysterium sanctissimae Trinitatis et apostolorum, qui tum viva voce tum scriptis eam praedicarunt ac promulgarunt, eum esse, quem tenet ecclesia catholica, certissimis documentis adstruitur, deductis ab aetate apostolica usque ad Justinum M., et a Justino usque ad concilium nicaenum et constantinopolitanum I. Ab hac enim epochs et deinceps hanc fidem in ecclesia universa obtinuisse unitarii et rationalistae ultro fatentur.

102. Ut vero ad certas classes haec documenta revocemus, ne confusionem ingerant, sic ea distribuimus: 1. Sit praxis ecclesiae ejusque agendi ratio cum novatoribus circa hoc mysterium: 2. sint fidei professiones; 3. confessiones martyrum; 4. haeretici; 5. judaei et pagani; 6. patres singillatim sumpti; 7. socinianorum ac rationalistarum impugnandi ratio.

103. I. Itaque quod attinet ad **ecclesiae praxim** ejusque agendi rationem cum novatoribus, insigne documentum est perpetuitatis fidei nostrae **baptismi collatio** in nomine ss. Trinitatis. Ecclesia autem numquam intendit baptismum conferre in nomine Patris omnium, filii Messiae, et vis divinae; hunc enim sensum, quem recentiores unitarii autumant formulae baptismatis inessc, nullo prolato novae suae interpretationis documento, numquam agnovit ecclesia; immo ex hac formula refellere consueverat sabelianos, qui divinas personas confundebant.[1] Aliud documentum hujus praxis est recepta a primis ipsis ecclesiae saeculis **doxologia**, his fere verbis concepta: *Gloria Patri per Filium in Spiritu Sancto*[2], qua aperte et aequa-

[1]) Cf. s. Joann. Chrys. loc. cit.; et ante ipsum Justinus M. *Apol.* I. n. 61, referens modum regenerationis seu baptismi, scribit: *En' ονόματο γὰρ τον πατρό των όλων κηΐ δισπότου* Biou . και *τον βωτγρο ημών Ιηΰοΰ Χρκίτον, καί πνεύματο άγιου* rd *Iv* τω *ΰδατι τότε λουτρόν* ποιούνται. Id est: «Nam in nomine Parentis universorum ac Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi el Spiritus Sancti lavacrum in aqua tunc suscipiunt;" et Terlull. *Contra Marcion.* lib. I. cap. 28. »Baptismus, *inquit,* regeneratio est hominis; quomodo regenerat, ' qui non generavit? iteratio enim non competit ei, a quo quid nec semel factum est. Si consequutio est Spiritus Sancti, quomodo Spiritum attribuet, qui animam prius non contulit?" Ex qua argumentatione constat Tertullianum pro certo sumere adversus Marcionem, Filium et Spiritum Sanctum, in quorum nomine confertur baptisma, Deum esse, eo quod nemo possit regenerari ab eo, a quo conditus non est. Sed quod frangit audaciam ralionalistarum, est usus antiquissimus, in primitiva ecclesia receptus, conferendi baptisma per trinam immersionem cum distincta trium personarum invocatione; de quo usu loquuntur canones apostolici antiquissimi, ac praecise canon quinquagesimus. Trinam autem hanc immersionem, quam patres passim ab apostolica traditione repetunt, usurpatam esse ad distinctionem trium personarum clarius signi-ficandam , tradit idem Tertullianus, libro *Adv. Praveam,* cap. 27. ubi sic eum perstringit: ..Novissime mandans (Christus), ut tinguerent in Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, non in unum. Nam nec semel, sed 1er, ad singula nomina in singulas personas tinguimur." Cf. Guillelm. Beveregius in *Annol. ad can. quinquagesimum apost.* nec non in *Cod. canonum Eccl. primit.* lib. II. cap. 9.

2) Cf. s. Basilius lib. *De Spiritu San-*

litas simul ot distinctio personarum exprimitur. Vix autem novatores aliqui impugnare aggressi sunt sive divinitatem alicujus personae sive earum distinctionem, cum ecclesia illico eos damnavit, atque e sinu suo velut haeretica impietate infectos expulit; ita se gessit cum ebionitis et cerinthianis, qui ipso primo ecclesiae saeculo exorti sunt, et Filii, seu Christi, divinitatem negarunt; ita postea cum Artemone ac Paulo samosateno, eadem impietate obstrictisJ; eadem ratione restitit Theodoto coriario, Norto, Sabellio, patripassianis, reliquis denique omnibus.4 Quod quidem argumentum est indubium verae fidei, quam ecclesia semper professa est.

104. II. **Fidei professiones,** quae ab apostolicis temporibus obtinuerunt, ineluctabile aliud suppeditant hujus dogmatis documentum. Harum in censum primo venit ipsum **apostolicum symbolum,** quod tironibus tradebatur; in hoc autem habetur pariter expressa fides in Deum Patrem, et in Jesum Christum unicum FilAim ejus, et in Spiritum Sanctum, ut personas tres distinctae in eadem divina natura5, eo sensu, quem etiamnum tenet ecclesia; secundo venit alia fidei professio, quae edita est a **patribus alexandrinis,** in epistola synodica ad Paulum samosatenum, in qua, exposito fidei dogmate cum hodierna fide consentaneo, de Filii divinitate ac

cto, cap. 29. qui testatur se doxologiam, scu glorificationem hac formula: *Tω xorrpt, καί* vAp r<;" XvpA» *ήμΰν ΊηZoΰ Xpt*tfrc.î <*Jvv* r«.> *άγϊω xvfvuari, δόία καί ορατοί tli του αϊώνη τών αΙώνων. αμήν:* id est: *Deo Patri et Filio D. N. J. C. cum Sancto Spiritu gloria et imperium in saecula saeculorum, amem* accepisse frequentatam in omnibus orationibus ac libris suis a s. Gregorio ncocaesaricnsi, thaumaturge nuncupato, et a Firmiliano. Eamdem praeterea doxologiam frequentatam fuisse primis duobus ecclesiae saeculis, patet ex *Constitutionibus apostolicis,* lib. VIII. cap. 12: et rursum ibid. cap. 13, et alibi passim; cf. apud Colcieriuin *Scripta ss. Patrum, qui temporibus apostolicis floruerunt* etc. tom. I. pag. 199 et seq. edit. Anlverpiac 1698. Joann. Bingham, *Origines sire antiq. eccles.* vol. V. lib. XIII. cap. 2. §. 1 et seqq. innumera exempla profert ex remotissima antiquitate istius universalis usus apud christianos; cf. s. Joann, damasc. in epist. ad Jordan. *De hymno Trisagio,* η. 6. ubi plura lectu digna habentur de recepta in ecclesia doxologia.

') Vid. epistola Alexandri episcopi alexandrin! ad Alexandrum episcopum constantiuopolilanum, apud Theodoretum *Hist. eccles.* lib. I. cap. 3; Euseb. *Hist, eccles.* lib. III. cap. 27, 28; Hieronym. *Proleg. in Matth.* edit. Vallarsii, tom. VII. pag. 5. Cf. Petavius, *De Triait,* praef. cap. 2. §. 1.

*) Cf. Petavius ibid.

4) Unitarii omnia symbola antiqua rejiciunt, ac praesidium suum omne constituunt in symbolo romano, quod sua simplicitate se commendet et unice proponat fidem in Deum Patrem, et Filium ejus unicum Dominum nostrum, conceptum de Spiritu Sancto: cum celera, quae huic symbolo addita sunt, non apostolis, sed patribus platonicis sint tribuenda; ita quidem Simon Episcopius, lib. IV. *Instit.* cap. 23 et seqq. At perperam; symbolum enim apostolicum, etiam prout jacet, evertit omnem impietatem unitariorum. Quid est enim credere in Deum Patrem, in unicum ejus Filium, et in Spiritum Sanctum, nisi credere in 1res personas distinctas? Cum Deus dicatur Paler, et Jesus Christus ejus Filius, nonne praedicatur unitas naturae in Patre et Filio, si accipiantur, ut accipi debent, in sensu obvio cl absque glossis et explicationibus unitariorum? Addo fideles prius bene instructos fuisse circa verum sensum symboli, antequam ad baptismum admitterentur.

do Trinitate testantur, ita et praedicasse se. patres, et sibi confitendum profitondumque tradidisse0; venit deinde **synodus prior antiochena**, adversus eumdem Paulum coacta, in qua emittitur verbis his de ss. Trinitate fidei professio: *Decrevimus fidem scripto edere, et exponere, quam a principio accepimus, et habemus traditam ct servatam in catholica ecclesia usque in hodiernum diem a beatis apostolis..... esse unum Deum ingenitum..... et Filium genitum, unigenitum, sapientiam et verbum ac virtutem Dei ante saecula, non praecognitione, sed substantia, et hypostasi Deum, Dei Filium* etc. Concluditur autem: *Ft omnes ecclesiae catholicae nobiscum consentiunt.*7 Huc demum refertur ûdei professio s. **Gregorii thaumaturgi**, quam refert in ejus vita s. Gregorius nyssenus, quae ita se habet: *Unus Dominus, solus ex solo, Deus ex Deo . . . Filius verus veri Patris .... invisibilis ejus, qui est invisibilis, et incorruptibilis ejus, qui corruptioni non est obnoxius . . . . 1'nus Spiritus Sanctus .... imago Filii, perfecti perfecta; Trinitas perfecta, quae gloria, aeternitate ac regno nec divisa est nec alienata.* 8 Et haec sufficiant; ex quibus discimus 1. quaenam fuerit germana fides ecclesiae tribus prioribus ecclesiae saeculis circa mysterium ss. Trinitatis; 2. hanc fidem ab apostolis ad ecclesias traditione pervenisse.

105. III. **Martyrum confessiones** non minus illustre documentum suppeditant fidei de ss. Trinitate receptae in universa ecclesia. Omissis

s) Vid. *Epist.* s. Dionys. episcopi alexandrin! *adversus Paulum samosatenum.* Sic vero se habent ejus verba post expositam doctrinam Trinitatis ac divinitatis Verbi et Spiritus Sancti: *Καί* οὕτω; *ὡμολόγησαν* αὐτόμ οι *άγιοι πατέρε , καί παρΙδωκαν ήμΐν όμολογεΐν, καί πιστεύειν. Et sic confessi sunt eum* (Verbum) *sancti Patres, et ut confiteremur ac credere-mus nobis tradiderunt* (in *Biblioth. veterum Patrum,* grace, lai. tom. I. p. 275.). Et in fragm. *adv. sabellianos,* n. 3. concludit: *Οντω γάρ αν καί ή βεία τριά καί* rd *άγιον κήρυγμα τή μοναρχία διασώΣοιτο:* id est: *Ita scilicet dirina Trinitas et sancta monarchiae praedicatio integra servabitur.* Apud Athanas. *De decretis,* n. 26. part. I. opp. tom. I. pag. 231- edit. Paris. 1698; atque in *Biblioth. Patrum* Gallandi, tom. III. pag. 540.

7) *ΈδοΕεν ήμΐν έγγράφειν τήν πίστιν ήν ΙΕ αρχή παρελάβομεν, καί Ιχομιν παραδοβεΐσαν, καί τηρουμένην έ'ν τή καβολική καί άγια Ικκλησία, μέχρι τή σήμερον ημέρα , Ικ διαδοχή* υπό *των μακαρίων αποστόλων ....* ort ὁ *βεό αγέννητο ει . . τον δε υιόν γεννητόν, μονογενή υιόν, εικόνα του αοράτου βεού .... σοφίαν καί λόγον καί δϋναμιν βεού, προ αιώνων όντα,* ου *προγνώσει, άλλ' ούσία καί ΰποστάσει βεόν, βεού υιόν. . . Καί πάσαι αι καβολικαί Ικκλησίαι συμφωνοΰσιν ήμΐν. Collect. Concil.* Labbaei, tom. I. col. 844. edit. Paris. 1671.

8) *Εΐ κύριο , μόνο ίκ μόνου , βεό έκ βεού. . .' Yios άληβινό άληβινού πατρό · αόρατο αοράτου, καί άφβαρτο άφβάρτου. . . Καί εν πνεύμα άγιον . . . εικών τού* υιού, *τελείου τελεία. . . Τριά τελεία, δόζρ καί άίδιότητι, καί βασιλεία μή μεριασμένη, μηδε άπαλλοτριουμένη.* Vid. S. Greg, nyssen. in *Vita s. Gregorii thaumaturgi,* pag. 546. tom. III. opp. edit. Morelli, Paris. 1638, qui refert hoc symbolum, manu ipsius exaratum, in ecclesia ncocaesariensi asservari, et ad plebis instructionem quotidiano usu celebrari. Cf. annot. Ernesti Grabe ad *Defens. fidei nicaenae* Gcorgii Bulli, in sect. 2. cap. 12. §. 4. Huic addi potest symbolum, quod extat in *Constitutionibus apostolicis,* lib. VII. cap. 41. apud Coleleriura, loc. cit.

igitur quae expresse et directe spectant ad divinitatem Filii, de qua inferius, in actis martyrum lugdunensiuni, qui passi sunt anno XV1JL. Marci Aurelii, legimus s. Epipodium haec verba protulisse coram praeside, qui os martyris elidi pugnorum ictibus jusserat: *Christum cum Patre ac Spiritu Sancto Deum esse confiteor.* Similia leguntur in actis s. Polycarpi, de quo a. Irenaeus ait; *Son solum ab apostolis edoctus et conversatus cum multis ex eis, qui Dominum viderunt, sed etiam ab apostolis in Asia, in ea, quae est Smyrnis, ecclesia constitutus episcopus. Hic docuit semper, quae ab apostolis didicerat, quae et ecclesia tradidit, et sola sunt vera;* hic, inquam, in oratione, quam ante martyrium fudit, haec habet: *Propterea et de omnibus te laudo, te benedico, te glorifico per sempiternum Pontificem Jesum Christum dilectum filium tuum, per quem tibi cum ipso in Spiritu Sancto gloria nunc et in futura saecula saeculorum, amen. 9* In his profecto absque ambagibus absoluta confessio habetur et trium personarum distincta commemoratio in una divina essentia subsistentium. Quid ad haec unitarii et rationalistae cum suis metaphoris et platonicismo?

106. IV. Testes praeterea sunt fidei nostrae ipsi ecclesiae infensissimi hostes; **haereticos** in primis dico, qui tribus prioribus religionis Christianae saeculis ab ecclesia expulsi sunt. Hos in duas classes dispertior: in eos nempe, qui intemeratam cum ecclesia catholica fidem de Trinitate servarunt, et in eos, qui eam adorti sunt. Jam vero in priorum censum veniunt nazaraei, quorum secta antiquissima est et apostolis coaeva, nec non docetae et phantasiastae ac gnosticorum quamplures sectae. Ad alteram classem refero ebionitas, cerinthianos, Theodotum coriarium, carpocratianos, gnosticos reliquos, Pauli samosateni asseclas, sabellianos.

107. Jam vero primae classis haereticos recte sensisse de Trinitate ac divinitate Filii produnt omnes antiqui scriptores, qui eorum errores recensent. De nazaraeis praeter Justinum, Hieronymum et Augustinum, qui testantur eos recte de divinitate Christi sensisse, et hoc nomine praesertim distingui ab ebionitis10, testis est locupletissimus auctor Recognitionum et Homiliarum, quae sub nomine Clementis romani proferuntur et quarum jam meminit Origenes. 11 Hic igitur auctor, qui erat ex nazaraeis12, his verbis

9) *Αιά τούτο καί πιρί πάντων Gt αίνω, Gt ίύλογώ, Gt δοΕάίω, διά τοΰ αιωνίου άρχιριω 'Itjsoi, ΝριΟτου, τοΰ αγαπητού σου* jrcuôdf *δι ου σοι αυν αντώ Iv πνιύματι* iiχiφ *δόί,α, καί νυν,* και «,· τοϋi *μέλλοντα αιώνα , αμήν.* Apud Euseb. *Hist, eccles.* lib. IV. cap. 15. Cf. Maran, op. cit. lib. Π. cap. 4; et Ruinart *Acta martyrum sincera,* pag. 43. edit, ikmstelod. 1713.

10) Cf. *Dissertatio* VII. *damascenica* doctissimi P. Le Quien, qui copiosissime praeceteris egit de nazaraeis, ubi in antecessum confutatus est Moshemius, qui in *Institutionibus historiae christianae antiquioris,* Helmstadii 1737, nonnisi ante saeculum IV eos extitisse autumat.

11) Tom. III. in Genes., *Philocaliae* cap. 22 ; et in Matth. XXVL 6., quod quidem eorum antiquitatem demonstrat. Scripti censentur hi libri saeculo II. exeunle, ac post annum 170.

12) Cf. Maran, lib. II. cap. 7. §. 4·

docet unum et eumdem cultum ss. Trinitati adhibendum esse: *Ad te enim perlinet aeterna gloria, laus Patri et Filio et Spiritui Sancto in omnia saecula, amenai* item baptismum conferri *ter beata invocatione,* nempe trium divinarum personarum, ut liquet ex verbis nuper citatis; tum ex iis, quae alibi idem auctor scribit; *Ad ultimum autem,* inquit Petrus, *admonui eos, ut, priusquam progrederemur ad gentes praedicare eis agnitionem Dei Patris, ipsi reconciliarentur Deo, suscipientes Filium ejus. Aliter enim nullo modo eos ostendi posse salvari, nisi per Spiritus Sancti gratiam trinae invocationis dilui baptismate properarent.*14 Docetas autem et phantasiastas ac alias gnosticorum sectas solam detraxisse Christo humanam naturam, quod hanc Deo indignam putarent, testes sunt Irenaeus15, Clemens alex.16, Tertullianus17, Origenes18, Pamphilus in apologia ipsius Origenis19, Novatianus20, ut ceteros recentiores praetermittam; ergo haeretici isti omnes praeter Patrem aliam agnoscebant in Deo personam. Sed eos praeterea Trinitatem agnovisse et admisisse nobis concedunt ipsi unitarii, qui viderunt hos haereticos sibi non favere, et qui principes esse volunt nescio cujus Trinitatis allegorice fingendae. 21 Cum autem, ut alibi a nobis observatum est22, haeretici illa, in quibus nobiscum consentiunt, nonnisi ab ecclesia, a qua vel discesserunt vel expulsi sunt, mutuati fuerint, tc tidem testes sunt fidei, quae obtinebat in ecclesia ea aetate, in qua ab ea divisi sunt. Divisi porro sunt plerique

13) *Hom.ID.*. cap. 72. *–.ον γάρ Ιδτι δόζ,α αιώνιο , νμνο -ατρί και* υάρ καi ἀγάρ *πνεύματι di τού ὕνμπαντα αιώνα , αμήν.* Apud Cotelerium, loc. cit.

u) Ibid, cum dissertatione cit. Guillelmi Beveregii *De trina immersione.*

,5) *Adv. haeres,* lib. III. capp. 17 et 18. edit. Massueti.

ie) Paedag. lib. II. cap. 8.

'7) In lib. *Cont. Marcionem.*

I8) In Joann, pag. 165. toni. IV. edit. Delarue, Paris. 1759.

") In *Bibi. Patrum* Gallandi, tom. IV. pag. 23 et seqq.

20) Libro *De Trin.* cap. 18.

") Cf. Maran, lib. II. cap. 8. Etenim auctor *Irenici irenicorum* Simonis nugas Justino fucum fecisse declarat. Sic auctor *Plalonismi retecti* fatetur gnoslicis Verbum praeexistens placuisse (pag. 25.), alibi vero (nempe pag. 74.) cerinthianis hunc platonicismum adseribit, postea vero (pag. 379.) eum adseribit Marco, ajens : nValentinianus Marcus, ut discimus ex lib. I. Irenaei cap. 12. auctor est allegoricae de Jesu Christi conceptione interpretationis, id est, primus eam ad sensum contemplationis et mysterii extulit. Si quidem isti nesciunt, ubi pedem figant atque consistant. Ceterum haereticos istos omnes, non secus ac valentinianos, ipsosque manichacos, ostendit Maran loc. cit. recte de divinitate Verbi sensisse, ac solum circa humanitatem Christi errasse. His si addatur, Praxeam ejusque asseclas accusasse catholicos tritheismi, eo quod ipsi tres personas distinctas colerent, teste Tertulliano *Contra* ipsum *Praxeam,* cap. 3. scribente: ..Duos et tres jam jactitant a nobis (catholicis) praedicari, se vero unius Dei cultores praesumunt; quasi non et unitas etc.;" habetur ineluctabile testimonium receptae apud catholicos fidei de unitate naturae divinae et trinitate personarum; ut enim ibidem explicat Tertullianus cap. 2. ..Très sunt unius substantiae, et unius status, et unius potestatis; quia unus Deus, ex quo (tres) in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti deputantur.#

°2) Tract. *De vera relig.* part. IL proposit. V. η. 96. Tom. L pag. 188.

ex recensitis haereticis ah ecclesia catholica vel sub ipsis apostolis vel paulo post; ergo.

108. Nunc facile est idem concludere ex illis haereticis, qui apostolicam fidem de Trinitate labefactare ac corrumpere nisi sunt. Ex his tria habemus: 1. quod eam adorti fidem fuerint, quae in ecclesia obtinebat; alias eam minime impugnassent, neque ut haeretici et novatores fuissent ab eadem expulsi; 2. quod adeo firma esset et universalis antiqua illa fides, ut nullos ferme sectatores nacti fuerint harum haereseon architecti, et vix natae defecerint, vel in tenebris delituerint:,i; 3. quod eorum impugnatores ipsis opposuerint perpetuam contrariam traditionem et consensum omnium ecclesiarum, ita ut, ne detegerentur ipsorum errores, ipsi nonnisi clanculum et inter verborum ambages eos proponerent. 24 Sectae igitur omnes antiquae, sive illae, quae intactam ss. Trinitatis fidem retinuerunt, sive illae, quae contra ipsam insurrexerunt, totidem testes sunt fidei, quam a Christo et ab apostolis ecclesia catholica incolumem servavit usque ad nicaenam synodum, quaeque a nicaena synodo ad nos usque pervenit de tribus divinis ac distinctis personis in eadem essentiae unitate.

109. V. Sed testes praeterea sunt ipsi **judaei** et **pagani.** Etenim semper in eo controversiae cardo fuit inter Christianos et inter judaeos et paganos, quod judaeis fuerit scandalum praedicatio Dei crucifixi, gentibus autem stultitia, ut patet ex epistola, quam adversus judaeos scripsit Barnabas, seu saltem antiquissimus auctor sub ejus nomine: ex dialogo s. Justini cum Tryphone, qui hoc perpetuo objicit: ex difficultatibus, quas promovet

Soli enim ebionaei ab initio ex haereticis divinitatem Christi negarunt, pauci omnino, quique numerari poterant, et sic permansissent, nisi identidem eamdem impietatem instaurassent Paulus samosatenus aliique obscuri haeretici, qui vix noti essent, nisi Àrius, ut videbimus, cum asseclis suis lotum iterum turbasset Christianum orbem. Certe cum Paulus samosatenus novitates suas obtruderet, patres concilii antiocheni, ut testatur Eusebius *Hist, eccles.* lib. VI. cap. 30. scripserunt ad omnes provincias, ct antequam damnaretur, sex episcopi conati sunt litteris missis eum ab errore revocare. In hac epistola sic de omnium ecclesiarum consensu gloriantur: *Omnes ecclesiae catholicae nobiscum consentiunt.* Et haec quidem saeculo III.

2I) Exploratum est haereticos et novatores omnes quovis tempore, etsi novitatem in doctrina inducere tentarent vel lentent, affectasse tamen atque affectare similitudinem sermonis, qui obtinet in ecclesia catholica, ne, si aperte traderent novitates suas, statim in ipso exordio catholicorum impetu opprimerentur. Hoc vero factum praecise etiam novimus ab haereticis antiquis, doctrinam de divinitate Christi vel Spiritus Sancti labefactare lentantibus. Errores enim suos quibusdam veluti integumentis obvolvebant, tum ut episcopos ct presbyteros laterent, tum ut imperitis venenum suum callide propinarent: *£t propter hoc,* inquit presbyter apostolorum discipulus, apud Irenaeum, lib. IV. cap. 32. *hi, qui alienas doctrinas inferunt, abscondunt a nobis, quam habent de Deo sententiam, ne ricti salvari periclitentur.* Quamobrem recte concludit Maran, lib. II. cap. 5. §. 4. testes sunt ipsi haeretici doctrinam apostolicam, quae ab eis nefarie violata fuerat, omnibus catholicis, sive doctis sive indoctis, ratam et exploratam esse.

in persona Judaei Celsus apud Origencm lib. II. contra ipsum. Quod spectat ad ethnicos, patet ex disputationibus Arnobii, Cypriani, Tertulliani, Lactantii etc. adversus eosdem: ex irrisionibus et exprobrationibus praesidum, dum martyres ab hac. insania, ut ipsi vocabant, retrahere adniterentur. Sed praeclarissimum documentum communis hujus fidei inter Christianos illud est, quod exhibet Lucianus, seu quivis alius est auctor dialogi, qui *Philopatris* inscribitur 25; hic enim Christianorum mysteria et catechumenorum instituendorum rationem satis apte describit. In hoc porro inducitur Critias jurans pervarios ethnicorum deos, quos respuens Triephon, vult ut Critias juret per *Deum alte regnantem, magnum, immortalem, Filium Patris, Spiritum ex Patre procedentem, unum ex tribus et ex uno tria.*26 *Haec tu Jovem puta, hunc existima Deum.*27 Quibus verbis apertissime continetur Christianorum fides de tribus personis distinctis, in eadem divina essentia subsistentibus, et per quam ab ethnicis ipsi discrepabant.

110. VI. Testes sunt, **patres** singillatira sumpti. Cum vero contendant unitarii Justinum martyrem, utpote Platonis institutis enutritum, omnium primum hanc personarum Trinitatem in ecclesiam intulisse ac omnes infecisse28, ut ostendamus eos impudentissime esse mentitos, patres et scriptores in medium afferemus Justino anteriores. Anterior itaque Justino est auctor epistolae s. Barnabae inscriptae; hic porro Christum vocat *Dominum orbis terrarum, cui dicit Deus ante constitutionem mundi: Faciamus hominem* etc.29; et rursum affirmat: *Deum non venisse vocare secundum personam, sed super quos Spiritum praeparaverat*30; en igitur tres personas: Patrem, qui dixit

“) De auctore hujus dialogi magna est inter eruditos controversia. Sunt enim qui eum Luciano anteriorem faciunt; alii eum protrahunt usque ad aetatem Juliani imperatoris, futilibus, ut nobis videtur, conjecturis ducti, sicut Gesnerus in dissertatione mox citanda. Alii volunt auctorem hujus dialogi esse ipsum Lucianum. Cf. *Dissertatio Matthiae Gesneri, de aetate et auctore dialogi Lucianaei, qui Philopatris, inscribitur,* ad calcem vol. IX. opp. Luciani, edit Joann. Theoph. Lehmann, Lipsiae 1831.

18) Ethnico homini haec permittenda et irrisori Christianorum. Ceterum catholici non dicunt *tria,* sed *tres.*

”) *Ὑψιμίδοντα 3τον, μίγαν, αμβροτον,*
οὐρανίωνα,
Υἱὸν πατρόί, πνιϋμα Ικ πατρόί Ικπορευόμενον,
Ἐν Ικ τριών, καί IE tvôf τρία·
Ταντα νόμιζε Ζηνα, τόν& ήγον
β·εόν.

N. 12. pag. 232. cit. edit. Alia testimonia judaeorum et ethnicorum vid. apud Maran, lib. II. cap. 2.

ω) Ita quidem auctor *Platonismi retecti;* Steph. Curcellaeus in *Quatern. diss.;* Clericus, op. cit. aliique passim sociniani, quibus assentiuntur rationalisiae, ut Wegscheider, §. 88.

Capite 5. Cf. de hoc testimonio Georgii Bulli *Defensio fidei nicaenae,* sect. I. cap. 2. §. 2. vol. in fol. Lond. 1703, cum annotatis Joann. Ernesti Grabe, ubi plura alia ex eadem epistola in rem nostram testimonia proferuntur.

ι’°) Capite 19. Sic in graeco textu haec verba sonant: *"Οτι tjXSev οὐκ επί πρό-ωπον* καλι'σαι, αλλ’ ου» τὸ *πνεύμα ήτοίμαΟε.* In nonnullis enim hujus epistolae partibus originalis textus desideratur, nec superest nisi versio.

Filio *faciamus,* et Filium, *vocantem eos, super quos Spiritum Sanctum praeparaverat,* et quidem consubstantiales, cum Filium Dominum seu Deum vocet subsistentem in sinu Patris, et Spiritum Sanctum *praeparatum* seu missum a Filio. Anterior Justino est Hermas, qui dicit; *Filium Dei omni creatura antiquiorem esse, ita ut in consilio Patri suo adfuerit ad condendam creaturam;* et paulo infra meminit Spiritus Sancti, subdens: *Qui crediderunt Deo per Filium ejus, induti sunt Spiritum hunc.*[31] Anteivit Justinum s. Clemens romanus, qui *vivit,* inquit, *Deus et Dominus J. C. et Spiritus Sanctus*[32]*;* tum: *Beatus vir, qui cognoscit Patris donum per processionem sanctissimi Spiritus*[33]*;* qui rursum in epistola I. ad Corinthios, cap. II. meminit passionis Dei et effusionis Spiritus Sancti. Praecessit s. Justinum s. Polycarpus, cujus luculentissimum testimonium de ss. Trinitate superius posuimus; praecessit s. Ignatius martyr, qui iu epistola ad Magnesianos scribit: *StudeU igitur, ut confirmemini in dogmatibus Domini et apostolorum ... in Filio et Patre et Spiritu Sancto*[34]*;* et rursum: *Subjecti estote episcopo et vobis mutuo, ut Jesus Christus Patri secundum carnem, et apostoli Christo et Patri et Spiritui.* [35] Anteriora sunt s. Justino acta martyrii ipsius s. Ignatii, quae claudantur hac ratione: *Cursum perfecit* Ignatius *in Christo Jesu D. N., per quem et cum quo Patri gloria et potentia cum Sancto Spiritu in saecula. Arnen.*[36] Quibus profecto non poterat clarius dogma adstrui ss. Trinitatis.

111. His accedit auctor carminum Sibyllinorum, quae citantur a s. Justino. Porro vetustissimus ille scriptor lib. VU. haec scribit:

Potens genitus est Verbum Patri, et Spiritu Sancio
Carnem indutus; cito evolavit in Patris domos. [37]

112. Demum, ceteris omissis, impudentiam unitariorum frangit ipse s. Justinus, qui narrat se a sene presbytero, cui acceptam refert conversionem suam, didicisse Spiritum Sanctum regiam mentem esse, qua anima humana non exornata Domn videre non potest, tum Christum verum et aeternum esse Dei Filium a prophetis denunciatum una cum Patre invocandum.[38]

113. VII. Demum testes hujus veritatis, vel inviti, sunt ipsi unitarii ac rationalistae sua ipsa agendi ratione·, nam in primis nobis dant a nicaenae synodi aetate universam ecclesiam pervasisse doctrinam de ss. Trinitate; cum autem perspicua a catholicis adducta essent documenta fidei nostrae synodo nicacna anteriora, confugerunt ad Justinum martyrem, eumque primum hujus dogmatis auctorem ex praeconcepto platonismo affirmarunt; cum tamen adhuc luculenta sint documenta Justino antiquiora, recurrerunt ad nescio quam Trinitatem ab ebionitis âllegorice excogitatam; sed neque hic consistere potuerunt, opponentibus catholicis documenta virorum apostolicorum, qui maxime ebionitas exagitarunt: tandem deposita larva tradere non erubuerunt apostolum Joannem aliosque scriptores sacros ex Platone vel saltem ex hebraica cabalistica doctrina didicisse dogma istud, ac praeconceptas opiniones suas Christi effatis affinxisse.[39] Ergo nobis dant ab apostolis usque ad Justinum martyrem, a Justino usque ad nicaenam synodum, a nicaena synodo usque ad nos profluxisse doctrinam de una divina essentia ac Trinitate personarum. Nunc restat inquirendum, an socinianorum

”) Lib. III. simii. IX. cap. 12 et 13. in *Biblioth. Patrum min.* Gallandi tom. I.

31) *Zÿ ὁ 3tôf, και* d *κύριοί Ἰησοῦί Χριστοί, καί* το *πνιϋμα τό ἅγιον.* S. Basil, lib. *De Spiritu Sancto,* cap. 29. η. 72. pag. 61. tom. III. opp. edit, maurin.

33J *Μακάριοί ἀνήρ ὁ γινώῦκων την τον πατρόί δόσιν δι' Ικποριύύιωί τοϋ παναγίου πνίύματόί.* Inter fragmenta in *Biblioth. Patrum min.* Galland. tom. L pag. 44.

34J Cap. 13. *ΧπουδάΖιτι ούν βιβαιω^ήναι Iv τοΐί δόγμασιν τον κυρίου, καί τών αποστόλων ... Iv v!ω καί πατρί καί Iv πνινματι.*

3S) Ibid. *Υποτάγητι τώ* ἀτισκόπφ, *καί αλλήλοιι. ὡί 'Ιησοΰί Χριστοί τώ πατρί κατά σάρκα, καί οΐ απόστολοι τώ Χριστώ καί τ<· πατρί, καί τώ πνίύματι.*

36) Cap, 7. *Τίλιιώσαντι δρόμον Iv Χριστώ 'Ιησού τώ κυρίΐΛ ημών, δι' ού καί μώ' ον τώ πατρί ή δόία καί το κρότοι σΰν τώ ἁγίιρ πνιύματι df αϊώναι. αμήν.*

37) *Αύ^ίντηί γϊνιτο λόγω πατρόί, πνιύ-*

Σώμα τι δυσάμινοί ταγϋι *ίπτατο*
πατρόί A *οΐΚΟVf.*

Maran corrigit *γιννάτο λόγοί πατρί.* Plura alia ibidem videantur testimonia, quae in eamdem doctrinam conspirant, lib. Π. cap. 1. §. 5.

”) Vid. *Dial, cum Tryph.* a num. IV ad VIL

3’) Ne haec exaggerata atque amplificata videantur, proferam nonnulla testimonia, ex quibus perversa istorum ralionalistarum sentiendi ratio omnibus palam fiat. Sic igitur scribit Wegscheider, §. 83. «Joannes quidem, postquam alexandrinorum judaeorum quibusdam philosophematibus, quorum vestigia in ipso Veteri Testamento atque apocryphis exstant, imbutus erat, magistri summe admirandi virtutem ex oculis sublatam sublimioribus phantasiae imaginibus sic exornavit etc." Huic praeiverat Gottlob Paulus, *Comment.* IV. pag. 8 et seqq.; Eichhorn, *Eiiileilung in das N. T.* seu *Introductio in libros N. T.* tom. II. pag. 158 et seqq.; Berthold, *Christologia Judaeorum* pag. 104 et seqq.; et Kuinoel in *Comment. in lib. N. T. hist.* tom. III. pag. 63 et seqq., quibus ideae *λόγου* a Philone et a Joanne adumbratae, si non plane easdenq simillimas tamen, substratas fuisse notiones, ex eodemque Veteri Testamento et librorum apocryphorum fonte profectas, plurimis jam probatum est Rursum Wegscheider, §. 85. «Luce clarius patescit, scriptores sacros sancta quadam magistri reverentia commotos esse, ut ad summam ejus virtutem atque excellentiam commendandam, ex judaeorum et alexandrinorum et palaeslinensium de virtutibus, seu viribus quibusdam divinis, sub personarum specie cogitatis.... in Jesum transferrent, quaeque pro suo quisque ingenii scientiae et phantasiae modulo aptissima duxisset ἔτc. Sic Baumgarten-Crusius, *Bibi, theol.* pag. 382. inquit: «Diversitas notionis seu ideae (quae nempe in apostolis reperitur), dum tamen eadem in ipsis viguerit persuasio excellentiae Christi, jam ostendit, apostolos nec intendisse, nec potestate fuisse donatos hac in re dogma aliquod proponendi." Dum haec leguntur in profanis istis hominibus, slalim mentem subeunt, quae s. Irenaeus, *Cent, haeres.* lib. III. cap. 12. n. 12. de antiquis haereticis scribit, quaeque apprime quadrant in haereticos nostri temporis, siquidem idem spiritus omnium haereticorum est, ac praesertim in eos, quos recensuimus, ralionalistas: ..Putaverunt, *inquit s. Doctor,* semetipsos plus invenisse, quam apostoli.... et apostolos quidem adhuc quae sunt judaeorum sentientes annuntiasse evangelium, se autem sinceriores et prudentiores apostolis esse."

ac rationalistarum commentis majorem Iidem adhibere debeamus quam universae ecclesiae, quam toti antiquitati sacrae et profanae, juxta dicta, quam *ipsis* apostolis et evangelistis. Ferant ipsi sententiam.

DIFFICULTATES.

114. I. Obj. 1. Patribus apostolicis, qui quidem sicut plerique prioris aevi Christiani Deum Patrem, Filium et Spiritum Sanctum profitebantur, dogma illud de Trinitate plane ignotum fuit. 2. Sed jam inde ab ipsis rei Christianae primordiis alii Jesum pro homine tantum eximio habuere, quorum in numero sunt ebionitae, eosque secuti Theodotus Byzantius et Artemon: alii, docetismum praeseferentes (cf. Joann. IV. 2; II. Joann, v. 7.), uti gnostici, qui quum ad cabalistarum de *emanatione* quadam virium divinarum sententias accessissent, aeonem, scilicet vim quamdam, quae a divina natura promanasset, cum Jesu conjunctam fuisse statuere.40 Ergo.

115. **Resp.** ad 1. *D.* Ignota erat *tcrminologia* hujus dogmatis, *Tr.* dogma ipsum, iV. Voces *naturae, personae, Trinitatis* etc. serius fortasse inductae sunt, quod non abnuimus: neque adhibitae ab ecclesia, neque in usum adscitae a patribus, nisi cogentibus haereticis, qui confusione verborum summopere delectantur ad facilius suas novitates ac impietates propinandas; ast ex hoc inferre non licet incognitum fuisse dogma ipsum. cum, ut adversarius fatetur, patres apostolici ac plerique prioris aevi Christiani professi fuerint Deum Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, quos certo ut Deum habuerunt, distinxerunt tamen Filium a Patre, et Spiritum Sanctum ab utroque, non multiplicando divinitatem ; in hoc vero praecise dogma consistit. Ex ignoratione autem terminorum seu vocum, concludere ignorationem rei, perinde esset ac concludere quempiam ignorare existentiam Petri e. gr. ac Pauli, ex eo quod eorum nomina ignoret. En dialecticam rationalistarum, qui apicem sapientiae attigerunt, prae quibus ceteri omnes plebs ac populus sunt. 41

116. Ad 2. *D.* Et ideo quia recederent a recepta ecclesiae fide damnati sunt et ab ecclesia expulsi, *C.* quasi dubia esset vera ecclesiae fides, A'. Eadem nempe ratione peccat adversarii nostri ratiocinium, qua peccaret argu-

40) Ila Wegscheider §.88.

41) Apposite s. August. *De Trin.* lib. VIL cap. 4. n. 7. «Loquendi causa, *inquit,* de ineffabilibus, ut fari aliquo modo possemus, quod effari nullo modo possumus, dictum est a nostris graecis una essentia, 1res subsistentiae; a latinis autem una essentia vel substantia, tres personae... et dum intelligatur, saltem in aenigmate, quod dicitur, placuit ita dici, ut diceretur aliquid, cum quaererelnr, quid tria sint, quae tria esse fides vera pronunciat, cum et Patrem non dicit esse Filium, et Spiritum Sanctum, quod est donum Dei, nec Patrem dicit esse nec Filium;- et num. 9. „Quid igitur restat, nisi ut fateamur loquendi necessitate parta haec vocabula, cum opus esset copiosa disputatione adversus insidias vel errores haereticorum?" Quod quidem ibidem et cap. 6. n. 11. pluribus exemplis confirmat.

mentatio illius, qui inferret incertum in ecclesia esse, utrum adulteria alia-
l quo infanda facinora honesta sint nec ne, ex eo, quod aliqui methodistae et fanatici negaverint ea esse inhonesta. Addo praeterea memoratos haereticos non errasse directe contra Trinitatis dogma, sed potius contra divinitatem Christi Jesu, eo quod negarent Filium Dei assumpsisse in unitate personae humanitatem, et contenderent illum huic non fuisse conjunctum nisi in baptismate, vel quacumque alia ratione sua commenta exponerent. Id patet ex patribus, qui eos impugnarunt42, et ex iis quae nos exposuimus in probationibus; neque adversarius diffitetur, ut ex allatis ejus verbis non obscure deprehenditur, etsi illorum theoriam non satis apte ac fideliter exponat. 43

117. II. Obj. i. Sententia vindicans Filio et Spiritui Sancto hypostasin, qui 1amen Patri subessent, praeeuntibus Justino martyre et Theophilo antiocheno, qui Verbum seu *λόχον ένδιά&ετον* et *nootfoor/.ôv (immanens* et *prolatitium)* distinguit, Irenaeo, Clemente alex., doctrinae de *emanatione* Verbi et Spiritus Sancti auctore, praevaluit. 2. Hae namque duae sententiae praecipue aevo ante-nicaeno per ecclesiam maxime propagatae cernuntur. Doctrina autem de Trinitate hypostaseon a Tertulliano potissimum amplificata atque exornata est, et ab Origene, qui notionem generationis aeternae proposuit,, itemque a Dionysio, episcopo romano, qui consubstantialitatem Filii, scilicet substantiam Filii eamdem esse cum substantia Patris, ejusque subsistentiam in Patre defendisse, proximeque ad sententiam formulae orthodoxae postea definitae accessisse perhibentur. 44 3. Ceterum formulam hanc publice receptam neque scriptores sacri diserte tradiderunt, neque ecclesiae doctores affinxerunt ante saeculi IΠ. exitum, 4. quo quidem tempore ad *paganismi* errores suscipiendos procliviorem fuisse ecclesiam constat. 45 Ergo.

118. **Resp.** ad 1. *Xeg.* Hoc est gratuitum mendacium. Nos contrarium ostendimus in probationibus, quas ab aetate apostolica deduximus usque ad ss. Justinum et Theophilum.46 Restat praeterea explicandum adversariis,

4I) Cf. Petav. *De Incarnatione,* lib. VII. capp. 2 ct 3.

43) Cf. Maran, op. cit. lib. II. a cap. 7. ad cap. 13. ubi fuse ostendit sectas omnes totidem testes esse receptae in universa ecclesia catholica fidei de mysterio ss. Trinitatis.

4<) Wegscheider, loc. cit.

«) Ibid. §. 97.

4β) Placet, ad pleniorem rationalistarum confutationem, verba hic subjicere, quibus s. Irenaeus testatur doctrinam Trinitatis ab universa ecclesia receptam sacculis ecclesiae IL et III. ab apostolis: *Ή μέν ίκκλησία, καίπερ* xftS' ολι;ί *τή οικουμένη ΐω περάτων τή γή διεσπαρμένη, παρά δε των αποστόλων, καί των έκείνων μαθητών παραλαβούϋα την ει tva S-εόν, πατέρα παντοκράτορα, ... καί ει ενα Χριστόν ΊηΟούν, τόν ν'όν του 3-εού, τόν σαρκω^έντα ύπέρ τή ήμετέρα σωτηρία · καί ει πνεύμα άγιον, τό διά των προφητών κεκηρυκό τά οικονομία . καί τά έλεϋσει . . . . Τούτο* τό *κήρυγμα παρειληφυϊα, καί ταύτην την πίστιν, ώ προέφαμεν, ή έκκλησία, καίπερ έν* δλφ *τώ κόσμιρ διεσπαρμένη, έπιμελώ φυλάσσει, ώ ένα οίκον οίκούσα · καί ομοίω πκίτεϋει τούτοι, ώ μίαν ψυχήν καί τήν αϋτην*

qui factum fuerit, ut nemo catholicorum restiterit Justino et Theophilo, restiterint autem Praxeae, Noëto, Sabellio, Paulo samosateno et Beryllo bostrensi personas confundentibus. Nos facile id explicamus, quod nempe primi tradiderint doctrinam in ecclesia receptam, alii innovaverint.

119. Irenaeus autem, Clemens alex, ac Tertullianus ideo clarius et novis formulis expresserunt vetus dogma, quod impugnaverint novatores ejusdem dogmatis hostes, ut fit. Idem dicatur de Dionysio romano, qui se opposuit Paulo samosateno, eumque damnavit, prout jam damnatus fuerat a synodo alexandrina, aliisque duabus synodis antiochenis, adversus alias impietates ac novitates coactis. 47

120. Ad 2. *Neg.* doctrinam, seu sententiam patripassianorum unquam *per ecclesiam* propagatam cerni. Vix exorta est ac vix innotuit haec haeresis. quum undique contra ipsam conclamatum est. Et en fraudem delicati nostri rationalistae, qui in eodem censu collocat doctrinam catholicam et doctrinam illorum nebulonum, quasi eadem utriusque ratio fuerit.

121. Ad 3. *D.* Scriptores sacri formulam Trinitatis diserte non tradiderunt, neque ecclesiae doctores affinxerunt ante saeculi III. exitum quoad *sonum materialem,* si sermo sit de scripturis sacris, *C.* si de ecclesiae doctoribus. Tn48; non tradiderunt *rem* postea formula illa expressam, *N.* Con-

Γγουσα *καρδίαν, καί 3υμφώνω(ταΰτα κηρύσσει, καί διδάσκει, καί παραδίδωΰιν,* ωi *7ν στόμα κεκτημενη. Haï γάρ αί κατά τον κόσμον διάλεκτοι ανόμοιοι.* αλλ.' *ή δΰναμιί τή(rrapaôôtJtbJf μία καί ή αυτή. Καί ούτε et' ίν I'ερμανίακ ιδρυμένοι Ικκλησίαι* ~i.τ<στiΰκΰ5'<»', *ή* αΑΛωi *παραδιδόασιν, ούτε Iν* τ<»κ *Ίβηρίακ, ούτε Iν Κελτοίε. ούτε κατά τά(Άνατολάι, ούτε Iν AIγύπτι.ρ.* ουτi *Iν Λιβύη, οντε αΐ κατά μέσα τού κόσμου ιδρυμένοι ·* ΰ.w *ωίπερ ό ηλιοί. τό κτίσμα τον* Bίου, *Iν* οΛφ TM *κόσμι.ρ εμ καί ό αύτόί· ούτω καί τό κήρυγμα τήι* αÄρBiήκ πανταγρ *(ραίνει, καί φωτίζει πάνταί άν^ρώπουι τού; βουλομένου εί{ έπίγνωσιν άλη$·είαι έλ$είν.* Id est: «Etenim ecclesia, tametsi per universum orbem usque ad extremos terrae fines dispersa, fidem eam ab apostolis eorumque discipulis acceptam, quae est in unum Deum Patrem omnipotentem... et in unum Jesum Christum Filium Dei, nostrae sallitis causa incarnatum, et in Spiritum Sanciam, qui per prophetas Dei dispensationes et adventus praedicavit.. Hanc praedicationem cum acceperit, et hanc fidem, quemadmodum praediximus, ecclesia, et quidem in universum mundum disseminata, diligenter custodit, quasi unam domum inhabitans; et similiter credit iis, videlicet quasi unam animam habens et unum cor, et consonanter haec praedicat, et docet, et tradit, quasi unum possidens os. Nam etsi in mundo loquelae dissimiles sunt, sed tamen virtus traditionis una et eadem est. Et neque hae, quae in Germania sunt fundatae ecclesiae aliter credunt, aut aliter tradunt, neque hae, quae in Hiberis, neque hae, quae in Cellis, neque hae, quae in Oriente, neque hae, quae in Aegypto, neque hae, quae in Libya, neque hae, quae in medio mundi constitutae (hierosolymilana scilicet aliacque in Palaestina constitutae, juxta veterem Christianorum opinionem); sed sicut sol, creatura Dei, in universo mundo unus et idem est, sic praedicatio veritatis ubique lucet, et illuminat omnes homines, qui volunt ad cognitionem veritatis venire.« Sic contra veteres haereticos Irenaeus, lib. I. cap. 10- pag. 48. edit. cit.

*7) Vid. *Collect, concit.* Labbaei, tom. L coi. 827. tum etiam coi. 831 et 832.

4$) Transmisimus quod dicitur vocem *Trinitatis* non ante saeculum III. usurpatam fuisse. Verum quidem est hanc vocem

trovereia autem non est de verbis, nec verba materialiter in se spectata sunt objectum fidei nostrae, sed res per verba expressa; dum igitur constat de re et sensu, quid refert si formula serius inducta fuerit?

122. Ad 4. *Neg.* suppositum. Ridiculum sane est dicere ecclesiam procliviorem fuisse ad paganismi errores suscipiendos ad finem saeculi III. quando innumeri ex ipsius filiis, ne se contaminarent paganismi erroribus, inter acerbissimos cruciatus sanguinem et vitam profundebant.[49] Ridiculum praeterea est ex eo, quod nova formula introducta fuerit ad rem antiquam magis expresse enunciandam, concludere id factum esse ex proclivitate ad errores paganismi. Hoc est transire de genere in genus.

123. III. Obj. Plura suadent ab ecclesiae primordiis incognita fuisse non solum formulam, sed et dogma ipsum Trinitatis. Nam 1. **Tertullianus**, saeculo II. exeunte, de Dei Trinitate quamdam doctrinam plurimis novam et heterodoxam visam esse profitetur *(Adversus Praxeam,* lib. I. cap. 3.): *Simplices quique,* scribit, *ne dixerim imprudentes et idiotae, quae major semper credentium pars est, quoniam et ipsa regula fidei a pluribus diis saeculi ad unicum et verum Deum transfert, ... expavescunt ad oeconomiam, numerum et dispositionem Trinitatis . . . itaque duos et tres jam jactitant a nobis praedicari,' se vero unius Dei cultores praesumunt.* Hinc 2. factum est, ut alii Verbum ipsam Dei *rationem* dixerint, seu sapientiam in ipso existentem, prout **Athenagoras** in *Legatione pro Christianis,* **Tatianus** in *Oratione contra Graecos,* et **Theophilus antioch.** lib. II. *Ad Autolycum:* 3. nec nisi paulatim de Christi seu Verbi natura subtilius quaeri coeptum est, rarius vero de Spiritu Sancto, quem *plurimi* aut vim divinam aut hypostasin judicabant, a Filioque Dei non satis distinguebant,

primum occurrere apud Theophilum antiochenum saeculi III. scriptorem; sed non inde inferri potest vel debet hanc vocem illum omnium primum induxisse, eo magis quod ipse eam non ut novam proferat, sed tamquam usu receptam ac tritam. Ex hoc ad summum deduci posset, primum documentum, in quo haec vox occurrit, perlinere ad saeculum HL Dixi, *ad summum;* nemo enim est qui nesciat, hanc vocem occurrere in actis s. Andreae apostoli conscriptis, ut fertur, a presbyteris Achaiae saec. I. vel II. In his vero, cap. 2. legitur: *Ειρήνη ὑμῖν καί -άσιν* τοK *πιβτιϋουΤιν tlf ἵνα 3·εόν τέλειον ἐν τριάδι, αλ&ή πατέρα, γεννήτορα, άλη3ή υιόν μονογενή, άλη3'ε πνεύμα άγιον ἐκπορευόμενον ἐκ πατρόί, καί ἰν υἀ.» διαaίνον.* Id est: »Pax vobis et omnibus, qui credunt in unum Deum perfectum *in Trinitate,* verum Patrem qui genuit, verum Filium unigenitum, verum Spiritum Sanctum procedentem ex Patre et in Filio permanentem." Haud ignoro ejusmodi acta passim rejici ab eruditis tamquam supposititia; verum et illud scio, ea ab aliis eruditis adhuc ut sincera defendi, nec solum a catholicis, sed et ab ipsis protestantibus. Cf. Galland. *Biblioth. Patrum,* tom. I. proleg. cap. 4. Illud certum est, ea esse monumentum antiquissimum, pertingens saltem ad saeculum IV.

‹9) Spectat huc quod Faustus manichaeus objiciebat catholicis, eos vertisse idola gentium in martyres, quos votis similibus colerent. Sed de hac accusatione, ex qua luculenter patet antiquitas cultus sanctorum in ecclesia catholica, nempe sacculo III., suo loco agemus.

ut in primis **Hermas**, *Sinui. V.* 4 et seqq.; **Justinus** martyr. *Apolog.L* n. 36; **Theophilus**, loc. cit. pag. 335; **Lactantius**, *Inst. divin,* lib. IV. cap. 6—9, coll. **Hieronymi** epist. 49 et 65. Quod si **Origen**es Patrem, Filium et Spiritum Sanctum tres singulares censet esse hypostases, monet tamen opportune Guerike50, Origenem diversae eas posuisse dignitatis, ejusdem vero naturae divinae. Hanc autem naturae unitatem *innuit* tantum, inprimis de Spiritu Sancto, obscurius. Quare veram *precationem (πoo ιvχϊp)* Christo non deberi ipse Origenes fusius docet libro *De oratione.* 51 Ergo.

124. **Resp.** xV. .1. Nos enim contrarium ostendimus. Ad 1. itaque prob. *D.* Doctrina de Trinitate nova visa est et heterodoxa plurimis *haereticis. C.* catholicis, A. Praefatus enim est **Tertullianus** cap. IL doctrinam catholicam de Trinitate ex Scriptura et traditione praescribere novitatibus haereticorum, et loc. cit. affert argumenta patripassianorum, qui ea ratione dicebant novam esse de Trinitate doctrinam, qua postea protestantes novam dixerunt ecclesiae catholicae doctrinam de septem sacramentis, de necessitate bonorum operum, ceterorumque articulorum, quos ipsi utpote *emendatores sacrorum* sustulerunt.52 Una semper eademque extitit vafrities haereticorum. Et hic novum habetur specimen candoris rationalistarum in seligendis auctoritatibus, quas proferunt.

125. Ad 2. *D.* Rationem dixerunt Dei, at hypostaticam et subsistentem in Patre, *C.* absque hypostasi propria, *N.* Nam ipse Tertullianus in libro citato *λόχov* vocat rationem Patris, sed praecise adnotat eam a Patre distingui, etsi natura idem sit cum Patre; nec alio sensu loquuntur Athenagebatur a Praxea, Sabellio eorumque asseclis, qui distinctionem personarum tollebant) haeresim faciat, et Trinitas rationaliter expensa veritatem constituat: monarchiam, inquiunt, tenemus etc.·' Hinc pergit disputare adversus hos, quos vocat *monarchianos,* ct quidem *vanissimos,* cap. 10; et postea semper de iisdem loquens, sub finem capitis subdit: «Potuit (Deusj Praxeam cl omnes haereticos statim extinxisse; non tamen, quia potuit, extinxit. Oportebat enim et milvos esse et haereticos.·' Sed notetur praeterea ralionalistarum incohaerentia: paulo ante, ut vidimus ex objectione 2. loco posita, opponebant nonnisi sub saeculi HI. exitum inductam formulam Trinitatis, nunc nobis opponunt sub finem saeculi IL Tertullianum accusatum fuisse novitatis, eo quod Trinitatem induxerit. Quomodo haec inter se componantur, ipsi viderint.

“) /)e scholae alexandrinae catechelicae theologia, Halae 1825. pag. 211.

Sl) Sic Wegseh. §. 88. n. *a.*

“) Sic enim loquitur Tertull. cap. 2. *Adv. Prax.* »A Patre Spiritum Sanctum paracletum, sanctificatorem fidei eorum, qui credunt in Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum. Hanc regulam ab initio evangelii decurrisse, etiam ante priores quosdam haereticos, nedum ante Praxeam hesternum, probabit tam ipsa posteritas omnium haereticorum, quam ipsa novellitas Praxeae hesterni ětc.· Poterant ne rationalisée impudentius mentiri? Ut autem magis pateat eos bona fide lectorum abuti, juvat proferre ea, quae post citata ab adversario verba immediate Tertullianus subdit: .Se vero (haeretici qui haec nobis opponunt) unius Dei cultores praesumunt, quasi vero non et unitas irrationaliter collecta (prout colli-

goras, **Tatianus** et **Theophilus**, alioqnin non posuissent in Deo Trinitatem, quam expresse nominat Theophilus.[53]

126. Ad 3. *I).* Propter novas insurgentes haereses, *Tr.* quasi ignorarent veram Christi seu Verbi naturam, *N.* Nempe in clariori lumine posuerunt, quod ex Scriptura ac traditione ecclesiarumque consensu acceperant. Cujus rei veritatem factum ipsum ostendit; ut enim quaelibet haeresis adversus aliquod dogma prodibat in lucem, statim in illam omnes insurgebant. Cum vero serius divinitatem Spiritus Sancti directe aliqui impugnaverint, hinc nonnisi serius eadem ratione, qua factum est de divinitate Verbi seu Christi, in tuto seu in propatulo posuerunt divinitatem Spiritus Sancti, in quam universa semper credidit ecclesia, ut ex adductis documentis patet, et clarius adhuc ex dicendis manifestum fiet.

127. Ad 4. *Neg.* Immo nemo unus ex patribus unquam confudit Spiritus Sancti hypostasin cum hypostasi Filii. Non inprimis **Hermas**, qui in objecto loco non dicit Filium Dei secundum hypostasin esse Spiritum Sanctum, sed filium fundi, cujus explicatur similitudo, declarat esse Spiritum Sanctum; servum vero, seu Verbum servili forma indutum, esse Filium Dei.[54] Atque hoc ipso in loco Hermas distinguit tres personas, Patrem, possessorem et dominum fundi: Filium, cultorem fundi: et Spiritum Sanctum, filii familias personam sustinentem in fundo seu in ecclesia. Non **Justinus**, qui loc. cit. solum affirmat, Verbo Dei movente, sacros scriptores plura locutos fuisse, non ex persona sua, sed ex persona vel Patris, vel Christi, vel populorum etc. Passim vero Spiritum Sanctum a Verbo s. Justinus distinguit.[55] Non **Lactantius**; siquidem Lactantius in citatis capitibus nec verbum nec syllabam habet de Spiritu Sancto, de quo ibi non agit, sed solum de Filio Dei, quem spiritum vocat, quia Deus spiritus est, et Verbum seu sermo aut *λόγο* de Patre procedit,, ut ibi exponit idem

53) *Ad Autolycum,* lib. II. §. 15. scribens : *'ίϊ αὐτωί καί α! τρειί ἡμέραι των (ρωϋτήρων γεγονϋαι, τύηοι ιιϋίν τη τριάδο του* Sέo G, *καί τοϋ λόγου αὐτοϋ,* καi *τηί ffotoiaf αὐτοϋ.* Id est: *Similiter tres illi dies, qui aute luminare fuerunt, imago sunt Trinitatis, Dei, ejus Verbi, ejusque Sapientiae.* Et hic obiter notetur, quod infra uberius ostendemus, a veteribus Spiritum Sanctum vocatum interdum fuisse *Sapientiam. Trinitatis* vocem post Theophilum usurpatam videmus a Dionysio alex, apud Atbanasium, *De sent. Dionysii* tom. I. pag. 255, et apud Basilium *De Spiritu Sancto,* cap. 29. opp. tom. III. pag. 61, atque a Gregorio thaumat. eidem Dionysio coaevo in *Expositione fidei,* et ab Origene, qui utroque antiquior est, *Comment, in Matth.* tomo XV. n. 31. edit, maur. opp. vol. HI. pag. 698, et a Clemente alex., qui Origene vetustior est, *Stromatum.* lib. V. pag. 710. edit. Oxon. 1715.

54) Cf. Cotelerius *Scripta Patrum Apostolicorum,* tom. I. pag. 105. Sed de hoc argumento iterum sermo erit, cum agemus de persona Spiritus Sancti.

55) Attamen cf. *Apolog.* 1. n. 6 et iterum n. 13. ubi ait: *Υιόν αὐτοϋ τοϋ όντοί 3εοϋ μα3όντε{, καί ίν δεύτερα χώρα Ιχοντεί, τενεϋμά τε προφητικόν Ιν τρίτη τάίει.* Id est : *Ouem ipsius Dei Filium esse edocti secundo loco habemus, et tertio ordine Spiritum propheticum.* Iterum ibid, n. 61 et n. 65 et alibi. En rursum sinceram agendi rationem adversariorum !

Lactantius.[56] Multo minus s. **Hieronymus**, qui in *Epist.* 49. edit. maur. nihil aliud dicit, nisi Deum spiritum esse, et quod spiritus ubi vult spirat; in quo nihil est quod innuat confusionem Spiritus Sancti cum persona Filii; in alio autem loco nihil pariter ad rem, cum illa sit epistola s. Augustini ad Hieronymum de alio argumento.[57] Ex his omnibus palam fit, quam infideles sint rationalistae sub illo eruditionis velamine, et quam falsa affingant antiquis scriptoribus contra expressam illorum mentem.

128. Ad **Origenem** quod spectat, ipse posuit tres hypostases distinctas, non *dignitate,* ut vult Guerike, sed *ordine* sive *origine,* ut omnes catholici sentiunt: nec alio sensu potuit eas hypostases distinctas ponere, eo ipso quod ejusdem eas esse naturae et essentiae affirmet, ipso Guerike fatente; non enim adeo rudis Origenes erat ut vellet ejusdem esse naturae divinas hypostases, et tamen eas diversae dignitatis assereret eo sensu quo adversarii autumant. [58]

129. Ad id quod additur: Origenes naturae unitatem *innuit* tantum, *D.* Quia res ipsi erat adversus Noctum, confundentem tres hypostases unamque asserentem. *Tr.* quasi dubitaret, an una esset trium personarum natura, AT. Perpetuo insistebat Origenes in distinctione personarum ob haeresim tunc exortam, numquam tamen dubitavit, an una trium personarum natura esset; sic inter cetera scribit Patrem, Filium et Spiritum Sanctum unam esse nubem, quae justos obumbrat: *Quaenam,* inquit, *lucida ea nubes et justos obumbrans? ... .* An *paterna forte virtus est, a qua Patris vox exit? ... . Forsitan vero et Spiritus Sanctus nubes lucida est? .... Quin et audacter Salvatorem nostrum lucidam esse nubem pronunciabo .. . lucida quippe Patris ei Filii et Spiritus Sancti nubes veros Jesu discipulos obumbrat.* [59]

Deus, inquit, . . . *sanctum et incorruptibilem spiritum genuit, quem Filium nuncuparet,* initio cap. 4. Judicent vero lectores, num hoc sit confundere Filium cum Spiritu Sancto.

w) In edit. Vallarsii epist LXX. Tempus tereremus afferendo s. Hieronymi testimonia, quae ostendant agnitam a s. Doctore in Deo trium personarum distinctionem. Celebris est ipsius epistola ad Damasum, in qua petit, utrum unam an tres hypostases in Deo dicere deberet. Orta nempe Antiochiae contentio erat ex ambiguitate et vario sensu vocis υποστάσεων, ut suo loco dicemus. De hac controversia vid. Natalis Alexander, diss. XXXV. in saeculum IV.

48J Ad ostendendum Origenem aequalitatem divinarum personarum agnovisse, satis sit in medium adducere quae scribit *In Matth.* tom. XU. η. 20. pag. 539. de beneficio quod per Christum consequuntur qui baptizantur: *E-b όνομα* τοὔ πατρὸ», και *τοὔ υιόν,* καὶ τοὔ *άγιου χνιύαατοί.* απερ τρειν *ήμίραι tlaiv âua ίνιίτηκνϊαι αΐωνΐωί roif δι'* αὐταὶ *νίοΐ, τοὔ* φωτο;. Id est: *In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, qui quidem tres dies sunt, aeternum simul existentes his, qui per eas filii sunt lucis;* et tom. XV. n. 51. vocat *αρχικήν τρίαδα, imperatricem Trinitatem; adorandam Trinitatem,* tom. VI. *In Joann.* pag. 124. et alibi passim.

55) Tom. XII. *In Matth.* num. 42. p. 565. *φωτίινή γάρ πατρόϊ,* υ/οὔ, καὶ τοὔ *άγιου* πνεύματο *νινιλή LxiOKiâSti rouf γνηϋίουί Ιηβοὔ μχ&ητάϊ.* Cf. etiam tom. VL *In*

130. Similiter respondeo ad illud quod subjungitur: veram *precationem* Christo non deberi Origenes docet, *D.* Quatenus contendebat fideles debere in precibus suis conformari praxi ecclesiae, *C.* quatenus in Christo veram non agnoverit divinitatem, 2V. Ecclesia enim consuevit tum in publica liturgia tum in aliis publicis precibus orationem et sacrificium offerre Patri, ut fonti totius divinitatis, per Pontificem summum animarum nostrarum ac mediatorem Christum. Hoc ipsum contendit Origenes praestandum esse a fidelibus omnibus ad unam eandemque orandi rationem servandam. Ceterum cum ibidem doceat Origenes fieri Filio *obsecrationem, postulationes* et *gratia^ rum actiones,* quae profecto uni Deo debentur, patet quaenam fuerit ejus mens. 60

PROPOSITIO IV.

Mysterium sanctissimae Trinitatis rectae rationi adversari nullo modo ostendi potest.

131- Hanc propositionem adstruimus tum adversus incredulos tum adversus socinianos et rationalistas, qui cum illis causam communem faciunt, et eo nervos omnes intendunt, ut evincant Trinitatis dogma repugnantiam involvere, ideoque rectae rationi adversari. Ast perperam. Quod sic evincimus:

132. I. **Indirecte:** Ex dictis certum est dogma Trinitatis a Deo revelatum esse; ergo, concludimus, impossibile est, ut rectae rationi adversetur. Deus enim sibi adversari non potest, nec proinde tradere per revelationem contrarium ei, quod nos docet per rationem, cum utriusque auctor sit.

133. H. **Directe:** Nullam possunt adversarii evincere repugnantiam in dogmate Trinitatis, nisi ostendant unitati essentiae repugnare distinctos existendi modos, cujusmodi esse diximus divinas hypostases seu personas; sed hoc numquam ostendere poterunt: 1. quia repugnantia ostendi non potest nisi per comparationem duarum idearum, quae sese invicem excludant, e. gr. circuli ct quadrati; atqui ipsi adaequatam divinae essentiae ideam non habent, neque adaequatam ideam modorum seu personalitatum, quae afficiunt divinam essentiam; ergo ... 2. quia ipsi judicium ferre non possunt nisi de iis, quae subsunt naturali rationi; atqui dogma ss. Trinitatis est supra naturalem rationem; ergo impossibile unitariis est ostendere mysterium ss. Trinitatis rectae rationi aliquo modo adversari.

DIFFICULTATES.

134. Obj. 1. Dogmate Trinitatis ad sanae rationis principia revocato, neminem fugit primo omnem in Deo pluralitatem rationi aperte repugnare,

Joann, n.23. pag. 138, ct Hom. XVIII. *In Jerern.* n. 9. pag. 251. edit. Delarue.

i0) Cf. Maran, op. cit. lib. IV. cap. 16. n. 8. Verum dc hoc argumento iterum instiluelur sermo ex occasione canonis cujusdam africani, qui pariter objicitur.

2. deinde quamlibet Trinitatis explicationem philosophicam, 3. sive unum subjectum et triplicem ejus rationem aut operationem, sive tria subjecta intelligendi et volendi (cf. Matth. XXVI. 39.) facultate praedita defendat, 4. necessario abire vel in *sabellianismi (modalismi)* vel in *tritheismi* aut *arianwni* decreta, ab ecclesiis olim damnata. 5- Semina propterea varia hujus dogmatis, quae in libris sacris reperiuntur, explicari debent partim e philosophematibus quibusdam judaicis et platonicis, quae, quidem aevi incultioris indolem redolentia jam ante religionis christianae originem divulgata erant: 6. partim ex pio quodam in magistrum divinum reverentiae sensu, quo imbuti sacri scriptores Jesu ipsius de messiana sua dignitate sententias exornarunt et amplificarunt. 1 Ergo.

135- Ad 1. *D.* Neminem fugit omnem in Deo pluralitatem rationi aperte repugnare in divina natura vel essentia, *C.* in personis, *N.* Hoc postremum ostendere deberent adversarii, quod tamen non praestant, sed mera assertione contenti sunt. 2 Monotheismus, non obstante dogmate Trinitatis, semper fuit doctrinae christianae fundamentum.

136. Ad 2- *Neg.* suppositum, hic nempe inquirendam esse explicationem philosophicam, quae locum nullum habet in hoc dogmate, ubi non agitur nisi de sola fide, qua credere jubemur tres distingui personas subsistentes in eadem numerica essentia divina. Explicatio philosophica non adsciscitur nisi ad ostendendum in dogmate nullam inveniri repugnantiam. 3

137. Ad 3. Resp. Si pro subjecto habetur essentia divina, utique unum est, cujus una naturalis est operatio, voluntas etc. et triplex, seu potius trina ratio subsistendi; sin vero pro subjecto habeantur personae, tunc tria subjecta in Deo inesse dicimus, et in quolibet eorum propriam esse personalem intellectionem et volitionem, quae *notionales* etiam dicuntur. Locus autem citatus ex Matth. XXVI. 39. *Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste: verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu,* solum evincit duas esse in Christo voluntates, divinam et humanam, pro utraque ipsius natura.

138· Ad 4. *Neg.* Ecclesia enim catholica, quae semper professa est dogma Trinitatis, neque in *sabellianismi* aut *modalismi,* neque in *tritheismi* aut *arianismi* decreta abivit; sed et antiquitus et nunc etiam ejusmodi decreta damnavit ac damnat. Quin potius dogma catholicum de Trinitate est sola ratio, qua possimus illis scopulis non impingi. 4

') Wegsch. §. 92 ct 98.

') Sane adversarius, quem confutamus, ut evincat hanc inesse apertam repugnantiam eum sana ratione, remittit ad ea, quae scripsit §.59: at illic ne verbum quidem habet, quo ejusmodi repugnantia adstruatur. Hac ratione abutitur lectoris credulitate.

J) Recolantur superius dicta cap. 2.

Cons. Petav. *De Deo,* lib. II. capp. 3 et 4; in hoc posteriori capite §.8 et seqq. illustrat nonnullorum patrum doctrinam, qua ex distinctione divinarum personarum iidem ita deducunt summam Dei simplicitatem, ut Deus non esset summe simplex, nisi 1res rcaliter in eo distinguerentur personae.

139. Ad 5. Alq/. Sed ex doctrina ipsina Christi ejusque sensu tradi tlonali, qualis semper in ecclesia viguit, *semina* Illa explicari debent, si tamen semina et non potius expressae *et* apertae sententiae vocandae sunt. Neque patres neque ecclesia, multo minus scriptores sacri quidpiam e philosophema-tibus judaicis aut platonicis mutuati sunt. Non est satis haec affirmare, sed praeterea ostendere factum istud deberent rationalistae ad efficiendum quod intendunt, nec tamen probant. Contra vero haec tria explorata sunt: 1. non aliunde veteres haereses circa hoc mysterium ortas esse, quam ex eo quod voluerint earum auctores ad philosophorum placita revocare simplicitatem fidei '; 2. veteres patres, qui passim platonismi ab adversariis nostris accu-

s) Cf. Petav. *De Trin.* lib. L capp. 1, 2; ac rursum cap. 8. ubi fuse ostendit nihil plane habere commune Platonis doctrinam in illa fucata Trinitate, quam insinuat, cum dogmate christianae religionis, ac toto coelo differre; quinimmo merito adstruit omnes errores, qui circa dogma Trinitatis in ecclesia profluxerunt, ex Platonis et Aristotelis commentis profluxisse, quibus magis addicti erant illi haeretici quam doctrinae a Christo traditae. Id ipsum praestitit D. Prud. Maran, in *Praef.* editionis opp. s. Justini, part. I. cap. 1. ubi ostendit nec Platonem neque ejus discipulos quidpiam de Verbo, Dei Filio, suspicatos fuisse. Cf. etiam idem auctor in opere *De Divinitate Christi,* lib. IV. cap. 1. §.8. Frustra Cudworth, *System, intellect,* cap. 4. §. 36. nititur vindicare Platoni germanam de Trinitate sententiam. Quoniam vero incidimus in Trinitatem platonicam, juvat observare, adversarios nostros, qui neque in Scripturis neque in primaeva traditione inveniunt dogma de Trinitate, idem postea offendere fere apud omnes populos. Sane Ammon, *Biblioth. Theol.* tom. I. pag. 160. ejusdem semina antiquis populis haud ignota esse perhibet. Pfanner, *Syst. theol. gent.* cap. 3. fuse disserit dc Trinitate aegyptiorum, perinde ac Jablonsky in *Pantheo Aegypt.* Sic Vogel, *Leber die Religion der alien Aegypter* etc., seu *De religione veterum Aegyptiorum et Graecorum,* Norimb. 1793- De Trinitate indorum scripsit Anquelil du Perron, *Oupnekhat,* hoc est, *Decretum tegendum,* 2 vol. Argent. 1801. in 4. tom. I. pag. 8 et seqq. Sic pariter Schlegel, *Weisheit der Indier,* seu *Sapientia Indorum,* pag. 108; Mayer, *Brahma oder die Religion der Indier,* id est, *Brahma sen rcUgio Indorum,* quae est brahmaismus, Lipsiae 1818. pag. 37. De Trinitate platonica vidimus egisse Cudworth loc. cit. Scripserunt praeterea Tiedemann, *Geist der speculativen Philosophie,* seu *Spiritus speculativae philosophiae,* cap. 2. pag. 118 et seqq.; Tennemann, *De divina mente ex platonica philosophia;* in Paulus *Memorabit.* part. I; Wundemann, *Geschichte der christlichen Glaubenslehre,* id est, *Historia doctrinae christianae fidei* etc. tom. I. pag. 186 et seqq. De Trinitate cabalistarum plura habet Eichhorn, hoc titulo: *Secreta doctrina veterum Orientalium et Hebraeorum,* Lipsiae 1805. pag. 93 et seqq. el pag. 165 et seqq. *Biblioth. biblicae litterat.* HI. part. Π. (Hallenberg.) Wundemann vero lib. L pag. 194 et seqq., et Stahl apud Eichhorn, *Biblioth. bibl. Utt.* tom. IV. pag. 814 el seqq. scripserunt super originem, quam (juxta ipsos) Christianum de Trinitate dogma et Philonis de Beq» Aoyq» *καί πνεύματι* Sfiip, seu *De Deo Verbo et Spiritu divino* doctrina duxerit; apud Wegscheid. l. c. Plura alia de Trinitate, quam quidam visi sunt sibi deprehendere apud ethnicos, vide in Joann. Alberti Fabricii *Bibliographia antiquaria,* cap. 8. n. 10. pag.337. edit. 3. Hamburg. 1760.

Ceterum cl. Dr. Joann. A. Môhler, in opere quod inscribitur *Athanasius der Grosse* etc., seu *Athanasius Magnus et ecclesia sui temporis* etc. Moguntiue 1827. pag. 56 et seqq. praeclare observat: 1. distinguendam esse fidem ecclesiae circa Trinitatem ab explicationibus individuorum.

sanhir, summopere abhorruisse in rebus iidei ab illis placitis 6; 3. eos doctrinam de Trinitate constanter repetere ex traditione divina in sacris litteris fundata.7

140. Ad 6. *Neff.* Haec pariter gratuita assertio est, immo et blasphema atque injuriosa sacrorum scriptorum veracitati, quasi nempe ipsi voluerint omnes in gravissimum errorem et idololatriam inducere ob pium suum affectum erga Christi personam. Hoc tamen lucri habemus ex hac adversariorum confessione, doctrinam Trinitatis in Scripturis contineri: quibus tamen ipsi fidem adhibere detrectant, licet profiteantur se Scripturas assumere tamquam unicam fidei regulam, ut indulgeant privato suo sensui. Videant hinc protestantes, quo ducat ipsorum principium fundamentale.

141. I. **Inst.** 1. Axioma philosophicum est: *Quae sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se.* Huic vero principio directe opponitur mysterium Trinitatis; etenim Deus et persona realiter inter se minime distinguuntur; ergo si unaquaeque persona idem est cum natura divina, divinae personae eaedem erunt inter se. 2. Hinc sic licet argumentari ex illo axiomate: Pater est Deus,

Fides est a Scriptura et traditione, et in eam omnes unanimiter conveniunt. Quomodo vero fides componatur cum rationis ideis, id non spectat ad ecclesiae fidem. Discrepantia opinionum, immo et errores individuorum in hac concordia instituenda non officiunt fidei. Si apologetae Christianae religionis fidem in Trinitatem vel divinitatem Filii invexissent, ipsimet sibi créassent difficultatem adversus religionis fidem, quam defendendam susceperant. Nemo vero, qui alieni causae palrocinetur, eamdem sibi difficiliorem efficit. Si igitur luebantur divinitatem Christi, ideo tuebantur, quia hanc fidem invenerunt. 2. Observat distinguendam fidem Trinitatis ab animi notione seu mentis conceptu de eadem. Illa semper firma et inconcussa manet; at si obscurus sit mentis conceptus circa eamdem, oriuntur obscuritates in ejus expressione ac vacillatio. Hic conceptus evolvi adbuc debebat, et ad hoc opus erat contradictione haeretica, et sane ex haeretica contradictione ejusdem fidei notio seu conceptus evasit magis firmus et determinatus. 3. Ad has explanationes speculativas speciatim quod attinet, patres juxta ipsum interdum se duci passi sunt ideis platonicis. Sibi visi sunt aliquam mysterii Trinitatis explicationem deprehendisse in ideis platonicis, etsi obscuriora sunt, quae Plato de his protulit, ipso dogmate christiano, adeo ut dissenserint ipsi platonici in magistri mente exponenda (Petav. *De Trin.* lib. I. cap. 1.). Quod innocenter a patribus factum esse quisque fatebitur, qui recordetur, non ita pridem gravissimos theologos gavisos esse philosophia naturali ac gloriatos se in ejus nonnullis considerationibus invenisse argumenta evidentissima Trinitatis, Incarnationis etc. Male tamen quispiam contenderet universam ecclesiam catholicam fuisse philosophiae naturali innixam. Ejusmodi ideae in paucis inveniebantur, et ecclesia ipsis extranea omnino erat. Id ipsum dicatur de patrum aetate. Ecclesia profitebatur in simplicitate ac fide Redemptorem, ut Deum, ac beata erat in hac fide. Quod sane patet ex confessione martyrum. Hinc patrum sensus in hac parte erat individualis. Haec discussio pro catholico exhibet quidem valorem *historicum,* non autem *ecclesiasticum.* Eo magis quod ipsorum discrepantia in ejusmodi conceptu, Irenaeo teste, molestiam ipsa aetate sua ingesserit.

e) Cf. Baltus, *Défense des saints Pères accuses de Platonisme,* liv. II. chap. 3.

7) Vid. Petav. in *Praef.* ad libros *De Trinit.*

Filius est Deus; ergo Pater est Filius, et vicissim; et en nos in *sabellianismum* delapsos. 3- Quod si dicatur personas realiter distingui inter se, concludi pariter debet, jam realiter distingui divinam naturam, ut patet ex ipsa personae definitione tradita a Boetio et ab omnibus theologis admissa, quae est *rationalis naturae individua substantia.* 4. Itaque, qua ratione valet haec inductio: Pater est persona divina, Filius est persona divina, Spiritus Sanctus est persona divina, ergo tres sunt personae divinae; eadem ratione valet et ista: Pater est Deus, Filius est Deus, Spiritus Sanctus est Deus, ergo sunt tres dii; 5. immo et alia non minus absurda: Deus est trinus in persona; atqui quaelibet persona divina est Deus; ergo quaelibet persona divina trina est in personis. 6. Confirmatur ex eo, quod nomen personae in se substantiam includit, ergo, multiplicatis personis, multiplicatur divina substantia: et en nos in *tritheismum* delapsos. 7. Restat igitur ut unicam admittamus in Deo personam, prout unicam in ipso agnoscimus naturam. quod exprimit ipsa vox et notio Dei, quae indicat naturam subsistentem, ideoque personam unicam et singularem, 8. utpote infinitam et indivisibilem, 9- ac omnino simplicem, quae nec patitur compositionem, quae ex numero personarum exsurgit, 10. nec aggregationem ex pluribus entibus perfectis diversa existentia donatis, cujusmodi sunt personae; 11. et sic illud evitatur incommodum, quod una persona divina careat ea perfectione, qua ab altera distinguitur. Ita fere nugatur Crellius.

142. **Resp.** ad 1. *Dist. maj.* In quo sunt eadem, *C.* in quo non sunt eadem, A'. Hinc *neg. min.* Personae enim divinae idem sunt cum natura divina, et sub hoc respectu sunt pariter idem inter se, eadem siquidem in omnibus est divina natura; at idem non sunt in modo subsistendi, seu in personalitate, qua inter se relative distinguuntur. Nam paternitas non est filiatio; et idem dicatur de spiratione. Sic e. gr. longitudo idem est cum spatio quod afficit, altitudo pariter idem est cum spatio, id ipsum dic de magnitudine, quae ex utraque exsurgit; longitudo tamen non est latitudo, nec vicissim ; quod aeque valet in magnitudine, quae praecise neque altitudo est neque longitudo, sed ex utraque coalescit. Ac propterea negatur consequentia.[8]

143. Ad 2. *Neg.* Sed solum ex dictis inferri potest: ergo Pater et Filius sunt Deus; cum in natura tantum divina unum sint, non in modo subsistendi; et en quomodo evadamus sabellianismum.

144. Ad 3. *Neg.* Ad probat, autem *D.* Persona est rationalis naturae individua *substantia,* id est, *subsistentia, C.* substantia simpliciter, *N.* Nec alium sensum patitur boëtiana definitio, neque alio sensu admittitur a theologis.[9]

8) Cons. card. Albanis Cienfuegos S. J. *Aenigma theologicum,* 2 vol. in fol. Vien. 1717. cujus scopus est ostendere dogma Trinitatis nullatenus contradicere huic vulgato principio per se noto: *Quae sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se.*

9) Cf. Suarez, tom. II. *Metaph.* disp.

145. Ad 4. *Nep. et* nego paritatem illationis; in prima enim argumentatione vox *persona* denotat modum subsistendi, qui distinctus et proprius in unaquaque persona est. ac proinde multiplicatis personis multiplicatur et modus subsistendi proprius; at in altera argumentatione vox *Dei* denotat naturam. quae eadem in unaquaque persona est, ideoque multiplicatis personis seu modis subsistendi non multiplicatur natura, quae eadem semper est, licet diversis modis affecta.

146. Ad 5. *Nep.* Haec enim argumentatio non est nisi merus paralogismus: diverso enim sensu vox *Deus* sumitur in majori propositione ab eo, quo sumitur in minori; in majori enim usurpatur ad naturam significandam in concreto, prout in tribus personis subsistit; in minori autem, prout contracta ejusmodi vox est ad unam subsistentiam seu personam designandam.

147. Ad 6. *D.* Nomen *personae* substantiam includit indirecte, *C.* directe, K. Nam directe nonnisi subsistentiam significat illius ejusdemque naturae, quae in divinis a ceteris personis possidetur per propriam subsistentiam; ac proinde negatur consequentia. Et en rursum quam facile catholici se a labe tritheismi mundos servent.

148. Ad 7. *Nep.* Vox autem et notio *Dei* indicat naturam subsistentem, *D.* Una vel multiplici, id est, trina subsistentia, *C.* unica tantum ac singulari, *N.* Ex divina enim revelatione novimus naturam divinam trina subsistentia affici.

149. Ad 8. *D. Et* hoc ipso, quod infinita sit natura divina, plures admittit subsistentias, quarum capax non est natura finita. *C.* obstat personarum pluralitati, *N.* Hinc est quod in creatis pro multiplicitate personarum multiplicentur naturae et individua, non autem in Deo, qui utpote infinitus potest sub diverso respectu affici, et plures subsistendi modos admittere. Ex eo autem quod natura divina indivisibilis sit, sequitur tantum personas esse indivisas, non autem indistinctas.

150. Ad 9. *D.* Si numerus qui exsurgeret ex partibus divinae naturae, induceret compositionem, *C.* si ex diverso tantum modo subsistendi ejusdem naturae, iV. Eo magis quod modi isti non distinguantur inter se nisi relative, et identificentur cum ipsa natura divina.

151. Ad 10. *Nep.* juxta nuper dicta; divinae enim personae, non diversa, sed eadem existentia fruuntur, etsi modus existendi distinctus sit in qualibet persona10, ut saepe diximus, nec tres personae, proprie loquendo, sunt tria entia, sed idem ens divinum trina subsistentia donatum.

152. Ad 11. *Neg.* suppositum, tum quia adhuc quaestio est, num proprietas personalis possit dici perfectio; ad summum enim dici potest eam esse

XXXIV. n. 13, et in *Comment, in III. part, s. Thomae,* disp. XIII. sect. 2.

') Cf. Petav. *De Trin.* lib. IV. cap. 1. 5 et seqq.

pprfectionem relativam ac mixtam, eo eenau quo expositum est in tractatu de Deo11, tum quia ex identitate hujus proprietatis cum natura, quam unaquaeque persona totam possidet, mediate saltem perfectiones et proprietates aliarum personarum secum habet.

153. Π· **In st.** Quo prosperiore successu aetas recentior historiae, philosophiae et philologiae studiis operam dedit, eo difficilius sibi persuadere potuit de veritate dogmatis Trinitatis. Itaque factum est, ut et philosophi et ipsi theologi plus minusve ab eo deflecterent. Immo eorum, qui formulam publicani tueri volebant, haud pauci variis modis eam sic explicare studebant, ut natura et usus dogmatis intelligerentur. Demum alii doctrinam istam nec cum libris sacris, nec cum sana ratione conciliari posse libere professi sunt. Cum igitur omnino dogmatis de Trinitate historia doceat, quicumque fuerint subtilius illud explicandi conatus, his vel ad *arianismum* vel ad *tritheismum* vel ad *sabcllianismum* theologos abductos fuisse, praestat eo dimisso ad saniora nos convertere. 12

154. **Resp.** *Neg. cons.* Nam historia dogmatis de Trinitate, prout a rationalistis traditur, non evincit nisi 1. absolutam necessitatem subjiciendi rationem nostram in obsequium fidei; 2. protestantismum suo fundamentali

JMHOH U *lill»*

") Num. 187. hujus voluminis.

”) Wegsch. §. 91. Quid sentiant sansimoniani de Trinitate, expositum a nobis est in tractatu de Deo, quid vero sentiant ipsorum fratres nuperi templarii, placet hic exponere ex ipsorum codice, cui titulus *Leviticon, ou Exposé des principes fondamentaux de la doctrine des chrétiens catholiques primitifs,* Paris 1831, sic enim impii hi homines se vocant, non contenti profiteri cum sansimonianis panthcismum et autotheismum. Pag. 65. legitur: .«Dieu est composé de trois puissances, savoir: Perd, Fils et Esprit. Dieu Père est Tetre infini, composé de tout ce qui est. Dieu Fils est l'action, produit de la puissance éternelle du Père ou de tout ce qui est, produit infini, qui se manifeste sans cesse en tout, pour tout et par tout, et dans l’ensemble de tout ce qui est, et dans les modifications infinies et perpétuelles que subissent les parties de tout ce qui est. Dieu Esprit est T intelligence, produit de la puissance du Père et de la puissance du Fils, produit infini, qm' constitue T intelligence de l’ensemble ou réunion dé tout, et les modifications infinies d’intelligence de l’infinilé des parties dont se compose cet ensemble ou grand tout etc. Les trois puissances dont je viens de parler, ne pouvant pas exister l’une sans T autre, forment dans leur trinité une puissance infinie, une et indivisible, qui est la *puissance universelle* ou Dieu. Conséquence: chaque portion du grand tout, ou Dieu, devant nécessairement participer aux puissances de ce même grand tout, ou Dieu, chacune des portions infinies du grand tout doit nécessairement jouir d’une portion de son *existence,* de son *action* et de son *intelligence* infinie, quelles que soient d’ailleurs les modifications auxquelles peut être soumise à l’infini, chaque portion du tout, tant par rapport à sa manière (état ou puissance) d’être, que par rapport à son état ou sa puissance d’action ou d’intelligence. Je crois à la vérité de la religion catholique, qui nous a été transmise par Jésus etc." En novum philosophema, quod valde arridere debet nostris rationalistis, si quidem et templarii protestantur se credere in Deum et Jesum Christum, sed ad *saniora* se converterunt, nempe pantheismum, et in hoc agnoscunt Trinitatem. En quo deveniat humana ratio sibi relicta !

principio de omnimoda independentia rationis a legitima auctoritate divinitus constituta viam aperuisse omnibus recensitis aberrationibus; 3. theologos, quorum adversarius meminit, non esse nisi protestantes, qui hac in parte ipsorum *emendatorum sacrorum* vestigia secuti sunt, et facto ipso ostenderunt, unicam viam ad tuendam fidem esse ecclesiae auctoritatem: 4. omnes plus minus errasse, quo longius a tali auctoritate deflexerunt, ut spiritus privati commenta sectarentur; nec posse nisi per reditum ad eam ecclesiam, quam eorum majores reliquere, fidem, quam amiserunt, recuperare; 5. non studium historiae, philosophiae ac philologiae aetatem recentiorem (protestantismi) ad incredulitatem circa hoc mysterium aliaque Christianae religionis dogmata deduxisse, sed abusum ejusmodi studii, et malam fidem eorum, qui eam historiam consectati sunt, prout ostendimus.

CAPUT III.

DE VERBI SEU FILII DIVINITATE ET CUM PATRE CÜN-SUBSTANTLALITATE.

155. Etsi valde affines sint errores veterum arianorum et socinianorum, aliquod tamen inter eos discrimen est. Etenim veteres ariani directe impugnarunt divinitatem Verbi seu Filii, ejusque cum Patre consubstantialitatem, ideoque indirecte divinitatem Christi; recentiores autem sociniani directe impugnant divinitatem Christi, indirecte autem divinitatem Verbi.

156. Rursum ariani, prout omnibus haereticis contigit, numquam sibi constiterunt; ab initio enim Verbum creaturam dixerunt, et in tempore conditum; postea vero creaturam quidem, sed ab aeterno procreatum ex non extantibus autumarunt; magis deinde magisque a primaevo errore deflectentes, divinitatem etiam ei tribuerunt, sed inferioris dignitatis, et diversam ab ea, quam Pater habet; sed numquam adducti sunt, ut ipsum Patri consubstantiale profiterentur. 1

157. Semiariani juxta recentiores criticos veram fidem circa Filii divinitatem tenuerunt; sed in eo peccabant, quod abhorrerent a voce *ὁμοονσίον* seu *consubstantialis;* ceterum circa dogma recte sentiebant. Hinc est quod inter orthodoxos passim jam recenseantur 2, etsi a pervicacia excusari nequeant

') Cf. Petav. *De Trin.* lib. L cap. 7 et seqq. Vide etiam Cbr. Lupi *dissertationem prooemialem ad Syn. Nicaen.* tom. I. opp. cap. 12 et seqq.

-) Cf. Nat. Alex. diss. 14. in saec. IV. *De voce ὁμοιούβιον,* ubi exponit diversum sensum, quo vox ista accepta est; tum addit, per eam exprimi fidem nicaenam aeque ac voce *ὁμοούδιον* quosdam episcopos contendisse, ac semiarianos dictos hac de causa, quod vocem *ὁμοούσιον* respuerent Hos ait recte de fide sensisse, ac proinde catholicos fuisse. Cons, etiam Maran, op. cit. lib. IL cap. 6. num. 5; et lib. IV. cap. 32. ubi ostendit falso cognomine semiarianos dictos fuisse episcopos illos, qui vocem

in rejicienda lidei tessera, ab ecclesia consecrata ad secernendos catholicos ab haereticis. 3

158. Rationalistae et biblici neoterici omnem arianam impietatem et socinianismum non solum amplexati sunt, sed extenderunt, ita ut ariani et sociniani prae istis pii ac religiosi videri aliqua ratione possint. Nam non solum Christum ut purum hominem cum photinianis et samosatenis traducunt, sed eo progressi sunt, ut dicant, Verbum seu Dei Filium non aliud esse nisi quoddam Dei attributum, non autem personam subsistentem: Christum vero ut *theurgum* passim habent, qui se accommodavit praeconceptis populi sui ideis, nec valuit ab omnibus erroribus popularibus contribules suos abducere; aliaque his similia blasphemantes effutiunt.

159. Quae directe spectant ad Christum ejusque divinitatem reservantes ad tractatum de dominica Incarnatione, hic nos tuendam tantum suscipimus Verbi seu Filii divinitatem, ejusque cum Patre consubstantialitatem, etsi ob materiae necessitudinem nonnulla dicere cogamur, quae directe ad Christi divinitatem pertinent.

160. Ne vero propositiones absque necessitate multiplicemus in tuto posita veritate fundamentali divinitatis et consubstantialitatis Verbi seu Filii, sive ex Scriptura sive ex sensu traditional!, per modum corollariorum deducemus ipsius peculiarem subsistentiam, et veritatem ac rectitudinem nicaenae definitionis. Sit igitur

PROPOSITIO I.

Verbum est vere ac proprie Deus et Filius Dei ac Patri consubstantiale.

161. Haec propositio de fide est, ut patet ex symbolo nicaeno, quo jubemur credere *in Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia sae-*

ὁμοούδιον rejiciebant, quum in dogmate catholico adstruendo cum ceteris omnino convenirent. Hic ipse doctissimus auctor jam pridem, nempe anno 1722, dissertationem ediderat *Sur les semiariens,* in qua novam editionem operum s. Cyrilli hierosolymitani, a P. Toutté adornatam, defendit adversus censuram PP. Trevoltiensium, in iis quae ille scripserat in diss. HL praemissa operibus s. Cyrilli, praesertim cap. 3.

3) Res semper periculi plena est, velle a recepta et consecrata ab ecclesia loquendi formula recedere. Haec enim unica fuit ratio, quare in suspicionem arianae haereseos venerint apud non paucos patres episcopi illi, qui numquam vocem *homousion* adoptare voluerunt, etsi dogma per vocem illam expressum, ut dictum est, profiterentur. Quamquam enim verum sit, quod s. Hieronymus scribit in *Dialogo adversus Luciferianos,* num. 34. *Non erat curae episcopis de vocabulo, cum res esset in tuto,* quia ut optime animadvertit s. Gregorius naz. *Epist.* XXVI. non in verborum sono, sed in sententiis veritas est; attamen certum est, ecclesiam semper sollicitam fuisse in sartis teclisque custodiendis nonnullis formulis, juxta apostoli monitum, II. ad Tim. I. 13: *Formam habe sanorum verborum;* eo vel maxime, quod haeretici et novatores omnes sub ambiguitate quarumdam vocum, quae optimum sensum praeseferunt, soleant se tegere, et sic incautis venenum propinare.

cula, consubstantialem Patri. Sic vero ejus veritatem evincimus: I. Ex demonstratis, in praecedentibus propositionibus tres sunt in una eademque divina essentia personae distinctae, Pater, Filius et Spiritus Sanctus. Ergo, concludimus, Verbum est vere et proprie Deus et Filius Dei ac Patri consubstantiale. Hinc illa omnia, quae illic adduximus, tum ex Scriptura, tum ex Traditione ad demonstrandum dogma ss. Trinitatis, Verbi pariter seu Filii divinitatem, ejusque cum Patre consubstantialitatem pariter demonstrant.

162. II. Directe praeterea id evincimus ex iis, quae Filium peculiariter afficiunt, quibus jam allata majus robur accipiunt ac firmitatem. Ac primo quidem huc spectat initium Evangelii s. Joann. *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum; hoc erat in principio apud Deum; omnia per ipsum facta sunt.* Ex his habemus quatuor: Verbi aeternitatem, *erat* enim *in principio* seu ante omne tempus; habemus Verbum distinctum a Patre, siquidem *erat apud Deum;* habemus ejus divinitatem, nam *Deus erat Verbum;* habemus denique virtutem ejus creatricem, etenim *omnia per ipsum facta sunt.* ""

163. Huic evangelii initio congruunt omnia, quae in ipsius evangelii decursu de eodem Verbo carne facto dicuntur et ita connexa inter se sunt, ut illo posito in nativa sua significatione, omnibusque metaphoris remotis, omnia cohaereant, illo sublato, cetera inintelligibilia fiant; ut cum dicitur: Filius *unigenitus, qui est in sinu Patris* (ib. v. 18.), *unigenitus Filius Dei* (HI. 16.), *qui est in coelo,* dum loquitur in terra (ib. v. 13.), qui faciat quaecumque Pater suus facit (V. 19.), qui Patrem suum dicat Deum, *aequalem se faciens Deo* (ib. v. 18·), qui sibi tribuat potestatem homines ad vitam resuscitandi (VI. 40 et alibi passim), qui aperte profiteatur, se e coelo descendisse, (ib. v. 38.), exivisse a Deo (XIH. 3; XVI. 27.), exivisse a Patre (ib. v. 28.), unum esse cum Patre (X. 30.), se in Patre esse et Patrem in se (ib. v. 38.), se praeextitisse non solum Abrahamo (VHI. 58.), sed et mundi creationi (XVH. 5.), qui praedicet se esse viam, veritatem et vitam (XIV. 6.), qui fidem in se tamquam in Filium Dei exigat (IX. 35; XI. 26 et 27.), et adorationem admittat (ib. v. 32.); qui ut credatur Filius Dei, totum Evangelium scriptum est (XX. 31.)· Unde sic ratiocinamur: Ille vere et proprie Filius Dei est, ac Patri consubstantialis, qui Deus, Filius Dei, aequalis Deo dicitur, et creditur, et adoratur; qui eadem aeternitate et potestate praeditus perhibetur cum Patre suo; qui a Deo procedere aut exire dicitur, et ita tamen ut cum eo sit, unum sit, in eo sit etc.; atqui ex allatis tale est Verbum seu Filius; ergo.

164. His consonant quae idem apostolus et evangelistae atque scriptores reliqui sacri de eodem scribunt. Joannes quidem (I. Ep. I. 1 et seqq.) eum vocat *Verbum vitae et vitam manifestatam,* nempe in carne, vitam aeternam, quae erat apud Patrem et apparuit nobis, et cap. V. 20. rursum eum

vocat *verum Deum et vitam aeternam;* reliqui tres evangelistae referunt, eum fuisse morti adjudicatum, eo quod se dixerit *Filium Dei* (Matth. XXVI. 64; Marc. XIV. 62; Luc. XXII. 70.), et eo quidem sensu, nt blasphemiae reus fuerit habitus, et juxta legem mosaicam, prout earn pharisaei intelligebant, debuerit mori (Joann. XIX. 7.). Quare apostolus Paulus non solum eum vocat Filium Dei *proprium-* (Rom. VIII. 32.), *Filium suum,* nempe Dei (Gal. IV. 4.), *Deum* (Rom. IX. 5.), *Dominum gloriae* (I. Cor. Π. 8.), *magnum Deum* (Tit. 11. 13.), *Deum Salvatorem* (ib. III. 4 et alibi passim); sed praeterea (Hebr. I. 2 et seqq.) eum Filium dicit, *per quem* Deus *fecit et saecula; qui cum sit splendor gloriae, et figura substantiae ejus, portansque omnia verbo virtutis suae, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram majestatis in excelsis.* Quibus verbis tum aeternitatem ac omnipotentiam, seu omnimodam potestatem, tum divinam naturam hujus Filii Dei apertissime praedicat.

165. Quae quidem aliaque permulta, quae brevitatis gratia praetermitto, adeo perspicua sunt, ut rationalistae ipsi iniiciari non potuerint, tum Christum sibi, tum apostolos et evangelistas Christo denominationem Filii Dei una cum divinis attributis vindicasse. [1] Ex quibus rursum concludimus: vel Christus et scriptores sacri deceperunt nos, vel fatendum est Verbum seu Filium Dei vere et proprie Deum esse ac Patri consubstantialem. At primum dici nonnisi impie ac absurde potest; quia Deus ipse auctor esset deceptionis nostrae, et Christus spectari non posset ut veritatis magister et veritas ipsa et illuminator mundi, sed esset pessimus veterator, qui nos in turpem idololatriam conjecisset; cui, ut a pluribus observatum est, longe praeferendus esset Manumetes ipse, qui nonnisi Deum singularem aperte docuit, seque ejus prophetam. onmemquc prorsus idololatriam sustulit. Restat igitur, ut Verbum vere et proprie Dei Filium, Deum, Patrique consubstantiale profiteamur.

DIFFICULTATES.

166. I. Obj. *Λόγο* seu Verbum, de quo Joannes primus et solus locutus est, quasi carnem induisset, non est nisi philosophema, quo ipse usus est ad summe admirandi magistri virtutem, oculis hominum sublatam, sublimioribus phantasiae imaginibus exornandam. Hoc autem philosophemate indicat *λόγον,* hoc est, Dei vim spiritualem, scilicet rationalem, sapienter operantem, ante mundum conditum e Deo quasi progressam, et sub personae seu substantiae singularis specie saepissime cogitatam, quae *a Spiritu Dei,*

[1]) *Verum enim vero,* scribit Wegscheider §. 83, *quin attributa divinis simillima* (quare non *eadem?), cum denominatione ista Filii Dei conjuncta, et dignitatem divinae proximam* (dicere debuisset *eamdem) Christus et ipse sibi ut Dei filio, in dictis nonnullis ei attributis* (notetur istud *attributis* juxta perversam rationalislarum intelligenliam), *et apostoli Christo vindicaverint, dubitari nequit.* Pretiosa certo est ista confessio ex ore adeo impiorum hominum elicita.

scilicet *Sando* judaeorum palaestinensiuin (Joann. L 33.) priorumque evangelistarum (Matth. III. 16; Luc. I. 35 et alibi), et a *aotfict* seu sapientia in Proverbiis (I. 20 et seqq. VIII. 22.) et apocryphis (Sap. IN. 1 —4; XVIII. 14 —18., Siracidis seu Ecclesiastici I. 6— 9; XXIV. 4 et seqq.) commemorata, haud longe abest. immo interdum eadem videtur. Similem imaginandi normam secuti Paulus et auctor Epistolae ad Hebraeos haud obscure tradiderunt, Deum condidisse mundum per naturam Messiae sublimiorem (Coloss. I. 16: Hebr. I. 2 et seqq.), quae ipsa ante omnia creata sit (Coloss. I. 15, collât. 18; Prov. VIII. 22: Eccli. XXIV. 14.): et posteaquam tempore constituto ad conditionem Jesu servilem sese demisisset, peracta hominum expeditione (Hebr. I. 5), in coelum suscepta ac Patri quidem subjecta (I. Cor. III. 23: XI. 3; XV. 25 et seqq.; Ephes. L 22: Hebr. HI. 2.). sed summa prae omnibus spiritibus creatis dignitate a Patre sit exornata (Eph. I. 20—23; Philipp. II. 9; Coloss. I. 15 et seqq.; I. Tim. III. 16; Hebr. I. 2 et 4).2 Ergo.

167. Resp. I. Ergo scriptores sacri, ut indulgerent phantasiae et imaginationi, nos deceperunt; et universa ecclesia per XVIII. saecula in turpissimo errore versata est, donec orirentur Germaniae sidera Paulus, Siiskindius, Eichhorn, Semlerus, Bertholdus, Rosenmuller, Kuinoel, Wegscheider aliique, qui demum sensum nobis reserarent, quo Joannes, apostolus Paulus ceterique scriptores sacri eas voces usurparunt. Atqui tamen doctores isti mirifice etiam inter se dissentiunt, et ab aliis ejusdem scholae impugnantur. 3

2) Wegscheider §. 83.

3) Ut habeatur aliquod specimen summae discrepantiae, quae inter neotericos biblicos rationalislas viget circa interpretationem vocis λόγου, quae initio evangelii Joannis occurrit; placet nonnullas sententias promere ex Georgio Rosenmüller, tom. II. in cap. 1- *Joann.* Juxta Clericum aliosque cum ipso, Joannes voce *λόγο;* usus est, ut se opponeret iis, qui eo tempore voces nonnullas platonicas e Philonis sumptas commentariis, et nominatim *τόν λόγον* christianae ac judaicae religioni inferrent, et phrases a Philone usurpatas ad orthodoxum sensum revocarent. Quod vero attinet ad hujus nominis significationem, nonnulli putant top *λόγον* dici rationem eo modo, quo dicitur *lux} vita, veritas;* et laudant pro hac sententia Origcnem et Epiphanium. illum in *Comment, in Joann,* pag. 40 et 41, istum *Haer.* LXXIII. qui asserit Christum dici *τόν λόγον,* quod sit *Patris interpres.* Alii censent, Christum dictum esse *λόγον.* co quod sit auètor rationalium creaturarum, et quod hominibus decreta Patris revelaverit; vel etiam, quod sit auctor *doctrinae melioris, summus verae sapientiae auctor et doctor:* prout placet Doderlein, Storrio, Eckermanno. Id alii rejiciunt, eo quod nuspiam in tali sensu repcrialur. Alii contendunt, Joannem ex paraphrasibus cbaldaicis *λόγον* desumpsisse, ubi saepissime i> K'IO'E pro "VT! dicitur *Verbum Dotτ: t :*
mini. In hac voce, qua Chaldaeus utitur, praeter descriptionem et periphrasin *Dei summi* nihil inesse plcrisque videtur. Sed judaeos per suum N'IO"O significare vot: t : *luisse divinam quamdam ὑ.τόστασιρ quam a Deo genitam, eique proximam atque simillimam judicarunt, exV.T. chaldaicis paraphrasibus demonstravit Car. Aug. Theoph. Keil, *De doctoribus veteris ecclesiae culpa corruptae per platonicas sententias theologiae liberandis.* comment. IL in opus, quod inscribitur: *Acad.* tom. II. pag. 483 et

168. **Resp.** IL *Neg. antecedens, 1°.* quia ejusmodi excogitatio est valde injuriosa auctoribus sacris, ut patet; 2°. quia sero nimis inducta est, et toti antiquitati contraria, quae ejusmodi commenta ne somniavit quidem ; 3°. quia est violenta et contraria toti orationis seriei. Numquam enim potest dici de prosopopoeia vel symbolica notione, quod caro facta sit et habitaverit in nobis, ut de Verbo scribit Joannes v. 14; quod sit Filius Dei, Unigenitus Dei, aequalis Patri etc. Adde cetera omnia, quae in probationibus allata sunt, quaeque nusquam in sensu proprio, sed semper in sensu figurato accipienda essent. Hujus autem sensus perpetuo figurati non solum nullum apparet vestigium in citatis testimoniis, sed aperte excluditur, si in sensu obvio accipiantur. Itaque philosophema non est scriptorum sacrorum, sed rationalistarum, qui contra omnes sanae exegeseos canones illud per nefas invexerunt. Profecto ipsos puderet illo uti in cujuscumque profani scriptoris interpretatione. Cum vero cetera, quae ipsi persequuntur, huic falso fundamento superstructa sint, hoc sublato, sua mole ruunt. Hinc non est cur ea singillatim disjiciamus. Quis vero ferat a privatis hominibus libros, quos nos deutero-canonicos dicimus, *apocryphis* accenseri? Ast ipsi inter protestantes dictaturam sibi arrogant.

seqq. Sic etiam **Langius**, *Die Schriften Johannis,* id est, *Scripta Johannis,* tom. II. pag. 47. Scripsit etiam *De cabbalisticis judaeorum opinionibus ad Messiam spectantibus, quae ad Christianos transisse videntur,* Frid. Münter; *Bandbuch der alien christl.* etc. seu *Manuale antiquiorum christ, dogmatum historiae,* 1802, part. I. pag. 349 et seqq. Contra vero Titlmannus, Crameras et Ernestius in *Neue Theol. Bibi.* seu in *Nova theolog. bibi.* tom. ILL pag. 129 el seqq. ita explicant, ut *λόγο* hoc quidem loco (abstractum pro concreto) sil *promissio* el per melonymiam *promissus,* quo sensu apud Hebraeos et *λόγο* apud LXX haud raro occurrit. Inter recenliorcs plerique intellexerunt Sapientiam sive rationem Dei, eamque personificatam, ut Joann. Frid. Guill. Jerusalem, *Nachgelassene Schriften* etc. seu *Scripta posthuma,* part. I. app. ad 3. consid. pag. 618; Jos. Fr. Christ. Lôffler, *Ky'ze Darstellung* etc. seu *Brevis expositio modi, quo orta est doctrina de Trinitate* etc., aliique passim. Sic apprime inter se conveniunt sublimes isti doctores in re tanti momenti. Cf. etiam Kuinoel, *Comm, in libros N. T. historicos,* vol. III. ubi adhuc fusius et copiosius recensentur istorum doctorum placita, quae sese invicem destruunt, adeo ut nullibi consistere liceat; omnes tamen in eo unice conveniunt, ut veram ac proprie dictam divinitatem hujus Aoyou, ac proinde Christi, denegent. Sic enim fert progressus apud hos scriptores. Quod attinet ad antiquiores unitarios, non magis inter se uniformes sunt in expositione hujus initii evangelii s. Joannis. Interpretatio Socini absurdis figuris et asseverationibus luxuriat; interpretatio remonstrantium unionem moralem cum hypostatica, Deum Patrem cum Filio confundit: iisdem incommodis urgetur expositio Clerici. Cf. Maran, part. II. cap. 7 et 8. Crellius, qui sub Artcmonii nomine librum edidit, cui titulus: *Initium Evangelii Joannis ex antiquitate ecclesiastica restitutum,* eo usque progressus est, ut mutaverit verba Sîo î *ην ὁ λόγο* , seu *Deus erat Verbum,* in Beoû *ήν ὁ λόγο* , seu *Dei erat Verbum.* At vero omnes codices, versiones, patres graeci et latini constanter legunt Biὸi *Deus.* Vapulat proinde Crellius a Bengelio et Wetslenio aliisque criticis biblicis.

169. Π. Obj. Neque aliquid proliciunt theologi in vindicanda natura divina Verbo, seu Christo, ex nomine Dei aut Filii Dei, Unigeniti etc. 1. Notum est enim appellationi *Filii Dei* multiplicem notionem substratam esse. Tribuitur primo angelis, deinde israelitis (immo et filiae Dei counnomorantur), praesertim justis, tertio magistratibus et regibus quasi vicariis Jehovae. Sic Ps. D. 7, collât. Act. NUI. 33; Hebr. I. 5; II. Reg. VII. 14: Ps. LXXXVHI. 28, ubi Davides filius primogenitus, id est, unice dilectus appellatur: qui usus invaluit etiam apud 'reliquos antiquos populos. 4 2. In Novi autem Testamenti libris tribuitur hominibus piis. 3. Christo autem sensu ideali et metaphorico, ita ut hoc nomen non diserte ad naturam referendum sit, sed ad virtutem ejus eximiam, et Dei specialem amorem erga ipsum, et ad messianam dignitatem. 4. Neque aliud significant epitheta addita Filio Dei *unigeniti, dilecti, propriij 5- generationis* enim notio nonnisi ratione quadam symbolica et analogica in summum numen transferri potest. 5 Ergo.

170. Resp. *Neg. Antec.* Ad 1. *D.* Ad exclusionem notionis proprie dictae, *N.* secus, *Tr.* Nec enim contendunt catholici, semper propria significatione accipi in Scripturis denominationem *Filii Dei;* verum ex eo, quod interdum improprie accipiatur, inferri nequit, eam numquam proprie usurpari; alioquin idem inferre liceret de vocibus *agni, leonis* etc. quin et Dei ipsius. Id ipsum dicatur de voce *primogeniti* Davidi attributa, cujus sensus clare patet ex contextu, cum dicatur: *Primogenitum ponamfilium, excelsum prae regibus terrae.* Itaque relative sumitur ad ceteros reges; si tamen de David, et non potius de Christo, cujus figuram David gerebat, haec dicuntur.

171. Ad 2. *D.* Tribuitur etiam hominibus piis, sed diversa ratione ab ea, qua tribuitur Christo, *C.* eadem ratione, A’. Numquam enim de homi-

4) Et hic magno eruditionis apparatu id ostenditur de graecis apud Homerum, *Iliad.* lib. L 279 ; 1Π. 196 et seqq. *Odyss.* XI. 567, epitheta regum *διογινή , διοτριοή;. Αιό νîàf* seu *Dei genitus, Deo altus, Dei Filius;* de aegyptiis, apud quos reges deorum nomine ornati sunt, teste Diodoro siculo. lib. I. cap. 90; qui de aethiopibus lib. III. ibid. cap. 3, 5. similia refert. Do persis ostendit Brissonius, *De regio Persarum principatu.* Et ad hoc ostendendum certant inter se Gesenius, *Comment, fiber den Jesaia* etc. seu *Comm, super Isaiam,* Lips. 1821 : ct De Wette, *Comment, uber die Psalmen,* seu *Comment, in Psal.* Edit. 2. ad IV. 1. Sed frustra defatigantur in his congerendis, quum notissima haec sint, neque solum apud memoratas gentes in usu illud fuerit, verum etiam apud romanos; ita ut imperatores etiam post promulgatam religionem Christianam passim *dici* dicerentur. Sic apud judaeos magistratus el principes dii interdum vocati sint. At quid inde? Apud nonnullos populos reges ct principes vel assentatione vel analogia quadam ob auctoritatem, quam super ceteros obtinebant, aliave quacumque ratione dii vel filii Dei etc. vocali sint; ergo eodem sensu iisdemque rationibus Christus seu Verbum dicitur el *Filius Dei?* Quis ferat hanc argumentandi rationem? Jam vero talis csl, qua utuntur rationalistae sub magnifico eruditionis indigestae apparatu.

s) Wegsch. ibid. §. 82.

nibus piis praedicantur, quae praedicantur de Christo, ut ex probationibus constat.

172. Ad 3. *Neg*- Haec est enim gratuita rationalistarum assertio, quam ipsi a socinianis mutuati sunt, nec tamen solidius probant, et omnino violenta. Quaecumque enim fuerit Christi virtus aut munus, si natura Deus iion esset, neque Deus neque Filius Dei diceretur, neque divinae ipsi tribuerentur proprietates, quae uni Deo competunt. Adde, saepius in libris N. T. distingui appellationes Christi, et Filii Dei; ceteris omissis, Joannes XX. 31.) ait: *Haec scripta sunt, ut credatis, quia Jesus est Christus Filius Dei.* Deinde, si synonyma haec sunt, quare tamquam blasphemum Christum lapidare voluerunt judaei, eo quod se dixerit Filium Dei? et quare eum juxta legem morti addixerunt, eo quod Filium Dei se fecerit?6

173. Ad 4. *Neg.* ob eamdem causam. Responsio patet ex modo dictis.

174. Ad 5. *N.* vel *D.* Id est, quoad modum, *C.* quoad rem, seu originem viventis a vivente principio conjuncto in similitudinem naturae, *N.*

*) Hic duo notanda sunt: 1. Fere semper in N. T. distingui has vocesj *Christus* et *Filius Dei* (ut loc. cit. ex Joanne; Matth. XVL 16; XXVI. 63; Marc. L 1; XIV. 61; Joann. VI. 70; XL 27. Act. VIH. 37 etc.), ut pateat has voces minime esse synonymas; sed perhiberi Messiam ut verum Dei Filium. 2. Judaeos hodiernos hac de causa adhuc contendere blasphemum, et jure propterea morti addictum fuisse Christum Dominum a patribus suis. Ad cujus assertionis probationem satis sit, duos afferre testes, qui rejici ab adversariis non possunt. Prior est Orobius in *Amica collatione* cum Limborchio; in tertio enim scripto eum accusat, *quod Jesus affectaverit deitatem vel cum Deo aequalitatem. . . er, servo se fecerit Dominum, ex creatura creatorem, et verba sua praedicaverit. non a Deo jussa* (§. 8. pag. 109 et seqq. et pag. 291.). Hinc concludebat (ib. §. 3.): *Dato impossibili, quod Messius, quem expectamus, eam doctrinam Israelem doceret, jure foret ut pseudo propheta lapidandus.* Alter vero est,Salvador, qui in opere, quod inscripsit *Histoire des institutions de Moïse,* Paris 1828, torn. IL lib. IV. ch. 3. *Jugement et condamnation de Jésus,* pag. 82. haec scribit: . Jésus... parie de lui-même comme d'un Dieu; ses disciples le répètent, et la suite des événements prouve avec la dernière évidence qu'ils l'entendaient ainsi. C'était un horrible blasphème aux yeux des citoyens etc.“ Et ibid, in nota. nL'expression *Fils de Dieu* était d'un usage ordinaire chez les Hébreux pour marquer l'homme d'une haute sagesse, d'une haute piété. Ce n'est point dans ce sens que s en servait Jésus-Christ; elle n'aurait pas causé une si vive sensation.“ Et clarius adhuc pag. 87. ..Enfin le grand-pontife s'adresse à l'accusé et lui dit: Est-il vrai que tu sois Christ, que tu sois Fils de Dieu? Je le suis, répond Jésus.... A ces mots, Caïphe déchire ses vetemens en signe de désolation; vous l'avez entendu, on délibère. La question, déjà soulevée parmi le peuple, était celle-ci, Jésus s"est-il fait Dieu? or le sénat jugeant que Jésus, fils de Joseph, né à Bethléem, avait profané le nom de Dieu, en l'usurpant pour lui-même simple citoyen, lui fit l'application de la loi sur le blasphème, et de la loi ch. 13. du Deut. et art. 20. ch. 18.. .. la peine capitale prononcée.“ Hos quidem suo loco refellemus; sed interea ex his patet, quonam sensu judaei antiquiores et recentiores semper acceperint verba Christi, cum se dixit Filium Dei; et ex istorum agendi ratione invictum et ineluctabile exsurgit *adversus* impietatem, subtilitates, metaphoras, figuras etc. unitariorum et rationalistarum argumentum.

Ludunt propterea adversarii in ambiguo, dum asserunt nonnisi analogica ac symbolic# ratione enunciari posse generationem in divinis; et confundunt rei substantiam cum modo, quo generatio in creatis perficitur, qui certe in Deo seu in personis divinis non reperitur, nec reperiri potest.

175. I. **Inst.** 1. Dei nomen (Joann. I. 1.) non Jesu Christo, sed *λόγω* tribuitur. 2. Praeterea Dei nomen in N. T. extenditur etiam ad homines, reges ac potiori jure ad Regem Messiam, 3. Jesus nusquam ipse se Deum aut *λόγον* divinum nominavit. 4. Atque ipse filius diserte discernitur ab uno vero Deo (Joann. XVII. 3; cf. XI. 42; Matth. XIX. 16 et 17; Marc. X. 18; XII. 32, coll. 34; Luc. XVIII. 19; Matth. XX. 23). 5. Discernitur etiam a Patre (Joann. XIV. 28.), ab illo, qui dedit ei omnem claritatem (ibid. XVII. 22 et 24.), qui dedit ei habere vitam in seinetipso (ibid. V. 26.), 6. quem itidem suum ipsius et suorum Deum appellat (ibid. XX. 17; cf. I. Tim. II. 6; VI. 13—18.), 7. et nulla quidem duplicis cujusquam in Christo naturae meutione injecta. 8. Discipuli Jesum numquam Deum salutaverunt; effata vero, quae in subsidium dogmatis probandi afferuntur, vel dubiae sunt lectionis (Act. XX. 28; I. Tim. III. 16.). vel incertae saltem interpretationis (Luc. I. 16 et 17: Joann. XX. 28; I. Joann. V. 20; Rom. IX. 5; Philipp. IL 6; Tit. II. 13: II. Petr. I. 1 et 2.). Nihil igitur inde extundi potest.[7]

176. **Resp. Adi.** *D.* *Λόγοι* tribuitur ut personae subsistenti, quae carnem induit ex eodem Joann. I. 14, *C.* *λόγου* ut vi divinae, *N.* Recolantur superius dicta.[8]

177. Ad 2. *D.* Sed significatione ac ratione diversa ab ea, qua Verbo seu Christo tribuitur, *Tr.* eadem ratione, *N.* Hoc probare debuisset adversarius, ut aliquid concluderet; quod cum non praestet, nihil conficit.

178. Ad 3. D. Expresse, *Tr.* aequivalenter, *N.* Recolantur probationes.

179. Ad 4. *D.* Persona, *C.* natura, *N.* Jam occurrimus huic difficultati cap. praec. n. 58.

180. Ad 5. Idem responsum esto. Hoc ipso autem, quod eum Pater genuerit ex sua substantia, dedit ei omnem claritatem et vitam in semetipso.

') Wegsch. §. 85.

s) His addatur etiam confusio eorum neotericorum biblicorum, qui fatentur ex seriorum judaeorum sensu *λόγον* non solum vim, mentem et sapientiam, sed etiam naturam qnamdam aut subjectum quoddam esse, ut ex Philone ostendunt Keil in cit. *Comment,* pag. 89. tum pag. 77 et seq.; Kleukcr, *Veber die Natur* etc. seu *De natura et de origine doctrinae emanationis apud kabbalistas,* pag. 7 seqq.; Berthold, *De Christologia Judaeorum Jesu apostolorumque aetate,* Erlang. 1811, pag. 104 et seqq., nec non Langius, loc. cit. pag. 49 et seq.; Ziegler in *Gableri ephemeridibus,* tom. IX. pag. 15 et seqq.; Ammon progr. *De prologi Jominis euangelistae fontibus et sensu,* Goell- 1800. Cf. Rosenmuller, *Schol. in Joann,* tom. II. in cap. 1; Kuinoel, op. cit. proleg. pag. 96 et seqq., vol. ILL edit. 4. Lips. 1825-

flaec enim plano cohaerent cum doctrina catholica, juxta quam quidquid Filius habet, a Patro per generationem habet.

181. Ad 6. *D.* Sed diversa ratione, C. eadem, *N.* Neque enim dixit i Christus *Patrem nostrum* et Deum nostrum; sed *Ascendo ad Patrem meum d Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum.* Cetera loca, quae adducit adversarius, non sunt ad rem, ut ea percurrentibus patebit.

182. Ad 7. Vel *N.* vel *D.* Conceptis verbis, *C.* aequivalenter, *N.* Si enim Joannes vocat Verbum Deum, et de hoc ipso Verbo scribit, quod caro factum sit, luculenter duas naturas exprimit. Immo hic fuit verus scopus s. Joannis in conscribendo suo Evangelio, duplicem nempe asserere Christo naturam, ut veteres testantur (ac. suo loco ostendemus)[1] et apparet sive ex ipso Evangelio, sive ex I. Epistola ejusdem apostoli.

183. Ad 8. **Resp.** I. Quid si discipuli Jesum Deum salutassent, nonne rationalistae exploderent ejusmodi salutationem ut reliqua omnia, quae ipsis non arrident? Nonne vanis phantasiae et imaginationis commentis tribuerunt, quae de Christo scriptores sacri litteris consignarunt? Nonne eosdem traduxerunt ut imperitos ac deceptos philosophematibus judaeorum alexandrinorum ?

184. **Resp.** II. *Neg. assertum.* Nam 1°. salutavit expresse Deum s. Thomas apostolus (Joann. XX. 28.): *Dixit ei: Dominus meus et Deus meus.* Et en malam fidem nostri adversarii. 2°. Salutarunt ceteri in omnibus iis locis, quae adversarius gratis traducit velut dubiae lectionis et interpretationis, quia nempe perstringunt ipsius oculos.[9]

i ,185. II. In st. Neque demum rem conficiunt *perfectiones divinae,* quae, Christo adseribuntur, nec *opera divina* eidem attributa nec *honor divinus.* Non *perfectiones* illae scientiae e. gr. absolutae, omnipotentiae etc. Quia 1. partim a Patre illi communicatae dicuntur (Matth. .27; XXVIII. 18; Joann. HI. 35; V. 26; XVH. 2 et 7.); 2. partim divinae naturae consortium haud necessario probant. Etiamsi enim Filius Dei *primogenitus in multis fratribus* (Rom. VIII. 29.), *imago* et *forma Dei* appelletur (Philipp. П. 6.), Christiani tamen *conformes imaginis Filii sui* (Rom. VIII. 29.) dicuntur, et illa *plenitudo divinitatis* (Coloss. II. 9.) in «ipsos Christianos transire docetur: *Et estis in illo repleti* (ibid. v. 10·). 3. Non *opera divina,* cujusmodi sunt *creatio, conservatio* etc. quia ea Jesu Christo tamquam λὸ/ω vel Messiae,

9) Sic enim ad nauseam usque regerit §.85. "Ex hac tanta effatorum de Filio Dei diversitate et ambiguitate *luce clarius* patescit, scriptores sacros sancta quadam magistri reverentia commotos osse, ut ad summam ejus virtutem atque excellentiam describendam aequalibusque commendandam, ex judaeorum el alexandrinorum ct palaeslincnsium de virtutibus seu viribus quibusdam divinis, sub personarum specie cogitatis, deque λὸ/ω et sublimiori Messiae naturae opinionibus in Jesum transferrent.··

quasi summo Dei administro, non tamquam summo Deo assignata sunt (cf. Joann. XVII. 3 et 4.). 4. Non denique *honor divinus,* quo colendus Dei Filius praecipi videtur. Omnia enim ejusmodi dicta dubiae sunt interpretationis; neque Christus unquam adorationem divinam sibi poposcit, quippe qui Deo Patri eamdem ipse praestiterit (Mattii. XXVI. 39; Joann. XVII.), et discipulos ad Patrem tantum preces convertere jusserit (Matth. VI. 9.), neque ullius exstat apostoli exemplum, Jesum tamquam Deum vere adorantis; quae enim dicunt apostoli, gratiam Christianis et a Christo et a Patre apprecantes, nihil repugnant. Ergo.

186. **Resp.** *Neg.* .4. Ad 1. *D.* Tamquam Filio, quem genuit, ut supra dictum est, *C.* ut creaturae, A'. Hoc rationalistae non ostendunt; nam etiam catholici docent Verbo seu Filio omnia communicata esse, non exclusa ipsa substantia divina, quam Filius per generationem a Patre accepit, ideoque haec ne attingunt quidem catholicam doctrinam.

187. Ad 2. *Neg.* Neque obstat, quod participatae et communicatae perhibeantur ipsis creaturis; cum longe diversa ratione Filius dicatur imago et forma Dei, et ille, in quo plenitudo divinitatis inhabitat corporaliter, ab illa, qua Christiani dicuntur *conformas* imaginis Filii sui, aliaque ejusmodi. Filius enim ita dicitur imago, ut sit etiam splendor gloriae Dei, per quem Deus omnia creavit, qui portat omnia verbo virtutis suae, purgationem peccatorum faciens etc.; sic dicitur in forma Dei, ut non rapinam arbitratus sit esse se *aequalem* Deo, quae numquam de creaturis dicuntur; neque unquam Christiani dicuntur repleti divinitate, aut innuitur in ipsis *inhabitare divinitatem corporaliter,* ut de Christo dicitur, sed divitiis pleni spiritualibus et gratia per Christum.

188. Ad 3- *Neg.* Nam haec omnia Christo seu Verbo ut summo Deo ita tribuuntur, ut Deus expresse dicatur Joann. I. 1. Adde creationem et conservationem non posse simplici creaturae communicari, quae potentiam infinitam postulant. Ad textum cit. Joann. XVII. 3, qui ad rem non est, jam respondimus.

189. Ad 4. *Neg.* Certe omnia, quae adversariis non favent, semper sunt dubiae interpretationis, nec ullam hujus assertionis rationem afferunt; falsa vero, violenta et absurda, quae ipsi comminiscuntur, certa omnia et evidentia sunt. Falsum est Christum non sibi poposcisse divinos honores; ex formula baptismi contrarium constat, ut superius diximus; admisit adorationem caeci nati (Joann. IX. 38.) ac apostolorum omnium (Matth. XXVIII. 17 et alibi). Quod si ipse adorationem Patri praestitit, praestitit in forma servi seu in natura humana. Et en quomodo semper in doctrina catholica omnia apprime cohaereant, ac secum, quae videntur contrarie dicta de Christo, apte concilientur! Nulla vero ratione cohaerere possunt in systemate socinianorum et rationalistarum.

190. Sic discipulos suos docuit orare Patrem veluti fontem totius divinitatis, vel Deum, prout pater communis omnium hominum est, quo sensu preces ad tres personas simul diriguntur. Addatur Christum docuisse discipulos suos etiam seipsum orare (Joann. XIV. 14.). Ergo falsa est adversarii assertio, prout falsa ea est, qua affirmat, apostolos numquam Christum vere adorasse; nos contrarium evicimus in resp. ad 4. Apostolus praeterea (Rom. XIV. 11.) ex persona Christi dicit: *Mihi flectetur omne genu;* et (Philipp. II. 10.): *In nomine Jcsu omne genu flectatur coelestium, terrestrium et infernorum.* Quid haec sibi volunt nisi veram et propriam adorationem?

191. Non repugnat autem gratiam postulari a Christo sicut et a Patre, quia una est Patris et Filii divinitas, ideoque unus gratiarum fons; repugnaret autem, si Filius non esset nisi creatura, ut patet.

192. III. Obj. ex veteribus arianis. 1. Sapientia *creata* dicitur Prov. VIII. 22, et iterum Eccli. XXIV. 14; 2. Christum propterea vocat apostolus *primogenitum omnis creaturae* (Col. I. 15.). Qui 3. de se testatur (Joann. XIV. 28.): *Pater major me est.* *i.* Se negat bonum esse, bonitate nempe essentiali, quae uni competit Deo (Matth. XIX. 17.). 5. Ignorare se fatetur judicii diem (Mare. XIII. 32.). Et sane 6. Pater secundum substantiam *ingenitus* dicitur; ergo Filius, qui genitus est, diversae est substantiae a Patre. 7. Quod si dicatur Pater gignere Filium, gignit ne voluntate an necessitate? Si necessitate, valde, miser est; si voluntate, ergo potuit non gignere. 8. Adde, nec posse Filium dici aeternum, quia antequam nasceretur, non erat. Nativitas praeterea 9. denotat dependentiam, quae Deo non competit, 10. nec esset a se. Ergo.

193. Resp. Ad 1. *D.* Creatione improprie dicta seu generatione, proprie dicta, A'. *Fortes creantur fortibus et bonis,* inquiebat Horatius; et Virgilius, Aeneid. X. *Sylvicolae Fauno Driope quem nympha crearat;* in hebraica autem veritate in priori textu legitur *possedit.i0*

194. Ad 2. *D.* Causalitate et dignitate, vel in natura assumpta, *C.* ordine ad creaturas, A7.

,0) '^R legitur Gen. IV. 1. ΓΓiΓι^ΠΚ TO *Deus possedit me,* ut *possedi hominem per Deum.* Plures patres, legentes hoc loco *condidit* vel *creavit,* collegit in *vetere Itala* Sabatier, Ord. s. Ben. vol. II. Attamen Eusebius Caesariensis, vir non suspectus, lib. III. *De eccles. theol.* cap. 2. in quo fuse de toto illo capite disputat, admonet, neminem aliorum interpretum ftcritfe, hoc est, *condidit* aut *creavit* adhibuisse, sed omnes constanter *Iv.τήσατο, possedit. Multum autem interest,* inquit, *inter creare et possidere, quod creatio ex communiori notione transitum significet ab eo quod non est ad id quod est; possessio vero rei jam existentis proprietatem in eo, qui possidet. Πλέχτη ὐ' άν γενοιτο του ίκτισε, καί τού Ικτή&ατο διαφορά τ<5 την μΐρ κτίβιν κατά την ϗοινο τέραν διάνοιαν την* /κ του *μη* οντος *ει το είναι πάροδον Οημαίνειν· την δε κτί&ιν* τον προυπάρ-χοντοί /διά^ουσαν *οικειότητα προ* τον *κτώμενον.*

195. Ad 3. *D.* Ratione originis, ut exponunt patres granei, vel ratione humanae naturae, ut patres latini explicant, *C.* ratione divinae naturae, *N.*

196. Ad 4. *D.* Ad mentem juvenis, cui respondit, *C.* simpliciter, iV.

197. Ad 5. *D.* Ad manifestandum, *C.* absolute, Ar.

198. Ad 6. *Neg.* Patrem dici ingenitum secundum substantiam; sed ita vocatur per negationem originis ab alio, ut suo loco expositum est. 11

199. Ad 7. IHco Patrem gignere necessitate et voluntate; gignit enim necessitate naturae et voluntate consequente, ait passim dicitur, quae tota fertur in hanc generationem; sic nos voluntate et necessitate prosequimur felicitatem in genere, nec tamen hac de causa miseri sumus.

200. Ad 8- *Neg.* Quia natus est in aeternitate, in qua non est prius ac posterius nisi ratione et ordine.

201. Ad 9. *D.* In processione, *C.* in natura, iV.

202. Ad 10. *D.* Secundum personalitatem, *C.* secundum essentiam, *N.*

203. Uaec autem vix attigimus, utpote obsoleta et antiquata, ne nimii essemus. Ceterum qui ea evoluta videre cupit, adeat Petavium, Tournelium etc.12

PROPOSITIO II.

Verbum esse proprie Deum, Filium Dei et Patri consubstantiale ex traditione invictissime ostenditur.

204. Suppositis omnibus, quae ex traditione retulimus ad ostendendam perpetuam fidem de Trinitate, nunc ex iisdem fontibus haec speciatim adjicimus, quae directe divinitatem Verbi seu Filii afficiunt.

205- Ac I. quidem universalis ecclesiae fidei circa divinitatem Verbi seu Filii et quidem primis duobus saeculis, nempe usque ad Justinum martyrem, quem unitarii per summam impudentiam dicunt primum hoc dogma invexisse, testes sunt Irenaeus et Hegesippus, qui haereticos sui temporis, negantes Filii divinitatem, provocant ad contrarium ecclesiae consensum. **Irenaeus** enim *Contra haereses,* lib. I. cap. 10. *Ecclesia enim,* inquit, *per universum orbem usque ad fines terrae seminata, et ab apostolis et a discipulis eorum accepit eam fidem, quae est in Deum Patrem omnipotentem.....et*

n) Cap. I. num. 29. Pelavius, *De Trin.* lib. II. cap. 1. §· 10 et 11. Salomonem hoc loco sapientiam exhibere censet per prosopopoeiam poeticam virginis instar ac reginae, a Deo ante omnia genitae ac procreatae, et ea productione acquisitae ac possessae. Haec expositio etiam a Natali Alexandro in *Hiator, ecclesiast.* saec. IV. dissertat 42. admittitur; immo et a nonnullis veteribus patribus probatur. Attamen propter rationalistarum abusum non eam facile admitterem, eo vel magis, quod contraria expositio communis inter veteres patres sit,

”) Petav. *De Trin.* lib III. cap. 9 et seqq.; Tournely, *De Trin.* quaesi.IV. art.2. sect. 3.

in unum Jesum Christum, Filium Dei, incarnatum pro nostra salute. Hegesippus testatur, apud Eusebium, *se, cum Romam proficisceretur, plurimos episcopus adiisse, et ab omnibus unam eamdemque audivisse doctrinam. Jn singulis autem episcoporum successionibus et per singulas civitates eadem manent, quae per legem ac prophetas et a Domino ipso praedicata sunt.*2 Hegesippus autem loquitur de eadem tide, de qua Irenaeus; aequales enim erant.

206. II. Testes sunt **symbola** seu **fidei professiones.** Celebre est illud, quod exhibent *Constitutiones Apostolicae,* lib. VII. cap. IV. in quo sic fides in Christum exprimitur: *Et in unum Dominum J. C. unigenitum ejus Filium, qui ante saecula beneplacito Patris genitus est, non creatus; per quem omnia facta sunt in coelis et in terra, visibilia et invisibilia·.* 3 Symbolum s. Greg, thaumaturgi jam dedimus.

207. III. Testes sunt **martyres.** In actis s. **Ignatii,** cum interrogasset Trajanus: *Quis est Theophorus?* Ignatius respondit: *Qui Christum habet in pectore. . . . Unus est Deus .... atque unus est Christus Jesus, Filius Dei unigenitus.*^ In actis s. **Symphorosae,** respondet ipsa Hadriano: *Si pro nomine Christi Dei mei incensa fuero, illos daemones tuos magis exuro*5, et in actis ss. **Felicitatis et filiorum ejus,** Martialis inter eos natu minimus sic respondet Publio: *Omnes, qui non confitentur Christum verum Deum esse, in ignem aeternum mittentur.* 6 Nescio an hoc philosophema rationalistis placeat. In actis s. **Achatii,** haec notatu digna sunt ad confundendos unitarios. *Quod discere semper optabam,* inquit praeses, *confessus es, errorem vestrae persuasionis et legis. Habet ergo, ut dicis, Filium Deus? Respondit Achatius: Habet. Martianus ait: Quis est Filius Dei? Respondit Achatius: Verbum veritatis et gratiae. . . . Nomen explana. Respondit sanctus Achatius: Jesus Christus vocatur. Martianus ait: Ex qua, dic, uxore conceptus est? Respondit s. Achatius. . . Filius Dei Verbum veritatis ex Dei corde processit. Ideo scriptum est:* ***Eructavit cor meum verbum***

*) Cf. etiam lib. IIT. cap. 4. num. 2; et alibi saepe haereticos provocat s. martyr ad consensum ecclesiarum, ut lib. IV. cap. 33. num. 8; lib. V. cap. 20.

2) Lib. IV. cap. 22. *Έν Ικά7τ>) δε διαδοχή καί ίν Ικάθτ$ πόλει ούτω ΐχει, ώ ὸ νόμο κηρύττει καί οί -ρογήται καί 0* κύριοι.*

3) *Καί εί τον κύριον Ίησούν Χριστόν τον μονογενή αύτοϋ υιόν, τον πρωτότοκον πάβη κτίσεω , τον πρό αΙώνων ευδοκία πατρό γενη^έντα ,* οὐ *κτιΟ&έντα.* ὸι᾽ *ου τα πάντα ΙγΙνετο τά Ιν ούρανοί καί Ιπ! γη , ορατά τε καί αόρατα.* Notandum vero Cotelerium, levi nimis ratione ductum, existimasse adjectam fuisse vocem, οὐ *κτισ^έντα, non creatum,* eo quod ibid. cap.36. pag. 319, Sapientia a Deo condita dicatur; cum tamen certum sit, ab Athenagora, Origene aliisque Filium conceptis verbis increatum dici, dum alibi tradunt Sapientiam conditam juxta lectionem graecam Prov. VIII. Cf. Maran, tom. II. cap. 3. num. 2.

4) Apud Ruinart, *Aeta Martyrum sincera,* pag. 15. edit. Amstelod. 1713.

5) Ibid. pag. 24.

6) Ibid. pag. 27.

bonum.: Et ista sufficiant, in quibus profecto nullae metaphorae, nulla philosophemata inveniuntur, sed fides quam edocti ab ecclesia erant.

208. IV. Haeretici, judaei et pagani testes pariter sunt receptae fidei .'in universa ecclesia duobus prioribus saeculis circa Filii divinitatem. IIae- cum ipsis objiceretur publica apostolorum doctrina de Filio Dei carnem induto non negabant, sed, ut faciunt nostri rationalistae, se apostolis ipsis adaequabant, immo praeferebant, aut eos alia publico, alia ' secreto dicebant praedicasse ; publicam illam et communem traditionem ecclesiis relinquebant, arcanam sibi arrogabant. Sic testantur Irenaeus et Tertullianus: **Irenaeus** enim lib. HI. cap. II. inquit: *Cum autem ad eam iterum traditionem, quae est ab apostolis, quae per successionem presbyterorum in ecclesiis custoditur, provocamus eos, adversantur traditioni, dicentes se non solum presbyteris, sed etiam apostolis existentes sapientiores, sinceram invenisse fidem;* et **Tertullianus** *De praesc.* cap. XXII. *Solent dicere,* inquit, *non omnia apostolos scisse; eadem agitati dementia, qua rursus convertunt, omnia quidem apostolos scisse, sed non omnia omnibus tradidisse.* 8 Eadem semper impiorum et haereticorum agendi ratio. Huc etiam referri debent sectae omnes antiquissimae nazaraeorum, docetarum etc. quae omnes miro consensu K professae sunt Filii divinitatem, si obscuros excipias eosque paucos ebionitas, ' de quibus superius diximus.

209. Quod spectat ad **judaeos**, ut antiquiores praetermittamus, de quibus in propositione II. 9, recentiores etiam nobis suffragantur. Orobius

7) Ibid. pag. 154. Alia non pautfa exempla in actis martyrum occurrunt hujus fidei in divinitatem Christi; quae ibid, videri possunt, praesertim in actis martyrum scillitanorum ex MS. colberlino, pag. 88, ubi Donata hoc praeclarum dedit Christo testimonium: *Honorem caesuri reddimus; timorem autem aut cultum Christo Deo vero praestamus.* Haec autem aliaque similia ingenua testimonia ad figuras aut metaphoras detorqueri nullo modo possunt. Haec propterea responsa publica, data coram tyrannis, monumenta sunt ineluctabilia fidei ecclesiae circa praecipuum hunc articulum.

·) Legi meretur integrum caput 22. *Praescript.,* in quo eloquentissime Tertullianus haereticos illos confundit. Ex hac porro haereticorum responsione duo colliguntur maximi momenti: ac 1. quidem eamdem de Verbi divini incarnatione fidem in omnibus ecclesiis viguisse; 2. hanc fidem a Christo et apostolis traditam; cum enim aliter non possent se subducere a pondere hujus argumenti de universa ct constanti ac publica traditione atque universa et unanimi totius ecclesiae professione,, cogebantur recurrere ad aliam secretam traditionem, sibi solis cognitam. Nimirum nondum invenerant effugium figurae et metaphorae ceterasque subtili Lites nostrorum haereticorum seu incredulorum.

·) Superius eorum verba attulimus. Praestat nonnulla hic afferre ex iis, quae veteres judaei opponebant christianae doctrinae circa hunc articulum, quaeque habentur in duobus primis libris ab Origene scriptis contra Celsum, siquidem ibi judaeum loquenlem inducit, in cujus persona judacorum dicteria promit. Inter cetera hic personatus judaeus lib. I. num. 57. sic Christum compellat: *Si quisquis singulari Dei providentia genitus est. hunc Filium Dei esse dicis, qua in re praestas ceteris?* Num. 66. quaerit per jocum judaeus, cur Christus in Aegyptum fugerit, cum Deum mortem timere noh deceat, ait enim: *At*

enim et ex ipso novissimo Salvador tueri nituntur synagogam, quod Christum morti addixerit, quia ipso contra legem se naturalem Filium Dei praedicaverat, ut suo loco pariter ostendemus.

210. Idem dicatur de paganis; Celsus enim passim exagitat Christianos, quod dicere solerent, Deum humanae salutis causa in hunc mundum venisse10, quod Deum crucifixum et natum admitterent; contendit ex Christianorum doctrina de Incarnatione sequi Deum esse mutatum. Sic ceteri ethnici eadem absurda objiciunt apud Arnobium et apud Tertullianum. 11 Ex quibus patet agi de re exploratissima. Si his addantur acta Pilati, saltem ante Justinum et Tertullianum exarata (admissa ipsorum suppositione), quae Christum ut Deum exhibent12: epistola Plinii ad Trajanum testantes se deprehendisse, quod Christiani *soliti essent stato die Christo quasi Deo carmen dicere secum invicem13:* epistola Hadriani ad Severianum, exprobrantis alexandrinis, *ab aliis Serapidem, ab aliis adorari Christum1;** evidentiam historicam factum istud assequitur, quod numquam evertent rationalistae suis subtilitatibus.

t 211. VT. Nunc coronidis gratia subjicimus testes particulares ex duo-

metus mortis in Deum non cadit (Stôv γάρ οὐκ êtKÔf ijv περί Sqpqfou δεδιέναι). . . At non potuit magnus ille Deus, quijam duos propter te angelos miserat, te proprium Filium suum domi tutum praestare (φυλάβΰειν ο μέγα S-εοί τον ίδιον υιόν οὐκ Ιδύνατο)? Et num. 67: *Quamvis in templo te provocaverint judaei, ut manifesto aliquo signo te Dei Filium esse declarares* (ὁ του Sîoû παii), et ita passim. Num ad haec respondet Origenes, male a judaeo exponi doctrinam de divinitate Christi? Absit. Sed quo magis ille quaerebat impugnare hanc divinitatem proprie dictam, ipse magis confirmare satagebat, distinguens duas in Christo naturas, divinam et humanam. Limborchius non ita respondit Orobio, eo quod luerit socinianus. Et en novum argumentum antiquae ecclesiae fidei, et quam vulgata haec esset apud judaeos et ethnicos! His addantur, quae in actis leguntur martyrii s. Polycarpi: *Suggerentibus atque instantibus judaeis (και ταύτα είπον, ύποβαλλόντων και ΙνιΟχυόντων Ιουδαίων);* scilicet ut Dalces proconsulem adiret moneretque ne cadaver illius (Polycarpi) donaret, ne forte, ut ajebant, relicto Crucifixo, hunc deinceps christiani colere inciperent, *τούτον άρΕωνται σέβεσ$·αι* (apud Euseb. lib. IV. cap. 15.). Adeo notum erat judaeis, Christum ut Deum a Christianis adorari!

10) Cf. Origenes *Cont. Cels.* lib. IV. num. 7, 8, 10 et 14; item num. 5 et 7; nec non lib. VU. num. 13; lib. VUI. num. 41.

**) Terlull. *Adv. Jud.* cap. 7, 9 et 11. Arnob. *Disput. adv. gent.* lib. I. num. 23 et seqq. in *Bibliotheca Patrum,* edit. Vend. tom. IV.

,2) Apud Euseb. lib. Π. cap. 2; et apud Tertull. *Apol.* cap. 5; apud Just. *Apol.* I. num. 48.

u) Lib. I. ep. 97. Frustra auctor *Platonismi retecti,* part. II. cap. 1. nititur ostendere, illis verbis Christum ut Deum minime designari, qui natura Deus sit. Sic frustra Wegscheider §. 85. n. *b.* ex tripode pronunciat: >.Hoc testimonium Plinii per se nullius momenti est, neque cultum religiosum Christo ut summo Deo a Christianis exhibitum esse demonstrat.' Cum hoc testimonium mire torqueat unitarios, dicendum est potius illud maximi esse momenti, praesertim si cum ceteris documentis conferatur.

u) Cf. Lamprid. in *Vita Alexandri Severi.*

bus primis saeculis. sen alios addimus jam allatis proposit. II. cap. II. S. **Ignatius** in *epist. ad Ephes,* cap. 18. vocat Christum *Deum in utero gestatum*[15]* et *ad Magnes.* cap. 8. *Verbum aeternum a Patre prodiens.*[16] **Presbyter** ille apostolorum discipulus, apud **Irenaeum** lib. IV. cap. 27. de Christo ait: *Christus Filius Deiet Dominus Salomonis.* Et ex eodem inquit **Irenaeus** ibid. cap. IV. *Et bene qui dixit ipsum immensum Patrem in Filio mensuratum : mensura enim Patris Filius, qui et capit eum.* Auctor, qui XII patriarcharum testamenta supposuit, passim vocat Christum *Deum;* ut in Test. Simeonis, num. 8. *Deus, corpus assumens et comedens cum hominibus, salvabit* eo»17, et alibi. Auctor *librorum sibyll.* eadem tradit ex recepta ecclesiae doctrina: sic lib. VI. pag. 652. *O lignum beatum, in quo Deus extensus est!* Et lib. VII. pag. 659. *Ipse genitus magnus Deus.*'3 Et ista delibasse sufficiat ut jam concludamus: Factum, quod constat ex publica professione, ex confessionibus publicis coram persecutoribus pro tribunali interrogantibus, ex consensu sectarum omnium antiquissimarum (una dempta ab omnibus spreta vel impugnata), ex impugnatione et irrisione publica judaeorum et ethnicorum, ex testibus omnibus singularibus, qui ea aetate scripserunt, omnia veritatis immo evidentiae historicae praesefert argumenta, ut nonnisi a pvrrhonista in dubium revocari possit; atqui tale est factum fidei universalis quoad divinitatem Verbi, quae primis duobus ecclesiae saeculis obtinuit, ut ex allatis constat; ergo.

212. Ex his inferimus: 1°. Ergo nugae sunt argumenta quaecumque excogitarunt unitarii et rationalistae ad eludendas Scripturarum auctoritates, testantes veram divinitatem Verbi.

213. 2°. Ergo Verbum sive *λόγο* est persona divina subsistens, et non ratio, vis aut sapientia ipsius Dei, ut iidem autumant, sed verus Deus et Filius Dei, Patri consubstantialis.

214. 3°. Ergo cum in Deo dari non possit diversitas naturae, eo ipso quod Verbum sit Filius Dei et Patri consubstantialis, merito patres nicaeni ad tollenda omnia arianorum effugia, vocem *όμοούσιον* ut fidei tesseram consecrarunt, prout demonstrandum assumpsimus.

li) Θ Sto? *ήαών Ίησοό; ο Χριστοί* unum collegit. Quod attinet ad aetatem hujus scriptoris, communis sententia est a Dodwello, Woifio, Ruchato aliisque criticis admissa, saeculo L desinente eum floruisse. Cf. Gallandi, *Prolegom.* cap. 6. n. 2.

Ιγκυοφορή^η ὑπὸ Μαρία .

*6) "Ο ίστιν αι-τοϋ λόγο; *ἀίδιοί ούκ* από *σιγή προιλ^ών,* κ. Γ, λ.

17) Ό 3ιόι *σώμα* λαβών, και *συνίσ9·ιων αν&ρώποι ίσωσιν αυτού .*

9) Q Lvkav ώ μακαριστόν, Ιφ' ώ Stof Ιζ.ιτανϋσ3ΐ').

Αυτό; à γινη^ύί, ό μιγά 3ιόι.

Plura huic similia ibid, videri possunt in *Biblioth. Patrum,* edit. Venet. tom. I. Grabe in *annot.* ad Georg. Bulli *Defens. fidei nicaenae,* sect. II. pag. 64. potiora in

Alia plura refert Maran, lib. II. cap. 1. num. 5.

DIFFICULTATES.

215. I. Obj. Inconstantia in Filii Dei notione constituenda conspicua indo videtur repetenda, quod ab initio rei cbristianao pro Christianis habebantur quicumque Jesuin *Messiam* esse existimarent; nulla sive data sive postulata hujus nominis explicatione. Ita factum est, ut, quae apud judaeos obtinerent ideae populares, ad Christianos propagarentur, nec novarum opinionum fingendarum libertas tolleretur, modo natura Jesu humana Deoque summo subjecta (quod N. T. libri vetabant) in dubitationem non vocaretur. 19 Ergo.

216. **Resp.** *Neg. suppositum.* Omnia documenta historica contrarium evincunt, et gratuitam adversarii assertionem evertunt. Qui ad Christianam religionem ab initio accedebant, ex iis erant, quibus Jesus Christus crucifixus aut scandalum aut stultitia fuerat, ideoque, antequam admitterentur in ecclesiam per baptismum, diligenter instrui debebant, ut anticipata judicia deponerent, et firme, crederent in Trinitatem personarum divinarum atque in mysterium incarnationis et redemptionis. Quare symbolum edocebantur atque ipsis idem diligenter explanabatur. Recepta proinde erat apud Christianos illa docendi formula, quam nobis servavit Celsus, acerrimus Christianae religionis impugnator. Hic se profitebatur apprime instructum circa modum erudiendi catechumenos; ait enim: *Omnia novi;* deinde sic eorum magistros loquentes inducit: *Crede hunc, de quo te doceo, esse Filium Dei, quamvis inhonestissime vinctus et turpissime cruciatus fuerit, quamvis heri et nudius tertius in omnium oculis maxima ignominia jactatus et volutatus sit; tanto magis crede.*20 Hinc etiam ibidem commune illud effatum Christianis omnibus tribuit: *Crede, si vis salvus esse, aut abi.*21 In systemate rationalistarum nihil facilius fuisset, quam credere purum hominem crucifixum fuisse; ast longe difficilius est credere in Deum crucifixum. Insulsissimum autem est, quod subdit acutus criticus noster de popularibus ideis judaeorum propagatis inter Christianos ad invehendam fidem de Christi divinitate; cum judaei hac ipsa de causa Jesum saepius tamquam blasphemum lapidare voluerint, ac demum morti addixerint, eo quod se *aequalem Deo* ac *Filium Dei* fecerit, et *Patrem suum diceret Deum.*

217. Quod postremo loco addit, partim falsum est, partim ipsius hypothesin destruit. Falsum est sollicitos fidei praecones unice fuisse de adstruenda humana Christi natura; nam, ut ostendimus, Joannis in suo Evangelio conscribendo duplex scopus fuit, tum se opponendi haeresi ebionitarum, qui Christi divinitatem negabant, tum simonianorum ac docetarum, qui ejus-

i®) Wegsch. §. 83.
2®) Orig. *Cont. Celsum* lib. VI. num. 10.
ai) lb. num. 11.

dem impugnabant humanam naturam. Diximus praeterea destrui ipsius hypothesin in eo. quod dicit de studio adstruendi humanam Christi naturam, quia in hanc nefariam haeresin inciderant docetae, quod indignum ipsis videretur Deum iis subjici, quae humana sunt, praesertim voro pati et mori. Ex hoc patet quam altas radices egerit sub ipso rei Christianae initio dogma divinitatis Christi, quum potius negaretur ipsius humanitas quam divinitas. Quod confirmatur ex eo. quod ebionitae paucos et obscuros habuerint fautores, innumeros vero docetae. 22

218. I. **Inst.** 1. Nazaraei, ipso non excluso Ilegesippo, qui erat unus ex ipsis, Christi divinitatem inficiabantur, teste Epiphanio, *Haeres. XXIX.* cap. 2, et Theodoreto, *Haer. fabul.* lib. II. cap. 2; 2. immo ipso Origene, qui docet omnes judaico-Christianos ebionitas fuisse. 3. Cum praeterea Hegesippus apud Eusebium. lib. IV. cap. 22. inter haereticos minime recenseat cerinthianos et ebionitas, immo 4. ibid. cap. 21. testetur, se, cum Romam profectus esset, ubique eamdem fidem invenisse, patet Christi divinitatis dogma duobus primis saeculis minime obtinuisse, et contrariam potius ubique viguisse sententiam. 23 5. Quod vel ipse fatetur **Justinus**, dum in Dialogo cum Tryphone num. 48- ait: *Sunt quidam, amici, ex genere nostro, qui Christum (Messiam) esse confitentur, quamvis hominem ex hominibus genitum pronuntient, quibus ego non assentior, nec assentirer, etiamsi maxima pars, quae mecum consentit, idem diceret.*2* Ex quibus habemus 1°. satis esse, ad religionem Christianam profitendam, credere in Christum Messiam; 2°. eos, qui negabant Christi divinitatem, minime inter haereticos fuisse recensitos, sed ad ecclesiam pertinuisse; 3°. hanc non fuisse nisi sententiam privatam Justini aliorumque, qui cum eo idipsum sentiebant. Ergo falsum est antiquam traditionem huic dogmati suffragari; sed dicendum, illud a Justini platonica philosophia in ecclesiam sensim sine sensu disseminari coepisse.2'

219. **Resp.** Ad 1. *Neg.* **Justinus** et Hieronymus, qui nazaraeos bene noverant et cum illis conversati **sunt**, aperte eos distinguunt ab ebionitis, ex eo quod illi crederent in Filium Dei, seu Christi divinitatem, isti autem purum hominem dicerent Christum. Justinus enim cum tamquam dogma ad salutem necessarium adstruxisset Christi divinitatem, loquens de iis, qui religioni Christianae admiscebant legis mosaicae observantiam, nempe nazaraeos, putat eos salvari posse, dummodo ejusmodi observantiam ceteris

2·) Cf. Maran, lib. II. cap. 8.

") Ita auctor libri, cui titulus *Judicium Patrum,* apud Bullum *De primitiva et apost. trad.* cap. 3.

liai γάρ iloi τινκ, ὠ φίλοι, *ελεγον,* από τοὔ *ἡμετέρου γίνου* , ὁμολογουντκ *αυτόν* Χριστὸν είναι, ἀνθρωπον δε Ιέ ανθρώπων *γενόμενον αποφαινόμενοι, ois* οὐ συντίθεμαι, *ουδ'* αν πλείστοι *ταὔτά μοι δοΕάὔαντεί* είποιεν.

") Hoc argumentum urgent Steph. Curcellaeus in *Quaternione* diss. I. num. 66; et auctor *Platonismi retecti,* part. II. cap. 4.

ad salutem neceasariam esse non defenderent. Quod profecto de ebionitis, negantibus Christi divinitatem, non dixisset contra sua principia. S. Hieronymus autem saepissime id ipsum testatur; nobis satis erit recitare ipsius verba ex *Ep.* 80. *ad August. Quos vulgo nazaraeos nuncupant, qui credunt in Filium Dei, natum de Virgine Maria.*26 Hieronymo assentitur Augustinus, qui in libro *De haeres,* ait: *Nazaraei cum Filium Dei Christum fateantur . . . ebionaei Christum etiam tantummodo hominem dicunt.*

220. Quod si Epiphanius dubitat, an idem senserint nazaraei cum cerinthianis, et Theodoretus affirmat Christum ab eis ut hominem justum honorari, ratio est, quia agebatur de secta obscura ac parum cognita. 27

221. Ex his responsio patet ad id, quod subdunt per summam injuriam de Hegesippo, viro ob integritatem fidei ab omnibus antiquis commendato28, qui propterea, etsi de circumcisione fuerit, nuspiam inter nazaraeos recensetur.

222. Ad 2. *D.* Id est, quoad legis mosaicae observantiam, *Tr.* in neganda Christi divinitate, Ar. Hoc numquam dixit Origenes, et contrarium constat de judaeo-Christianis, tum ex auctoribus antiquissimis, Irenaeo, lib. IV. cap. II. num. 4, Tertulliano, *Cant. Marc.* lib. ΠI. cap. XΠ. et lib. *Adv. Jud.* cap. IX, tum ex ipsorum scriptis. Auctor enim Homiliarum et Recognitionum, quae vulgatae sunt sub nomine s. Clementis, qui citatur ab Origenc, tom. III. *in Genes. Philocaliae* cap. XXH, et in Mattb. XXλΠE. 6, et qui erat ex circumcisione, passim praedicat Filii divinitatem, aeternitatem, omnipotentiam etc.; quae profecto valde discrepant a sententia ebionitarum.29

223. Ad 3. *D.* Non recensuit ob ipsorum obscuritatem et paucitatem, *Tr.* eo quod haereticos eos non habuerit, *N.* Transmisimus autem primam partem, cum longe probabilius sit Hegesippum perinde ac Justinum eos comprehendisse, dum pseudo-christos, pseudo-prophetas, pseudo-apostolos commemorat. 30 Cum praeterea notum sit ejusmodi haeresin admodum obscuram et ad paucissimos redactam fuisse, mirum esse non debet, si de ea expressam mentionem non fecerit. Erant enim his saeculis de Christi carne longe acriores controversiae.

224. Ad 4. *D.* In adstruenda Christi divinitate, *C.* in ebionitarum testatur, eam *Christum Deum sub legis observatione credidisse.*

M) Cf. Le Quien, *Diss.* VII. *Damasc.*

27) Hoc adeo verum est, utMosheinius, prout superius vidimus, consuerit ad saec. IV. vel V. istorum ortum referendum esse.

Cf. Bullus ioc. cit.

Cf. Maran, lib. II. cap. 7. Sed nullum dubium relinquit Sulpicius Severus, qui, *Hist, sacrae* lib. II. cap. 45. scribens de primitiva ecclesia Hierosolymitana, quae nonnisi ex circumcisione habuit episcopos suos usque ad Hadriani tempora, diserte

30) Loquens Hegesippus apud Euseb. lib. IV. cap. 22. de haereticis simonianis, cleobianis aliisque pluribus, concludit: ..Ex iis orti sunt pseudo-chrisli, pseudo-prophetae, pseudo-apostoli, qui, adulterinam invehentes doctrinam adversus Deum et adversus Christum ejus, unitatem ecclesiae disciderunt, *απὸ τούτων ὑ>(υδοχριȝτοί, ψίνδοπροφήται, κ. τ. λ.*

dogmate, A' Opponit nempo Hegesippus ecclesiarum consensum haereticis marcionitis, valentinianis etc., negantibus mundum a Dei Filio creatum, eumque descendisse in Virginis uterum, veramque carnem assumpsisse; quae quidem aperta fronte pugnant cum ebionitarum commentis.31 En quam impudenter unitarii in re tam gravi mentiantur!

225. Ad 5. *y^g*. Totum enim hoc argumentum, in quo triumphum canunt unitarii, non est nisi mendaciorum contextus. Ac 1°. falsum est s. Justinum verbis illis: *ex genere nostro,* significasse sive Christianos sive judaeos. Etenim si textus graecus bene perpendatur, sic verti debet: *Sunt quidam, o amici, dicunt, ex genere nostro, confitentes ipsum Christum esse hominem, ex hominibus genitum pronuntiantes, quibus ego non assentior* etc.; exinde patet, verba *ex genere nostro* non referri nisi ad Christum, quem quidam dicebant ceterorum hominum more genitum esse, scilicet *hominem ex hominibus,* ut ipse Justinus subdit, adeoque tota evanescit difficultas. 2°. Falsum est s. Justinum per illam *maximam partem* denotasse catholicos, quos (num. 35 et 80.) omnes inter se consentire asseverat, sed *maximam partem* sectarum, quae (ex eodem Justino, num. 35.) conveniebant cum ecclesia catholica in confitendo Jesum et Christum et Dominum esse. Et sane nonnisi ebionitas, qui pauci et numerabiles erant, Christi divinitati per ea tempora detraxisse, historica monumenta testantur. 3°. Falsum proinde est Justinum inter haereticos minime eos recensuisse, qui in Christi divinitatem non crederent; cum hanc sententiam velut humanae doctrinae commentum, contrarium doctrinae praedicatae a prophetis et Christo ipso, rejiciat; subdit enim: *Seque enim humanis doctrinis jussi sumus ab ipso Christo credere, sed iis, quae et a beatis prophetis praedicata, et ab ipso tradita sunt.*32 4°. Demum falsum est, Justinum ut privatam suam aliorumque cum ipso sentientium dedisse sententiam de Christi divinitate; sed e contra adeo firmiter profitetur se adhaerere huic fidei, ut si non solum sectae, sed, facta impossibili hypothesi, vel ipsi catholici hoc dogma desererent, se tamen semper eidem adhaesurum protestetur, qua loquendi ratione etiam usus est Tertullianus disserens de Scripturis *(Contra Praxeam* cap. XVI.), quod certe de libera opinione minime dixisset s. Justinus.

226. Ex his proinde inferimus: 1°. traditionem de Christi divinitate adeo fuisse vulgatam, ut eam non solum catholici omnes, sed omnes sectae, ab ecclesia separatae, admitterent, si paucos excipias ebionitas; 2°. eos, qui contrariam doctrinam tenebant, adversatos esse prophetarum et Christi ipsius

n ' f fcl fl j

SI) Cf. Euseb. loc. Cit.

3") 'Επειδή ούκ αν^ρωπείομ διδάγμασι κεκελεύίμε^α ύπ' αύτοΰ τοΰ Χριστού πει- /ρητών κηρυχ3εΐ7ι. καί δί| αύτοΰ διδα-^- $εΐ<ϊι. *3·εθ3αι,* αλλο τοκ *διά των μακαρίων προ-*

l

doctrinae, eosque propterea, quod consequens est, extra ecclesiam ac salutis viam fuisse. 33

227. **II. Inst.** Si talis fides et constans traditio obtinuisset: 1. tanta non reperiretur in patribus antenicaenis circa hoc dogma discrepantia, ipso fatente Petavio, lib. I. *De Trin.* capp. III, IV et V. Hinc patres antenicaenos antiquissimos jam fidem nicaenam strenue professos esse, frustra probare conatus est Georg. Bullus in sua *Defensione fidei nicaenae.* 2. Sententiam contrariam prae ceteris bene defendit Dan. Whitby in opere, quod inscribitur *Disquisitiones modestae in Bulli defens. fidei nic.* edit. 2. Lond. 1720. Ergo.

228. **Resp.** ad 1. *D.* Non reperiretur discrepantia circa dogma, *C.* circa modum seu loquendi formulas in dogmate ipso vel ejus consectariis exponendis, *N.* In dogmate enim divinitatis Filii patres antenicaeni concordes et unanimes sunt, neque unus ex ipsis afferri potest, qui contrarium aperte doceat, neque hucusque ab unitariis prolatus est. Ast nondum certa loquendi forma, seu, ut cum recentioribus loquar, *terminologia* universim constituta, minus interdum accurate aliqui ex ipsis juxta Petavium locuti sunt. Non aliud porro voluisse Petavium, patet luculentissime ex iis, quae ipse scripsit in erudita praefatione, quam adtexuit libris de Trinitate, in qua ostendere aggressus est, *primum,* ut ipse loquitur, *universe et infinite traditionem in ecclesia versatam esse de Trinitatis vera et catholica fide; tum singillatim ex trium saeculorum scriptoribus.* Sane Bullus ceterique omnes Petavii insectatores illis ipsis usi sunt patrum textibus ad vindicandos patres antenicaenos, quos in eadem praefatione delegit ac illustravit vir summus, et quo nemo melius adversus Crellium aliosque unitarios dimicavit, quique eos plane contrivit. 34

33) Cf. Maran, lib. IV. cap. 5. Et hic notetur, quomodo mentita sit iniquitas sibi; juxta unitarios Justinus omnium primus induxit in ecclesiam suum plalonismum, et proinde doctrinam de divinitate Christi, ac ita profecit, ut in universam ecclesiam irruperit; attamen juxta eosdem auctores, teste Hcgesippo, qui annis quadraginta post Justinum scripsit, nempe sub Eleutherio, universa ecclesia profitebatur doctrinam ebionitarum contra divinitatem Christi. Quam bene!

34) Mirum est quot latratus in se excitaverit Petavius tribus recensitis capitibus; ut enim omittam Clericum, Jurieu, Faydit, qui summum virum ac acerrimum socinianorum impugnalorcm socinianis accensent, Bullus in *Praef. ad defensionem fidei nicaenae* eum acriter insectatur, et omnigena haeretico homine digna somnia sibi fingit. Attamen summum virum Franc. Oudinus, Petrus Lazzeri, Bossuetus in *Admonitione ad protestantes prima* num. 28, Maran in opere saepe a nobis citato, *De dioinit. D. N. J. C.,* P. Raymundus Adami in *Fiorentino doctorum hominum diario ,* tom. V. part. ILI. ari. 7. pag. 112 et seqq., aliique non pauci ab omni suspicionis labe vindicarunt. Sed ante hos omnes apologiarn suam Petavius ipse contexuit in eruditissima praefatione, in qua totius antiquitatis patres illustravit, ostenditque unam semper viguisse catholicam apud patres antenicaenos sententiam; et ex ea, qui post eum scripserunt, Bullo ipso non excepto Petavii insectatore, potiora documenta sua desum-

229. Ad 2. Δ<<7. Nequo enim Whithby vel quilibet alius id unquam efficiet; agitur enim de documentis, quae omnium manibus teruntur, quae, nisi in alienum sensum detorqueantur vel mutilentur, non possunt unitariis favere. Omissis patribus apostolicis (quorum luculenta testimonia dedimns in probationibus), qui dimicarunt adversus ebionitas, pbotinianos, samosatenos, aliasque ejus generis pestes, quique feliciter adeo rem confecerunt, ut arianam haeresim ante ipsius ortum penitus contriverint, nobis satis sit in medium adducere verba, quibus Irenaeus ebionitas refellit, lib. III. cap. 19, ubi inter cetera haec habet; *Ingrati existentes Verbo Dei, qui incarnatus est propter ipsos. Propter hoc enim Verbum Dei homo, et qui Filius Dei est, filius hominis factus est commixtus Verbo Dei.* 35

230. Hinc patres nicaeni ad arguendos arianos impietatis eos provocant ad perpetuam et constantem ecclesiae patrum traditionem. Sed de Whitby, patrum contemptore et irrisore, consolatur Feller *Dictionarium historicum.*

)/ 231. **m. Inst** Atqui non in sola loquendi ratione, sed in ratione praeterea sentiendi patres antenicaeni discrepabant ab hoc dogmate: 1. enim alii docueruni, Dei Filium seu Verbum non ab aeterno, sed ante res ceteras fuisse prolatum vel genitum, ut Deus eo tamquam administro ad res condendas uteretur; ut Tertullianus, lib. *Contra Praxeam,* Teophilus antiochenus, lib. Π. n. 19, Tatianus in *Orat, contra Graecos* n. 5, Athenagoras in *Apolog.* n. 10, Hippolytus, lib. *De antichristo* n. 30. Alii 2. docuerunt Filium etiam quoad naturam divinam esse Patri inferiorem; ita diserte Hippolytus, qui ibid. n. 15. tradit Verbum non fuisse perfecte Filium nisi post incarnationem, et Tertull. libro citato, cap. IX. Filium modulum dicit divinae substantiae, cujus plenitudo in solo Patre est, et Filium proprie factum esse docet, nec Deum semper fuisse Patrem, tum cap. XH. tum in lib. *Contra Hermogenem.* quibus in hac sententia praeiverant Ignatius, Justinus, Irenaeus. 3. Alii solum Filium a prophetis visum docent, eo quod nec invisibilis ut Pater, nec immensus sit; ita rursum Justinus, Theophilus, Tertullianus. Quae quidem

pserunt. Sed digna est quae legatur petavianae doctrinae apologia, quam doctissimus P. Zaccaria praemisit Dbris de Trinitate, in editione veneta, nolis ab ipso illustrata ann. 1757. Certe b. card. Thomasius ita suspiciebat aurea scripta Petavii, ut profiteretur se unica eorum pagella magis eruditi, quam si spissa multorum volumina diurna ac etiam nocturna manu versaret, ut refert cl. P. Vezzosius, clericus regul., in *nolis ad primum vol. operum card. Thomasii,* pag. 155. Me dies deficeret, si omnia vellem eruditorum ac doctorum hominum testimonia adferre, certatim extollentium Petavii nomen, non solum ex catholicis, sed el ex ipsis protestantibus, qui unanimiter eum vocant virum incomparabilem ac de theologia patrum optime meritum. Horum specimen videsis in edit. cit. Zaccariae vol. L part. XXI.

ω) liai άχαριστονντα r<Ô υπέρ *αντών βαρκω^ίντι τον* Sroû· *fit τούτο γάρ* ὁ Λογοf *άνθρωπος; . . . ira* ο ανΒρωποί *τον* λὸγον *χωρήσα* . Sed praestat integrum caput legere.

omnia aliaque his affinia eatis ostendunt patres antenicaenos longissime abfuisse a novitate inducta per concilii nicaeni patres, quae vel ex eo deprehenditur, quod 4. nonnisi post altercationes plurimas ipsi, ut refert Eusebius, *De vita Constantini,* lib. ULI. cap. 13. in eamdem demum sententiam convenerint. Ergo 5. merito concludit Jurieu, Arii doctrinam *omnium theologiam, nemine excepto, ante nicaenam synodum fuisse.*

232. **Resp.** *Neg. aritec.* Ad 1. *D.* Et haec dixerunt de sola generatione, seu verius de sola Verbi manifestatione *ad extra, C.* de generatione *ad intra* et proprie dicta, A'. Ut vero distinctio intelligatur, haec prae oculis principia ex veterum theologia habenda sunt: 1°. Existentia Verbi coaeterna Patri; 2°. Verbi ipsius manifestatio in rorum creatione, quae Verbo tribuitur36; 3°. Verbi ipsius manifestatio in carne, cum scilicet homo factum est et habitavit in nobis. Primam aliquando supponunt, cum de alterutra vel de utraque posteriori manifestatione loquuntur, tametsi utramque comparare videntur, quasi ad hanc tantum contrahant ipsam Verbi existentiam. Atque hinc etiam est quod, in alterutra ex hisce manifestationibus haerentes, Verbum interdum exhibere videntur quasi ita inexistens, ut neque a Patre distinguatur.

233. Talem esse mentem Tertulliani patet ex iis, quae scribit *Contra Praxeam;* ait enim cap. VIII. *Sermo* seu Verbum *et in Patre semper, sicut dicit: Ego in Patre, et apud Deum semper, sicut scriptum est: Et Sermo erat ap ud Deum: et numquam separatus a Patre, aut alius a Patre, quia Ego et Pater unum sumus.* Quid ergo sibi voluit, dum cap. VEI. dixit tunc genitum *perfecte* Filiurn, cum dixit Deus: *Fiat lux,* nisi tunc externe manifestatum? Athenagorae praeterea, Tatiani, Theophili et Hippolyti hanc fuisse mentem, explicat ipse Hippolytus, *Contra haeres. Foeti,* cap. 10. dicens, quod ante mundi constitutionem *nihil erat praeter ipsum* Deum, *ipse solus multus erat, nec erat sine ratione (τω λόχω), sine sapientia, sine potentia, sine consilio; omnia erant ineo, ipse erat omnia. Quando voluit* et. *quomodo voluit, ostendit Verbum suum temporibus apud eum definitis, per quod omnia fecit .... quod Verbum cum in se haberet, essetque mundo creato inadspectabile, fecit adspectabilc, emittens priorem vocem, et lumen ex lumine generans.* 37 Adnotat porro Georg. Bullus, sect. VI. cap. 9. hanc secundani nativitatem *melaphori-*
cam> per operationem scilicet *ad extra,* praedicatam etiam ab Athanasio aliis-

36) Rationalistae rernm creationem, prout in Scripturis traditur, mythum esse autumant.

37) *Ούδεν πλην αυτό ήν· αυτό δε μόνο ων. πόλυ ήν· ούτε γάρ άλογο , ούτε άσοφο . ούτε αδύνατο . ούτε άβούλευτο ρν· πάντα δε ην Iν αύτ$, αυτό δε ψν τό παν ότε $Μλι?σεν,* xaScôç *η^ελρσεν. ϊδειZε τον λόγον αυτόν καιροϊ ώρισμενοι παρ'* αυτι·», *δι ού τά πάντα ίποίησεν.....τόν λόγον εχων Iν /αυηρ, αόρατόν τε ίντα* *to κτιZομεν(^* κόσμο), *ορατον ποιεί, προτίραν φωνήν φ&εγγομενο , καί φώ εκ φωτό γεννών. Bihl. Ραϊΐΐπη* Gallandi» tom. Π. pay. 460. edit. Vend.

que patribus fuisse, qui tamen aeternam naturalemque Verbi nativitatem propugnabant. 38

234. Ad. 2. *D.* Ratione originis, *C.* ratione naturae, *N.* Hoc sensu Hippolytus *alium* docet esse Filium a Patro, non *aliud;* statim enim subdit: *Cum alium diro, non duos deos dico, sed tamquam lumen ex lumine, aut aquam* er *fonte, aut radium a sole.* 39 Eodem sensu Tertullianus, *Contra Praxeam,* cap. IX. *totam substantiam* Patri tribuit, Filium autem *portionem Patris* nominat; *portionis* enim nomen pro derivatione vel emanatione, quant nos *processionem* dicimus, usurpat, quae derivatio totius sit substantiae in Filio. Nec enim ignorare poterat vir doctissimus, quod et rudes sciunt, divinam substantiam simplicissimam esse et indivisibilem, ex qua *portio* nulla rescindi possit, sed quae aut tota communicetur aut nullo modo. 40

235. Eodem sensu intelligendi sunt Ignatius, Irenaeus, Justinus aliique, dum Filium vocant *Patris administrum, Patris subditum* dicunt, ejusque *voluntati servientem, consilio ac voluntate Patris genitum;* quia nempe Pater per ipsum omnia condidit, et quia non invite etsi *necessario,* summa tamen voluptate ipsum genuit, dum e contra creaturae sola ipsius voluntate ex nihilo prodierunt. Sic Justinus alibi Filium secundam post Patrem *potestatem* appellat, id est, personam ; aliquando Patrem *causam* Filii dicit, id est principium. Ceterum et ipsi s. Athanasius *Orat. III. contra Arianos,* Hieronymus *Apolog. I. cont. Ruffinum,* Augustinus *Adversus Maximinum,* et Cyrillus alex. *Dial. HI. de Trin.* iisdem vocibus saepe usi sunt; quia scilicet totum quod habet Filius, accipit a Patre, et quia Patris ratio excellentiam quamdam exprimit, qua major aliquo modo sit Filio.

236. Ad 3. *D.* Solum Patrem *invisibilem* et *immensum* dixerunt, ratione nempe missionis ac derivationis *ad extra,* quam utique nullam habuit Pater, *C.* ratione praestantioris naturae, A Itaque non de derivatione *ad inlra,* sed de sola derivatione *ad extra* sermonem habent patres citati, et praesertim Tertullianus, dum *Contra Praxeam* cap. XIV. dicit: *Patrem invisibilem pro plenitudine majestatis, visibilem vero Filium pro modulo derivationis;* quod solis similitudine explicat, quem nobis intueri non licet, *radium autem ejus toleramus oculis pro temperatura portionis, quae in terram inde porrigitur.* Scilicet quidam veteres patres in ea fuerunt sententia, quod Deus, cum loqueretur prophetis et patriarchis, Filium suum miserit in ea humana figura,

”1 Quod quidem evincit tum ex ipso anathemalismo symboli nicacni, tum ex verbis epistolae imperatoris Constantini, s. Zenonis, ac praecipue, ut diximus, s. Athanasii. Verum cavendum est ab hujus auctoris lectione, juvenibus praesertim, quia ubique fere odium suum in ecclesiam catholicam patefacit.

39) *“Ετερον δί λίγων ού δύο 3εού λίγω, αλλ' ώί ρώί* ικ φωτοί, *rj d›f* ύδωρ *Ικ πηγί)ί, ή* ώι *ακτίνα ά~ό ήλιον.*

40) Bullas loc. cit. pag. 10. fuse exponit mentem Tertulliani, sed melius Maran, lib. IV. cap. 11 et 12-

quam assumpturus erat in incarnatione. Ceterum privata haec fuit veterum illorum opinio. Augustinus aliique patres apud Petavium, *De Trin.* lib. Vin. cap. IL modo Patrem, modo Filium, modo Spiritum Sanctum, modo Trinitatem totam visam a prophetis in symbolis ac schematibus docent. Certe in*visibilem* et *immensum* etiam Filium dixerunt veteres, *qui ne animo quidem comprehendi possit4',* ut ait auctor antiquissimus *Epistolae ad Diognetum,* inter opera s. Justini 421; superius protulimus s. Irenaei in hanc sententiam testimonium.

237. Ad 4. *D.* Ex parte eusebianorum vel Arii fautorum, *C.* ex parte catholicorum, *N.* In ea siquidem synodo Ario favebant Eusebius nicomediensis, Theognis Nicaeae, Maris Chalcedonis, Theonas Marmaricae et Secundinus Ptolemaidis episcopi, viri subdoli, eloquentes, acuti, qui subtilitatibus suis turbare simpliciores ac minus eruditos poterant; subdit tamen Eusebius, *De vita Constantini* lib. III. cap. XIV. *Vnius fidei consonantiam apud omnes obtinuisse. 43*

238. Ad 5. *Neg.* Pessimam enim ac falsam ejusmodi Jurieu consequentiam prorsus evertit s. Athanasius, dum in opere de *Synodi nicaenae decretis* pag. 233. sic arianos alloquebatur: *En igitur nos quidem demonstravimus istiusmodi sententiam* de Filii cum Patre consubstantialitate *a patribus ad patres quasi per manus esse traditam. Vos autem, o novi judaei et Caiphae discipuli, quos demum assertionum vestrarum patres ostendere valetis? Ne unum quidem ex prudentibus et cordatis nominare potestis; cuncti vos aversantur, praeter unum diabolum, qui solus hujus defectionis vobis auctor fuit. 44*

239. IV. **Inst.** 4. Si ita est, qui igitur est factum, ut ariana doctrina totum fere orbem pervaserit? Cur 2. in baptismi administratione nulla fiebat expressa divinitatis Filii et Spiritus Sancti mentio, ut patet ex compendiosa fidei professione, quam baptizandus emittere debebat: *Credo in Deum Patrem, Filium et Spiritum Sanctum?* Cur 3. denique ejusdem harum personarum divinitatis nulla mentio occurrit in symboli expositionibus apud Irenaeum et Tertullianum?

240. **Resp.** ad 1. *Neg.* factum, quod falso supponitur. 1. Ariani enim proprie dicti semper pauci fuerunt; 2. ut se tegerent, formulas suas catholicae fidei conformes, saltem in cortice litterae, ediderunt; 3. populi alieni

41) *Τον λόγον τον άγιον, καί άπρονόητον. Verbum sanctum ac incomprehensibile.*

42) Hunc auctorem plures eruditi ipso Justino anteriorem aetate censent.

43) *Όμογνώμονα καί όμοδόζου επί άμφιϋβητουμένοι άπαβιν.*

44) *Ιδού ημεί μεν έκ πατέρων ει πατέρα διαβεβηκέναι την τοιαύτην διάνοιαν ἀποδεικνύομεν υμεί* Je, *ω νέοι Ιουδαίοι, καί τού Καϊάφα μα&ηταί, τίνα άρα ρημάτων υμών έχετε δείζαι πατέρα ; άλλ' ούδένα των φρονίμων. καί Οοφών αν εί*ποιτε παντε γάρ υμά άποβτρέφονται, πλην μόνου τού διαβόλου μόνο γάρ υμίν ούτο τη τοιαύτη άποΟταΟια πατήρ, χ, r. λ. num. 27. edit. maur.

semper ab hac impietate fuerunt; 4. fraudibus interdum, ut mos est haereticorum hominum, venenum ac subdole propinare, interdum vi et aperta violentia illud ingerere ariani moliti sunt; 5. tides nicaena, magno plausu ab omnibus catholicis ecclesiis excepta, triumphum cecinit.

241. Ad 2. *Feff.* pariter, quod nimia confidentia Episcopius obtrudit. Superius ex Celso rationem ostendimus, qua catechumeni instruerentur. Confirmatur responsio ex fidei professione emissa ab Eunucho reginae Candacis, antequam ad baptismum admitteretur, dicente: *Credo Filium Dei esse Jesum Christum.* Vix in tantulo verborum circuitu, quem nobis objicit Episcopius, clarius Filii et Spiritus Sancti divinitas exprimi potuit, accedente praesertim hujus formulae expositione.

242. Ad 3. Nullam reperiri, ut ait Episcopius, apud Tertullianum et Irenaeum divinitatis Christi mentionem, tam aperte falsum est, ut plane nesciam, inquit Bullus, quo judicio, qua fide, quave conscientia illud tam fidenter affirmare potuerit. Sed ita est; nisi haeretici et increduli mentiantur, nihil proficiunt. Plura exempla dedimus.

243. II. Obj. Saltem nicaena synodus vocem consecravit obscuram et ambiguam. 1. Vox enim *ὁμοουσιο* sponte sua non ad unitatem *numericam}* sed *specificam* refertur. Aristoteles vocat stellas *ὁμοουσία ,* homines *ὁμοουσιοι* sunt, quia ad eamdem speciem pertinentes substantiae. Quare 2. merito hanc vocem proscripserat, longe ante nicaenum concilium, synodos antiochena, contra Paulum samosatenum anno 269 vel 270 congregata. Dicendum propterea 3. patres nicaenos fuisse tritheismi labe infectos, ut patres alii non pauci per ea tempora. Ergo.45

tt) Ita Clericus in *Epist. erit* III. pag. 91, qui exinde infert patres nicaenos fnisse trilhcistas. Credebant enim, inquit (in notis ad illud Joannis : *Et hi 1res unum sunt),* substantiae unitatem, non numeri singularitatem, ut loquitur Tertullianus, hoc est, unicam esse specie substantiam Patris et Filii et Spiritus Sancti, sed numero triplicem; et vades tam iniqui judicii dat Petaviura, Curcellaeum, Cudworthum etc. Eadem repetit pluribus in locis, praesertim tom. III. *Biblioth.* pag. 507; tom. X. pag. 29,30,434 etc. Quem imitatus Gibbon in *Hist, casus Imperii Rom..* loquens de voce *homousion,* spectat eam tamquam vocabulum mysteriosum, quod unusquisque ad suam exprimendam opinionem poterat contorquere; et ideo, inquit, illud admisit major pars episcoporum qui concilio nicaeno interfuerunt, quorum nounulli Trinitatem nominalem tantum admittere visi sunt, alii vero, inter quos doctissimus Gregorius nazianzenus, et intrepidus Athanasius tritheismo favebant etc. Vid. cap. 21. pag. 22. tom. III. edit. Londini 1823. At 1. inique prorsus Clericus et Curcellaeus Petavium inter palrocinatores suos recensent, *quo* (ut loquitur Maran, lib. IV. cap. 29. n. 1.), *nemo melius unitatem essentiae numericam ex graecis lalinisque patribus demonstravit.* Sane Pctavius, *De Trin.* lib. IV. cap. 13. unicam esse numericam essentiam in tribus personis ex doctrina patrum, quinque argumentis invicte demonstravit. Haec apud Petavium Clericus legere debuit, praesertim cum ipse sub ementito nomine Thomae Alethini notulas apposuerit petaviano operi editionis Mntverpiensis, quae revera Amslelodami excusa est anno 17KI, et ad loc. cit. not. 26. juxta praeconceptam suam sententiam scripserit:

244. **Resp.** ad 1. *Nf.g.* in sensu, quo a nicaena synodo usurpata fuit. Nam adeo explorata res erat, per vocern *consubstantialem* patres nicaenos intellexisse unitatem numericam, ut nullum lapidem non moverint ariani eorumque fautores, ut illos ab hac voce consecranda dimoverent: sed frustra, quia patres deprehenderunt aptissimam hanc vocem esse ad omnes versutias et fraudes eusebianorum praecavendas. Post nicaenam synodum nihil intentatum illi haeretici reliquerunt ad eam formulam supprimendam aliamque ipsis minus incommodam substituendam, ut patet ex tot formulis ab ipsis editis, atque ex ipso concilio ariminensi. Catholicos per contemptum *homousianos* vocabant. Porro de voce obscura et ambigua vaferrimi haeretici adeo solliciti minime fuissent.

245. Ad 2. *Neg.* Exploratum jam est apud melioris notae criticos, suppositiliam esse illam synodi antiochenae damnationem vocis *όμοονσιο ;* quod patet 1°. ex eo quod nonnisi post 90 annos a celebratione illius synodi a semiarianis in concilio ancyrano anno 358 mentio hujus damnationis facta fuit; 2°. ex silentio arianorum, quos profecto illa damnatio, si extitisset, non

»Ut hodierno more responderemus, unam rationem unitatis diceremus singularitatem unius numero essentiae; qua posita, ceterae memoratu dignae non sunt. Sed aliter olim philosophabantur.[‡‡] Sed maluit Curcellaeum sequi, qui in *Appendice ad suam dissertationem* accisum et detruncatum Petavii locum descripsit. Curcellaeum et Clericum imitatus est Faydit in *Apol. system. SS. PP.* pag. 89. Num melius quidquam expertes ab iis, quos neque fides neque conscientia urget? 2. Quod attinet ad tritheismum patrum juxta Gibbonium aliosque ejusdem farinae homines, qui accusant potissimum de hoc errore s. Athanasium, ceteris praetermissis, satis nobis sit iis opponere alium heroem, cujus auctoritatem ipsi recusare non possunt. Wegscheider enim §.89. in not. *a* sic fidenter scribit: ..Vocabulum *όμοούσιοί* a patribus nicacnis non eodem, quo postea ad normam doctrinae orthodoxae definitum est, sensu, hoc est, de *identitate* naturae et substantiae dictum fuisse, negari nequit (miraminor intrepidi judicis definitivam sententiam): patres nicaeni hac vocc potius substantiam divinam omnino *όμογινή* el unitatem quamdam specificam, arctissimam quidem et perfectissimam, cujusmodi in nullis aliis ejusdem speciei naturis deprehenditur, significasse videntur, ita ut Patri et Filio singulas virtutes divinas, velul aeternitatem, immutabilitatem, eodem sensu attribuerent, hoc tantum inter Patrem Filiumque discrimen statuentes, ut ille *άγίννητο!* sit, hic *Ik rijs φύσίω$ τον πατρόί* ab aeterno genitus. Athanasius autem postea huic vocabulo, a synodo nicaena non accuratius definito, suam ipsius de Filio, τφ Aoy<;>, scilicet sapientia Dei ab aeterno subsistente, sententiam substruxit, qua et ipse *unitatem Patris et Filii numericam, Ivότητα καί ταυτότητα ryf ovOiaf. τριάδα Iv μονάδι (unitatem et identitatem naturae, Trinitatem in unitate),* non *ternionem* quemdam, sed *trinunitatem,* ab Augustino demum strictius definitam, indicabat... Qua trinunitate accepta, *ομοουσίον* (consubstantialitatis) notio ad doctrinam orthodoxam accommodate sic constituitur, ut 1res esse personas *αντο^ίον* in una eademque essentia divina solo charactere hypostatico a se invicem distinguendas existimetur.« Juxta Clericum, Curcellaeum, Gibbon etc. Athanasius fuit coriphaeus tritheislarum ; juxta Wegscheider, Fuchs, Münscher, seu rationalistas idem Athanasius fuit auctor unitatis numericae! Sed cf. ipse Athanasius in libro *De decret. Aie. Syn.* n. 19 et 20, et apparebit quanta sit impiorum omnium impudentia.

potuisset latere; 3°. ex silentio eruditissimi Eusebii Caesariensis addictissimi ariani?, et cui semper illa vox displicuit; qui non solum tacet suppositam illam damnationem, sed ultro fatetur vocem illam ab antiquis patribus fuisse usurpatam, quemque constat eidem in conc. nicaeno subscripsisse; 4°. ex eo quod ss. Athanasius, Hilarius, Basilius decepti in hoc facto a semiarianis fatentur se acta illius synodi non vidisse46; 5°. ex accusatione data Dionysio alex, apud Dionysium rom. pont, quod *Filium rem creatam nec Patri consubstantialem, όμοουβιοτ.* diceret; 6°. ex apologia s. Pamphili pro Origene paucis annis post illud decretum exarata, in qua ostendit Filium consubstantialem Patri; 7°. ex eo quod in damnatione Pauli samosateni saepius eadem voce utitur eadem synodus.47

246. Ad 3. **Resp.** hanc non esse nisi infamem calumniam prolatam in illos sanctissimos patres a nostris unitariis, quibus patres nicaeni nimis odiosi sunt et invisi. Quod veteres ariani ne suspicati quidem sunt, id nunc rationalistae, quibus in asserendo perfricta frons est, pro certo ac indubitato habent.48

DE DIVINITATE SPIRITUS SANCTI.

247. Divinitatem Spiritus Sancti praeter obscuros nonnullos haereticos, quorum meminit s. Ignatius in *Epist. ad Trallianos,* directe impugnarunt macedoniani, sic dicti ab auctore sectae Macedonio ariano constantinopolitano antistite intruso sub imperatore Constantio. Hic docuit Spiritum Sanctum creaturam esse, ac proinde natura et dignitate Deo longe inferiorem. A pluribus synodis, tunc temporis celebratis, proscriptus ejusmodi error statim fuit, ac praesertim in oecumenica constantînopolitana I. anno 381.

248. Sociniani ulterius progressi, inficiati sunt Spiritum Sanctum personam esse subsistentem; sed contendunt eo nomine non designari nisi Dei virtutem seu vim et efficaciam.

249. Rationalistae eamdem instaurarunt impietatem, ac nusquam in Scripturis hypostaseos verae notionem Spiritui Sancto tribui contendunt.l

4e) Cf. Maran, lib. IV. cap. 29. §. 2.

47) Cf. Maran, *Dissertat, sur les semiariens,* Paris 1722; nec non *Diss. de l'oce Bomousion,* auct. P. Liberato Fassonio, congr. schol. piarum, Promae 1753, quam suo *Thesauro Theologico* inseruit P. Zaccaria, vol. III. pag. 211.

4B) Cf. Maran, lib. IV. cap. 30. ubi usque ad evidentiam ex publicis et notoriis factis evincit, numeralem essentiae unitatem a patribus nicaenis et subsequentibus propugnatam fuisse.

') Henke, lib. I. pag. 104 et seq.; Ammon, *Bibl. Theol.* pag. 252 et seqq.; Ei, *Summa Theol. Christ,* pag. 92 et seq.; Schmid, *Die chrisll. Religion als* IF/.wcn*schaft,* seu *Christiana religio tamquam scientia,* Jenae 1797, pag. 317 et seqq.; *Leffler zu Souverain fiber den Platonis*

250. Hi omnes in Spiritum S. blasphemi, reique propterea *aeterni delicti,* communi *pneumatomachorum* nomine censentur. Quibus armis dogma ss. Trinitatis ac divinitatis Verbi propugnavimus, iisdem Spiritus Sancti divinitatem adversus eos defendere nunc aggredimur. Quum vero illa argumenta, quae ex ss. litteris *et* universa traditione promemus, non modo Spiritum Sanctum vere proprieque Deum esse evincant, sed et peculiarem bypostasin seu personam subsistentem, hinc postremum istud instar corollarii, prout nempe praestitimus de Verbo agentes, ex asserta ipsius divinitatis veritate deducemus. Sit itaque

PROPOSITIO L

Spiritus Sanctus vere ac proprie Deus est, ut in primis ex Scripturis constat.

251. Est haec propositio de fide, prout ex omnibus fidei nostrae professionibus ac symbolis patefit.

252. Sic vero ejus veritatem ostendimus ex **sacris litteris:** Scripturae Spiritui Sancto Dei nomen tribuunt ac divinas proprietates et operationes; ergo ex Scripturis Spiritus Sanctus vere ac proprie Deus est.

253. Ac I. quidem **Dei nomen** et appellationem Spiritui Sancto tribuunt Actus apost. V. 3, 4. Sic enim Petrus Ananiam objurgat: *Cur tentavit satanas cor tuum, mentiri te Spiritui Sancto?..... Non es mentitus hominibus, sed Deo.* Ille enim, cui mentitus est Ananias, Deus dicitur; atqui hic est Spiritus Sanctus; ergo Spiritus Sanctus Deus vocatur. Rursum Hebr. III. 7. ait apostolus: *Quapropter sicut dicit Spiritus Sanctus: Hodie si vocem ejus audieritis;* hunc autem Spiritum S. versu 12. Deum vocat, dicens: *Videte, fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis, discedendi a Deo vivo.* Ex quibus idem exsurgit argumentum. Quod pariter conficitur ex Is. VI. 9- ubi Dominus Deus Sabaoth locutub esse dicitur: *Audite audientes et nolite intelligere.* Atqui haec verba tamquam prolata a Spiritu Sancto refert apostolus, Act. cap. ult. v. 25. dicens: *Quia bene Spiritus Sanctus locutus est per Isaiam . . . dicens: Vade ad populum istum* etc. Ergo ex apostolo idem est Dominus Sabaoth ac Spiritus Sanctus. Idem praeterea apostolus I. Cor. III. 16. fideles templum Dei vocat: *Nescitis, quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis?* ac postea (ibid. VI. 19.) eosdem Spiritus Sancti templum esse confirmat, dicens: *An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt Spiritus Sancti?* Deum propterea Spiritum Sanctum expresse nominat hic et alibi passim.

mus etc., seu *LOffler ad Souverain, de Platonismo Ecclesiae Patrum,* pag.426 et seqq. apud Wcisch.

254. II. Nec solum nomen, sed et **proprietates,** quae uni Deo competunt, passim Scripturae Spiritui Sancto tribuunt. Cujusmodi sunt *omniscientia,* 1. Cor. II. 10 et seqq.: *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei . . . quae Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei; et* Joann. XVI. 13: *Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem;* item *omnipraesentia,* Sap. I. 7: *Spiritus Domini replevit orbem terrarum:* et Psalm. CXXXVIII. 7: *Quo ibo a Spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam? Omnipotentia,* Psalm. XXXII. 6: *Verbo Domini coeli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum;* ac Luc. I. 35: *Virtus Altissimi* dicitur; nec non *vivificandi vim,* Rom. VIII. 11. apostolus ci tribuit, scribens: *Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum a mortuis, habitat in nobis . . . . vivificabit et mortalia corpora vestra.*

255. III. Scripturae Spiritui Sancto tribuunt praeterea **operationem** et **efficientiam divinam.** Talis est *inspiratio prophetarum,* I.Petr. L 11. qui futura praenunciarunt. prout significavit eis *Spiritus Christi;* ac rursum II. Petr. I. 21: *Spiritu Sancto inspirante locuti sunt sancti Dei homines; creatio* et *rerum conservatio,* Psalm. GUI. 30: *Emittes Spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terrae; operatio miraculorum,* Matth. XII. 28: *In Spiritu Dei ejicio daemones;* et I. Cor. XH. 4: *opera gratiae,* cujusmodi sunt *Christi conceptio,* Luc. I. 35; *unctio* et *missio,* Is. LXI. 1: *peccatorum remissio* et *regeneratio,* I. Cor. VI. 11; *regimen ecclesiae,* Act. XIII. 2; *collatio donorum,* I. Cor. XII. 4 seqq.: *Divisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus, divisiones ministrationum sunt, idem vero Dominus, et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus; sanctificatio,* IL Thess. II. 12, et I. Petr. I. 2; *diffusio caritatis,* Rom. V. 5; *resurrectio mortuorum,* ibid. VIII. 11.

256. IV. Idem **cultus** et **honor** tribuitur Spiritui Sancto qui Patri et Filio; ut patet ex forma baptismi, de qua superius diximus; et rursum II. Cor. XIII. 13. sic apostolus tres personas conjungit dicens: *Gratia D. X. J. C. et caritas Dei et communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis.*

257. V. Ita Spiritus Sanctus **Filio comparatur,** ut dicatur (Joann. XIV. 16.) *alius Paraclitus,* per comparationem ad Christum; eadem origo divina ipsi adscribitur, ibid. XV. 26, vocante eum Christo *Spiritum veritatis, qui a Patre procedit;* eadem ratione ac de Filio dicitur, quod *exierit a Deo.*

258. Ex quibus omnibus sic instruimus argumentum: Ille vere et proprie Deus dicendus est, cui Dei appellatio divina, divinae operationes, divinus cultus, honor et dignitas, divina demum processio et origo tribuuntur; atqui ex dictis talis est Spiritus Sanctus juxta Scripturas; ergo.

259. Rursum: Ille non sola vis, attributum et efficientia, sed vera hypostasis seu persona subsistens dicendus est, qui perhibetur vivens et

operans eadoin ratione ac illae personae quibus comparatur; quique mitti perhibetur, et alius dicitur, et dicitur procedere, perinde ac Filius Dei, qui certe est persona subsistens; atqui ex demonstratis talis est Spiritus Sanctus; ergo Spiritus Sanctus et Deus et divina peculiaris subsistens persona est.

DIFFICULTATES.

260. I. Obj. 1. Nusquam substantia quaedam corporea, scilicet *materialis,* hujus Spiritus divini commemoratur; 2. neque modus, quo procedat a Deo, ostenditur. Quod si 3. praedicata divina Spiritui Sancto tribuuntur, recte id fit, quatenus vel ipse Deus hoc Spiritus Sancti nomine significatur (Joann. IV. 24 et seqq.; I. Cor. HI. 16; XII. 6—11.), vel 4. vis quaedam Dei in animis hominum efficax, quae pro rudioris aevi ingenio ac dicendi genere tamquam peculiaris natura a Deo procedens cogitatur, ideoque proprietatibus divinis potest ornari. Attamen 5. in ipsis libris sacris nec verae hypostaseos nec processus a Filio notio satis perspicue declaratur. 1 Ergo.

261. Resp. ad 1. *D.* Id est, *subsistens, N.* alio sensu, *C.* Toties enim in Scripturis substantia proprie dicta et subsistens Spiritus Sanctus praedicatur, quoties Deus dicitur vivens et operans, et distinguitur expresse a persona Patris et Filii; quod fit, ubi a Patre procedere dicitur ac mitti, item accipere de eo quod est Filii, ut Joann. XVI. 15. et inferius expendemus, item ubi mittitur a Filio, ibid. XV. 26; tum Luc. IU. 22: *Et descendit Spiritus S. corporali specie sicut columba in ipsum* (Christum), *et vox de coelo facta est: Tu es Filius meus dilectus;* quibus verbis tres personae subsistentes et distinctae commemorantur. Quod pariter constat ex I. Joann. V. 7. juxta superius demonstrata cap. П. prop. П. 2 Falsum igitur est, quod assumunt adversarii.

*) Wegsch. §. 86.

2) Ut specimen sumant lectores exegeseos neotericorum biblicorum protestantium, placet hic subjicere, quae in cap. III. s. Matth. v. 17. adnotavit Georg. Rosenmüller ad illa verba: >.Et ecce vox e coelo etc. ПiГР saepe, *inquit,* est tonitru, Ps. XXIX. 3 et seqq.; XVIII. 14; et sic *φωνή* legitur etiam Apocal. VI. 1. Hebraei autem aeque ac Graeci et Romani fulmina et tonitrua annumerabant signis praesentiae Dei et prodigiis divinitus factis, quorum significationem ex rerum circumstantiis dijudicabant. Vid. L Reg. VIII. 10; XVIII. 38, 39; Ovid. *Fastorum* IV . 834; Virgil. *Aeneid.* II. 693. Iontru igitur Joanni erat publica declaratio Dei Jesum esse Messiam. .. Sed illa filia vocis (vox de coelo *φωνή Ικ τών ουρανών')* plerumque nihil aliud fuit quam vox aut echo temere aliunde auribus illapsa, ex qua, divina ei origine adscripta, auguria captarunt homines superstitiosi, vel etiam vox hominum aliorum, quam ominis loco arripuerunt, et in rem suam interpretati sunt.“ Ex his patet nihil aliud intervenisse in baptismate Christi quam tonitru et ignea species, ut in versu praecedenti exponit, ex quibus Joannes Baptista ac reliqui praesentes omen sumpserunt de Jesu Messia etc. Si hoc non sit verbum Dei pervertere, quid sit nescio.

262. Ad 2. *Trans. et net). cons.* Ex eo eniin, quod modus alicujus rel expresse non tradatur, concludi nequit non existere rem ipsam. Modum ignoramus, quo anima agat in corpus, et vicissim; ergo non existit anima? digna rationalistarum dialecticae consecutio.

263. Ad 3. *D.* Ratione naturae, *C.* ratione personae, quatenus scilicet Pater antonomastice Spiritus vel Spiritus Sanctus dicatur, A. Nuspiam enim Pater, prout persona peculiaris est a reliquis distincta, Spiritus, multo minus Spiritus Sanctus vocatur. Primus autem locus (Joann. IV. 24.) qui nobis objicitur: *Spiritus est Deus,* refertur ut patet, ad divinam naturam in concreto; reliqua autem duo de Spiritu Sancto sunt, qui Deus dicitur et donorum auctor et distributor. Dicitur enim *idem Deus, idem Spiritus, dividens prout vult.*

264. Ad 4. *Dist. antec.* A Spiritu S. immissa seu producta, *C.* exclusa Spiritus Sancti persona, A. Spiritus Sancti persona cum ipsius operationibus ac donis seu effectibus confundi nequit, prout unitarii ac rationalistae passim faciunt. Falsum praeterea est a rudioris aevi ingenio (nondum a rationalistis exculto) tamquam peculiarem naturam (catholici dicunt *personam)* procedentem a Deo excogitatam esse; sed a Christo ipso, ut vidimus, et sacris scriptoribus originem habet dogma istud.

265. Ad 5. *Neg.* Contrarium enim ostendimus, et clarius adhuc fiet ex iis, quae adversus graecos disseremus.

V 266. L **Inst** Spiritus Sancti in columbae specie apparitionem non esse nisi mythum, inde patet quod 1. fieri nullo modo possit, ut natura infinita finitae speciem et formam induat, et ut Deus corpore qualicumque in oculos sensusque incurrat, id quod in Novi Testamenti libris diserte negatur (Joann. L 18; I. Tim. VI. 16.). Sic 2. narratio, quae Act. Apost. Π. 1 et seqq. legitur de dono peregrinis linguis loquendi, primum apostolis tributo, conferre licet cum mytho de confusione linguarum, qui Gen. XI. 1 et seqq. exponitur.[3] 3. *Cuttus* autem *divinus,* qui Spiritui Sancto tribui dicitur, non innititur nisi argumentis dubiis ex Matth. XXVUI. 19; II. Cor. XIII. 13; Rom IX. 1. petitis; ergo ex his nihil confici potest ad adstruendam peculiarem Spiritus Sancti hypostasin, ejusque divinitatem.

267. **Resp.** *Neg.* A. Ad 1. prob. *Neg.* pariter, nihil enim vetat quominus natura infinita finitae speciem et formam induat. Tunc solum haberetur repugnantia, si diceretur natura infinita simul finita esse; minime vero si dicatur haec infinita natura seu Deus adsciscere speciem et formam naturae finitae, sive realem, ut factum est in incarnatione, sive symbolicam, ut ex veterum patrum sententia factum legitur in tot apparitionibus, quas exhibet V. T., et per quas utique Deus potest in oculos sensusque incurrere. Ast

3) Ibidem.

hoc non arridet rationalises. Quid inde? Insanientes corrigere supervacaneum est. Responsioni autem non repugnant objecta Scripturarum loca, in quibus dicitur: *Deum nemo vidit, unquam; (piem nullus hominum vidit, sed nec videre potest;* quae intelligi debent dc natura divina, prout in se est, non autem prout apparet in assumpta specie, vel forma, sive reali sive symbolica.

268. Ad 2. *Neg.* Jam alias adnotavimus hoc mythorum inventum non esse nisi somnium rationalistarum ad eludendam Scripturarum auctoritatem in iis omnibus, quae naturae vires excedunt, quaeque ipsi detrectant admittere. Quis ferat mythum dici factum illud, quo commota est universa Solymorum civitas, ac multa hominum millia Christi fidem amplexa sunt; quod repetitur Act. X. 44. in Cornelio ejusque familia, et ibid. XIX. 6; insuper de dono loquendi linguis peregrinis disserit apostolus I. Cor. XIV. tamquam de re notissima atque inter primos fideles communi. In hypothesi adversariorum Scriptura inscribi deberet *mythologia sacra.*

269. Ad 3. *Neg.* Ea enim argumenta ad haec usque tempora pro certis habita sunt. Quotiescumque rationalistae nesciunt argumentis catholicorum respondere, ea vocant dubia, nec talis dubii aliquam rationem afferunt.

270. **II. Inst.-1.** Eodem jure, quo ex locis Joannis *alium* Paraclitum pollicentibus *personae* notionem exsculpunt veteres, postulari poterat, ut vere novum quemdam post Jesum doctorem, qualis ipse Jesus, prodiisse atque in susceptum ab Jesu opus successisse probarent. 4 Verum 2. ejusmodi personam apostoli neque expectarunt, neque ipsi adfuisse unquam professi sunt; quippe 3. Spiritum illum in alia quadam natura, sive Deo, sive Christo, sive homine, versantem et operantem plerumque inducunt, quemadmodum mortem (Rom. V. 12; Jac. I. 15.), peccatum (Rom. VI. 12 et seqq.; VII. 14 et seqq.), legem (ibid. VII. 23 ; Gal. HI. 24.) et Scripturam sacram (Gal. III. 8.) personae forma induunt, nec usquam tamquam naturam quamdam individuam exhibent. Ergo.

271. **Resp.** ad 1. D. Si Jesus alium hunc Paraclitum pollicitus esset visibilem ac sibi similem in natura assumpta, *C.* si tota orationis ejus series invisibilem ac in propria divina natura subsistentem eum indicabat, *N.* Omnes vero notae, quibus Christus promissum Paraclitum designavit, tales sunt, ut decipi apostoli non potuerint circa modum, quo esset ipsis ille alius Paraclitus adfuturus. Nam Joann. XIV. 17. eum vocat Spiritum veritatis, *quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum; vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, et in vobis erit.* Sicut et de Patre suo et de se dixit v. 23: *Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus et mansionem apud eum* (justum) *faciemus;* et ibid. v. 26: *Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre*

<) Ita Henke, *Lin. fid. christ,* pag. 106.

procedit, ille testimonium perhibebit de me; et rursum Act. I. 4 et seqq. iis characteribus Spiritum Sanctum, in quo baptizari debebant, exposuit, ut ne suspicarentur quidem apostoli, se visuros veluti alterum Jesum promissum sibi Paraclitum. Qui igitur vocatur Spiritus veritatis, qui venturus esset ad apostolos, et cum iis eorumque successoribus mansurus in aeternum ea ratione, qua Pater et Filius habitaturi erant in anima justi, non poterat ab apostolis expectari ut persona adspectabilis atque ut alter Jesus; atqui talis est alius Paraclitus a se distinctus, quem ipsis pollicitus est Christus; ergo immerito rationalistae asserunt, a veteribus postulari potuisse, quod non est nisi ipsorum rationis figmentum. Addo veteres etiam ex traditione scire potuisse, cujusmodi esset promissus ille Paraclitus.

272. Ad 2. *D.* In sensu adversariorum, *C.* alio sensu, A' Acta apostolorum nobis eos exhibent expectantes sibi promissum Spiritum S., et apostolum Petrum pro concione exposuisse quid acceperint; et rursum cap. XL 15. et alibi passim. Mentiuntur propterea rationalistae, dum talia obtrudunt.

273. Ad 3. *Nea.* Etsi enim frequenter apostolus delectetur ejusmodi prosopopoeiis, ex subjecta materia figura facile intelligitur; at eum per prosopopoeiam designasse pariter Spiritum S. numquam evincent adversarii. Talia enim in Scripturis occurrunt, quae illam omnino excludant, ut ex dictis constat.

274. III. In st. 1. Ipsa appellatio *Spiritus Dei} Spiritus Christi›* quae passim in Scripturis Spiritui S. tribuitur, ostendit peculiarem personam eum non esse, prout non est persona spiritus hominis, qui in ipso est, nec ab eo distinguitur. 2. Baptizamur praeterea in Spiritu Sancto; at ille in quo baptizamur, persona esse non potest, siquidem baptizamur pariter in aqua. Addatur 3. Spiritum S. saepe dici Dei donum; et 4. in multos effusum, ut die Pentecostes (Act. IL). Rursum 5. Spiritus S. mentibus quasi inhaerens excitari perhibetur (Ps. L. 13, 14; Is. LXIIL 10, 11.); sic pariter homini cuidam tribuitur et aufertur vel mediorum externorum ope (I. Reg. X. 6, 11; XVI. 14.) v. g. unguento (ibid. XVI. 13; Judic. XV. 14; XVI. 20.); et quasi particulae ejusdem ab uno viro, qui eo imbutus est, ad alios multos transferuntur (Num. XI. 17, 20·). Quae quidem aliaque his similia personae subsistenti convenire non possunt. Ergo.

275. Resp. ad 1. *D.* Si haec denominatio referretur ad essentiam seu essentiae partem, cujus spiritus dicitur, *C.* si ad personam, et quidem relative ac notionaliter, A". Hinc patet discrimen quod intercedit inter hanc denominationem, quando usurpatur de homine, et quando usurpatur de persona divina. De homine vox *spiritus* non potest sumi nisi quoad ipsius partem essentialem; at quoad Deum si sumatur relative, non potest accipi nisi de persona; contra vero si absolute accipiatur, denotat ipsam divinam essentiam seu naturam. Ex subjecta proinde materia dignosci debet, quando vox *spiritus* relative, quando vero absolute accipiatur, tum etiam quando pro essentia

aut parte essentiali, quando autem pro persona. Quod si apostolus (I. Cor. 11.11.) comparare videtur Spiritum, qui in Deo est, cum spiritu, qui est in homine, liquet ex contextu comparationem referri ad modum cognoscendi, non autem ad modum subsistendi, eo magis quod in divinis praesertim una persona in altera esse possit juxta illud Christi dictum Joann. X. 38: *Pater in me est, et Ego in Patre,*

276. Ad 2. *D.* Improprie, *C.* proprie, *N.* Dicimur autem baptizari in Spiritu Sancto, sicut dicimur baptizari in Christo, qui utique persona est, ipsis fatentibus unitariis; improprie tamen, nempe in virtute Christi ut causae meritoriae justificationis, quam per baptismum adipiscimur; in virtute autem Spiritus S. ut causae efficientis ejusdem justificationis, et baptizamur inaqua ut causa instrumentali.

277. Ad 3. *D.* Donum Dei personale et subsistens, *C.* accidentale, *N.* Eadem scilicet ratione Spiritus S. interdum in Scripturis sic vocatur, qua ipse Filius pariter donum Dei dicitur, ut Joann. III. 16: *Sic Deus dilexit mundum) ut Filium suum unigenitum daret,* et alibi passim: quatenus Deus ex sua in nos gratuita misericordia Spiritum S. misit, prout miserat Filium.

278. Ad 4. *D.* Effusum novo effectu in apostolos atque credentes, *C,* divisum, A. Sed idem potius Spiritus est, qui dona sua dividit singulis, prout vult, ut dicitur I. Cor. XII. 11; ideoque active, non passive effunditur Spiritus Sanctus, quemadmodum dicimur Christum induere, aliaque ejusmodi.

279. Ad 5. *D.* Excitari perhibetur in suis effectibus seu in gratia, *C.* in se, A. Eadem ratione dicitur tribui et auferri. Falsum vero est ac purum putidumque mendacium mediorum externorum ope id fieri, neque id asserunt loca ab adversario citata; quod si I. Reg. XVI. 13. Samuel cornu olei inungit David in regem, non dicitur tamen ope unguenti directum esse Spiritum Domini in David, quod de suo adjecit rationalista; sed tantum refertur, quod, uncto David in regem Spiritus Domini directus in eum sit et recesserit a Saul, quod intelligendum est de speciali Dei benevolentia et dilectione. Multo minus id dicitur in aliis locis ab adversario nostro adductis, in quibus nec syllaba est de unguento aliisve mediis externis. s)

280. IL Obj. Dato etiam Spiritum S. esse personam subsistentem, non sequitur inde ipsum Deum esse. Nam 1. nusquam expresse in Scripturis *Deus* appellatur; nusquam 2. adorandus vel invocandus proponitur. 3. Dei dona et beneficia enumerans apostolus I. Cor. VIII. 6. ea Patri ac Filio tribuit, nulla injecta de Spiritu S. mentione; quem 4. vel primi Christi fideles penitus ignorabant (Act. XIX. 2.); siquidem a Paulo duodecim discipuli interrogati, num Spiritum S. accepissent credentes, responderunt: *Sed neque,*

s) Habes novum specimen malae fidei ralionalislarum, dum adeo aperte mentiri non verentur.

« *Spiritus S. est, audivimus.* Quin potius 5. a Filio non obscure *factus* perhibetur illis verbis (Joann. I. 3.): *Omnia per ipsum facta sunt.* Ergo.

281- **Resp.** *Neg. ant.* Ad 1. probationem: **Resp.** I. Etsi expresse diceretur Deus, num putandum esset unitarios in eum fore credituros? Non puto. Verbum seu Filius Dei saepissime, ut vidimus, expresse *Deus,* et *verus Deus,* et *magnus Deus,* et *super omnia Deus* vocatur; num propterea credunt in ejus divinitatem? Eadem ratione se gererent relate ad Spiritum Sanctum, si expresse, ut ipsi contendunt, Deus in Scripturis ipse vocaretur, cum non Scripturae sed sibi tantum fidem adhibeant.

282. **Resp.** II. *Neg.* Nam expresse Spiritus S. Deus dicitur in iis omnibus locis, quae in probationibus adduximus.

283. Ad 2. *Neg.* Nam in forma baptismi vera invocatio et cultus Spiritus Sancti praescribitur; item cum apostolus II. Cor. XIH. 13. scribit: *Gratia D. N. J. C. et caritas Dei et communicatio Sancti Spiritus* sit *cum omnibus vobis.* 6

284. Ad 3. *D.* Ut excludatur Spiritus Sanctus, *N.* ex peculiari causa, *Tr.* Nec enim, quando una vel altera nominatur persona, alia excluditur, ut saepe fit in Scripturis; alioquin e censu divinarum personarum Pater ipse esset excludendus, quod adversarii profecto non admittunt. Ceterum idem apostolus tum alibi, tum praesertim ibid. cap. XII. divina charismata Spiritui S. tribuit.

285- Ad 4. *D.* Solo baptismate Joannis tincti. *C.* baptismate. Christi, *N.* Porro ipsis judaeis ignotum non fuisse Spiritum S. patet ex pluribus locis Novi Testamenti, in quibus de Spiritu S. sermo est tamquam de re notissima. Lue. enim I. 35. angelus sic Mariam Virginem affatur: *Spiritus Sanctus superveniet in te;* v. 15. pariter dicit idem angelus Zachariae: *Spiritu Sancto replebitur* etc. Sic Matth. I. 20. dicitur Joseph: *Quod in ea natum est, de Spiritu Sancto est;* ut alia omittam.

286. Ad 5. *Neg.* Etenim post allata verba subdit evangelista: *Et sine ipso factum est nihil, quod factum est;* itaque omnia per Verbum facta sunt, *quae* nempe *facta sunt.* At Spiritus Sanctus non est factus, sed *a Patre procedit,* ut dicitur Joann. XV. 26. et *a Filio accipit,* ibid. XVI. 14.

287. I. **Inst.** Quae in Scripturis Spiritui S. tribuuntur, Deo convenire non possunt. Talis 1. est oratio, de qua apostolus Rom. VIII. 26: *Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Nec 2. dici potest *efficienter* id praestare, quatenus nos postulare faciat; nam tunc aeque Patri ac Filio adscriberetur hujusmodi efficientia, quae utpote actio ad extra communis est

®) Quum ista testimonia ab adversariis inter dubia numerentur, argumentum est apertissimum, validissima haec esse, nec illos habere quidpiam ad illorum vim elu dendam.

tribus personis. 3. Negatur ipsi scientia, dicente Christo (Joann. XVI. 13.): *Son loquetur a sdmetipso, sed quaecumque audiet, loquetur.* 4. In eamdem sententiam apostolus (I. Cor. II. 10.) inquit: *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei;* jam vero scrutari est inquirere in aliquam rem, quae perfecte non agnoscitur, quod de divina scientia dici non potest. Hinc 5. est, quod ab hac scrutatione reliquae personae excludantur. 6. Demum idem apostolus (ibid. XIV. 32.) universim pronunciat: *Spiritus prophetarum prophetis subjecti sunt.* Spiritus autem prophetarum ipse Spiritus Sanctus est, qui propterca Deus esse non potest; ergo.

288. **Resp.** *Neg. ant.* Ad 1. *D.* Quae sit oratio *improprie,* ut dicitur, et *efficienter, C. proprie et formaliter, N.* Responsio patet ex contextu: *Spiritus,* inquit apostolus, *adjuvat infirmitatem nostram; nam quid oremus, sicut oportet, nescimus, sed ipse Spiritus postulat* (id est, postulare nos facit) *gemitibus inenarrabilibus.*[7] Cf. Matth. X. 20.

289. Ad 2. *D. seq.* Per se, *C.* per *appropriâtionem, N.* Nempe ea ratione tribuuntur Spiritui Sancto gratia aliaque subsidia omnia, quae ad nostram sanctificationem conferunt qua Patri opera omnipotentiae, Filio quae ad sapientiam spectant, etsi haec omnia totius Trinitatis per se atque absolute propria sint.

290. Ad 3. *Neg.* vel *D.* Scientiam mutuatur a Filio, quia ab eodem aeque ac a Patre habet essentiam per processionem ab utroque, ut inferius ostendemus, *C.* ipsi proprie dicta scientia negatur, *N.*

291. Ad 4. *D.* Scrutari interdum idem est ac inquirere, *C.* semper et in sensu apostoli, *N.* Idem enim hic valet *scrutari* ac plene perfecteque cognoscere, ut de Deo usurpatur Psalm. VII. 10, dum dicitur: *Scrutans corda et renes Deus,* et alibi passim. Et sane, nonne ipsi unitarii haec verba exponunt do Deo ipso, cui imperfecta scientia convenire nullatenus potest?

292. Ad 5. *Neg.* Sed, ut contextus postulat, creatae intelligentiae solum excluduntur.

293- Ad 6. *D.* Prout in prophetis est, *C.* prout est in se, AT. Spiritus autem prophetarum subjectos esse dicit apostolus ob deceptionis periculum; cum fieri facile possit, ut quis falso putet se moveri a Spiritu Sancto, vel etiam fingat se Spiritu Sancto moveri, ac proinde fallatur et fallat. Quare apostolus Joannes I. Ep. IV. 1: *Carissimi,* scribit, *nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint.*

294. II· In st, 1. Spiritus Sanctus non est vox relativa. Deinde 2. vel genitus est vel ingenitus; si genitus, Filius est; si ingenitus, Pater. Rursum 3- si a Patre procedit sicut et Filius, fratres igitur erunt Filius et Spi-

7) Vide s. August. XCVII, alias CV.

ritus Sanctus; quod si procedat per Filium, Pater avus ipsius erit, quae omnia absurda sunt. Sic veteres pneumatomachi apud s. Athanasium. 8

295. Resp. ad 1. *D.* Per se, *Tr. 9* relative non usurpatur, A'. Ad 2. vero respondeo. Spiritum Sanctum nec genitum, nec ingenitum esse, sed procedere, ut fidei formulae et Scripturae nos docent. Ad 3. dico, ipsum procedere a Patre et Filio tamquam ab unico principio, ut ostendemus. Sicque evanescunt frigidae ejusmodi cavillationes, in quibus diu immorari nefas puto.

PROPOSITIO II.

Spiritum Sanctum vere ac proprie Deum esse ex sensu ecclesiae traditionali confirmatur.

296. Iis omnibus suppositis, quae ex traditione attulimus ad veritatem adstruendam Trinitatis personarum, quaeque pro persona divina Spiritus Sancti pariter militant, addere placet peculiaria documenta, quae tertiam hanc divinae Trinitatis personam propius attingunt.

297. Ac I. quidem Spiritum Sanctum tamquam peculiarem personam, eamque divinam ac subsistentem exhibent **patres apostolici**; atque inter ceteros **Hermas**, seu vetus auctor libri dicti *Pastoris,* qui floruit sub finem saeculi I, vel sub initium saeculi II, quique lib. III. cap. V. ubi angelus explanat parabolam patrisfamilias. de qua supra egimus, aperte distinguit Spiritum Sanctum a Patre et Filio, dicens: *Orbem terrarum fundus ille significat, qui in similitudinem est positus. Dominus autem fundi demonstratur esse is, qui creavit cuncta . . . . Filius autem* fundi *Spiritus Sanctus est. Servus vero ille Filius Dei est1:* et infra.· *Quare autem Dominus in consilio adhibuerit filium* (fundi, id est, Spiritum Sanctum) *de haereditate et bonos angelos? Quia nuncius audit Spiritum Sanctum, qui infusus est omnium primus in corpore, in quo habitaret Deus.* Ex quibus habemus 1°. Spiritum Sanctum apertissime. distingui a Patre (secus ac placet socinianis et rationalistis), a quo in consilium adsciscitur; 2°. Spiritum Sanctum ejusdem esse naturae cum Patre, eo ipso quod dicatur *filius* ad exprimendam intimam cum Patre conjunctionem eamdemque utriusque naturam2; 3°. corpus servo (fundi, nempe Filio) a Spiritu Sancto conformatum doceri, ut dignum et idoneum esset in quo Deus habitaret. 3 Quae omnia evincunt Hermam aperta fronte rationa-

1: A

®) *Epist.* 1. *ad Serapionem.*

9) S. Thomas part I. qu. 36. art. 1.

*) Vocat Hermas Filium *servum,* eo quod, ut ibidem exponit, etsi omnium Dominus sit, servilem formam induit in Incarnatione, quibus verbis alludit ad illud Pauli: *Otii cum in forma Dei esset* etc.

4) Vox enim *amici* non exprimebat quod Hermas intendebat, idcoque eam angelis servavit.

3) Ex quo patet, quam longe abfuerit Hermas a socinianis, qui contendunt, Christum dici Filium Dei, eo quod conceptus fuerit de Spiritu Sancto; dum e contrario

listis adversari. Vidimus praeterea Spiritum Sanctum glorificari a s. Polycarpo una cum Patre ct Filio, et ah utroque distingui.

298. S. **Clemens romanus:** *Jlle ergof* inquit, *Spiritus Sanctus est ct rectus, qui ab ipso* (Patre) *procedit.* ' Ergo rursum et Deus et distinctus a Patre Spiritus S. perhibetur: si enim procedit a Patre, Deus est et a Patre distinctus.

299. Item s. **Ignatius martyr,** in *Epist. ad Trallian.* num. IV. inter haereticos recenset eos, qui *Spiritum Sanctum nec esse confitentur,* quique dicunt *cumdem esse Patrem, Filium et Spiritum Sanctum* 5 * et en rursum Spiritum Sanctum ut personam subsistentem, et distinctam a Patre et Filio, et quidem divinam, utpote qui confertur cum Patre et Filio, quem ibidem s. martyr Deum dicit. 6

300. II. Patribus apostolicis **subséquentes patres** concinunt, eamdemque fidem praedicant. Cum enim atheismi accusarentur Christiani ab ethnicis, apologetae religionis nostrae repellebant impactam Christianis calumniam, profitentes Christianos credere in Patrem, Filium et Spiritum Sanctum, eosque adorare. Ita s. **Justinus**7, et Athenagoras8, qui fidem et praxim exponebant totius ecclesiae. His addendi ceteri ejusdem aetatis patres, quorum alii vocarunt Spiritum S. *perfectum Deum,* ut Tatianus, qui etiam eum *Dei portionem esse,* eique Patris et Filii substantiam traditam docet9; alii eum Hermas affirmat, ideo Christum conceptum esse de Spiritu Sancto, quia est Filius Dei, et quia Spiritus Sanctus ipsi Filio Dei dignum seu idoneum aptavit corpus.

4) *"Εατιν ούν τούτο, άγιον καί εΰ3έ{, τό απ' αυτού προελ^όν.* Apud s. Basil, lib. *De Spiritu S.* cap. 29. η. 72. tom. IIL pag. 61. edit. Paris. 1730. Cf. integrum textum etiam in *Bibl. Patrum* Gall. tom. L pag. 44.

s) Το πνεύμα, ουδέ οτι έβτίν, όμολογοϋϋι... ταύτόν δί είναι πατέρα, καί υιόν, καί πνεύμα άγιον. Apud Cotelcrium *Scripta Patrum apost.* tom. Π. pag. 65.

e) Plura alia testimonia de Spiritu Sancto inveniuntur apud eumdem Colelerium, op. cit.

7) Apol. I. num. 6 : *ΆλΧ έκεΐνον καί τον παρ' αύτοΰ υιόν... πνεύμα τε τό προφητικόν αεβόμε^α, καί προίκυνοΰμεν.* Id est : *Sed eum* (Patrem) *et Filium ... et Spiritum propheticum colimus et adoramus.*

8) *Legat, pro Christ',* n. 10: *Tif ovv ούκ αν άπορήϋαι λίγονταί* Sitii/ *πατέρα καί υ'όν S-εόν, καί πνεύμα άγιον, δεικνύντα αυτών καί την ίν τη ένώβει δύναμιν, καί την Iv τη* τα&ι *διαίρεϋιν, ακούβα àS-iovf καλουαένοί;* Id est: *Ouis non miretur, cum atheos vocari audiat eos, qui Deum Patrem et Filium Deum et Spiritum Sanctum asserunt, ac eorum et in unione potentiam, et in ordine distinctionem demonstrant?* Et rursum num. 12: *Ή των τοΰούτων ίνωΰμ, καί διαΐρεΟιί ενουμίνων, τοϋ πνεύματοί, του παιδόί, τοΰ πατρό(.* Id est: *Ouae trium unio, et in unitate distinctio. Spiritus, Filii, Patris.*

9) In *Orat. Contra graecos,* n. 4: *ΙΙνεύμα γάρ τό διά rijf νληί διηκον, fλαπτόν υπάρχει τον ^ειοτέρου πνεύματο όπερ δε παρωμοιωμένον ον τιμητέον Ιπί<ίη τ<.»* τίλιίφ 3ιβφ. Id esi: *Est diviniore Spiritu inferior ille spiritus, qui materiam pervadit: qui quidem cum animae assitnilatus est, non eodem ac perfectus Deus honore colendus est;* et n. 7. dicit cum Seoû *μοίραν, Dei portionem,* juxta loquendi usum tunc temporis receptum, ad dcsignan-

Sapientiam Patris vocarunt; *Creatorem,* ac cum Patro et Verbo *solum verum Deum, Spiritum Dei, Spiritum Patris,* aeternum, omnipotentem, ut 8. Irenaeus ‘°; sic etiam s. Theophilus andochenus eumdem Spiritum Sanctum vocai *Sapientiam,* eumque distinguit a Patre et a Verbo, et in eadem essentia praedicat cum Patre et Filio11; ita etiam Clemens alex., Tertullianus, s. Bippolvtus, Origenes, antiquus auctor Constitutionum apostolicarum, Minutias Felix, s. Cyprianus, Novatianus; qui omnes, ut subséquentes praeteream, unanimiter conveniunt in asserenda divina Spiritus Sancti persona a Patre et Filio distineta, eique tribuenda eadem divina essentia cum Patre et Filio, aeternitate, omnipotentia, aliisque divinis perfectionibus. 12

301. ΓΠ. His accedunt **testimonia martyrum.** Jam superius attulimus verba s. Epipodii, coram judice exclamantis: *Christum cum Patre et Spiritu Sancto Deum esse confiteor.* Spiritus Sancti virtus atque omnipotentia et consilium celebrantur etiam in actis sanctae Felicitatis et septem filiorum ejus, et in epistola ecclesiarum viennensis et lugdunensis, apud Ruinart. 13

dam consubstantialitatem personarum. Cf. Maran, op. cit. lib. IV. cap. 7. n. 7.

,0) Lib. IV. *Atio, haeres,* cap. 20. n. 1. edit. Mossueti: „Adest, *inquit,* ei semper Verbum ct Sapientia, Filius et Spiritus, per quos et in quibus omnia libere et sponte fecit, ad quos et loquitur, dicens: **Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram;** ipse asemetipso substantiam creaturarum et exemplum factorum et figuram in mundo ornamentorum ǎccipiens; et lib. IIL cap. 24: ..Verbo suo confirmans, et Sapientia compingens omnia, hic esi solus verus Deus;· et lib. V. cap. 12. n. 2. vocat Spiritum sempiternum dicens: *"Ετερον hi Ιστι* τὸ *ποιη*Sèe τοὺ *ποιήσαντο · ἡ ούν πνοή πρύ καιρο ,* τὸ *δε πνεύμα àlwaov.* Id est: *Aliud autem est, quod faction est, ab eo, qui fecit. Afflatus igitur temporalis, Spiritus autem sempiternus.*

") Lib. II. *Ad Autolyc.,* n. 15: *Αi τρει ήμέραι αi πρό των φωστήρων γεγονvίαι,* τὺποι *είσ'ιν τή τριάδα ,* τοὔ Hioὔ, *καί τού λόγου αυτού, καί τη σοφία αυτού.* Id est: *Tres dies, qui ante laminaria fuerunt, imago sunt triadis, Dei, ejus Verbi, ejusque Sapientiae.* Et lib. I. n. 7: *Τί ίστιν ὁ Ιατρό ; ὁ 3εό , ὁ 3εραπεύων, καί Ζωοποιών διά τοὔ λόγου καί τή σοφία . Ὁ 3εό διά τοὔ λόγου αυτού και τή σοφία Ιποίησε τα πάντα· το" γάρ* Λογq» *αυτοὺ Ιστερεώϐ·η Cαν οι' ουρανοί, καί τώ πνεὔματι αυτού πάσα ή δόναμι αὐτών.* Id est: *Ouis est iste medicus? Deus, qui per Verbum et Sapientiam sanat et vivificat. Deus per Verbum et Sapientiam condidit universa; nam Verbo ejus firmati coeli, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Labitur proinde Pelavius, dum in primo textu duas tantum a Théophile admitti autumat personas, Filiumque cum Spiritu Sancto confundi. Luculenter enim ex his textibus patet Theophilum Spiritum Sanctum quem *Sapientiam* appellat, distinguere a Verbo. Mirum vero nemini esse debet Spiritum S. dici Sapientiam, quo nomine plures alii patres cum vocarunt, ut Irenaeus, loc, cit., Origenes, Marius Victorinus; ut Bullus ipse ac Petavius observant (Bullus, sect. IV. cap. 3; Petavius, *De Trin.* lib. VII. cap. 12.). Didymus in libro *De Spiritu Sancto* hanc affert causam, cur ita vocetur, quod Spiritus sapientiae in Scripturis recenseatur. Cf. Maran, loc. cit. cap. 8-

lI) Cf. Maran, loc. cit. capp. 10 — 19, qui singulorum patrum dicta expendit ac vindicat.

,3) Pag. 22, 60, edit. Veronensis 1731; pag. 25 et 62, edit. Amstel, ann. 1714-

302. IV. **Monumenta antiquissima** idem probant. Cujusmodi sunt inscriptiones sepulcrales, tabulae musivae, in quibus sub columbae specie Spiritus Sanctus a Patro et Filio distinctus exhibetur animas in baptismo gratia sanctificans, vel b. Virgini ab angelo salutatae obumbrans, vel Christi in Jordane baptismum a s. Praecursore suscipientis divinitatem contestans, quas collegit et illustravit Gener 14, nec non Arringhius et Boldettus, aliique non pauci. 15 Quibus addi debent tabulae diptycae graeco-moschae, quas protulit et illustravit Papebrochius. 16

303. Quae omnia sic unico perstringimus argumento: Ille ex sensu ecclesiae traditional! perpetuo Deus dicendus est, *et* persona divina subsistens, a Patre et Filio distincta, quem patres apostolici eorumque immediati successores usque ad tertium saeculum Deum vocant, adorandumque praedicant ut Deum, quem unum cum Patre et Filio dicunt, ac ordine ab iisdem distinctum, eadem tamen aeternitate, potestate ceterisque divinis perfectionibus praeditum, quem martyres Deum pariter unum cum Patre et Filio confitentur, quem antiquissima monumenta una cum Patre et Filio distinctum exhibent. Atqui ex dictis talis est Spiritus Sanctus; ergo.

DIFFICULTATES.

304. I. **Obj.** 1. Cum scriptores sacri, pro manca quae est aevi inculti oris scientia, sibi ipsis non constiterint in iis, quae de ideis et notionibus exposuerunt 17, et 2. hellenistae plurima, quae judaei palaestinenses Spiritui Dei *πνεύματι &eov* tribuerunt, de *Λ6γ<ρ* seu Verbo visi sint praedicasse, nil mirum esse debet, si eadem confusio apud veteres reperiatur. Nam 3. varie disputatum est, num Spiritus Sanctus et *Λόγο* seu Verbum idem sint. Quod 4. post Justinum M. *Dial. 'IT.}* Irenaeum *Advers. haer.* I. 19, et Joannem damascenum, *De fide orth.* lib. III. cap. 2, theologi nonnulli 5. recentiores, Bauer, Jib. I. 268 et seqq., auctor comment, in Henke *Magaz. (Repertorio)* IV. 126 et seqq. demonstrare conati sunt. 18 Sane 6. Tertullianus

H) Joann. Bapt. Gener S. J. *Theologia dogmatico-scholastica,* tom. II. pag. 494 et seqq. Romae 1768.

,s) Apud eumdem ibid.

,ε) In *Apparatu ad acta Sanctorum,* tom. I. Maji, ubi versat ephemeridas graeco-moschas, pag. 11.

*7) Ita Wegsch. §. 83. ubi inter hellenistas, qui plurima, quae judaei palaestinenscs Spiritui Dei tribuerunt et de Verbo praedicarunt, recenset s. Joannem, qui distinguit Spiritum S. a Verbo, cum tamen creationem, quam Verbo tribuit evangelista, tribuat Joannes Baptista singulari cuidam τοὐ *πνεύματο ἁγιον* efficaciae, seu efficaciae Spiritus Sancti (Joann. I. 32 et seq., cf. III. 34.); quasi Praecursor contradiceret Joanni evangelistae. Asl et in hoc mira elucet rationalistae impudentia, nam in locis citatis nec verbum habet s. Praecursor de creatione, quam Wegscheider tributam asserit a Joanne Baptista Spiritus Sancti efficaciae. Ista est potissima ratio, quare ipsi contenti sint loca indicare, nec testimonia afferant, ut securius illudant et mentiantur.

,s) Wegsch. §. 83. not. *a.*

Adversus Pros', cap. XXVI. *Spiritu Dei,* inquit, *et sermone et virtute collatis* m *virginem, quod de eo nascitur, Filius Dei est.* Quaro 7. Eichhorn19 vocabula *Verbum, λόχο* , ‡2T. ‡ et *Spiritus, πνεύμα,* ΠΊΊ in eo convenire observat, quod vim seu voluntatem Dei efficacem modo quodam symbolico describunt, ita quidem ut *λόγο* eam sub specie verbi, *spiritus, πνεύμα* eamdem sub specie halitus ex ore Dei emissi adumbret. 8. Hanc *τον λόγον* notionem bene significavit Athenagoras *{Legat,* cap. X.) vocibus *ideae* et *operationis, ιδέα χα'ι ένεργεία 20',* et 9. aevo antenicaeno rarius substantiae unitas cum Patre et Filio vindicata fuit Spiritui Sancto; 10. Patri Filioque quodammodo subesse Spiritum Sanctum docuerunt veteres illi; 11. ncc nisi ante mundum conditum Spiritum S. peculiarem hypostasin prodiisse contenderunt. 21 Ergo.

305. Resp. ad 1. *D.* Si scriptores sacri non fuissent divina inspiratione afflati, *Tr.* 22 supposita divina inspiratione, -V. Jam vero apostolus de se scribebat: *Loquimur Dei sapientiam* (I. Cor. II. 7.); *an experimentum quaeritis ejus, qui in me loquitur, Christus* (II. Cor. XIII. 3·)? et b. Petrus: *Spiritu Sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines* (II. Petr. I. 21.), ac apostolum Paulum testatur, scripsisse *secundum datam sibi sapientiam {\\Ad.* III. 15.). Ut alia praetermittam. quae rationalistarum impium systema prorsus evertunt qui nihil nisi humanum in Scripturis agnoscunt. Cum igitur, non juxta aevi incultioris scientiam, sed juxta scientiam sibi divinitus communicatam sacri scriptores litteris consignaverint, quae a Christo didicerunt, negamus eos sibi non constitisse. Unica vero ratio, cur autument adversarii nostri, scriptores sacros sibi non constitisse, est, quia cohaerere non possunt ea, quae hi litteris exararunt et viva praeterea voce transmiserunt, cum illis ideis, quas ipsi sibi serius nimis cuderunt ex sapientia et prudentia humana, quae inimica est Deo>

306. Ad 2. *Feg.* ex data responsione; ac nego praeterea illationem ex falso supposito, nimirum confusionem, quam sibi rationalistae confingunt, apud veteres reperiri, qui, ut ex probationibus constat, perpetuo tres distinxerunt in Deo personas, nec unquam alteram cum altera confuderunt; itaque ejus confusionis nullum vestigium apud ipsos occurrit, nec ullam adversarii ejus-

”) Ln *Einleituny in lias N. T.* sen noverint ipsi sacri scriptores, qui eas ex *Introd, in N. T.* tom. IL pag·. 160 et seqq.

30) "Wegsch. §. 83.

31) Idem §. 88.

3Î) Transmisimus in falsa hypothesi adversarii. Ceterum etiam in hac hypothesi absonum est admittere, melius novisse rationalistas veritates a Christo traditas, quam Christi ore acceperunt, etiam juxta solas critices regulas. Nonne tumidi isti sapientes imitantur, immo vincunt arrogantiam veterum gnosticorum et haereticorum, qui apostolos ut simplices ac rudes traducebant, seseque illis praeferebant? Adeo verum est, unum eumdemque semper esse haereticorum omnium spiritum et sentiendi rationem et impietatem!

dem confusionis probationem adducunt. Nos vero meris verbis rationalisferum non acquiescimus.

307. Ad 3. *Neg.* Siquidem numquam de hoc disputatum est; sed semper *Logos* distinctus exhibetur a Spiritu Sancto, ut ex dictis patet.

308. Ad 4. *Feg.* Nemo enim ex adductis patribus Verbum idem esse dixit cum Spiritu Sancto; sed semper unum ab altero distinxerunt.

309. Non in primis s. Justinus, qui loco citato ab adversario nec syllabam de his habet. Quod si in *Apolog. I.* num. 33. de ipsa Verbi persona exponit, quod apud s. Lucam dicitur: *Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi; ideoque, quod nascetur ex te sanctum, vocatur Filius Dei,* ita ut Verbum quoad carnem in utero b. Mariae Virginis sit ille Spiritus Sanctus et virtus Altissimi, quae obumbravit Mariae, non inde sequitur s. martyrem confudisse simul Spiritus Sancti personam cum persona Verbi; sed solum hoc loco idem ipsum designari Verbum nomine Spiritus Sancti et virtutis Altissimi; in quo nihil est quod reprehendi debeat. S. Justinus Spiritum Sanctum solet vocare *Spiritum propheticum,* ut patet ex hoc eodem numero sub initium tum ex n. 6. et n. 13. ubi eum dicit tertiam Trinitatis personam 23, seu tertiam ordine. Ex hac interpretatione potius evertitur principium socinianorum, qui contendunt, ideo Christum dictum esse Filium Dei, quod conceptus sit Spiritus Sancti virtute.

310. Non s. Irenaeus, qui lib. I. cap. XIX. (in edit. Massueti XXII.) non solum Verbum cum Spiritu Sancto non confundit, sed contrarium praecise statuit illius, quod dicit Wegscheider. En ejus verba: *Pater... per*

“) Num. XV. edit. Maran. inter cetera haec habet: *Ιη^ουν Χριβτόν τον νταυροΒί'ιτα . . . νιόν αύτοΰ τοϋ όντω($ίθΰ μαSôrrtç, καί Iν διντίρα χώρα ϊχοντι . πνιΰμά τι προφητικόν Iν τρίτη τάίιι, ότι κατά λόγου τιμώμιν, άποδε£ομιν.* Id est: *Jesum Christum crucifixum . .. veri Dei Filium esse edocti, ipsumque secundo loco, Spiritum autem propheticum tertio habemus ordine, non sine ratione a nobis coli demonstrabimus.* Quis vero nisi insanus post adeo luculentum testimonium asserere audeat s. Justinum confudisse Spiritum Sanctum cum Verbo? Quod vero per Spiritum Sanctum, qui Lucac I. dicitur descendisse in Mariam Virginem, et per virtutem Altissimi a nonnullis veteribus patribus intellectus est ipse Dei Filius, nemo mirari debet, qui observet ideo ab ipsis id factum esse, quod veteres interdum nomen *Spiritus Sancti* tum naturae divinae universim, tum singulis personis aptaverint, atque etiam ex eo quod apostolus vocaverit Christum Dei virtutem et Dei sapientiam. Celerum hanc expositionem pracler s. Justinum, Hermam (lib. III. simii. V.), Tertullianum, Cyprianum, Lactantium, adoptarunt etiam post concilium nicaenum s. Hilarius pictaviensis (*De Tria.* lib. X. el lib. II. n. 26.) saltem juxta interpretationem Couslantii, editoris operum s. Hilarii, illis verbis: *Spiritus Sanctus desuper veniens . . . naturae se humanae carnis immiscuit,* et alibi; tum s. Athanasius (libro *De /neam.* pag. 72. edit, maur.), nec non Ruffinus (in *Expositione symboli),* ac demum, aliis omissis, s. Joann, damascenus, in loco nobis objecto. Cf. praefatio operum s. Hilarii, edit, rnauriu. pag. 18. §. 2. n. 57 et seqq.

Verbum it Spiritum suum omnia faciens et disponens et gubernans, et omnibus esse praestans. Habes iterum specimen bonae lidei rationalistarum.

311. Non s. Joannes damascenus, utpote qui loc. cit. nomine *virtutis intelligit* ipsum Filium Dei, qui, ut ibidem subdit, *Conspersionis nostrae primitias ipse sibi compegit. . . conditoris more per Spiritum Sanctum.* [25] Ubi, quaeso, confusio Verbi seu Filii Dei cum Spiritu Sancto? Mira praeterea apparet rationalistarum impudentia, dum audent pro se afferre auctoritatem s. Joannis damasceni, qui lib. L non solum data opera agit de ss. Trinitate (cap. VIII.), sed distincte de persona Verbi et de persona Spiritus Sancti (cap. VI. et VII.).

312. Ad 5- *D.* Id est, profani et impii ex rationalistarum grege id demonstrare conati sunt, sed perperam, ut ex dictis constat, *C.* ostenderunt, *N.* Numquam enim id efficient, obsistente sibi tota antiquitate; nec nisi pervertendo sensum veterum, possunt sibi blandiri imperitis fucum se esse facturos.

313. Ad 6. *Neg.* Hic pariter Tertullianus de Filio Dei exponens angeli verba: *Spiritus Sanctus* etc., ac unum idemque significari asserens sive per Spiritum Sanctum sive per virtutem Altissimi, quae virtus juxta ipsum non est nisi proprietas Sermonis seu *Logi,* contendit adversus Praxeam, qui divinas confundebat personas, non Patrem, sed solum Filium seu, ut ipse vocat, Sermonem in uterum Virginis descendisse. Ceterum hoc ipso in capite Tertullianus tres expresse distinguit personas divinas, dicens: *Navissime mandans* Christus, *ut Unguerent in Patrem ct Filium et Spiritum Sanctum,* nozi *in unum. Nam nec semel, sed ter, ad singula nomina in personas singulas Unguimur.* [26]

314. Ad 7. *D.* Pro lubito suo vim Scripturae inferendo et contra sensum totius antiquitatis, *C.* jure merito, *N.* Responsio patet ex dictis.

315. Ad 8. Vel *Neg.* vel *D.* Confundens Verbum cum Spiritu Sancto, *N.* de solo Verbo seu Logo id dicit Athenagoras, *subdist.* per oppositionem ad falsorum deorum genealogias, *C.* ad solam Patris adstruendam ideam et operationem, qua negaret *λόγον* esse personam subsistentem distinctam a Patre, *N.* Athenagoras igitur, ad repellendam a Christianis atheismi calumniam de qua superius diximus, asserit eos colere Patrem et Filium et Spiritum Sanctum; ne vero putarent ethnici per hoc vel tolli unitatem Dei vel induci deorum sobolem, ut ipsi faciebant, Athenagoras utramque suspicionem sustulit, affirmans, Patrem mente Filium genuisse, et Patrem ac Filium unum esse, nempe natura; item Spiritum affluentiam Dei esse, emanantem ac re-

2‘) Ac veterum more affert verba Psalmi XXXII: *Verbo Domini coeli firmati sunt. et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum;* quibus per ipsos designatam esse personarum Trinitatem, res notissima est

ω) *Απαρχήν τοὺ ἡμιτἴρου φυράματο . . . δημιουργικά»!, διά του άγιου πνιύματοϛ.*

18) Pag. 516. edit. Rigaltii. Paris. 1664.

deuntem, veluti radium solis. Postea concludit: *Quis igitur non miretur, cum atheos vocari audiat cos, qui Deum Patrem, et Filium Deum et Spiritum Sanctum asserunt, ac eorum in unione potentiam et in ordine distinctionem demonstrant™?* Quod ei quis haec conferat cum sensu Wegscheider et Eichhorn, videbit tam inter se distare sensum Athenagorae, ab eo quem isti ei affingunt, quam inter se distant lux et tenebrae.

316. Ad 9. *Feg.* Quoties enim sese obtulit occasio, patres illi eamdem substantiae unitatem tum Patri tum Filio tum Spiritui Sancto vindicarunt, ut ex probationibus constat. Addatur praeterea tunc nondum fuisse exortas baereses, quae directe divinitatem Spiritus Sancti ejusque subsistentiam impeterent. Ceterum strenue patres illi distinctionem divinarum personarum adversus sabellianos seu patripassianos propugnarunt. Divina enim providentia permisit, ut sub ipsum christianae ecclesiae exordium ejusmodi errores exorirentur, ut sic in antecessum arianorum, macedonianorum, ac postea socinianorum et rationalistarum et damnatio in propatulo poneretur et impietas.

317. Ad 10. *D.* Subesse dependentia improprie dicta, seu ordine in processione, *C.* proprie dicta, *N.* Hoc numquam patres docuerunt.

318. Ad H. *D.* Prodiisse externa manifestatione, ut dictum est de persona Verbi, *C.* processione interna, *N.* Recolantur superius dicta.

319. II. Obj. 1. Etsi ariani inficiati essent divinitatem Spiritus Sancti, numquam tamen a patribus hac de causa impugnati sunt, vel 2. dogma istud assertum est a nicaena synodo. 3. Quod si concilium constantinopolitanum I. divinitatem Spiritus Sancti asseruit adversus macedonianos, nusquam tamen Deum ipsum appellavit; quam agendi rationem 4. tenuerunt patres ipsi, qui vel Trinitatem propugnaverunt, ut s. Hilarius, qui in 12 libris de hoc argumento conscriptis, nullibi Spiritum Sanctum Deum dicit, vel qui data opera scripserunt de Spiritu Sancto, ut s. Basilius, qui praeterea auctor fuit presbyteris tharsensibus, ut contenti professione nicaena, nihil aliud a macedonianis exigerent, nisi ut faterentur *Spiritum Sanctum creaturam dici non oportere.*[23] Quod quidem argumento est, satis firmam per ea tempora non fuisse fidem in divinitatem Spiritus Sancti, prout magis confirmatur ex objurgatione s. Basilii in s. Dionysium alexandrinum, quod Spiritum Sanctum *ab adorata deitate sejungens, et inferioribus una cum creata ac ministra natura numerans*[20], ei detraxerit. Ergo.

320. Resp. Ad i. *D.* Directe et primario, *C.* indirecte et ex conse-

a7) Textum graecum superius dedimus, num. 300. not. 8.

mj To *μη btîv λίγισ^αι χτίσμα το πνίνμα τό άγιον.* Sententia haec pluries occurrit in tom· EU. operum edit, maurin.

20) Ep. IX. *Ad Maximum philosophum,* alias XLI. n. 2. pag. 91. tom. III. operum. *7'ρi προικυνουμίνη αύτό 3τότητο{ Ιζ,ορίζων, καί κατωπον τή κτιστή, καί λίιτουργιή φύσει συναρι3μων.*

quenti. A'. Itaque patres, ne novas lites sererent, contenti fuerunt ipsos arianos adoriri in praecipuo et primario eorum errore, qui versabatur circa Verbi divinitatem; siquidem existimabant, destructo errore primario alterum sua sponte casurum. Interea non destiterunt in eos invehere etiam ob negatam ab ipsis divinitatem Spiritus Sancti.30

321. Ad 2. *D.* Directe et expresse, *Tr.* indirecte et aequivalenter, xV. *Quippe de his,* inquit s. Epiphanius, *quae singulis temporibus occurrunt, cavere synodi ac decernere solent.31* Cum propterea ariani directe saltem, ut diximus, nonnisi Verbi divinitatem impugnaverint. hinc satis fuit nicaenae synodo contrariam veritatem directe adstruere; nec tamen omnino divinitatem Spiritus Sancti dimisit, teste s. Athanasio, qui in *Epistola synodica ad Jovianum imperat,* inquit: *Neque etiam Spiritum Sanctum a Patre et Filio disjunxere, sed illum potius una cum Patre et Filio glorificavere* PP. nicaeni, *in una sanctae Trinitatis fide, quia nempe una est in sancta Trinitate divinitas. 32*

322. Ad 3. *D.* Conceptis verbis juxta illius temporis oeconomiam. *C.* aequivalentibus, *N.* Eo ipso quod synodus *Dominum et vivificantem, er Patre procedentem, et cum Patre et Filia adorandum et conglorificandum* definivit Spiritum Sanctum, ipsum verum Deum Patri ac Filio consubstantialem esse docuit. Abstinuit autem a voce *Dei,* quia sic ferebat usus loquendi per illa tempora receptus, quem synodus servare constituit.

323. Ad 4. *D.* Plerique ex prudenti oeconomia usu consecrata, *Tr.* мпnes et ex dubio super hoc articulo fidei nostrae, iV. Itaque in primis observo non omnes abstinuisse ab appellatione Dei dum agerent de Spiritu Sancto; cum eum Deum expresse vocaverit s. Dionysius alex. 33, Tatianus34, aliique. Deinde, ut modo dictum est, id ex quadam religione ac reverentia erga receptum loquendi usum ab ipsis apostolis inductum, ne Christianis adhuc teneris ac pene musteis ex gentilitate conversis nomen Dei multiplicatum in Filio et Spiritu Sancto esset offendiculo, quasi plures dii admitterentur, prout advertit Petavius35, de simili argumento disputans. Ceterum

30) Cf. s. Athanas. *Orat.* II. in arianos; tum epist. I. *Ad Serapion,* n. 2- opp. s. Alhanas. tom. I. part. II. pag. 649. edit, maurin.

31$<ripàç *γάρ* το υποπίπτον *Iν καιρη, καί* καιροί αί συκόόοι *την ασφάλειαν ποιούνται. Haer.* LXXIV. η. 14. edit. Petavii. Ibidem vero ostendit, synodum nicaenam veram circa divinitatem Spiritus Sancti fidem salis expresse professam esse illis verbis: *Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, et in unum Dominum Jesum Christum et in Spiritum S.* etc.

3Î) 'ζiλλ' *ουδέ άπηλλοτρίωσαν το πνεΰμα το άγιον* από *τοΰ ποττρόί καί τοΰ νι'οΰ, αλλά μάλλον βυνεδόζ,αναν* αυτό τ‹-› *πατρί, και τιΰ νίιΰ Iν τη μια τή άγια τριάδο πίϋτει, διά τό καί μίαν είναι Iν τή άγια τριάδι θεότητα. Epist. ad Jorianum de fide,* η. 4. edit maurin.

”) Cf. textum inferius allatum.

In *Orat. cont. Graecos,* n. 4. Ejus verba jam dedimus in probat.

”) *De Trim* lib. III. cap. 1. §. 4. Ex auctoritates. Joann.Chrysost. qui *Horn.* A'X *in epist. 1. ad Cor.* observai neque Deum appellare Jesum Christum illo loco voluisse

omnes unanimiter patres in eamdem fidem conveniebant, sive in professione unitatis divinae naturae in Trinitate personarum, sive in divinis attribntis unicuique personae asserendis, aeternitate e. gr., omnipotentia, sapientia etc., sive demum in cultu divino eisdem decernendo, ut suo loco ostendimus.

324. Atque hinc responsio patet ad id, quod objicitur ex agendi ratione tum s. Basilii in libro *De Spiritu Sancto,* qui postea non veritus est hanc appellationem eidem tribuere in epist. YП1. alias CXLL scribens: *Cum confiteri oporteat Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum Sanctum; ut eloquia divina, et qui ea sublimius intellexere, docuerunt*36, tum s. Hilarii, cujus luculenta verba sunt in *Commentariis* ad illud Matth. ult.: *Euntes ergo in mundum* etc. *Ut, quorum est una divinitas, sit una largitio, nomenque Trinitatis unus Deus est.* 37

325. Quod demum attinet ad objurgationem s. Basilii in Dionysium alex., vel haec non respicit nisi verba non satis caute in aestu disputationis usurpata adversus Sabellium, ut Garnerio placet38, vel dicendum eam factam fuisse, priusquam in Basilii manus pervenerit apologia, quam ad ejusdem nominis romanum pontiiicem miserat Dionysius, ut suspicatur Tillemont. Certum enim est Dionysium recte de Spiritus Sancti divinitate sensisse, cum in responsione ad propositiones Pauli samosateni scripserit: *Non impune fert is, qui adversus benignum Spiritum Sanctum blasphemus est. Spiritus autem est Deus; et* alibi passim. Hinc idem s. Basilius in libro *De*

Paulum, neque Pairem Dominum, ne, cum Deum ac Deum, Dominum ac Dominum audirent Corinthii, plures esse deos suspicarentur ac dominos, seque ad antiquam superstitionem relapsos, in qua plures dii erant ac domini. Hanc eamdem fuisse causam addit, cur neque Spiritus Sancti meminerit, ut illorum imbecillitati consuleret. Idem observant Basilius, Theodoretus, Oecumenius et Theophylactus, ibidem.

3β) Θεορ *όμολογεΐν,* Stov *τον πατέρα, 5·εόν τον υιόν, Зεόν τό πνεύμα τό άγιον ιό ο' Зεΐοι λόγοι,* καί οι *τούτου* ύψ^λότερον *νενοηκότε έδίδαΕαν.* Num. 2. pag. 81- tom. III. edit, maurin.

3T) Tom. I. opp. edit, maurin. n. 3.

M) In not. ad hunc locum, ubi observat s. Basilium feleiri Dionysium non pravitate sententiae peccasse, sed studio oppugnandi Sabellii, atque ut plenam et redundantem victoriam obtineret. Hinc consubstantialitatem ab eo admitti dicit in apologia ad Dionysium romanum; in aliis autem libris non alio consilio rejici, nisi ut adversetur Sabellio hac voce abutenti. Etsi vero rejiciat conjecturam Tillemonlii, dat tamen s. Basilium paulo acerbius vellicasse s. Dionysium, deceptum fortasse testimoniis ab arianis confictis ac s. Dionysio perperam attributis. Haeretici enim semper fraudibus ac dolis utuntur ad impugnandam catholicam veritatem. Ceterum de sincera fide s. Dionysii legatur s. Athanasius, ejus in ale.xandrina sede successor, in epistola *De sententia Dionysii,* ubi illustria illius patris testimonia in medium affert, tum de Filii, tum de Spiritus S. divinitate, praesertim n. 17. ubi facta mentione Patris, Filii et Spiritus S. ita concludit Dionysius: *OvTω μεν ημεί ει τε την τριάδα την μονάδα πλατύνομεν αδιαίρετον, καί τήν τριαδα πάλιν άαείωτον ει την μονάδα συγκεραλαιούμε^α. Id* est: «Sic *quidem nos indivisibilem unitatem in Trinitatem dilatamus, et Trinitatem iterum, quae imminui nequit, in unitatem contra hitnus.* Quibus nihil praeclarius afferri potest. Vid. opp. s. Athanas. tom. I. cap. 1. pag. 12. edit, maurin.

Spiritu Sancto inter eos, qui divinitatem Spiritus Sancti praedicarunt, Dionysium recenset, ejusque testimonia profert.[39]

326. **Inst.** 1. Ecclesia numquam preces ad Spiritum Sanctum dirigere consuevit. 2. Quin potius in cone, carthag. III. cap. 23. sancivit, *ut, cum ad altare assistitur, semper ad Patrem dirigatur oratio.* Atque 3- in veteri doxologia recepta illa formula erat *Gloria Patri et Filio in Spiritu Sancto.* Quibus omnibus luculenter probatur Spiritum Sanctum nec Deum nec personam divinam, saltem reliquis duabus personis aequalem creditum fuisse.

327. **Resp.** Ad 1. *D.* In publica liturgia ob peculiarem rationem, alias allatam, cum de Verbi divinitate loqueremur, *C.* quasi ecclesia in divinitatem Spiritus Sancti minime crediderit, *N.* Ecclesiae enim catholicae fides eadem semper est; quapropter id, quod nunc credit de augustissimo Trinitatis mysterio et singularum personarum divinitate, semper credidit, ut omnia allata documenta ostendunt. In sacra liturgia autem consueverat orationes suas dirigere ad Patrem per Filium, *in* vel *cum* Spiritu Sancto, non quasi discernens gradus, sed originum statuens distinctionem.[40]

328. Ad 2. *D.* Ad uniformitatem in publica praesertim liturgia servandam, et ad privatorum errores praecavendos, *C.* aliter, *N.* juxta dicta. Sensum verum capituli XXIII. concilii Carthaginiensis talem esse, eruitur ex ipsis capituli verbis, quae ita se habent: *Ut nemo in precibus vel Patrem pro Filio, vel Filium pro Patre nominet. Et cum altari assistitur, semper ad Patrem dirigatur oratio. Et quicumque sibi preces aliunde describit, non eis utatur, nisi prius eas cum instrudioribus fratribus contulerit.*[41]

329. Ad 3- **Resp.** I. *Neg. antec.* Contrarium enim non pauca antiqua documenta evincunt, quae collegit s. Basilius in libro *De Spiritu Sancto* cap. XXIX. n. 71 et seqq.[42]

330. **Resp.** II. *Dato antec. neg. conseq.* Eodem quippe sensu ejusmodi doxologiam usurpatam antiquitus fuisse ac *cum* Spiritu Sancto, vel Spiritui Sancto, fuse ostendit citato loco s. Basilius, eo ipso quod promiscue utraque

”) Τοτη. III. cap. 29. η. 72. pag·. 60.

‹0) Noto antiquissimam esse in liturgia orationem illam: *Suscipe Sanctu Trinitas* etc. in utraque ecclesia, tum latina tum graeca. Cf. Benedictus XIV. *De sacrificio Missae.* lib. II. cap. 2. n. 7. Addatur usus doxologiae in publica liturgia, de qua superius diximus, ad 1res personas distinctas directae.

41) Apud Labb. *Collect. Condi.* tom. II. col. 1170. Ceterum s. Fulgentius africanus sic canonis africani sensum exponit, inter cetera scribens: «Dura ad solius Patris personam sermo dirigitur, bene credentis fide tota Trinitas honoratur, et quum ad Patrem litantis destinatur intentio sacrificii, munus omni Trinitati uno eodemque offertur litantis officio." Ad *Monim.* lib. III. cap. 5. Cf. Bingham, *Origines et antiq. christ,* vol. V. lib. XIII. cap. 2. §■ 5.

w) Modum glorificandi Patrem et Filium *cum* Spiritu Sancto s. Dionysius ibid, vocat *formam ac regulam a presbyteris, qui ante ipsum vixerunt, acceptam.*

particula *in* et *cum* veteres uterentur; sic s. Dionysius alex. ibid, suam apologiam concludit: *Deo autem Patri et Filio D. N. J. C. cum Sancto Spiritu gloria et imperium in saecula saeculorum. Arnen.*** Populus ex antiqua traditione aetate ipsius s. Basilii solebat canere: *Laudamus Patrem, Filium et Spiritum S. Dei.*[*4] Africanus historicus'gratias agit Patri, qui praebuit suis creaturis universorum Servatorem ac Jesum Christum, cui gloria, majestas *cum Sancto Spiritu in saecula.* [45]

CAPUT V.

DE SPIRITUS SANCTI A PATRE ET FILIO PROCESSIONE.

331. Duplex quaestio agitatur circa processionem Spiritus Sancti inter latinos et graecos schismaticos. Altera, quae praecipua est, respicit dogma ipsum; altera, quae est secundaria, habet pro objecto additamentum, seu fidei expositionem ac declarationem adjectam symbolo constantinopolitano per particulam *Filioque.*

332. Utrumque enim graeci latinis crimini vertunt, tum quod doceant Spiritum Sanctum a Patre et Filio tamquam unico principio procedere, tum quod contra concilii ephesini vetitum particulam *Filioque* inseruerint symbolo.

333. Incertum est, quo tempore coeperit prima controversia, et quo potissimum auctore. Verisimile tamen est, eam ab arianis ac macedonianis originem habuisse, seu verius eorum occasione [1], tumque occasione sancti

13) Τω *δε Ζεώ πατριέ* καί υZω τω κυρίω *ημών "Ιησού Χριστώ, σύν* τω oytG) *πνεύματά* ύόζα καί κράτο; *ει τού αιώνα τών αιώνων, αμήν·* Pag. 60.

41) *Λίνοϋμεν πατέρα,* καί *υιόν καί άγιον πνεύμα Ζεού.* Num. 73. pag. 61.

45) *Συν άγίω πνευματι ει τού αιώνα ·* Ibid. Integrum hoc caput esset legendum. Cf. Pelav. *De Trin.* lib. II. c. 6. ubi expendit vim particularum *Iv, σύν, διά, IE, in, cum, per, ex,* juxta veterum sensum et usum.

') Cf. s. Hilar. *De Trin.* lib. V1H. §. 20. cujus verba haec sunt: *Neque in hoc nunc calumnior libertati intelligentiae, utrum ex Patre an ex Filio Spiritum Paracletum putent esse. Non enim in incerto Dominus reliquit] nam sub iisdem dictis haec ita locutus est: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare illa modo. Cum venerit ille Spiritus veritatis, diriget vos in omnem veritatem. Non enim loquetur a semetipso... ille me clarificubit; quoniam de meo accipiet... omnia quaecumque habet Pater, mea sunt: propterea dixi, de meo accipiet et αηnunciabit vobis.* A *Filio igitur accipit, qui et ab eo mittitur, et a Patre procedit. Et interrogo, utrum id ipsum sit a Filio accipere, quod a Patre procedere; certe id ipsum atque unum esse existimabitur a Filio accipere, quod sit accipere a Patre* (seu ut MS. Vaticani habet: *Quod sit a Patre procedere).* Ex his patet non solum veterum patrum doctrina, sed patet praeterea iisdem argumentis patres usos esse ad ostendendam Spiritus Sancti processionem a Patre ac Filio, quibus nos utimur. Liquet praeterea veteres nonnullos arianos ideo negasse Spiritum Sanctum a Filio procedere, quia exinde patres colligebant Filii divinitatem.

Cyrilli anathematismi noni ex duodecim, quos ipse opposuerat Nestorio, in quo asseruit Spiritum Sanctum esse *proprium Christi,* quem quidem anathematismum eo sensu perstrinxit Theodoretus, quo postea videbimus. Jurgium de. hac processione pariter excitarunt monothelitao ex occasione epistolae synodicae s. Martini I., teste s. Maximo homologeta, cujus auctoritatem affert Le Quien in dissertatione prima damascenica §. X. Iterum vero litem movit de ipsa hac processione Spiritus Sancti a Filio Constantinus Copronymus cum suis iconomachis, eo quod se proscriptum audiverit ab apostolica sede2; et saeculi IX. initio exagitati a quodam Joanne monacho fuerunt monachi in monte Oliveto degentes.3 Demum sopitam fere hanc controversiam impotenti furore Photins excitavit, ut suum cohonestaret schisma ulciscereturque damnationem a Nicolao I. contra se prolatam. Ex his habemus usque ad Photium neminem ex graecis impugnasse processionem Spiritus Sancti a Patre et Filio, praeter Nestorii fautores, monothelitas et iconoclastas haereticos.

334. Quod spectat ad alteram quaestionem de additamento symboli constantinopolitani, res pariter incerta est, sive quoad auctorem, sive quoad tempus. In occidentalibus ecclesiis, ac praesertim hispanica, usum invaluisse canendi in Missa symbolum cum additamento *Filioque* quo tempore gothi, ejurata haeresi ariana, catholicam fidem professi sunt anno 589. in synodo Toletana III, certum omnino videtur4; ex Hispania idem usus dilatatus est in (rallias; deinde vero in Germaniam et Italiam.5 Romani pontifices circa receptum hunc usum passive, ut ita dicam, se habuerunt usque ad Photii aetatem: nec nisi eo temporis intervallo, quod a Photio ad Michaelem Cerularium schismatis graeci instauratorem effluxit, adjectam in romana ecclesia symbolo fuisse particulam *Filioque* verosimilius videtur, cum nempe Benedictus ΛΊΠ. adnitente Henrico imperatore, aegre tamen induisit, ut Romae in missarum solemniis symbolum constantinopolitanum caneretur.5 Certe neque Photius neque alii ante id temporis insertae hujus particulae romanam ecclesiam accusarunt: quod profecto non omisissent, si mos iste Romae

2) Cf. Le Quicn *Dissert.* I. *damasc.* §•11.

3) Cf. ibid. §. 16. ubi ostendit cx irrefragabili chronologia perperam Pithoenm el Vossiuin existimasse hunc Joannem monachum, auctorem tumultuum adversus monachos de monte Oliveti, esse s. Joannem damascenum; etenim tumultus ob processionem, quam monachi profitebantur Spiritus S. a Patre et Filio- excitati sunt anno 808. el seqq. sub Leone III. postremis Caroli Magni temporibus; s. Joannes vero damascenus obierat ante septimam synodum generalem seu nicaenam IL quae anno 787. celebrata est sub Hadriano rom. pontifice.

9 Ibid. §. 26.

*) Ibidem.

5) Ibid. §. 27. Quum hortatu Henrici imperatoris rom. pontifex, aegre tamen ferente clero, eo quod numquam romana sedes in errorem lapsa fuerit, induisent, ut in ecclesia romana intra missarum solemnia symbolum constantinopolitanum caneretur, cani coepit prout canebatur in ecclesiis omnibus occidentalibus, id est, cum additamento *Filioque.*

jam obtinuisset; quaro Michael Ccriilarius omnium primus hac de causa reprehendit romanam ecclesiam, deinde Leo Acridanus ac Nicetas cognomento Pectoratus.7

335. In oecumenicis conciliis lugdunensi ct ferrariensi seu florentino ad unionem cum ecclesia latina redierunt graeci, approbantes ac profitentes dogma de processione Spiritus Sancti a Patre et Filio, una cum additamento symbolo inserto; donec, agente potissimum Marco ephesino, rursum ad pristinum schisma a florentina synodo vix digressi plerique relapsi sunt.8

336. Theophanes Procopowicz archiepiscopus novogradensis, quondam collegii graeci in hac alma Urbe alumnus, honorum ac divitiarum spe illectus, ut interdum ab iis fit, in patriam redux, ad schisma se dedit, atque adversus ecclesiam illam, in qua altus fuerat, arma contulit, quae ad ejus defensionem ipsi data fuerant. Hic propterea, in suo tractatu *De processione Spiritus Sancti*9 sordes omnes verrere non dubitavit atque in unum colligere, quae jamdiu disjectae atque dissipatae erant a tot eruditis viris, sive contra processionem Spiritus Sancti a Patre ac Filio, sive contra particulam symbolo adjectam. 10

337. Hinc duo ostendere debemus adversus graecos schismaticos, 1. veritatem catholicam; 2. jus, quo ecclesia pollet, inserendi symbolo justis de causis fidei suae professionem. Sit igitur

7) Le Quien *Diss.* L *damasc.* §. 27.

8) Non formali schismatis declaratione, sed potius facto ipso graeci se iterum separarunt ab ecclesia romana. Quod observatione dignum est. Celerum de nova hac graecorum defectione cf. Georg. Pachymeris *Andronicus Palaeologus,* interprete P. Possino S. J. Romae 1669, praesertim lib. I. capp. 2, 3, 9, 10, 34, 35; et lib. II. capp. 1, 2, 3. Licet enim hic auctor schismaticus sit, satis tamen aperte patefecit artes el vafriliem suorum in hac defectione exordienda el consummanda.

°) Edit. Gothae, anno 1772.

*°) Novissime excusum denUo fuil de hoc argumento lingua polonica opus, cui titulus: *Rosmowy* etc. seu *Dialogi inter dubitantem et persuasum de orthodoxia orientalis graeco-russae ecclesiae·,* Petropoli 1829. Auctor horum dialogorum est celeber apud suos Filaret, in praesenti Moscoviac metropolita et membrum sanctissimae synodi permanentis peiropolitanae, ut referi ejusdem operis interpres, archimandrita Innocentius in sua praefatione. Scopus horum dialogorum est, tollere a catholicis spiritum, quem vocant *intolerantiae* (soli enim catholici, ubique oppressi, sunt intolerantes, oppressores vero *liberales* nominantur), ac vincere horrorem, quem ipsi experiuntur erga schismaticos. Incipit vero ab ecclesia, et contendit ecclesiam graeco-russicam *tolerantissimam* esse, cum in sinum suum admittat innumeras prope familias seu secias protestantes. Deinde pergit ad articulum de processione Spiritus Sancti, el ostendere nititur purum dogma conservari apud ecclesiam graeco-russicam, non autem apud catholicam (siquidem protestantes, qui idem dogma cum catholicis profitentur, ut moris est omnium haereticorum et schismaticorum, dimittit). Nihil vero profert, quod millies contritum a catholicis non fuerit, ut videbimus.

PROPOSITIO I.

Spiritus Sanctus a Patre Filioque procedit.

338. Propositio haec est de tide, ut constat ex definitione duorum conciliorum oecumenicorum, lugdunensis II. sub b. Gregorio X. et florentini sub Eugenio IV., in quorum primo haec edita est fidei professio: *Credimus et Spiritum Sanction ... ex Patre Filioque procedentem* [1]; in altero: *Definimus . . . quod Spiritus Sanctus ex Patre et Filio aeternaliter tamquam ab uno principio et unica spiratione procedit.* [2]

339. Quod quidem fidei dogma sic primo ex **Scripturis** probamus: Christus Joann. XVI. 13 et seqq. haec de Spiritu S. ait: *Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur a semetipso, sed quaecumque audiet, loquetur, et quae ventura sunt, annuntiabit vobis. Ple me clarificabit, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis. Omnia quaecumque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis.* Unde sic ratiocinamur: Ille in divinis non minus a Patre quam a Filio tamquam fonte et origine procedere dicendus est, qui de eo accipit, et ideo de eo accipere dicitur, quia omnia cum Patre communi fonte et origine communia habet; atqui ex verbis Christi talis est Spiritus Sanctus; ergo Spiritus Sanctus aeque a Patre et a Filio originem habet, seu quod idem est, aeque a Patre et a Filio tamquam ex uno eodemque principio procedit.

340. Minor etiam confirmatur ex antiquis versionibus ante excitatam de hac processione controversiam adornatis. Etenim versio syriaca, omnium antiquissima, sic refert verba Christi: *Ipse glorificabit me, quippe de meo accipiet . . . quidquid habet Pater meus, meum est: propterea dixi vobis ex meo accipiet.* Versio persica: *Et ille est, qui me glorificabit, propterea quod a me accipiet.* Arabica vero: *Et ille me glorificabit; nam accipiet de eo quod meum est.* [3] Quae quidem versiones, ut patet, manifeste declarant

[1]) ZfttfreuoLuy *δε και το πνεύμα τό άγιον... εκ πατρό ^ νίού τε εκπορευομενον.* *Collect. ConciL* Labbaci, tom. XI. part. I. col. 963.

*) *Οριζομεν..... .... Tq πνεύμα το άγιον εκ τον πατρό και τον νίον άϊδιω εΰτι. και την εαυτού ούοίαν και τό υπαρκτικόν αυτού είναι εχειν ίκ τού πατρό άμα και τού νιού, και εξ άμφοτίρων άϊδιω ω άπό μια άρχη και μοναδική προβολή εκπορεύεται.* Ibid. tom. XILL col. 514.

[3]) Syriae. Δα]?

Pers.

Spiritum Sanctum accipere *de eo quod est Filii,* et *ex eo quod Filii est,* quia quod habet Filius, a Patre habet; jam vero Filius a Patre propriam substantiam per generationem habet; ergo Spiritus Sanctus accipit ex substantia Filii communi seu potius identica cum substantia Patris procedendo ab ipso, seu originem a Patre ac Filio trahendo.

341. Hinc est quod Spiritus Sanctus in iisdem sacris litteris missus perhibeatur a Filio (Joann. XVI. 7.); quae quidem missio indicat dependentiam ejus qui mittitur; atqui haec dependentia nequit esse naturae divinae in se spectatae, neque imperii, quod in divinam personam cadere non potest, ergo dependentia originis dicenda est seu processionis, ut de Filio pariter dicitur respectu Patris. Spiritus Sanctus propterea vocatur *Spiritus veritatis* (ibid.), quae Filius est, *Spiritus Christi* (Rom. VIU. 9·), *Spiritus Filii* (Gal. TV. 6.).

342. Atque haec semper fuit utriusque **ecclesiae, orientalis** nempe atque **occidentalis, doctrina,** ut ex certissimis utriusque ecclesiae documentis patet.

De **ecclesia occidentali** seu latina nullum dubium esse potest; abunde enim constat, quod quoties haeretici graeci a romana ecclesia damnati sunt, aliter nequeuntes de ipsa vindictam sumere, ipsos eidem crimini vertisse, quod doceret Spiritum Sanctum a Patre Filioque procedere. Ita se gesserunt monothelitae, testé"spMaximo, qui in *Epist. ad Marinum,* Cypri presbyterum, scribit, non aliud reprehendisse graecos monothelitas in epistola synodica s. Martini, quam duo: *Quorum alterum est,* inquit, *de divinitatis ratione; quia dixit, ajunt, procedere etiam ex Filio Spiritum Sanctum.*[4] Ita rursum iconomachi, teste Adone viennensi, in chronico scribente: *Facta est nunc temporis synodus, et quaestio ventilata est inter graecos et romanos de Trinitate, et utrum Spiritus Sanctus, sicut procedit a Patre, ita procedat a Filio; et de sanctorum imaginibus.*[5] Hos imitatus est Photius, ejusque deinceps in impietate successores. Id ipsum constat ex conciliis hispanicis, gallicis, germanicis, italicis, a quibus longe ante schisma photianum non solum retenta avita fides de Spiritus Sancti a Filio quoque processione, sed praeterea, ut jam innuimus, adjecta est symbolo constantinopolitano particula *Filioque.*

343. Sed non minus certis documentis constat perpetua fides **ecclesiae orientalis.** Ecclesia enim orientalis non ignorabat profecto fidem ecclesiae occidentalis circa eumdem articulum. Nota ipsi erat epistUla Hor-

Arabic. 0

Vid. Polyglotte Waltonii, tom. V. pag. 488 cl 489.

4) Cf. Le Quien, diss. cit. §. 10.

5) Ibid. §. 11.

misdae romani pontificis ad imperatorem Justinum anno 521. conscripta, in qua divinitatis et incarnationis fidem exponit, ubi de processione haoc habet: *Notum est quia proprium est Patris, ut generaret Filium: proprium Filii, ut* ij· *Patre Patri nasceretur aequalis: proprium Spiritus Sancti, ut dt Patre c Filio procederet sub una substantia deitatis6)** nec tamen quispiam graecorum occidentalibus movit querelam. Sane qua ratione scribere potuisset s. Ilormisdas adeo asseveranter: *Notum est* etc., nisi constitisset de eadem lide circa hunc articulum in utraque ecclesia, et quidem in fidei expositione, io qua vel ipsi apices expenduntur? Sic ephesina synodus oecumenica non solum improbavit symbolum nestorianum a Charisio presbytero oblatum, in quo de Spiritu Sancto dicebatur: *Sed nec Filium illum putamus, neque per Filium existentiam habentem'*, sed praeterea expresse approbavit anatheinatismos s. Cyrilli una cum ipsius declarationibus, et epistolam synodicam suo et totius ecclesiae aegyptiacae nomine conscriptam ad Nestorium, in qua haec habet: *Nam etsi Spiritus in propria persona subsistat, catenas in seipso consideretur, quatenus Spiritus est et non Filius; sed tamen non est alienus* ai) *eo, Spiritus enim veritatis nominatur, et Christus est veritas, et proinde quoque ab illo atque a Deo Patre procedit6'*, et anathematismo IX. Spiritum Sanctum *proprium Filii* vocat: atque in declaratione ejusdem anathematismi non solum Filium Spiritum Sanctum proprium habere profitetur, sed aperte asserit: *Qui ex ipso est, ipsique essentialiter inest.* 9

344. Plenus propterea semper extitit utriusque ecclesiae consensus in profitenda Spiritus Sancti processione a Patre et Filio; et nemo unquam huic articulo reclamavit ex catholicis, sed solum aliqui haeretici obscuri homines, ut vidimus, absque ullo successu.

345- Hinc deprehendimus **sensum patrum** utriusque ecclesiae circa hunc articulum. Quod attinet ad **patres latinos**, res extra dubitationis aleam est. **Hilarius** enim pictaviensis non solum vocat Filium *largitorem* Spiritus Sancti, sed etiam *auctorem :* Spiritum Sanctum esse *ex Patre et Filio auctoribus* 10, tamquam scilicet ab uno principio ob unam amborum naturam; sed *De Trin.* lib. VIII. §. 20· recitatis Christi verbis superius relatis, concludit: A *Filio igitur Spiritus accipi! qui ab eo mittitur, et a Patre procedit;* deinde ostendit perinde esse *accipere* ac *procedere,* ut superius in nota

6) Ep. LXXIX. in *CoUeet. Concit.* Labbaci, tom. IV. coi. 1553.

') . . . και ovre *νίόν νομίζομεν, ours διά υιού* η;ν ὑπαρξιν *είληφο** Ibid, tom. III. col. 677.

s) *E·ί γάρ και εΰτιν* ev *υ.χοΟταΟει το πνεύμα ΐ-δικη, χαι δη και νοείται κα9' εαυτό κα9ό πνεύμα εβτι χ<*ί ονχ υιό;, άλλ'* ουν *εΟτίν ούκ άλλότριον αυτού· πνεύμα γάρ αλητεία; ο>νόμαΟται, και εβτι Χριστό η άλη9εια' και προχείται παρ' αυτού, κα9άπερ αμελεί και εκ τού 9εού και πατρό .* Ibid. col. 406. §. 10.

9) *liai ίδιον εχων τό εζ αυτού, και ούΰϊωδώ εμπεφυκό αυτω πνεύμα άγιον.* Ibid. col. 823. dedar. 9.

ι‹›) *De Trin.* lib. IL n. 4.

retulimus; domum concludit: *Non permittenda itaque ad impiae inieUigentiae libertatem haeretica perversitas est; ut dictum hoc Domini, quod, quia omnia, quae Patris sunt, sua sunt, idcirco a se accipiet Spiritus veritatis, non ad unitatem confiteatur referendum esse naturae. u* Sic ceteri latini patres, quorum una sententia est, Spiritum S. a Patre ac Filio procedere; ut conceptis verbis docent s. Ambrosius'2, Marius Victorious 1\ s. Augustinus14, s. Leo M. n, Gennadius 6, s. Fulgentius'7, auctor symboli athanasiani'8, s. Gregorius M.'9, ut subséquentes praetermittamus.

346. Nec minus concors est **patrum graecorum** sententia circa eumdem articulum. Etenim s. **Athanasius,** libro *De Trin.* n. 19. ait: *Spirationem Filii in propria vita et substantia manentis Spiritum esse doceamur;* rursum ibid.: *Est Filius fons Spiritus Sancti:* et *Orat. JJJ. Contra arianos,* n. 25: *Jpse* (Filius) *dat Spiritui, et quaecumque Spiritus habet, haec a Verbo habet.*20 S. Athanasio consonat s. **Basilius** qui libro *De Spiritu Sancto,* cap. XVII. sic loquitur: *Quemadmodum se habet Filius ad Patrem, ita ad Filium se habet Spiritus, secundum traditum in baptismo verborum ordinem* 21*:* et ibid. cap. XVIII: *Quia et Spiritus Christi dicitur . . . denique tamquam Paracletus in se ipso exprimit Paracleti, a quo missus est, bonitatem, et in sua propria dignitate ejus, a quo processit, majestatem exhibet.*22 Conmit processionem Spiritus Sancti a Filio ad evincendam Filii divinitatem adversus arianos. Adeo res explorata erat!

*2) Lib. I. *De Spiritu Sancto,* cap. 11. n. 120: *Spiritus quoque Sanctus cum procedit a Patre et Filio, non separatur a Patre, non separatur a Filio;* et alibi passim; vid. opp. lom. il. coi. 625. edit. maur.

*3) *Adv. Arium,* lib. I: *Ex Filio Spiritus Sanctus, sicut ex Deo Filius, er Spiritus S. ex Patre.* Nempe et ipse ex processione Spiritus Sancti a Filio arguit adversus Arium, et inde ostendit divinitatem Filii. Iu *Bibi. Patrum* De la Vigne, tom. V. pag. 282.

H) Tum alibi tum lib. XV. *De Trin.* cap. 17; ubi n. 27. de Spiritu Sancto ait: *Oui Spiritus Sanctus secundum Scripturas sancias nec Patris solius est, nec Filii solius, sed amborum;* ct n. 29: *De quo* (Patre) *procedit principaliter Spiritus S. . . . ideo autem addidi principaliter, quia et de Filio Spiritus S. procedere reperilur.*

,s) Epist. XV. *Ad Tnrribium* asturic. episc. cap. 1: *Nec alius sit qui genuit, alius qui genitus est, alius qui de utroque processit.* Vid. tom. L coi. 697. edit. Ballcrini.

16) Libro *De eccl. dogin.* cap. 1.

") *De fide,* cap. 11. n. 52.

*8) De cujus auctore cf. Le Quien, diss. cit. n. 17, et Cajelan. Merati, diss. *De auctore et tempore symboli,* quod s. Atlianasii dicitur, in *Thesauro theol.* P. Zaccariac, torn. III; item Jos. Antelmi *Nova de symbolo athanasiano disquisitio,* in 8. Paris. 1693.

19) *Horn.* XXVI. *in Engng,* n. 2.

20) *Αυτό γάρ (υίό ~) τώ πνεύμαη δίδωΟι, και όοα εχει τό πνεύμα, ταύτα παρά τού λόγου εχει.*

21) *Ω τοίνυν εχει ό υιό πρό τόν πατέρα, ούτω πρό τόν υιόν τό πνεύμα κατά τήν εν τώ βαπτίοματι παραδεδομένην τού λόγου ούνταζιν.* N. 43·

22) *Αλλά καί πνεύμα ΧριΟτού λέγεται... καί ώ παράκλητο δ'ί εν έαυτώ χαρακτηρίζει τού άποϋτείλαντο αυτόν παρακλήτου την αγαθότητα" καί έν τώ εαυτού άζιώματι τήν μεγαλωϋύνην εμφαίνει τήν του όθεν προήλθεν.* N. 46-

sonat s. Joann. Chrysostomus, qui comparans Spiritum Sanctum aquae, quae procedit de fonte, qui Filius et Pater est, concludit: *Ob id etiam at Patre procedit* 23; consonat s. Epiphanius, in *Ancorato* n. 67. dicens: *Cum Christus a Patre profectus, Deus videlicet a Deo credatur; et Dei Spiritus a Christo, utpote qui ab utroque procedit, id quod Christus ipse testatur: Qui a Patre procedit, inquit, et hic de meo accipiet* 24; consonat Didymus alexandrinus, nobilis saeculi IV. Scripturae interpres25, qui libro *De Spiritu Sancto,* n. 34. prolatis Christi Domini verbis: *Non enim loquetur a semetipso,* sic prosequitur, inducens Christum loquentem: *...Quia non ex se est, sed ex Patre et me est; hoc enim ipsum quod subsistit et loquitur, a Patre et me illi est.*26 Demum aliis omissis, auctore nempe antiquissimo homiliae de incarnatione inter opera s. Joann. Chrysostomi, et testimoniis Anastasii Sinaitae, Simeonis Metaphrastis, qui apud Petavium videri possunt27, sic placet rem ipsam conficere ex ipsa haereticorum agendi

347. Ariani et macedoniani 1°. ex receptissima in ecclesia doctrina de processione Spiritus Sancti a Filio, occasionem nacti sunt asserendi Spiritum Sanctum a Filio procreatum esse. 2°. Macedoniani ex eodem principio sic argumentum instruebant adversus doctrinam catholicam, apud s. Athanasium in *Epistola ad Serapionem,* n. 15: *Si Filii dicatur esse Spiritus, Pater ergo avus est Spiritus Sancti.* 28 3°. Eunomius sic arguebat apud s. Basilium,

Λια τούτο καί Ικ τού πατρό εκπορεύεται. Apud Petav. *De Trin.* lib. VIH. cap. 4. §. 4; ex quibus patet s. Joann. Chrysostomum pro explorato habere Spiritum S. procedere a Filio. Duo alia ejusdem patris testimonia, quae ex *Homil. in symh.* citari solent, consulto omisimus, eo quod duae illae homiliae non reperiantur neque in editione Morelii, neque maurinorum, nec graece ullibi exstent sed solum tom. V. editionis parisiensis Chevallon, anni 1536, inserantur.

**) *EI δε Χριστό εχ τού πατρό πι-Οιεύεται 9εό εχ 9εού, καί τό πνεύμα εχ τού ΧριΟτού, η παρά άμφοτέρων, ώ φηΟιν ο Χριδτό , ô παρά τού πατρό εκπορεύεται, χαι ουτο εχ τού εμού λήψεται:* et alibi passim; vid. edit. Pctavii.

“) Obiit anno 399. nonagenario major, ut ex Hieron. libro *De Viris illustribus,* cap. 59, et ex Palladio simul collalis discimus.

26) In *Bibl. Patrum* Gallandi, tom. VL pag. 276.

”) Lib. ciL cap. 3 et seqq.

Εί δε τον υιού τό πνεύμα, ονχούν πάππο εϋτίν ό πατήρ τού πνεύματο . Εχ hac doctrina perversa inacedonianorum factum est, ut patres institerint in asserenda Spiritus Sancti processione *a Patre*. Mirum proinde non est, si Adam Ternikaw ac Theophanes Prokopowicz, ut refert Filaret, op. cit. pag·. 49, collegerint quinquaginta patrum testimonia, in quibus haec veritas reperitur. Sed mala fides horum auctorum in hoc est, quod dissimulaverint omnia testimonia, quae certe pauciora non sunt, in quibus iidem patres asserunt Spiritum S. procedere a Patre et a Filio, vel a Patre per Filium. Quis unquam catholicorum negavit Spiritum S. procedere a Patre? Verum dum hoc adstruitur, aliud non negatur; ideoque aerem verberat Filaret, dum cum suis Adam et Theophane opponit quinquaginta testimonia patrum; ut aliquid proficeret, deberet afferre vel unum testimonium, in quo Spiritus S. dicatur a *solo* Patre procedere, ut

lib. III. n. 1: *Ut jam de Paracleto quoque dicamus, non vulgi opiniones temerarias sequuti, sed sanctorum in omnibus doctrinam servantes, a quibus dum didicerimus eum dignitate et ordine tertium, tertium quoque natura esse credimus.* Cui adhaerens s. Basilius quoad sanctorum doctrinam de tertio ordine processionis, negat illatam inde Eunomii consecutionem, dicens: *Nam dignitate secundum esse a Filio, ut qui esse ab illo habeat, et ab ipso accipiat, et annuntiet nobis, et omnino ex illa causa pendeat, pietatis sermo tradit·, verum tertiam usurpare naturam neque ab sacris litteris edocti sumus, neque ex supradictis consequenter potest colligi.* 29

348. Ut igitur paucis quae hucusque disputavimus, contrahamus, sic ponimus argumentum: Ex indubiis monumentis constat 1°. ecclesiam latinam semper dogma tenuisse de Spiritus Sancti a Patre Filioque processione; 2°. ecclesiam graecam, cui id innotuit, in communione semper fuisse cum ecclesia latina, nemine unquam, exceptis haereticis, ullam de hoc querelam movente, immo in quinque oecumenicis conciliis eamdem fidem approbasse, confirmando s. Cyrilli epistolam ad Nestorium; 3°. patres utriusque ecclesiae in eamdem sententiam convenisse; 4°. ipsos haereticos antiquissimos, licet invitos, testes esse ejusdem fidei sua ipsa agendi ratione. Ergo vel dicendum universam ecclesiam per plura saecula veram amisisse fidem, vel graecos schismaticos in turpi haeresi versari; at primum, ipsis fatentibus, repugnat; posterius igitur unice remanet.

DIFFICULTATES.

349. I. Obj. 1. Quoties de Spiritu S. Christus loquitur, eum procedere *a Patre* testatur, ac praesertim expresse (Joann. XV. 26.) dicens: *Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre* ipse cum suis graecis contendit, quod profecto numquam efficiet.

M) Αξιώματι μεν γάρ δευτερεύειν τού υιού, παρ' αυτού τό είναι εχον χαί παρ' αυτού λαμβάνον, χαί άναγγέλλον ήμίν, χαί άλω εχείνη τή αίτια έξημμένον παραδϊδωϋιν ό τή εύϋεβεία λόγο ' φύοει δε τή τρίτη χρήϋ&αι, ούτε παρά των άγιων γραφών δεδιδάγμε&α, ούτε εχ προειρημένων χατά τό άχόλου&ον δυνατόν ΟυλλογίΟαϋΟαι. Sic porro legendum esse hunc s. Basilii textum, tum ex serie orationis tum ex parallelis sancti hujus patris sententiis, tum ex auctoritate codicum invicte ostendit Petavius, *De Trin.* lib. VII. cap. 3. Miror proinde, quomodo lectionem graecorum ex paucorum MSS. auctoritate praeferre lectioni latinorum, adeo in concilio florenlino excussae atque strenue vindicatae, maurinus editor maluerit. Certe Manuel Calecas, strenuus catholicae fidei propugnator, haec scribere non dubitavit, cap. 10: rQuod si quis additamentum hoc esse dicit (verba *παρ'* αυτού etc. id est, *ut qui,* usque ad ilia: *causa pendeat* inclusive), calumniatur. Primum enim in antiquissimis libris ista lectio deprehenditur, quorum tanta est vetustas, ut eos ante schisma perscriptos esse quivis fateatur, quorum aliqui lituras etiam exhibent, cum quidam doctoris sententiam tamquam spuriam calumniati essent, ob idque ferro in scripturam grassati, ut contradicere possent. Sed et consequentia sermonis, et phrasis ipsa valde cohaerens est, et doctoris proposito ₵onsentanea.

procedit. 30 Nec 2. quidqnam adversus hanc veritatem prolatae a latinis Scripturarum auctoritates conficiunt. Nam verba illa: *Mittam vobis Spiritum Sanctum,* quo sensu accipi debeant, Christus ipso patefacit, dicens: *Ego rogabo Patrem et alium Paraclitum dabit robis.* Mittit igitur Spiritum S. Filius moraliier. *rogando,* non physice, eum *spirando.* 3. Ea quoque verba: *Ille de meo accipiet, et annuntiabit vobis,* palam de suis dogmatibus esse intelligent, tota contextus ratio postulat. Dixerat enim: *Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo: cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem... Ille de meo accipiet, et annuntiabit vobis.* Quid porro accipere de Christo poterat, ut discipulis nunciaret? Certe scientium illam, quam intelligere tunc discipuli non poterant31: quod confirmatur ex ipso Maldonato, qui illud: *De meo accipiet,* exponit de mea doctrina, eo ipso quod in futuro sit dictum. 4. Demum etiam illud: *Omnia quaecumque habet Pater, mea sunt,* nihil evincit; alioquin cum omnia, quae habet Pater, ubi non intercedit relativa oppositio, habeat pariter Spiritus Sanctus, cumin generatione Filii nulla interveniat oppositio relativa inter Patrem et Spiritum Sanctum, sequeretur Filium pariter a Spiritu Sancto gigni, quod absonum a fide est. Ergo.

350. **Resp.** ad 1. \'el *Neg.* ut ex probationibus patet, vel *D.* Eum procedere a Patre testatur in sensu inclusivo Filii, *C.* in sensu exclusive, A' Ut enim observat s. Augustinus: *Cum de illo* (Spiritu S.) *Filius loqueretur, ait: De Patre procedit: quoniam Pater processionis ejus est auctor, qui talem l'ilium genuit, et gignendo dedit, ut etiam de ipso procederet Spiritus Sanctus. Nam nisi procederet et de ipso, non diceret discipulis: Accipite Spiritum Sanctum. 32* Vel etiam, ut ait s. Cyrillus alex, in Joann. XV., ideo a Patre procedere Spiritum Sanctum dixit Christus, ut identitatem substantiae Filii et Patris ostenderet: *Ecce enim,* inquit, *ecce cum Spiritum veritatis, id est, suum Paracletum dixerit, a Patre ipso ait procedere. Sicut enim proptius est Filii Spiritus, naturaliter et in ipso existens, et per ipsum procedens, ita etiam Patris.* Demum concludit: *In unam deitatis rationem sancta Trinitas constringitur. 33* Et sane neque Athanasius, nec ceteri patres graeci, licet et ipsi legerint in Evangelio: *Qui cx Patre procedit,* a latinorum propterca sententia

so) Quod quidem Christi dictum graeci *παρά τού πατού αυτόν πορεύεδ&αϊ φηδιν' ώ περ γάρ εδτιν ίδιον πνεύμα τού υιού φυδικώ , έν αύτώ τε ύπαρχον , καί δι' αυτού προϊόν, ούτω καί τού πατρό . . . ει ία ■θεότητα λόγον η άγια τριά άναδφϊγγεται.* Hanc vero doctrinam profitetur se accepisse ex sanctorum patrum fide, *των άγιων Πατέρων ίχνηλατούντε πίδτιν, sanctorum patrum fidei vestigiis insistentes,* lib. X. in Joann, in v. 26, 27, cap. 15.

acutum telum vocare consueverunt adversus latinos.

31) Has easdem difficultates repetit Filaret, op. cit. pag. 47.

32) *Contra Maximinum arian.* lib. II. cap. 14. n. 1, quod totum fere est de hoc argumento.

M) /doi> *γάρ, ιδού πνεύμα τη άλη9εία τούτ' εδτιν, εαυτού τόν παράκλητον, είπών*

recesserunt, cum minime ignorarent in Evangelio pariter legi: *Omnia mea tua sunt, et tua mea sunt;* ex quo intellexerunt non posse Spiritum S. a Patre procedere, quin procedat a Filio, *propter ipsam inseparabilitatem,* ut loquitur s. Augustinus *divinae substantiae.* Addatur patres minime illum Scripturarum morem ignorasse quaedam attribuendi certis personis, quae omnibus ex aequo conveniunt, ut cum dicitur de Filio: *Erat lux vera,* cum Pater et Spiritus Sanctus lux vera similiter sint. 35

J4) De Trin. lib. I. cap. 7. n. 17. immo in toto hoc capite fuse istud argumentum prosequitur.

**) Cf. s. August, loc. cit. cap. 9. n. 19. ubi usitatam ejusmodi Scripturae loquendi rationem his verbis exponit: ..Propter insinuationem Trinitatis, personis etiam singulis nominalis, dicuntur quaedam separatim, non tamen aliis separatis intelliguntur, propter ejusdem Trinitatis unitatem unamque substantiam, atque deitatem Patris et Filii et Spiritus Sancti." Post clara adeo s. Augustini testimonia aliaquc non pauca, quae afferri possent, in quibus toties inculcat Spiritum S. a Patre et Filio procedere, esse *Spiritum amborum, ab ambobus tamquam unico principio procedere* etc., quis suspicari potuisset Filaret nobis objecturum fuisse auctoritatem s. Augustini, et latinos accusaturum, quod in novis editionibus ausu temerario corruperint s. Doctoris textum lib. XV. *De Trin.* cap. 27. n. 50, ut suae causae patrocinarentur? Causa accusationis est, quod bis ibi mutaverint vocem *cognitionis* in vocem *cogitationis* contra omnium prope MSS. fidem.

Jam vero observo I. me non propugnare agendi rationem editorum maurinorum, quin potius superius notavi, cum ageretur de textu s. Basilii, in quo contra omnium fere MSS. fidem faverunt potius causae graecorum quam latinorum, caeca ratione semper eorum lectioni standum non esse.

II. Si fraude ac dolo atque ad patrocinandum causae latinorum dictam mutationem induxissent graeca fide, non admonuissent *omnes prope MSS. habere cognitionis ejus.* Adde fraudem cl dolum dotem esse propriam eorum, qui errorem tuentur, haereticorum scilicet cl schismaticorum.

III. Nego suppositum, nempe hic s. Augustinum favere hacresi schismaticorum, sive legatur *cognitionis* sive *cogitationis;* quod ut pateat, afferam argumentum, quod recitatis, non absque aliqua infidelitate, s.Doctoris verbis confectum est a Filaret, pag. 47: *Eruamus,* ait ipse, *praecipuas ideas, quae sibi mutuo respondent: Scientia* sive *cognitio — Pater, Verbum* sive *cogitatio — Filius, voluntas* sive *amor — Spiritus; voluntas procedit a cognitione,* ergo *Spiritus procedit a Patre.* Ast 1°. S. Doctor expresse docet voluntatem seu dilectionem a cognitione seu cogitatione, quae est Verbum, genitum a *scientia,* quae adumbrat Patrem, procedere, idcoque Spiritum S. procedere a Patre et Filio. 2°. Congruit scopus s. Augustini, qui hic est ostendere discrimen, quod intercedit inter generationem Filii et processionem Spiritus Sancti; quare nempe processio Filii sit *generatio,* non autem *processio* Spiritus Sancti. Utitur autem similitudine animae nostrae, in qua verbum, quod a scientia producitur, praeseferl imaginem et similitudinem scientiae seu conceptus, qui in mente est et a qua procedit; ex quo infert processionem Verbi esse generationem; contra vero voluntas, quae de cogitatione (seu cognitione) procedit, cujus officium est appetere, non praesefert cogitationis (seu cognitionis) imaginem et similitudinem; ex quo concludit processionem Spiritus S. non esse generationem, etsi voluntas in sua processione dependeat et a scientia et a cogitatione seu verbo. Legatur totus contextus, et hunc genuinum esse sensum hujus loci quisque percipiet. Et haec quidem juxta illud, quod dixerat in hoc ipso capite; nam n. 38. scribit: ..Inter celera enim cum per Scripturarum sanctarum testimonia docuissem *de utroque* procedere Spiritum Sanctum, si ergo, inquam, et de Patre et de Filio procedit Spi-

351. Ad 2. Avi?. Ad probat. autem, *D.* Christus de morali loquitur missione simul et physica, *C.* de morali tantum, *N.* Loquitur enim Christus ut Deus, cum dicit: *Mittam vobis Spiritum Sanctum;* loquitur ut homo, cum addit: Epo *rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis.* Sic utramque missionem complectitur, quam simul graeci confundunt, dum ad solam moralem reducunt

352. Ad 3. Dato etiam, quod Christus de scientia loquatur, cum dicit: *Ille de meo accipiet, Neg. cons.* Etenim, si Spiritus Sanctus, qui Deus est, de Filii scientia accipit, ergo non a se, sed a Filio hanc scientiam habet, adeoque a Filio emanat; scientia enim et essentia in Deo idem sunt, et qui unum a Filio accipit, alterum pariter accipiat necesse est. Ceterum quominus praecise de scientia, non autem de essentia sua, Christum locutum esse dicamus, secus ac Theophylactus, Maldonatus aliique autumant, obstant non solum allatae patrum sive graecorum sive latinorum interpretationes, sed etiam ipsae antiquissimae versiones, quas pariter protulimus, et quae hujusmodi effugium excludunt.

353- Ad Maldonatum quod spectat, energice respondet Petavius, ostendendo expositionem veterum, perinde esse illud: *De meo accipiet,* ac *a me procedit,* non solum probabilem, sed plane necessariam esse ex ipso contextu. Si enim, assentiente Maldonato, haec verba: *Omnia quaecumque habet Pater, mea sunt,* essentiam significant, cum Christus dixerit, ideo Spiritus Sanctus *de meo accipiet,* quia *quaecumque habet Pater, mea sunt,* hoc ipso patet, quod cum dixit Christus de Spiritu Sancto: *De meo accipiet,* de sua essentia ipsum locutum esse; non aliter autem Spiritus Sanctus de essentia Filii accipere potest quam procedendo.

354. Nec obstat quod loquatur in futuro, *de meo accipiet;* tum quia in aeternitate nulla successio est, ideoque vere potest dici accepit, accipit et accipiet; tum quia Christus his verbis alludit potissimum ad externam processionem Spiritus Sancti, quae in interiori fundatur, quaeque externae cujusdam efficientiae gratia fieri dicitur; quare cum Christus de hac externa missione loquatur, quae futura adhuc erat, futuri itidem verbo temporis eam exprimit. 36

355. Ad 4. *D.* Si Spiritus Sanctus non esset in processionis ordine secundus, C. secus, *N.* Jam vero, ut patet ex ipsa formula baptismi, Spintus Sanctus ordine tertius est in ratione personae, ac proinde processionis ordine secundus; fieri proinde nequit, ut Spiritus S. gignat Filium, qui ordine ac processione anterior est ipso, etsi in activa generatione Patris nulla sit oppositio relativa cum Spiritu Sancto.

ritus Sanctus, cur Filius dixit: de Patre procedit?

M) Cf. Petav. *De Trin.* lib. IU. cap. 8. §.7 et seqq. ubi frangit audaciam Crellii auctoritate Maldonati abutentis.

356. **Inflt.** Sed si Spiritus Sanctus reipsa a Filio quoque procedit, quare Christus id aperte non tradidit? Quin potius, cum eum a Patre procedere affirmet, nonne in errorem nos induxisset, si res aliter se haberet?

357. **Resp.** 1°. Nostrum non esse in rationem inquirere, quare Christus his potius quam aliis verborum formulis usus sit in doctrina sua tradenda; 2U. Christum aperte satis et aequivalenter id docuisse in ipsis capitibus, ubi Spiritum Sanctum a se mitti affirmat, de suo accipere, et‘ se unum esse cum Patre, omniaque se habere cum Patre communia; 3°. ex hoc evinci necessitatem magisterii semper viventis pro Scripturarum explanatione, verique earum sensus assecutione, ut graeci ipsi admittunt adversus haereticos omnes, qui auctoritate Scripturarum abutuntur ad suos errores cohonestandos. 37

358. II. Obj. 1. Per symbolum constantinopolitanum jubemur profiteri *Spiritum Sanctum, qui a Patre procedit.* Quod quidem evidens argumentum est veterem ecclesiam sic credidisse. Sane 2. cum s. Cyrillus posuisset in suis anathematismis Spiritum Sanctum proprium Filii esse, acriter vapulat a Theodoreto, nec tamen doctus et pius hic antistes in suspicionem hac de causa erroris venit, nec Cyrillus huic objurgationi quidquam respondit, sed 3· paulatim a persuasione hac sua recessit, et 4. ille perrexit avitam doctrinam tueri, sive in *Epist. ad monasteria,* sive in cap. VIII. epist. ad Rom. tum in I. ad Corinth. II. 12, ac in lib. ult. *Haeret, fabul.* cap. III. Atque hinc 5. factura est ut reliqui patres passim doceant Spiritum Sanctum a Patre procedere *per Filium,* 6. inter quos s. Athanasius, qui praeterea tum in *Refutatione hypocrisis Meletii et Eusebii,* tum in *Quaest. sacris,* Spiritum S. *a solo* Patre procedere testatur; sic etiam s. Basilius, *Epist. XLII,* s. Greg. nazianz. *Orat. XXIV,* ac ipse Cyrillus alex. lib. Π. *in Joann,* cap. III. Quorum 7. principiis imbutus s. Joann, damascenus non solum perpetuo Spiritum Sanctum a Patre procedere docet per Filium, sed ad omnem tollendam aequivocationem, *De fide orthod.* lib. I. cap. VIH. aperte scribit: *Spiritum Sanctum et ex Patre esse dicimus, et Patris Spiritum nominamus. At vero eum ex Filio esse non dicimus, Filii tamen Spiritum vocitamus.* 38 Nec tamen 8. illi, aut ipse Photius ob hanc doctrinam damnati sunt, sicut ante ipsos nec Theodorus mopsuestenus nec Theodoretus. 9. Quare ecclesia graeca,

37) Quoniam vero nonnulli Maldonati verbis abutuntur, praestat ex eodem rationem afferre, quare Christus Dominus loc. cit. dicat Spiritum S. a Patre procedere, et non etiam a se: »Quia id, *'inquit,* apud homines magis minuere quam commendare poterat ejus (Spiritus Sancti) testimonium. Cum enim de ipsomet ageretur, suspectum Spiritus Sancti testimonium videretur, si dixisset a se procedere, praeterquam quod, ut modo diximus, modestius ita loquitur."

38) *Τό δέ πνεύμα τό άγιον, χαί έχ τού πατρό λέγομεν, χαί πνεύμα πατρό όνομάζομεν· έχ τού υιού δε τό πνεύμα ον λέγομεν' πνεύμα δέ νίού όνομάζομεν.* Frustra Hugo Etherianus spuria haec verba esse contendit, cum in omnibus MSS. reperiantur.

antiqnitntis tenacior quam latina, vnram et receptam a patribus doctrinam professa est, a qua per summum nefas recessit ecclesia latina. 49

3Ô9. **Resp.** ad 1. *D.* Ad excludendum maeedonianorum errorem, qui Spiritum Sanctum a Filio procedere docebant, sed non a Patre, *C.* ad excludendam processionem a Filio, A. Macedonian] enim, utpote arianorum surculi, cum tres gradus in personis divinis ponerent, autumabant Spiritum S. a Filio procreatum esse; ut igitur patres constantinopolitani directe huic impietati se se opponerent, adjecerunt in symbolo citata verba. Atque hinc est quod subséquentes patres solliciti semper in eo fuerunt, ut adstruerent Spiritum Sanctum ex Patre per Filium procedere, ut mox dicemus. ‘° A Filio vero illum procedere cum pro certo haberetur, synodus illa nihil de hoc decrevit.

360. Ad 2. *D.* Ex falsa suppositione quod Cyrillus his verbis Apollinaris et Macedonii impietates exprimeret, *C.* sensu catholico. A'. Hanc veram esse causam reprehensionis Theodoreti, liquet ex ejus *Epist. ad monasteria,* scripta adversus anathematismos s. Cyrilli quaeque lecta est in quinta synodo, cujus haec verba sunt: *Blasphemat vero* Cyrillus *et Spiritum Sanctum non ex Patre ipso procedere dicens, secundum Domini vocem, sed ex Filio esse. Iste vero Apollinaris seminum fructus est: propinquat vero et sit. ut quidam ore profano dicere audeant, Spiritum Sanctum per Filium factum esse* (το *πνενμα τό άγιον γίγονεΐσ$αι διά τοΰ v'oû), anathematizamus eos;* atque eodem sensu postea subjungit anathemalismum modo prolatum, et alium: *Si quis dixerit Spiritum S. facturam (ποίημα) ac per Filium factum, anathema sit.* Auctor vero citati sermonis incipit: *Credimus quoque sanctum Paracletum, qui nec Pater sit ipse, nec Filius, sed a Patre Filioque procedit;* post quam confessionem et juxta hanc fidei confessionem adjicit anathematismos. Non igitur dictum est a Damaso, Spiritum S. ita a Patre procedere ul excludat ejus processionem a Filio, sed ad profitendam ejusdem cum Patre divinitatem, adversus errorem maeedonianorum.

Ilis addit moschus metropolita Filaret, op. cit. pag. 49. ex auctoritate s. Augustini, *Serm.* CXXLX. *de Tempore,* ct Theodoreti *Hist, eccles.* lib. V. cap. 11, quorum alter gracce in Asia, alter in Africa latino eodem ferme tempore, ita ut neuter de allero sciret, scripserunt, decretum Dainasi ac totius concilii romani: ..Si quis non dixerit Spiritum Sanctum de Patre esse vere ac proprie sicut Filium de divina substantia, et Deum Verum, Dei Verbum, anathema sit.“ Hinc exultai adversus catholicos.

At bonus vir multipliciter labitur, ac 1°. in eo quod tribuat s. Augustino sermonem CXXIX, qui spurius est et conflatus ex diversis operibus Nestorio faventibus; 2°. in eo quod assecuius non sit sensum decreti Dainasi in citato anathematismo, qui aperte eruitur, sive a Theodoreto, sive a consarcinatore sermonis Augustino tributi. Sic vero apud Theodoretum incipit confessio fidei catholicae, quam Damasus papa in Macedoniam misit adPauliuum: *Quoniam post concilium nicuenum hic error emer-*

4e) Compertum etiam est, arianos docuisse Spiritum Sanctum immediate a solo Filio tamquam per instrumentum esse productum a Paire, cui errori refellendo patres insistebant. Inferius hujus assertionis, quae magnam affert iuccm ad dictiones patrum explanandas, documenta dabimus.

Macedonii malignae culturae. 41 Ergo eatenus improbata est a Theodoreto Cyrilli sententia, quatenus ex ejus mente Cyrillus errorem Apollinaris et Macedonii praesefcrebat, non improbaturus, si alio sensu dixisset. Aliam vero esse mentem s. Cyrilli inutile est ostendere, cum id plane compertum sit 42 Exinde ratio habetur, cur nec Theodoretus ob hanc causam in suspicionem heterodoxae doctrinae venerit, et s. Cyrillus non institerit.

361. Ad 3- *Neg.* Tlaec gratuita calumnia graecorum est, quae ex omnibus operibus a s. Cyrillo post anathematismos conscriptis refellitur. Etenim Spiritum Sanctum procedere a Filio docet in *Thesauro,* assertione XXXIV, in *Dialogis de Trinitate,* ac praesertim dial. VII, ubi scribens in illa Joannis verba: *In hoc cognoscimus* etc.43, infert Spiritum Sanctum non esse alienum substantive et sejunctum a Filio, quippe qui *ex ipso, et in ipso, et ipsius proprius sit.* Alibi saepe eadem repetit. 44

362. Ad 4. *D.* Sensu exposito, *C.* sensu graecorum schismaticorum, Ar. In omnibus siquidem citatis locis constanter docet, Spiritum Sanctum a Patre procedere, et ex Deo esse, ad respuendam haereticorum insaniam, qui eum Filii facturam existimabant. Hic satis sit ejus verba proferre ex lib. V. *Haeret. Fab.* cap. III. ubi prolatis apostoli verbis ex I. Cor. II: *Nos enim non spiritum hujus mundi accepimus, sed Spiritum, qui ex Deo est,* addit: *Hac ratione cum Patre* et. *Fi\io eum semper conjungit* (apostolus), *cum creatura autem numquam conjunxit. Non enim creaturae partem illum esse novit, nec primam facturam nominat secundum Arii et Eunomii et Macedonii blasphemiam.* 45

363. Ad 5. *D.* Id est, a Filio, particulam *per* loco *a* usurpantes, *C.* alio sensu, *N.* Quamcumque cavillationem diluerunt florentini patres, declarantes: *Quod id quod sancti patres et doctores dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum Sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur Filium quoque esse secundum graecos quidem causam, secundum latinos vero principium subsistentiae Spiritus Sancti, sicut et Patrem.* 46 Enim vero Nazianzenus,

41) *Collect. Concit.* Labbaci, tom. V. coi. 505.

*’) Apollinaris enim, adducto exemplo solis, radii ct splendoris, qui a sole per radium emittitur, Spiritum S. magnum, Filium majorem, Patrem maximum, diversos gradus in Trinitate statuendo, effutiebat, ut sicut Filius minor esset Patre, utpote natus ex Patre, ita quoque Spiritus Sanctus esset Filio minor, quia procreatus ex Filio. Hunc vero sensum propositioni s. Cyrilli affingebat Theodoretus, ut eum carperet, pro livoris aestu quo erga praestantissimum doclorem agebatur. At omnem apollinarismi suspicionem s. Cyrillus, tam circa hoc quam circa alia doctrinae capita, a se repulit in secunda praesertim epistola, quam scripsit ad Successum, quae prostat tom. V. pag. 11. edit. Paris. 1638.

43) *Epist.* I. Joann. IV. 13-

44) Cf. Le Quicn, diss. cit. §. 4.

45) *Ταύτητοι πατρί καί νίώ auro διατελεί Ουντάττων, τή κτίοει δε* οὐ *ὕννϊταίε πώποτε' ού γάρ οϋδέν αυτό τή κτίΰεω μοριον, ουδέ πρώτον ποίημα ονομάζει, κατά τήν 'Λρείου, καί Εύνομίου, καί Μακεδονίαν βλαΟφημίαν,*

4β) Apud Labb. *Collect. Concit,* loin. XIII. col. 1166.

Cyrillus, Epiphanius modo voces *Filio* sumunt, modo *per Filium* ; promiscuas pariter in Scripturis has voces esse, exploratum est; ac demum explicavit orientalis ecclesia ecclesiae russorum anno 1752, ut refert Frantz.[48]

364. Ad 6. *Feg.* Siquidem primum opusculum nunc critici inter dubia, alterum Aero inter apocrypha ejusdem s. Doctoris opera recensent. [49]

365. Ad 7. *D.* Et per illud *ex Filio (ἐχ τον viov)* s. Joannes damage, exclusit a Filio *principalem causam* divinarum processionum, quam graeci *τήν προκαταρκτικήν αιτίαν* (procatarcticam causam) appellant, *C.* processionem ipsam, X. Nempe citatis verbis id unum vult s. Doctor, Filium non esse principium *absque origine,* sed solum esse principium Spiritus Sancti *cum origine,* eo quod solus Pater tale principium *sine origine* sit, cum omnia quae Filius habet, a Patre acceperit, et ideo confestim addit s. Joannes damascenus: *Solus Pater principium est.* Ita explicant hunc locum graeci ipsi doctores, Manuel Calecas, cap. XXXIX, Demetrius, *De process. Spiritus S.* cap. XI, Bessarion, in *Orat. dogm.* cap. VI. Sane noluisse per citata verba Joannem damascenum excludere processionem Spiritus Sancti a Filio, patet ex pluribus locis, in quibus expresse tradit. Spiritum S. a Patre per Filium produci vel procedere; sic in cap. *De divinis nominibus,* Pater dicitur *per Filium producens manifestantem Spiritum* 50; et rursum : *Spiritum autem Filii, non tamquam ex ipso, sed tamquam per ipsum ex Patre procedentem* 51; et in

47) Cf. Petav. qui *{De Trin.* lib. VIII. cap. 17. §. 2 et seqq.) fuse ostendit, innumeris prope, sive ex sacris litteris, sive ex graecis patribus productis exemplis, promiscue sumi particulas ôter, *per.* et *£, ex,* ideoque, quod consequens est, tantumdem esse, Spiritum dicere *per* Filium a Patre procedere, atque *ex* Filio.

48) V. P. Ignatii Frantz, S. J. in pragena univers. Prof, dissert. *Super formulis graecorum et latinorum de confitenda Spiritus Sancti processione,* quae habetur in *Thesauro Theologico* Zaccariae tom. III. Jam vero hic auctor sub finem §. 3. haec habet: *Solemnis ομολογία* (confessio) *ecclesiae orientalis pro ecclesia russorum quam graeci* s *oror em appellant suam, recentibus typis edita anno* 1751. *pag.* 81. *haec continet :* θ,· *φτμΐιν (Ἰωαννν. ά.* ῑ.) *ή γραφή · Iv* r<ô κόσμοι ήι>, *καί ό* κόσμο; υι' αὐτοῦ *Igίνετο,* τοῦτ' *ttJtiv, Iξ. αύτοΰ. Docente Scriptura (Joann.* I. io.) ,n *mundo fuit, et per ipsum* (Verbum) *mundus factus est, hoc est: ab ipso. Lbi jam ante oculos est, quemadmodum graeci bià et* Ic. *pro eodem sumere non vereantur.*

49) Consulatur Maurinos editor opp. s. Athanasii tora. IL seu vol. III. in admonitione ad *Refutationem hypocrisis* etc. num. 2. ubi tum ex materia ipsa, tum ex styli varietate, tum ex tractandi ratione scriptoris hujus opusculi, quae orthodoxae piaeque sententiae argutiis atque cavillis impugnantur, ac demum ex veteribus codicibus ostendit hujus opusculi auctorem s. Athanasium non esse. Vid. pariter ib. monitum praemissura alteri opusculo, s. Athanasio tributo, cui titulus, *Quaestiones aliae;* ubi ait, neminem esse, qui Athanasium tantarum nugarum, quot in eo reperiuntur, patrem esse, suspicari possit; censet vero harum quaestionum auctorem vixisse post exorta certamina inter latinam et graecam ecclesiam. Idque sane luculenter evincitur

50) *dià λόγου προβολεύ εκφαντορικού πνεύματο .*

51) *Jiat υιού όε πνεύμα, ούχ ω εξ αυτού, άλλ' ώ όι αυτού εκ τού πατρό εχ· πορευόαενον.*

fine *Epist. ad Jordanem,* aeternam Spiritus S. processionem diserte enuntiat his verbis : *Spiritus Sanctus est ex Patre, siquidem per Filium procedit, non tamen filiationis more32;* ct alibi passim. 53

366. Ad 8. **Resp.** quoad Joannem damascenum falso laborare supposito graecorum exceptionem, ut ex modo dictis patet.

367. Theodori vero mopsuesteni symbolum, quod exhibuit Charisins presbyter concilio ephesino, ac Theodoreti scripta, adversus s. Cyrillum exarata, reipsa repudiata fuerunt; symbolum quidem Theodori a concilio ipso ephesino Theodoreti vero scripta partira rejecta sunt et retractata ab ipsomet Theodoreto, cum Cyrilli synodicas epistolas suscepit, ut animadvertit card. Norisius 55, ac demum in concilio oecumenico V. proscripta fuerunt 56

368. Photius damnatus non fuit, sive a romanis pontificibus sive a conc. VHI, etsi processionem Spiritus Sancti a Filio negaverit, quia ad evertendum ejus schisma synodus VIII. celebrata est, et in hoc principale factum incubuerunt romani pontifices, non quasi approbaverint ipsius errores.

369. Ad 9. *Neg. antec.* Ab iis enim 1°. quae ad fidem pertinent, ecclesia latina, seu potius ecclesia catholica deficere ne latum quidem unguem

52) *Το πνεύμα το άγιον εκ τού πατρό γάρ, διά τον νίου καί λόγου προϊόν, οΰκ νΐϊκώ δε . . .* quae est epistola *De hymno irisagio* η. 28.

53) Ut in *Dial, contra Manichaeos* etc. Cf. Le Quien in nota ult. ad cap. 8. libri I. *De fide orthod.* ubi ostendit 1°. s. Joannem daniasc. ceteris patribus graecis apprime consentire in profitenda Spiritus Sancti processione a Patre per Filium; 2°. non alio sensu eumdem negare Spiritum S. *a Filio* seu *er. Filio* esse, quam quo s. Maximus in *Epistola ad Marinum* presbyterum Cypri scribit, latinos patres interpretandos esse, ubi Spiritum Sanctum ex Filio procedere asserunt, ut *Filium esse Spiritus S. causam senserint ;* οΰκ *αιτίαν τον υιόν ποιούνται* τον *πνεύματο . Unam enim noverunt cum Filii tum Spiritus Sancti causam, Patrem scilicet ;* sed ut significent eum St' *αύτοΰ προϊέναι, per ipsum prodire, atque hoc pacto substantiae cognationem et indifferentiam exprimant ;* id est, ad denotandum Filium non esse causam principalem (procatarcticam) Spiritus Sancti, cujusmodi solus Pater est. Cum hac ratione caverent veteres, ne more ariano Spiritus Sancti productio in Filium praesertim refunderetur, et quidem actione quae a patres docere, Spiritum S. a Patre *per Filium* progredi, ut illius actionis naturalis, qua Pater profundit Spiritum, nequaquam exsors sit Filius, quantumlibet Pater solus fons, oculus, scatebra, principium et auctor Spiritus habeatur; quin immo divina natura, ut inlelligilur a Patre prius secundum ordinem originis communicari Filio quam Spiritui S.; illam in Filio quoque foecunditatem suam servare, quae incepit in Patre, prout eleganter expressit s. Gregorius naz. celebri illo effato: *Unitas, a principio in dyada seu binarium progressa, in triade seu Trinitate constitit, μονά* απ' αρχ^ι *di δνάδα κινη^εΐβα μέχρι τριάδα ϊϋτί,* seu, ut ait s. Gregorius nyssenus, una Deitatis substantia, unus voluntatis optimae motus « *Patre proficiscitur, per Filium progreditur, et in Spiritu completur, duo πατρά παρορμώται,* καί Sta *του* νΓοΰ *πρόειβι,* καί *έν τω πνεύματι τελειοΰται.*

M) Cf. acta hujus concilii apud Labb. torn. ILI. coi. 690.

”) In Diss. *De Synodo* V. cap. 11. tom. I. opp. edit. Veron. 1729. col. 793.

“) Actione VIII. can. XIH; apud Labb. tom. V. col. 578.

potuit nisi Christus promissis suis defuerit. Addo 2°. nec potuisse deficere ecclesiam latinam, quin cum ipsa ecclesia etiam orientalis defecerit, quae semper usque ad Photium cum ipsa in perpetua communione fuit; exploratum autem est, ecclesiam latinam. ut ex omnibus allatis monumentis constat, professam fuisse processionem Spiritus Sancti a Patre ac Filio; 3°. non potuisse eam recedere ab antiqua tide, quin ejusdem praevaricationis rea extiterit ecclesia graeca, quae solemniter in duobus conciliis oecumenicis lugdunensi II. et florentino eamdem doctrinam professa est: 4U. patres graecos nonnisi loquendi ratione, neque id constanter, a patribus latinis dissentire, quia quod latini exprimebant per verba *a Filio,* graeci dixerunt *per Filium:* sed quoad rem ipsam, per diversa verba significatam, apprime inter se convenire. Dixi *neque id constanter,* quia interdum patres graeci dixerunt Spiritum Sanctum procedere *a Filio,* et patres latini interdum et ipsi dixerunt eumdem procedere *per Filium.* 3 5°. Graecos non posse, ad adstruendam suam sententiam, proferre aliquem ex graecis patribus, qui aperte neget Spiritum Sanctum *a Filio* procedere, nisi unum s. Joannem damascenum, qui non floruit nisi saec. IX; quo autem sensu id negaverit, ostendimus tum ex contextu ipso, tum ex aliis ejusdem patris parallelis locis, in quibus et ipse cum ceteris patribus docet. Spiritum Sanctum procedere a Patre *per Filium:* 6°. quod proinde consequens est, graecos hallucinatos esse in vocibus illis *per Filium,* dum impugnarunt latinos; et latenter, ut ita dicam, apud ipsos semper quosdam tenuisse errorem, qui antiquitus apud factiosos nonnullos obtinuit; quia, licet sectae extinguantur et transeant. apud pertinaciores aliquos semper aliquid sectae extinctae conservatur, donec data occasione foras erumpat, ut patet ex criminationibus objectis, ut vidimus, circa hunc articulum ecclesiae romanae, tum a monothelitis, turn ab iconomachis. ac demum a Photio ejusque fautoribus; et sic ratio redditur ejusmodi doctrinae, quae sensim sine sensu in ecclesia graeca invaluit. 58 Quod cum viderint graeci pii et docti, qui sincero animo

1

57) Ita passim s. Epiphanius et s. Cyrillus alexandr. qui aperte processionem Spiritus S. ex Patre et Filio repetunt. Ille quidem in *Ancorato,* cujus superius locum citavimus ex n. 67. ubi Spiritum S. tum *a Christo* Ικ τοϋ *Χριστόν,* tum num. 71. *ab ambobus* παρ' αμφοτίρωρ, Patre nempe el Filio procedere, bis in eadem pagina repetit, et iterum *Haer.* LXIV. num. 8; tum *Haer.* LXII. num. 2 et 4 etc. Alter vero tum alibi tum in *Dial.* VIL *De Trin.* ubi Spiritum S. *ex ipso* Filio ἰζ αϋτοϋ esse affirmat; et cap. 34. *Thesauri, ex Patre et Filio* procedere pro certo sumit, *Ικ* πατρόι, χαΐ υἱοϋ. His addendus Didymus, cujus verba pariter retulimus. His addatur s. Gregorius nyssenus, qui *Hom.* III. *in orationem dominicam* inquit: *Spiritus S. et ex Patre dicitur, et ex Filio esse perhibetur, ro &'ε ἅγιον πνεύμα και ἰκ* τοϋ *πατρόϛ λίγεται, καί Ικ* τοϋ *υι'οϋ εἶναι προσμαρτυρείται* etc. E contra ex latinis patribus non desunt, qui doceant Spiritum Sanctum procedere *per Filium.* Sic Tertull. lib. *Cont. Praxeam* cap. 4. inquit: *Spiritum non aliunde puto, quam a Patre per Filium.*

58) Ubi obiter notandum, juges simultates graecorum adversus latinos fuisse exercitas, ex quadam aemulatione ob imperia-

veritatem quaerebant, non dubitarunt errorem dimittere, et in ecclesiae catholicae unitatem redire.[59]

370. III. Obj. Nisi Spiritus Sanctus a solo Patre procedere dicatur, plura sequerentur absurda: ac 1. quidem quod a duplici spiratione dimanet. 2. Quod Patris appellari possit nepos. 3. Quod magis distet a Patre quam Filius. 4. Quod prius hic sit genitus quam ille spiratus. 5. Quod Filius esset supervacaneum Spiritus Sancti principium, cum Pater per se sufficiens sit ejusdem principium·, ergo.

371. Resp. I. generatim. Cum de facto revelationis constet, frustra rationis falsa commenta objiciuntur. Quare, ne videremur ratione theologica, quae non omnibus probatur, dogma fidei adstruere, consulto abstinuimus ab afferenda illa, quae petitur ex eo quod, si Spiritus S. a Filio quoque non procederet, non distingueretur amplius realiter a Filio ipso, cum in divinis, juxta tritum scholarum effatum, omnia sint unum, ubi non intercedit relationum oppositio: etsi haec ratio solidissima sit, et non solum a s. Anselmo et a s. Thoma, sed a nonnullis etiam patribus graecis afferatur.[60] Multo minus attendi debent, quae a graecis urgentur, quaeque magna ex parte a patribus ipsis jamdiu disjecta sunt. Ne tamen ea absque solutione dimittamus:

372. Resp. II. ad singula. Ad 1. *Neg.* Cum enim nulla sit inter Patris ac Filii spirationem realis oppositio, una est utriusque spiratio. Non duo proinde sunt Spiritus Sancti principia sed unum, quemadmodum Pater, Filius et Spiritus S. una sunt rerum creatarum causa, ratione unius ejusdemque omnipotentiae.[61]

leni ipsorum urbem, quarum non pauca suppetunt exempla in antiquitatis monumentis. Nil mirum proinde, si amarulento animo causas dissensionis nectere numquam fere destiterint.

59) Inter hos celebriores sunt Joannes Veccus seu Beccus, Gennadius, Bessarion, Cydonius Demetrius, Niceph. Blemmyda aliique bene mulli, quorum praeterea scripta adversus graecorum errores partim exhibet Leo Allatius in sua *Graecia orthodoxa,* duobus vol. in 4. Romae 1652 el 1659, partim Petrus Arcudius vol. I. in 4. Romae 1630, in op. cui titulus *Opuscula aurea theologica.* Inter eos, qui celeris palmam facile praeripuerunt in hoc argumento, eminet Manuel Calecas, Ord. Pracd. cujus libros IV contra errores graecorum ex graeco in latinum vertit Ambrosius camaldulensis; post alias editiones novam adornavit ex bibliotheca bavarica ac nolis illustravit Petrus Stevartius vol. I. in 4· Ingolstadii 1608. Sic ipse Leo Allatius de suo scripsit *De. ecclesiae occidentalis atque orientalis perpetua consensione libros 1res,* vol. I. in 4. Colon. Agripp. 1648. Laudandum praeter eos sese exhibet Nic. Comnenus Papadopoli Cretensis, qui anno 1699. Patavii, ubi sacrorum canonum erat interpres, vulgavit suas *Praenotiones mystagogicas ex jure canonico;* in quibus energice schismaticos impugnat. Cf. Resp. V. sect. 3. §. 9 et seqq. ubi, quae spectant ad argumentum nostrum, compendio collegit, el graecorum tricas dissolvit.

60) Cf. Petav. lib. VII. *De Trin.* cap. 3. §.4; tum ibid. cap. 9. §. 11. ct seqq. A scolistis tamen ratio illa non admittitur, qui contendunt distingui Spiritum Sanctum a Filio, etsi ille ab hoc non procederet, eo quod Filius ab intellectu, Spiritus Sanctus a voluntate procedat. Sed non video, utrum hoc solidius sit.

61) Cf. Petav. ibid. cap. 15. §. 12 et seqq. ubi ostendit non minus ex substantia

373. Ad 2. 3. et 4. *Neg.* pariter. Etenim, ut observat s. Thomae62, sicut generatio Filii generanti coaeterna est, sic processio Spiritus S. coaeterna est suo principio; quare non prius fuit genitus Filius, quam Spiritus S. procederet, sed utrumque aeternum est. Hinc negamus Spiritum Sanctum Patris appellari posse nepotem, tum quia nepos filius est lilii, et Spiritus S. Filii seu Verbi filius non est, tum quia nepos non procedit immediate ab avo, prout Spiritus S. procedit a Patre 63; solo quippe ordine tertius est, qui quidem ordo nihil in re aut tempore ponit. 64

374- Ad 5. *Neg.* denique *sequelam et suppositum.* Etenim quemadmodum non valet haec argumentatio: Pater est sufficiens creationis causa; ergo neque Filius, neque Spiritus S. causa sunt creationis; sed potius dicendum: Paterest creator: ergo et Filius et Spiritus Sanctus, qui eamdem habent cum Patre omnipotentiam; ita non valet ratiocinatio: Pater est sufficiens Spiritus S. principium; ergo Filius non est principium Spiritus Sancti, sed potius concludi debet: Spiritus S. procedit etiam a Filio, cui omnia quae Pater habet, communia sunt, una excepta paternitate. 65

PROPOSITIO II.

Immerito graeci ecclesiam latinam corrupti symboli insimulant ob additamentum particulae **Filioque.**

375. *Its in* primis statutum fuit in concilio florentino graecis consentientibus: *Explicationem verborum illorum,* **Filioque,** *veritatis declarandae gratia, imminente tunc necessitate, licite ac rationabiliter symbolo fuisse appositam.* 1 Jamque antea in concilio lugdunensi IL anno 1274. celebrato, latini et graeci simul intra missarum solemnia ad publice profitendam utriusque ecclesiae concordiam cecinere symbolum una cum declaratione: *Qui ex Patre Filioque procedit.*

376. His praemissis sic adstruimus enunciatam propositionem: Si qua ratio foret culpandi ecclesiam latinam ob insertam symbolo particulam *Filioque,* haec esse decretum concilii epliesini id prohibentis; atqui haec ratio nulla est; ergo.

377. *Major* hujus argumenti unanimiter a graecis admittitur, qui bene norunt, morem hunc, quidpiam, majoris declarationis gratia et ingruentibus haeresibus, adjiciendi symbolo apostolico, viguisse in ecclesiis, sive orientalibus sive occidentalibus, usque ad ephesinam synodum; ut ex certis historicis monumentis constat. 2 Eadem praeterea assertio patet ex eo, quod graeci nullam aliam objurgandi ecclesiam latinam causam proferant praeter ephesinum decretum.

Filii Spiritum Sanctum procedere; el sic dissolvitur argutula graecorum objectio.

i2) Part. L qu. 36. art. 3- ad 3.

“) Petav. ibid. cap. 11. ostendit, quo sensu processio Spiritus Sancti mediata dicatur ab aliquibus patribus, quod quidem a nonnullis aliis videtur negari, cum tamen utroque modo dici possit Spiritum Sanctum a Patre procedere.

&’) Superius vidimus a macedonianis hanc prolatam esse difficultatem; eam vero repetere ac suam facere graeci recenliores non verentur.

to) Praeter graecos auctores, quos recensuimus, consuli poterunt circa gravissimam hanc controversiam inter ceteros s.Anselmus, in *Monologio* cap. 50 et seqq. ed. maur.; s. Thom. *Contra gentes,* lib. IV. cap. 24 el seqq., et in *Summa* quaest. cit. superius; Bellarminus, lib. II. *De Christo,* cap. 20 et seqq.; Petavius, lib. VII. *de Tritu;* Le Quien, diss. I. in opp. s. Joann. damasc.; Nat. Alex. diss. 18. in saec. IX el X, adversus Photium aliosque graecos schismaticos; Bernard, de Rubeis Ord. Praed. *Diss. hist. et dogut. de process. Spiritus S.* etc. in opere, quod inscribitur *Georgii seu Gregorii Cyprii cita,* vol. I. in 4. Ven. 1753; aliae dissertationes inveniuntur in *Thesauro theologico* Zaccariae, tom. III; sed praestat adire acta ipsa concilii florentini, apud Labb. tom. XIII. in quibus omnia, quae ad quaestionem praesentem faciunt, plene discussa sunt, donec tandem veritate agnita graeci subscripserunt editae fidei definitioni, ibid. col. 1170. Vide etiam aureqm librum s. Anselmi, *De processione Spiritus Sancti.* Cf. etiam Galani clerici regul. *Conciliationes Eccl. Armenae cum Romana,* Romae 1658, tom. I. pari. II. quaesi. 9. de Christo Filio Dei producente una cum Patre Spiritum Sanctum, ubi ex Scriptura ac patribus graecis ac latinis fuse ostendit hanc veritatem adversus armenos dissidentes.

‘) Sess. XXV. apud Labb. coi. 515. integra verba haec sunt: *'Eri 3ιοριζόμε9α την τών ρημάτων εκείνων άνάπτυ^ιν την καί εκ τού υιού χάριν τού την άλή9ειαν Οαφνιθ9ήναι, ανάγκη τε τότε επικείμενη, 9εμιτώ τε καί ενλόγω εν τώ Ονμβόλω προ τε9ήναι.*

2) Etenim symbolum apostolicum brevius et simplicius, quam hodie, tribus primis ecclesiae saeculis, in omnibus ecclesiis, iisdem pene verbis conceptum, viguit, sive in oriente, sive in occidente. Erat autem ejusmodi: «Credo in Deum Patrem omnipotentem, et in Christum Jesum, unicum Filium ejus, Dominum nostrum. Qui natus est de Spiritu Sancio ex Maria Virgine. Crucifixus sub Pontio Pilato et sepultus. Tertia dic resurrexit a mortuis. Ascendit in coelos, sedet ad dexteram Patris, inde venturus est judicare vivos et mortuos. Et in Spiritum Sanctum. Sanctam ecclesiam. Remissionem peccatorum. Carnis resurrectionem.· Quod quidem in sua simplicitate, seu nulla auctum declaratione, ad plura saecula servavit ecclesia romana. Ecclesia ravennatensis, teste s. Petro Chrysologo, in *Sermonibus in symb. Apost.* addébat *vitam aeternam.* Absque his postremis verbis retinebat ecclesia taurinensis, ut testatur s. Maximus, *Hom. in traditione symboli.* Ecclesia aquilejensis, teste Rufino in *Exposit. symboli,* inter opera s. Cypriani, addebat ad primum articulum: *invisibilem* et *impassibilem,* ac postea: *descendit in inferna,* in fine: *hujus carnis resurrectionem.* Sic in ecclesia africana auctum quinque verbis exhibet s. Augustinus *Serm.* CCXII et seqq., et in ecclesiis hispanicis, ut illud recitat Elherius, episc. uxamensis, lib. I. *Adversus Elipandum,* arch, toletanuin, anno 785. ad secundum articulum videmus adjectum: *Deum;* ad quartum: *passus;* sic postea inveniuntur verba: *descendit in inferna,* resurrexit *vivus,* ad dexteram *Dei* Patris *omnipotentis,* ecclesiam *catholicam,* remissionem *omnium* peccatorum, et *vitam aeternam.*

Eadem viguit quoad verba varietas in symbolis ecclesiarum orientalium. Symbolum commune non differebat a symbolo communi recepto in occidente superius recitato, nisi in duabus voculis: Credo in *unum* Deum ct in *unum* Dominum etc. Ceterum in formula ecclesiae alexandrinae et ecclesiae hierosolymitanae plura sunt adjecta; prima videri potest apud Socratem *Hist, eccles.* lib. I. cap. 22; et Sozom. lib. II. cap. 27. altera apud Touttëe in edit. *Opp. s. Cyrilli hieros.* post catechcsim V. Hac vero varietate nihil obstante numquam inter ecclesias interrupta pax est. Cf. De Rubeis op. cit. diss. II. cap. 1.

378. *Minorem* vero ut evincamus, juverit afferre tum motivum tum verba ipsius memorati decreti. Motivum edendi ejusmodi decretum fuit symbolum a nestorianis interpolatum, quodque ephesiuae synodo obtulit Charisius presbyter, et quo plures incaute decepti fuerant. Quo recitato, ad omnem ejusmodi deceptionis occasionem in posterum tollendam ephesina synodus decretum emisit liis verbis conceptum: *Statuit sancta synodus, alteram fidem nemini licere proferre, aut conscribere, aut componere, praeter definitam a sanctis patribus, qui in Nicaea cum Spiritu S. congregati fuerunt. Qui vero ausi fuerint aut componere fidem alteram, aut proferre, vel offerre converti volentibus ad agnitionem veritatis, sive ex gentilitate, sive ex judaismo, sive ex qualicumque haeresi; hos quidem, si sunt episcopi aut clerici, alienos esse episcopos ab episcopatu, et clericos a clericatu decrevit: si vero laid fuerint, anathemati subjici.*[3]

379. Vel igitur per *alteram fidem,* ut plures contendunt, concilium intellexit fidem *contrariam,* aut *diversam* a fide tradita in symbolo nicaeno, et tunc evidens est ipsum non vetuisse illud additamentum, quo solum expressius declaretur eadem fides, in eodem nicaeno symbolo contenta, cujusmodi profecto est illud propter quod nobis graeci litem movent. Vel per *alteram fidem* intellexere patres ephesini presse quamcumque ulteriorem declarationem symbolo addendam, et tunc ex facto ipso patet, decretum non afficere, nisi peculiares ac privatas personas sive individua; alioquin orientales et graeci ipsi primi fuissent hujus decreti violatores.

380. Etenim I. concilium chalcedonense, quod post ephesinum celebratum est, etsi renovaverit sanctionem ephesinam, attamen *propter illos, qui Spiritui Sancto repugnabant,* commendat additamenta facta a centum quinquaginta patribus constantinopolitanis, et ipsum symbolum ab iisdem auctum recepit, et in usum communem totius ecclesiae deduxit.[4]

') Act. VI. ap. Labb. tom. III. coi. 689. Sic porro sc habet graecus textus: *ώριοεν ή αγία ϋύνοδο , έτεραν .-τίϋτιν μηδενί εξίϊναι προ φίρειν ηγουν Ουγγράφειν, η Gvvrt■9ïναι παρά τήν όριϋϋεϊϋαν παρα τών άγιων πατέρων τών iv rjj P»ιχαίων ΟυνελΘόντων δυν άγίω πνευματι' τού·; δε τολμώντα η Ονvriÿtvai ΛιΟτιν έτέραν, ήγουν προχομίζειν, η προ φερεεν τοΐ ε&έλονϋιν επιϋτρέφειν ει έπίγνωϋιν τή αλήθεια , ή έζ ίλληνιΟμού, ή ίονδαίΟμοϋ, η έξ αίρέϋεω οία - δηποτούν, χ. τ. λ.*

*) Eutychiani enim, sab praetextu adhaerendi formulae seu symbolo nicaeno, rejiciebant additamenta huic symbolo facta a concilio constantinopolitano I. ut sic facilius suos errores tegerent. Hinc patres synodi chalcedonensis, celebratae anno 451. nempe post concilium ephesinum, *machinationem omnem haereticorum contra veritatem claudere volentes,* ut ibid. legitur, actione V. decreverunt: -Ante omnia, fidem integram et intemeratam permanere trecentorum decem et octo sauctorum patrum (nicaenorum) doctrinam confirmantes, quae de substantia Spiritus Sancti a patribus centum quinquaginta postea congregatis in regia civitate (Constantinopoli) tradita est propter illos, qui Spiritui Sancto repugnabant. Apud Labb. tom. IV. coi. 565. Integrum decretum legi meretur. Et ex eo tempore facium est commune ecclesiae orientali universae sym-

381. Π. Ecclesiae orientales non solum symbolum constantinopolitanum susceperunt, quod etiam *nicaenum* dictum est, sed praeterea ipsum inseruerunt fidei formulae.

382. III. Non obstante lege epheSina, peculiares vigebant fidei formulae *antiochena, hierosolymitana, philadclphiensis,* ab utraque sive nicaena, sive constantinopolitana formula *discrepantes,* quin tamen violatae logis ecclesiae accusatae fuerint, sive ab ecclesiis ceteris orientalibus, sive ab ecclesiis occidentalibus, quae semper retinuerunt in sua simplicitate symbolum apostolicum pro instructione catechumenorum atque in ritu baptismatis, neque inseruerunt symbolum liturgiae.

383. IV. Eadem lege non obstante licitum sibi duxerunt orientales novis ingruentibus haeresibus, monothelitarum praesertim et iconomachorum, prolixioribus verbis formulas nicaenam et constantinopolitanam exponere ad rectam fidem profitendam, atque se ab omni erroris suspicione purgandos, ut patet ex actis synodorum generalium VI. et VU. immo a Tharasio episcopo constantinopolitano fidei formula ad patriarchas transmissa est hoc additamento: *Et in Spiritum Sanctum Dominum vivificantem, qui ex Patre per Filium procedit.* 6

384. V. In ordinatione episcoporum graeci tres fidei professiones ad instar symboli emittunt, seu ipsum constantinopolitanum symbolum adjectionibus pluribus locupletatum recitant.

385. Si igitur orientalibus et graecis licuit, inconsulta sede apostolica praefatas declarationes symbolo nicaeno adjicere, et in usum communem deducere, diversas fidei professiones componere nicaenae fidei consentaneas justis de causis, non obstante decreto ephesino; argumentum ineluctabile est, ipsos vel legem ephesinam interpretatos esse de additamentis fidei nicaenae con-

bolum constantinopolitanum, quod nondum receptum universim erat in usum praesertim lilurgicum. Quae quidem agendi ratio patrum chalcedonensium ineluctabile suppeditat argumentum ecclesiae occidentali ad defendendam declarationem eidem symbolo insertam per verba *Filioque.* Dixi ecclesiae universae orientali commune effectum symbolum constantinopolitanum; nam ecclesiae occidentales, praesertim romana, adhuc perstiterunt in simplicitate symboli aposlolici per plura saecula. Concilium autem ephesinum per symbolum nicaenum intellexisse symbolum illud presse sumptum absque additamentis symboli constanlinopolitani, compertum fit ex recitatione ejusdem symboli nicaeni facta in eodem concilio, prout postea idem factum est in concilio chalccdoncnsi una cum recitatione symboli constantinopolitani; ibid.

s) Quod idem est, ut ex dictis patet, ac dicere: *ex Patre FUioque* procedere. Cf. act. IV. et act. X. conc. conslantinopolilani III. apud Labb. tom. VI. col. 6S1 et seqq. et col. 841 et seqq. nec nou act. IIL •conc. nicaeni IL ibid. tom. VII. col. 163. Verba autem seu fidei professio ad rem nostram quod attinet haec sunt: *Καί ει το πνεύμα τό άγιον,* rd *κύριον και Ζωοποιούν, το Ικ τοΰ πατρό , δι υιού Ικπορευόμενον.* Eadem ratione haec ipsa verba leguntur in collatione Harduini, quae omnium accuratissima censetur, tom. IV. coi. 132.

trariis, vel eam spectasse ut sanctionem disciplinarem, a qua, gravi urgente necessitate licitum esset sin privatis personis, saltem ecclesiis, ubi haec vigebat necessitas, recedere. Frustra igitur crimini vertunt ecclesiae latinat», quod eadem libertate, qua usa est ecclesia graeca, ipsa utens, urgente eadem necessitate, hanc declarationem admiserit in symbolo constantinopolitano; mnlto vero minus accusari poterat ecclesia romana, quae, utpote omnium ecclesiarum mater et magistra, ut declaratur in concilio florentino, suprema pollet in ecclesias omnes potestate.

386. Deinde compertum est, a saec. VI. ecclesias hispanicas, ex occasione conversionis gotborum ad catholicam iidem, qui secum ex oriente errores detulerant arianorum, macedonianorum et eunomianorum, *Filium minorem Patre, ac Filio minorem Spiritum Sanctum, factumque a Filio profitendum,* qui praeterea negabant *Spiritum Sanctum a Filio procedere,* statuisse, ut caneretur ad exemplum graecorum intra missarum solemnia symbolum fidei, particula *Filioque* adauctum, *quo et fides vera manifestum testimonium habeat.*[5] Nec tamen vel accusatae sunt ecclesiae hispanicae a graecis violati decreti, neque se ab illis separarunt. Compertum pariter est ecclesias gallicanas saec. VHJ. ex occasione iconomachorum, qui accusabant latinos haereseos, eo quod profiterentur Spiritum S. a Patre et Filio procedere, hoc additamentum adoptasse una cum ritu liturgico Hispaniarum, ac sensim dein sine sensu ecclesias Germaniae et Italiae idem exemplum secutas esse[7], quin propterea a graecis catholicis accusatae sint ecclesiae istae tanta saeculorum intercapedine. Cur igitur Michael Cerularius inde ansam arripuit schisma faciendi ab ecclesia romana. eo quod ipsa, nonnisi ante paucos annos symbolum tandem admiserit cum additamento, et canere coeperit in missa uniformitatis gratia cum ceteris occidentalibus ecclesiis? [8] Soline ecclesiae romanae non licuit, quod et orientalibus et occidentalibus ecclesiis semper licitum fuit?

5) Haec synodus toletana III. celebrata est anno 589. sub Reccaredo rege; in hujus can. III. anathemate percellitur *qufcumque Spiritum Sanctum non credit, aut non crediderit a Patre et Filio procedere; cumque non dixerit coaeternum esse Patri et Filio et coaequalem.* Ex quibus palet Gothos ante suam conversionem professos esse processionem Spiritus Sancti *a solo Patre.* Hinc eadem synodus, capitulo 2." haec statuit: »Pro reverentia sanctissimae fidei, el propter corroborandas hominum invalidas mentes, consultu piissimi et gloriosissimi domini nostri Reccaredi regis, sancta constituit synodus, ut per omnes ecclesias Hispaniae vel Galleciae *secundum formam orientalium ecclesiarum* concilii constantinopolitani, hoc est, 150 episcoporum symbolum fidei recitetur; ut, priusquam dominica dicatur oratio, voce clara a populo decantetur, quo et fides vera etc.“ Cf. Labb. tom. V. coi. 10 et 1009. Hanc additionem retinuerunt et propagarunt subséquentes synodi hispanicae.

7) Cf. De Rubeis diss. cit. cap. 4. §. 2 el seqq.

8) Certum est Leonem III. aegre tulisse additionem symbolo appositam, et indicasse legalis Francorum modum eamdem tollendi asymbolo; sed nihil profecit. Consuli possunt acta collationis istius apud Baronium ad annum 809. n. 54 el seqq. Romana enim ecclesia tenacissima semper fuit antiquila-

Violati praecepti solane rea erit ecclesia romana, eo quod inconsultis graecis particulam illam admiserit, et immunes erunt ab hoc crimine ecclesiae orientales, quae, inconsulta ecclesia romana, tot admiserant additamenta?

387. Concludendum igitur est nullam prorsus rationem esse criminandi ecclesiam latinam ob adjectam declarationem symbolo nicaeno, deductam ex decreto ephesino, tum quia, ut longe probabilius est ex dictis, decretum non afficit nisi solas formulas fidei nicaenae professioni contrarias aut diversas; tum quia si respicit etiam declarationes nicaenae professioni consentaneas, non afficit nisi privata individua seu peculiares personas, non autem ecclesias ipsas, urgente praesertim gravi causa, ut ex factorum ineluctabilium serie colligitur, et ex perpetua ipsa agendi ratione eorumdem graecorum; multo vero minus nunc ob ejusmodi declarationem culpanda ecclesia latina est; cum a duobus oecumenicis conciliis admissa atque approbata sit, quae eadem ac ephesinum potestate et auctoritate gaudent.

388. Seu quod idem est, immerito graeci ecclesiam latinam corrupti symboli insimulant ob additamentum particulae *Filioque.*

DIFFICULTATES.

389. Obj. 1. Lex ephesina lex generalis fuit ab universa ecclesia, in concilio congregata, statuta, et communis universae ecclesiae; ergo nonnisi ab eadem ecclesia universali abrogari seu mutari poterat. 2. Frustra propterea vel exemplum concilii chalcedonensis vel alterius cujuscumque oecumenici concilii adducitur, eo enim ipso quod oecumenica essent ejusmodi concilia, poterant legem ephesinam tum interpretari, tum. eidem derogare. 3. Frustra pariter ceterarum formularum exempla urgentur, cum istae non essent fidei professiones universae ecclesiae communes, sed particulares. 4. Ilinc patet, quare ecclesia graeca toleraverit factum additamentum ab ecclesiis sive hispanicis, sive gallicis, vel germanicis, reclamaverit vero tamquam de violato praecepto adversus ecclesiam latinam, cum romanus pontifex illud commune ecclesiae occidentali fecit.

390. Resp. ad 1. *D.* Quae haberet pro objecto formulas fidei, nicaenae fidei contrarias vel diversas, *C.* formulas declarativas ejusdem fidei in symbolo nicaeno contentae, vel *N.* vel *subdist.* quae afficeret privata individua, *C.* ecclesiam vel ecclesias, legitima causa urgente, *N.* Responsio constat ex dictis in probationibus, quibus edocemur non alio sensu ecclesias orientalem et occidentalem decretum illud intellexisse. Sane oecumenica recensita concilia admiserunt et approbarunt fidei professiones ab episcopis confectas et conciliis oblatas, quod non fecissent, si stricto illo sensu quo graeci recentiores intelligendum contendunt, intellexissent decretum ephesinum.

Iis, ncc nisi, ut plures volunt, sub Benedicto VIII. anno 1014, ut initio hujus capilis diximus, adoptatum symbolum cum additamentb esi.

391. Ad 2. AV/;. Ex his enim conciliis quae renovarunt et confirmarunt ephesinum statutum, semper magis patefit sensus illius legis, alioquin concilia illa non derogassem eidem legi in ipso facto confirmationis. Si his addantur expressae declarationes duorum conciliorum oecumenicorum, lugdunensis II. et floremini. res plane confecta est; nec quidpiam ulterius graeci habent quod reponant.

392. Ad 3. A|φ. Quia ex his pariter elucet sensus in quo majores nostri acceperunt decretum concilii ephesini; si enim ad verbum, ut praefertur, seu ad litteram vellemus illud resecare, istae quoque formulae particulares a quovis confectae et ab ecclesiis particularibus admissae, totidem fuissent violationes ejusdem decreti; cum vero et istae confectae fuerint atque in usum deductae a particularibus ecclesiis, quae postea a conciliis occumenicis sancitae sum et approbatae, evidens est, alio omnino sensu ab eo quem graeci autumant, decretum illud confectum fuisse. Adde, quod si lex illa in sensu graecorum communis fuisset toti ecclesiae, seu universae ecclesiae imposita et constituta, multo minus ecclesiis particularibus licitum fuisset ab illa recedere.

393. Ad 4. A>«7. *conseq.* Verum motivum hujus reclamationis fuit tum denegatlo tituli *patriarchae oecumenici* ex parte romani pontificis, quem frustra Michael Cerularius ab eodem sibi concedi expetierat, tum latum in se pervicaciae nomine anathema a legatis pontificis. His commotus Cerularius schisma instauravit, ad quod cohonestandum post plures alias causas, et hanc intexuit de corruptione symboli; nullum vero ipse cum contribulibus suis delictum reperisset, si titulum exoptatum obtinuisset. 9

394. In st. 1. Illicitam esse in symbolo adjectionem et legi ephesinac contrariam agnovit ipse Leo III. rom. pontifex, qui. referente Anastasio bibliothecario in ejus vita, num. 410- *pro amore et cautela orthodoxae fidei,* fecit scuta argentea duo, descripto in utrisque symbolo, in uno quidem litteris graecis, in altero vero latinis w, nec tamen adjectionem *Filioque* apposuit; censuit igitur orthodoxae fidei cautelam id exposcere. 2. Idque merito, tum quia bene noverat patres constantinopolitanos verba *qui ex Patre procedit* accepisse ex ipsismet Domini verbis, quae in Evangelio leguntur, Joann.XV.26.

') Cf. De Rubeis diss. cil. cap. 5. num.2; et De Feller, *Dictionnaire historique,* art. *Michael Cerularius.*

Io) Edit. Franc. Blanchinii, cf. Baron, ad ann. 809. num. 62. Frustra hinc collibebat Pholius Lcouem III. sensisse, Spiritum S. a solo Patre procedere. Hanc enim calumniam dispellunt verba ejusdem pontificis, quae in collatione cum synodi aquisgranensis legalis protulit. *Da sentio,* inquiebat loquens de processione Spiritus S. a Patre ac Filio, *ita teneo cum omnibus auctoribus et sacrae Scripturae auctoritatibus. Si quis aliter de hac re sentire vel docere voluerit, defendo* (inhibeo). *Et. nisi conversus fuerit et secundum hunc sensum tenere voluerit, contraria sentientem funditus abjicio. Quid* clarius? Itaque nonnisi cujusdam temperamenti gratia nolebat prudentissimus pontifex, ut symbolo tunc temporis insereretur particula *Filioque.*

nec proinde debuisse Christi vocibus aliquid interseri 11; tum 3- quia sciebat romanum pontificem non potuisse, aut saltem non debuisse praetermisso consilio ceterorum patriarcharum, qui cum ipso divinum habent regimen ecclesiae, communi symbolo quidpiam adjicere. Ergo.

395. Resp. Ad 1. *D.* Id est, pacis et oeconomiae gratia adjectionem *Filioque* in symbolo, sua cura descripto, Leo III. inserere noluit, *C.* quasi illicitam putaret, *N.* Quod si, referente Anastasio, *pro amore et cautela orthodoxae fidei* Leo III. voluit describi symbolum in tabulis argenteis, id cavit, ne liberum cuique esset symbolo addere quidpiam, vel quidpiam ex eo minuere, ne hujusmodi additionibus aut imminutionibus aliquid aut irreperet aut tolleretur, quod *fidem orthodoxam* laederet atque corrumperet. 12

396. Ad 2. *Neg.* Ad priorem probationem, *neg.* patres constantinopolitanos ipsa verba Christi Domini, prout ea in Evangelio leguntur, usurpasse; sed solum sensum retinentes verba alia ipsi adhibuerunt. Sane verba Christi, prout jacent in Evangelio, haec sunt: *Qui a (παρά) Patre procedit*13, in symbolo autem: *Ex Patre procedentem.* 14 Quod si patribus constantinopolitanis licuit Christi verba in alia mutare, quidni licebit ecclesiae romanae voculam unam interpretationis ergo subjicere? Eo vel maxime quod synodus VII. ac totus Oriens permiserit Tharasio haec ipsa verba Domini duabus vocibus *δι viov, per Filium,* interpolari? Et ante ipsum Epiphanio absque corruptionis periculo licuit, tum in *Panario* tum in *Ancorato,* de Spiritu Sancto profiteri: *Qui ex Patre Filioque procedit?*13

397. Ad 3. seu ad alteram probationem resp. I. *Neg. suppositum,* scivisse nempe romanum pontificem, a se non posse, in iis praesertim quae ad disciplinam pertinent, aliquid decerni pro universa ecclesia, eo vel maxime quod concilia ipsa oecumenica totam vim suam habeant, ac robur acquirant a confirmatione romani pontificis, cujus rei luculentum exemplum suppeditat canon XXVIII. concilii chalcedonensis, qui per plura saecula nullam vim habuit, resistentibus romanis pontificibus; de quo suo quidem loco dicemus. Sed et hoc dato resp. II. *Diet.* Et ex hoc ad summum conficeretur, inconsultis patriarchis non decuisse romanum pontificem sancire, ut adjectio illa admitteretur ab universa ecclesia, *Tr.* ab ecclesia occidentali, cujus ipse patriarcha est, Λ'. Numquam vero romanus pontifex, etsi, utpote totius ecclesiae caput, id praecipere potuisset, coëgit ecclesiam orientalem ad admit-

·') Et hoc ipsum opponit Filaret, op. cit. pag. 33. at quam inepte, patebit ex responsione.

**) Cf. De Rubeis loc. cit.

*3) *Ο παρά τού πατρό εκπορεύεται.*

*H) *7ό εκ πατρό εκπορευόμενο?,* οχ quibus liquet mutatam a patribus constantinopolitanis particulam *παρά* in ex, tum tempus *εκπορεύεται* in participium ex- *πορευόμενον.*

*5) *7ο παρά τού πατρό , καί τού υιού έκπορευόμε?ο?.* Cf. Le Quien, diss. cit. num. 38.

tendam hanc declarationem, sed solum annuit votis episcoporum occidentalium in ea permittenda, ac postea adoptanda. Ceterum tum in concilio lugdunensi, tnm in concilio tlorentino orientales liberi declarati sunt circa admissionem hujus particulae; quod denuo confirmavit Clemens VIII. 16 Addendum praeterea est, orientales, inconsulta romana ecclesia et episcopis occidentalibus, in concilio constantinopolitano I. plura adjecisse symbolo nicaeno; iisdemque inconsultis, in usum communem ac in liturgiam invexisse. Eodem itaque jure usi sunt occidentales episcopi, ac praesertim romanus pontifex, adoptando additamentum, inconsultis orientalibus, et in usum deducendo in liturgia. 17

AD EA QUAE DICTA SUNT SCHOLLI COMPLECTENS.

398- Ne in re tanti momenti, cujusmodi est ineffabile et augustum Trinitatis mysterium, alicui subesse possit ex ignorantia ac defectu rectae notionis, errandi periculum, tum ut nonnulla enucleatius exponantur, quae in tractatus decursu vix attigimus, operae pretium duximus nonnulla adjicere scholia, quibus ea, quae dicta sunt de processionibus, relationibus aliisque id generis, illustrentur juxta catholicam doctrinam et communem doctorum sensum.

fi

n

SCHOLION I.

399. Binae processiones admittendae sunt ac binae origines, *generatio* et *processio:* et quod consequens est quatuor relationes, *paternitas, filiatio, spiratio activa* et *spiratio passiva.* Duas namque dari origines ex Scripturis constat. Nam Filius *genitus* dicitur a Patre (Ps. II. 7.), et Spiritus Sanctus

,e) In concilio lugdunensi imperator Michael Palaeologus postulavit, *ut ecclesia sua symbolum semper dicat. prout dicebat illud ante schisma usque in hodiernum diem,* quod tum a pontifice, tum ab episcopis ipsi concessum est. Sic in concilio florentino, nemine ex latinis repugnante, graeci dixerunt: *Additionem nequaquam omnino nos recipimus; sed concedimus vobis, ut eam habeatis in ecclesiis vestris.* Clemens vero VIII. Bulla XXXIV. §. 6- decrevit, ut graeci credere teneantur Spiritum S. ex Filio procedere: sed non teneantur pronunciare, nisi subesset scandalum. Cf. Le Quien, diss. cit. num. 38. Ex dictis palet, frustra Marcum Anton, de Dominis, lib. VIL *De Republ. Christiana,* cap. ιθ. affirmare periculosum quidem esse, non tamen haereticum, illam processionem negare. Quod mirum esse non debet in homine apostata, infallibilitatem oecumenicorumconciliorum minime agnoscente.

IT) Circa hoc additamentum praeter auctores superius citatos consuli potest Franc. Xaver. Piaccvich S. J. in *Controversia seu colloquio Latinum inter et Graecum de additione particulae* ***Filioque*** *ad symbolum fidei,* quae exstat in *Thesauro theol.* Zaccariae, torn. ΠI; nec non erudita *Dissertatio* Christiani Lupi Ord. s. August, tom. I. *Synodorum generalium,* edit. Vcnet. 1724.

procedere (Joann. XV. 26.). Patris nulla est origo. Ipse enim divinarum omnium originum fons est seu, ut graeci loquuntur, *causa procatarctica,* ut suo loco adnotatum est, quam nos *principium summum* vocamus; *ingenitus* proinde Pater dicitur, *improductus* et *innascibilis.*

400. Has autem processiones fieri debere per actiones, ut vocant, immanentes, intimas nimirum Deo, seu intra Deum manentes, nemo est qui dubitet, ac per hoc distinguuntur ac differunt ab actionibus transeuntibus ad extra seu externis, cujusmodi sunt res creatae omnes, quae exterius a Deo producuntur. Actiones item immanentes ex theologorum doctrina non sunt nisi duae, *intclligere* et *velle,* propter summam Dei perfectionem , qua omnia, quae a Deo cognoscuntur, unico ipse actu comprehendit; omnia, quae ab eo probantur, unico pariter ipse voluntatis actu complectitur.

401. Ex quo theologi plerique inferunt, principium proximum processionum neque divinitatem esse per se spectatam, neque hypostasim aut relationem, quae divinas potius processiones supponunt; sed intellectum et voluntatem, quatenus facultates *notionales* sunt. Scripturae enim et patres passim Filium *Verbum et Sapientiam* vocant, quae spectant ad intellectum; Spiritum Sanctum vero *Amorem, Caritatem, Gratiam* ut plurimum dicunt, quae quidem voluntatis sunt. Cum insuper Filius terminus adaequatus sit intellectus, utpote qui eum exhauriat quemadmodum et Spiritus Sanctus, qui totam exhaurit voluntatis foecunditatem, divinae voluntatis terminus est adaequatus, quamobrem clare colligitur, quare nec plures nec pauciores divinae processiones sint quam duae commemoratae.[2]

') Immerito prorsus Joann. Nepom. Paul. Oischinger in libro edito conira philosophiam Gûntheri inscripto: *Philosophia Giintheriana,* 1852. pag. 263. habet: ..Descendentia (id est, origo unius personae ab altera) conceptum immanendae ac proinde unitatem excluderet, quia genita persona propriam existentiam acquireret. Propter coexislentiam potest constructio (Trinitatis) inchoari a quavis persona, et propter perichoresin semper binae personae agunt in tertiam, sive potius Pater in Spiritu Sancto agit in Filium, et Filius in Spiritu Sancto agit in Patrem, Spiritus Sanctus agit in utroque sicut uterque agit in ipso. Hinc ait Scriptura (Eccli. I. 9.) *Ipse* (Allissimus) *creavit illam* (sapientiam) *in Spiritu Sancto.* Ubi sapientia est ipsa secunda persona, Spiritus vero Sanctus tertia persona Trinitatis.· At hoc vere est notionem doctrinae sanctissimae Trinitatis evertere.

·) Nemo est qui nesciat rationem, qua divinae personae produci dicuntur (utrum scilicet immediate a natura, an mediate tantum ab intellectu et voluntate), quatenus cogitatione distinguuntur a divina essentia, non attingere dogma ipsum, sed diversas in scholis obtinuisse ac oblinere sententias; etsi alia aliis probabilior sit ac magis communis. Quod quidem observo, ne sociniani vel rationalislae, quibus hae sententiae non probantur, ansam sumant, ut passim ab ipsis fit, indidem impugnandi dogma ipsum, quod integrum semper subsistit, etsi modus exponendi has productiones seu processiones, qui apud theologos obtinet, rejiceretur. Cf. Suarez, *Ile Trin.* lib. I. cap. 5. Sic non desunt, qui negent Filium seu Verbum a Patre produci, seu generari per intellectum, et destruere moliuntur principia, quibus haec sententia innititur.

Qui enim hanc sententiam luentur:

402. Sunt qui cum d. Thoma, part. 1. qu. 27. art. 4. generationis Fill! et processionis Spiritus S. diversitatem derivant ex originum *modo.* Cum enim generatio sit *origo viventis a vivente principio conjuncto in similitudinem naturae,* propterea ad generationem proprie dictam requiritur, ut geniti origo sit a gignente per actionem ad communicandam naturae similitudinem suapte natura ordinatam, ut patet in idea mentis, quae rem exprimit; cum vero processio non dicat nisi emanationem unius ex altero, et voluntas sen

I. Hoc principio tamquam axiomate nituntur.· Omne verbum mentis expressa est imago ct similitudo rei cogitatae (cf. Petav. lib. VI. cap. 2. §. 2.); atqui, subsumunt impugnatores, hoc principium est falsum; nam quae per tactum, gustum etc. percipimus, sunt affectiones mentis, et tamen istae non praescierunt imaginem et similitudinem rei perceptae; ergo.

IL Alterum principium horum theologorum est, quod mens intelligendo sibi pariat ideam, quae sit mentis imago; atqui, insurgunt alii, hoc pariter falsum est; nam mens, dum reflectit super se ipsam seu cogitat mentem suam, sine dubio habet ideam sui, nimirum cogitat seipsam, haec autem cogitatio non est imago mentis, quam nemo vidit, et adhuc ignoratur mentis essentia, qua ignorata deest imago ejusdem, saltem in omni cogitatione.

LIL Ut sensu fit oculorum, imagines rerum experimur, positis jam rebus diversis, a mente; ergo si Pater conciperet intelligendo imaginem, quae Filius esset, oporteret concludere, illum concipere imaginem, quia Filius jam existeret, non autem Filium existere, quia Pater conciperet imaginem, quae Filius esset.

IV. Hoc magis patebit analysi instituta cogitationis seu intellectionis sui ipsius. Intelligerc seipsum est voluti convertere et contrahere se ad se ipsum, immo recipere se tandem, ut ita loquar, intra se ipsum. Atqui gignere est *profundere* aliam hypostasim, est veluti extra se *progredi* etc.; ergo.

V. Actus intellectionis exercitae sic concipitur a theologis; Pater intelligendo se concipit, exprimit, generat alium se ipsum; porro inlelligere se totum est veluti recepisse se totum contemplandum intra se ipsum contemplantem, est seipsum per seipsum dimetiri, ac interiori persuasione judicem ac testem sibi esse factae hujus contemplationis ac dimensionis; atqui judicium intimum non est imago ulla, ut quisque intelligit; ergo.

VI. Si Paler per intellectionem suam Filium gigneret, hunc tota sua intellectione gigneret: et quoniam intellectio haec tota, qua gigneret, Filium respicit ut gignendum, hinc lota Patris intellectio cognosceret Filium ut gignendum, nec unquam cognoscceret ut genitum, id est, cognosceret certissime semper habiturum se Filium, nec habuisse tamen a tota aeternitate cognosceret.

VIL Non est persona sine intelligentia et voluntate; quod si eo Filius actu prodiret, quo se Pater inlelligit, prodiret ante consideratam voluntatem; nimirum cum nondum respici undique ut persona posset; seu quod idem est, Filius minime ex persona Patris nasci dicendus esset, si per intellectum, ut explicant, germinaret, maxime quod per omnes theologos tertius e Trinitate ut voluntatis terminus respiciatur; ergo.

Haec aliaque similia non pauca urgent patroni contrariae sententiae, quae eo consilio protuli, non ut probem, sed ut pateat quot difficultatibus obnoxia sit opinio, quae tamen inter theologos communior est. Quod a fortiori de ceteris dicendum, ita ut satius sit dogma ab opinionibus secernere, cum illud ab his nullo modo pendeat. Celerum communis theologorum sententia satis solidum fundamentum habet in Scriptura et patribus, sive graecis sive latinis. Propositae autem difficultates, a psychologia ut plurimum petitae, non possunt applicari operationibus divinis, quae longe nimis a nostris distant.

caritas, quae est voluntatis operatio ad amandam rem, non ad inducendam rei similitudinem, sit ordinata, hinc in Verbo vera generatio est, et ideo *Filius* dicitur; at in Spiritu Sancto, qui est caritas et est ex voluntate, sola processio est, et ideo ipse Filius non est. Exemplo Evae id illustrant, quae licet esset vivens, et a vivente Adamo originem duceret, eique similis in natura esset, Adae tamen *filia* nec fuit nec dici potuit; quia non Adae actione, sed sola Dei voluntate eidem similis facta est. Sunt qui cum s. Augustino sentiunt, solum Filium esse genitum, quia solus ab uno procedit; nullus quippe Filius duos patres habere potest; Augustino assentitur s. Bonaventura et alii cum ipso.[34] S. Anselmus diversas sententias conciliare nititur in *Monologio* lib. I. cap. LVII. α Fatendum vero est, hujus rei nullam evidentem rationem proferri posse; unde monebat s. Gregorius nazianzenus tam generationem Filii quam Spiritus S. processionem honorandas potius silentio quam investigandas. [5]

403. Etsi vero juxta superiorem sententiam generatio intellectu, spiratio autem voluntate fiat, ob miram tamen simplicitatem Dei, in quo intellectus et voluntas *unum* sunt, etiam ipsa generatio et spiratio non duplici, sed uno eodemque actu fiunt; originesque illae duae in duobus terminis distinctae idem sunt in suo principio[6]?

SCHOLION II.

404. Proprietates peculiares, quibus divinae hypostases gaudent, *notiones* a theologis dicuntur. Notio idcirco, prout ab initio tractatus diximus, est character, tessera seu nota singularis, qua divinae personae internoscuntur. Proprietas tamen, ut relatio et notio, una eademque res divina sunt. *Proprietas,* e. gr. dicitur *paternitas,* quatenus soli Patri competit; *relatio,* quatenus respicit Filium; *notio,* quatenus Patrem constituit et a Filio discernit No-

3) S. Aug. *Contra Maximin,* lib. IL cap. 14. num. 1; s. Bonavent. *in librum I. sententiarum,* dist. XIII. qu. 3.

4) Qui tamen cap. 64. fatetur hoc incomprehensibile esse, prout etiam fatetur s. August, loc. cit. scribens: nAmborum est ergo Spiritus, procedendo de ambobus. Quid autem inter nasci et procedere intersit, de illa excellentissima natura loquens, explicare quis potest?... distinguere inter illam generationem et hanc processionem nescio, non valeo, non sufficio." Petavius decem rationes enumerat, cur processio Spiritus Sancti non sit generatio, lib. VII. cap. 13.

5) *Orat.* XXXVII. num. 21. Cf. Albari Cienfuegos S. J. op. cit. vol. II. disp. 9. sect. 4. §. 2. num. 1 et seqq.

c) Apposite s. Anselmus libro *De processione Spiritus S.* cap. 17. alias 16. inquit: ..Quemadmodum lacus non est de hoc, unde diversi sunt ab invicem fons et rivus, sed de aqua in qua unum sunt; ita Spiritus Sanctus non est de hoc, unde alii sunt ab invicem Pater et Filius, sed de divina essentia, in qua unum sunt.» Utitur nempe s. Doctor similitudine graecis familiari.

tiones quinque vulgo numerant theologi. Sunt autem *paternitas, filiatio, spiratio activa, spiratio passiva* et *innascibilitas.* Priores quatuor etiam relationes sunt, eum mutuo se respiciunt; at *innascibilitas* per se relationem non dicit; ad relationum tamen genus reduci potest, ut negatio ad affirmationem. In Deo igitur recensentur *natura* una, *processiones* sive *origines* duae, *personae* tres, *relationes* quatuor, *notiones* quinque.[7]

405. Inter theologos non convenit, an praefatae relationes divinae perfectiones verae sint, nec ne; ancipites in utramque partem sententiae sunt. Juxta Petavium de voce potius quam de re ipsa videtur orta conflictio.[8] Illud plerosque torquet catholicos, quod, si ex una parte dicatur, relationes originis in unaquaque persona esse perfectiones, sequeretur inde in qualibet persona desiderari aliquam perfectionem; si vero non censentur verae perfectiones, dicendum foret perfectionem non esse in divina persona, id quod eam constituit, distinguit, atque, ut ita dicam, specificat. Jam vero si observetur personam divinam, prout persona est, peculiarem quidem habere perfectionem, qua *immediate* carent aliae divinae personae, earum tamen quamlibet *mediate* perfectiones omnes habere, quibus personae reliquae instructae sunt ob identitatem naturae, plane intelligitur personis singulis easdem perfectiones inesse debere. Sic Pater e. gr. quatenus talis est, filiatione destituitur, atque vicissim Filius paternitate; uterque tamen, cum unam eamdemque naturam habeat, quae a relativis proprietatibus realiter non distinguitur, illas proprietates seu perfectiones habet. Idcirco Pater, mediante natura divina, omnibus donatur Filii et Spiritus Sancti proprietatibus; id ipsum dicatur de personis aliis.

406. Hujusmodi relationes sunt in Deo verae ac reales. Ex dictis enim constat in Deo tres esse personas realiter distinctas, Patrem, Filium et Spiritum S. Atqui nomina ista relativa sunt, non absoluta; neque personae realiter distinguuntur per id. quod est in Deo absolutum, sed per id, quod relativum est et unicuique personae proprium. Deinde illud reale est, quod existit nemine cogitante; paternitas enim e. gr. non solum cogitatur aut fingitur in Patre, sed vere residet tamquam proprietas personalis et subsistens in Patre, qua Pater est.[9]

T) Quoad notiones, sunt qui sex enumerant. Cf. Vasquez, *in 1. part. s. Thomae,* disp. CXXXVIL

s) De Deo, lib. VL cap. 7. §. 12 et seqq.

') Cf. S. Thomas part. L qu. 40. art. 1. Observat tamen Petavius, loc. cit. §. 13. tametsi relationes istae naturam perficere et complere dicantur, quemadmodum personalis proprietas quaelibet, quam scholae hodie *subsistentiam* vocant, naturam in completo et absoluto statu substantiae constituit; non tamen perfectiones ipsas esse aliquas, quarum accessione natura fiat ipsa perfectior. Sed quia naturam ultimo in statu complent ac terminant, ideo perficere dicuntur, cum eam velut circumscribunt ac definiunt ita, ut longius atque extra se progredi eam non sinant, sed per se subsistentem faciant. Hinc sunt graves theologi,

SC HOL· IO N 1П.

407. *Circuminsessio,* seu ut ab aliis etiam dicitur, *circumincessio,* seu *circummeatio,* qua voce designatur proprietas illa, seu ille existendi modus, qui tribus personis communis est, definiri solet: *Intima existentia unius personae in altera sine confusione personae.*10 Quo sensu s. Fulgentius, lib. *De Fide,* cap. I. num. 4: *Totus Pater,* inquit, *in Filio et Spiritu Sancto est, et totus Filius in Patre et Spiritu Sancto est, totusque Spiritus Sanctus in Patre ct Filio est.* Adeo ut mutuo tres divinae personae existant in se et, ut loquitur Petavius, inter se immeent, atque se invicem penetrent, quemadmodum Christus testatur Joann. XIV. 11: *Ego in Patre, et Pater in me est.* Quod juxta s. Thomatn triplici ratione fit: essentia, relatione et origine; *essentia,* quae una et eadem est in singulis; *relatione,* quia relativa simul coexistunt; *origine,* quia una persona ab altera emanat per processionem ad intra.11 Circuminsessionis magna utilitas in eo est, quod ad personarum distinctionem earumque consubstantialitatem adstruendam valde conferat.

SCHOLION IV.

408. *Missio* definiri potest: *Processio divinae personae ab alia cum. ordine ad terminum.* Missio haec, si origo spectetur, aeterna est et necessaria, quippe nec motu aut successione fit sed immutabili actione ad intra; si vero *terminus* spectetur, temporalis esse potest, gratuita et libera. De utraque hac missione Christus loquitur Joann. VIII. 42: *Ego ex Deo processi et veni: neque enim a me ipso veni: sed ille me misit.* Porro in eo quod se a Deo processisse testatur, aeternam tangit generationem; in eo vero, quod se a Deo missum affirmat, temporalem et gratuitam missionem suam in mundum ostendit. Prout vero observat s. Augustinus, *De Trin.* lib. II. cap. V. num. 8: *Pater solus nusquam legitur missus12,* quia scilicet a nullo procedit. Notandum praeterea est cum s. Thoma, si mittentis nomine designetur principium personae quae mittitur, non quamlibet personam mittere, sed illam solum, cui competit esse principium illius personae; et sic Filius mittitur tantum a Patre; Spiritus Sanctus autem a Patre et Filio; si vero mittentis nomine veniat principium effectus secundum quem attenditur missio, a tota Trinitate mitti personam missam.13 Hinc Filius dicitur (Isaiae

qui hypostaticam ejusmodi proprietatem nihil aliud esse contendunt praeter negationem.

,0) Circuminsessio graece *χιριχώρηακ* dicitur, dc cujus vocis vi, ac sensu quo usurpata a veteribus est, fuse agit Petavius, *De Trin.* lib. IV. cap. 16.

11) Part. I. qu. 42. art. 5.

”) Expedit legere integrum caput, in quo inveniuntur plura observatione digna.

”) Part. I. qu. 43. art. 8.

XLVUI. 16.) missus a Patre et Spiritu Sancto: *Dominus Deus misit me, et Spiritus ejus.*14

SC HOL 1ON V.

409. Attendenda demum est accurata loquendi ratio cum de Trinitate disseritur. Ex pluribus autem regulis, quae a theologis exhiberi solent, brevitatis gratia nos potiores seligemus. Itaque *unius* et *unitatis* vocabula cum sermo est de Trinitate, unum Deum exprimunt seu unicam trium personarum essentiam.

410. Quum vero vox *unius* masculino genere ponitur, singularitatem non naturae, sed personae significat. Fas non est ita loqui: *Trinitas est unus,* nisi adjungatur substantivum nomen *Deus,* vel saltem nisi subintelligatur15; aliter propositio *sabelliana* esset. Contra vero affirmare non licet *aliud* atque *aliud* esse Patrem ac Filium, sed *alium* atque *alium-,* quippe in neutro genere praenomina significare solent naturam, non personam. Malunt nonnulli patres Trinitatem appellare *unitatem* potius quam *unionem,* ne composita videatur simplicissima Dei natura. E contra dicere magis expedit *unum* Deum quam *unicum, solitarium, singularem:* cum his vocibus abutantur sociniani ad excludendam personarum pluralitatem , *unitarii* propterea nuncupati. Si vero res sit cum polytheistis, *unicum* possumus tuto vocare Deum; cum ad exclusionem pluralitatis substantiarum divinarum usurpetur ejusmodi vox. Ex hac perfectissima unitate manavit, ut illae personae, re a se invicem distinctae, *unum* esse dicantur, nec non *unus Deus,* sicuti et Trinitas *unus Deus.* Quare quum dicitur: *Trinitas est Deus,* idem est ac: *Tres personae sunt Deus;* vel *Deus est Trinitas,* vel *Deus est personae tres.*16

M) Ex dictis colligitur duo ad missionem proprie dictam concurrere: alterum, sempiternam processionem personae, quae mittitur; alterum, externam aliquam efficientiam, sive sub sensus incidat, ut cum, homine suscepto, Verbum hominibus apparuit, aut sub columbae specie Spiritus Sanctus, sive interius sil nec aspectabile quod agitur, ut cum Spiritus S. ad fidelium quemque demittitur. Ceterum produci unam ab altera necesse esse, ut ab ea mitti proprie dicatur, ex ea missione, quae minus proprie usurpatur, ostendi potest. Nam Filius, cum carnem assumpsit, ideo non a Patre solum, sed etiam a Spiritu S. missus esse dicitur, quod hic una cum Patre externum illud opus elaboravit, cujus nisi efficiens causa fuisset Spiritus Sanctus, ab ipso missus non diceretur Filius. Ita Petavius, *De Trin.* lib. VIII. cap. 1. §.9. Et exinde novum argumentum exsurgit adversus graecos, ad processionem adstruendam Spiritus Sancti a Patre ac Filio. Cf. s. Fulgentius in fragmento libri VIII. *Contra Fabianum,* pag. 613 et seqq. opp. edit Paris. 1684.

De sensu, quo in symbolo, quod alhanasianum nuncupatur, dicatur *unus* omnipotens etc. cf. Petav. *De Trin.* lib. IIL cap. 9. §. 9; tum lib. VIII. cap. 9. §. 14 et seqq.

,e) Inepte prorsus Calvinus et Dallaeus carpunt loquendi formulam, apud catholicos usitatam, *Trinitatem esse unum Deum.* Quam quidem objurgationem ex istorum errore profluere, qui proprietates ab essentia divellunt, putantes Filium, qua Deus est, a se ipso esse, ostendit Petavius, lib. VIII. cap. 9. §. 3.

411. *Trinitas* nihil aliud est, quam *ternarius* vel *ternio.* Numeralis et collectiva dictio ejusmodi est, quae proprie ac per ae non unitatem naturae significat, sed tres personas.[17] Usu autem receptum est, ut *trinum Deum,* non *triplicem* dicamus; quamquam, scribit Petavius, *triplicem* personam non minus fsurpari posse quam personas *trinas.* Tournely censet sano et catholico sensu dici posse, esse in Deo tres res, tria entia, tres existentias, tres unitates, tres veritates etc., dummodo tamen adjiciatur terminus relativus, nempe dici posse, *tres res relativas* etc., non autem *tria individua:* quia individua dicuntur in ordine ad unam specie naturam, diversam tamen numero, cum tamen in Deo unica sit natura, non tantum specifica, sed etiam numerica.[18]

412. Observandum praeterea est, nomina essentialia in abstracto non posse supponere pro personis divinis, ideoque dici non posse: *essentia generat* aut *generatur,* prout suo loco diximus definitum esse a concilio lateran. IV. Nomina vero essentialia concreta, si non restringantur per aliquod attributum sive proprietatem notionalem, supponunt pro natura subsistente in tribus personis, ut cum dicitur: *Deus creat* etc. Si vero adjiciatur aliqua notionalis proprietas, tunc nomina essentialia concreta possunt supponere modo pro una, modo pro duabus personis, ut cum dicitur: *Deus generat, Deus spirat,* etc.

413. Cum de accuratis loquendi formulis hucusque disseruerimus, libet verba in medium proferre quibus in Constitutione dogmatica, *Auctorem fidei,* Pius VI. synodum pistoriensem perstringit, dicens: *Duo speciatim notanda censemus, quae de augustissimo ss. Trinitatis mysterio* §. 2. *decreti de fide, si non pravo animo, imprudentius certe synodo exciderunt. . . . Primum, dum posteaquam rite praemisit, Deum in suo esse unum et simplicissimum permanere, continuo subjungens, ipsum Deum in tribus personis distingui, perperam*

[17]) *Trinitas* idem est ac graece *ἡ τριάι.* Frustra propterea Wegscheider affectat vocare eam (§.89. not. rt) *trinunitalem.*

[18]) Num *trina deitas* dici possit necne, Hincmarum inter et Gotescalchum atque Ratramnum, monachum corbejensem, magna saec. IX. controversia exarsit, negante illo, his contra affirmantibus, catholice formulam illam usurpari posse. Eam referunt Natalis Alexander in *Distor. ecclesiast.* saec. IX. et X. diss. 5. §. 14; et Mabillonius, praef. in saec. IV. Benedict, cap. 2. num. 146. Cf. Germonius S. J. *De haereticis ecclesiasticorum codicum corruptoribus,* vol. I. in 8. Parisiis 1713, pag. 504 et seqq., ubi pugnat adversus Couslant. Hic obiter noto, Suarez *(De Trin.* lib. I. cap. 3. et alibi) cum nonnullis aliis scholasticis contendere, praeler tres subsistentias relativas aliam admittendam esse absolutam, communem personis tribus. Verum Petavius, *De Trin.* lib. IV. cap. 12. ex veterum unanimi consensu, quartam ejusmodi subsistentiam admitti non posse, sed 1res tantum relativas, evincere nititur. Ostendit praeterea ex eorumdem sententia nonnisi unicam admittendam esse in tribus distinctis personis *existentiam.* Cf. etiam Vasquez, *in I. part, s. Thom.* tom. II. disp. CXXV et CXXVL

discedit a communi et probata in christianae doctrinae institutionibus formula, qua Deus unus quidem in tribus personis distinctis dicitur, non in tribus personis distinctus..... Alterum, quod de ipsismet tribus divinis personis tradit, eas secundum earum proprietates personales et incommunicabiles exactius loquendo exprimi seu appellari Patrem, Verbum et Spiritum Sanctum, quasi minus propria et exacta foret appellatio Filii, tot Scripturae locis consecrata, voce ipsa Patris e coelis et e nube delapsa, cum formula baptismi a Christo praescripta, tum et praeclara illa confessione, qua beatus ab ipsomet Christo Petrus est pronuntiatus: ac non potius retinendum esset quod, edoctus ab Augustino, Angelicus praeceptor 19 vicissim ipse docuit, in nomine Verbi eamdem proprietatem importari, quae in nomine Filii, dicente nimirum Augustino30: co dicitur Verbum quo Filius.

414. Ast deterius multo erravit Georg. Hermes in expositione doctrinae de ss. Trinitate, ubi scribit: *Nonnulli patres, ad quos etiam s. Augustinus spectat, videntur putasse, per Filium et Spiritum S. significari duas Dei proprietates; ast obliti sunt in hoc, quod tenebantur credere et reapse credebant, nempe Patrem Deum, Filium Deum, et Spiritum S. Deum, et unumquemque per se ut personam. Pater, Filius et Spiritus S. igitur debent significare effectus Dei vel divinde essentiae, et si etiam hoc significare non possent, pro hominibus nihil omnino possent significare, et consequenter pro nobis doctrina de Trinitate divina absque ullo sensu foret.*21 Tot pene errores hic numerantur, quot verba. Numquam enim sive s. Augustinus, sive alius ecclesiae pater putavit per Filium et Spiritum S. significari *duas Dâ proprietates.* Hoc enim falsum est, sed in Filio et Spiritu S. non secus ac in Patre, illi spectarunt *proprietates personales* seu *notiones,* quibus unaquaeque Persona ab alia distinguitur et constituitur in *esse,* ut ajunt, *personae.* Has proprietates seu notiones scholastici vocarunt *paternitatem, filiationem, spirationem,* ut ex dictis patet. Ecquis vero aequo animo hoc ferat, ut Hermesius praedicet Patrem, Filium et Spiritum S. non aliud significare nisi *effectus* Dei? Hoc prorsus novum ac inauditum est in scholis catholicis. Fides enim docet Patrem a nemine procedere, Filium vero et Spiritum S. procedere a Patre, Filium quidem per generationem, Spiritum S. etiam a Filio per processionem, sed tamquam a principio intrinseco, non autem tamquam a principio extrinseco, alioquin *effectus* sane essent, et *merae creaturae.* Attamen, nisi doctrina de Trinitate ita exponatur, juxta auctorem nostrum absque ullo sensu foret! 22

,e) Part. L qu. 34. art. 2. ad 3.

») *De Trin.* lib. VII. cap. 2. num. 3

«) *Christ, cath. Dogm.* Monasterii 1834, pag. 470.

77) Qaae quidem speciminis gratia dedimus. Ceterum permolestum opus esset, omnia persequi quae tradit hic auctor, qui tamen jactat se novam invenisse theologiae

tradendae rationem, ac magistrum se exhibere eorum, qui hactenus in tenebris versuti sunt. Ut insistamus in iis, quae ibidem scribit de Trinitate, docet essentiam divinam, prout efficiens est, esse Patrem, Filium vero efficientiam Patris, id est, essentiae divinae, quae ipsum producit per repraesentationem sui ipsius in suo effectu, et dum divina essentia ab aeterno agit seu efficit, *inquit,* sese exhibet, prouti est efficiens, tamquam individuum, et quia efficit cum conscientia sui, exhibetur tamquam persona .... per coëfflcicnliam Patris et Filii oriri debet reactio divinae essentiae in seipsam, et hinc haberi una divina essentia iterum tamquam individuum, et quidem distinctum a Patre et Filio, et insuper sui conscium, igitur ut persona." Quam perspicua ac mirifica haec sunt omnia! Spiritus S. procedit per modum reactionis divinae essentiae in seipsam! Merito propterea Gregorius XVI. hujus auctoris opera proscripsit, decreto dato sub die 26. Sepi. 1835.

IV

TRACTATUS DE DEO EJUSQUE ATTRIBUTIS.

pag.

Prooemium 5

PARS I. De Dei existentia, unitate, essentia et attributis geueratim .....

CAPUT

Prop. I. Deus existit 11

CAPUT 36

Prop. L Deus unus est 39

Prop. IL Ethnici vel polytheismo proprie dicto vel idololatrico cultu absoluto vel passim utroque simul se commacularunt .....

Prop. III. Absurdum est dualistarum systema, ac malorum origini explicandae impar .... 55 .....

CAPUT III. **De essentia Dei ejusque perfectionibus generatim** .... 65 .....

Prop. I. In Deo sunt omnes perfectiones .... 68 .....

Prop. II. Deus habet omnes perfectiones simplices formaliter, mixtas autem eminenter .... 69 .....

Prop. III. Essentia Dei metaphysica videtur constituenda in eo, quod sit ens a se ac independens, seu in existentia a se 71

PARS II. De divinis attributis singillatim .... 74 .....

CAPUT I. De simplicitate Dei .... 74 .....

Prop. I. Deus est omnino simplex .... 77 .....

Prop. IL Absurda et haereticalis est sententia eorum, qui Deum corporeum esse censent ..... , . 79

Prop. 11L Systemata puntheismi atque autotheismi absurda sunt - - - i .. 85 .....

I'rup. IV. Admitti nequit ulla realia distinctio inter Deum ejusque attributa sive absoluta sive relativa, neque inter attributa absolnta ipsa .... 101 .....

Prop. V. Admitti debet rationis seu cogitationis distinctio inter divinam essentiam ejusque attributa sive absoluta sive relativa, et inter attributa absoluta ipsa 105

CAPUT II. De Dei immutabilitate ac libertate . . . 10«

Prop. Deus est immutabilis et liber 109

ni ta te, immensitate atque aeterni .....

114 .....

Prop. I. Deus est infinitus absolute et in omni genere perfectionis 114

Prop. II. Deus est immensus, rebusque omnibus et locis intime praesens essentia sua . 116

Prop, III. Deus est aeternus - - - - 121

PARS 111. De scientia 125

CAPUT I. De scientia Dei 125

ARTICULUS I. De divinae scientiae existentia atque proprietatibus . . . 9 126

Prop. I. Est in Deo veri nominis scientia eaque perfectissima 126

Prop. II. Scientia Dei est simplex, immutabilis et infinita 127

Prop. III. Scientia Dei est efficax et causa rerum 128

ARTICULUS II. Dc objecto scientiae divinae - - - - 131

Prop. I. Deus se ipsum perfecte cognoscit et comprehendit 131

Prop. IT. Deus cognoscit omnia possibilia - - - - - - - 132

Prop. III. Deus distincte cognoscit omnia praeterita, praesentia et futura, sive necessaria sive contingentia et libera . - - - - - - 133

Prop. IV. Deus certo et infallibiliter cognoscit futura contingentia conditionata .. 140 .....

ARTICULUS III. De medio scientiae divinae ..... 146 .....

ARTICULUS IV. De divisione scientiae Dei .....

CAPUT II. De voluntate Dei 156

Prop. I. Deus, supposito etiam peccato originali, voluntate beneplaciti seria et antecedente vult alios salvos fieri quam praedestinatos, et Christus non pro solis praedestinatis mortuus est ac sanguinis sui pretium Deo Patri obtulit, sed etiam pro aliis, saltem fidelibus . 158

Prop. II. Vera, pia, catholica et fidei proxima est sententia, Deum, supposito etiam peccato originali, velle vere et sincere omnes et singulos homines, saltem adultos, salvos fieri, et Christum ex eadem sincera voluntate applicationis meritorum suorum pro iisdem mortuum esse, et sanguinem fudisse..... 163

Prop,. III. Deus voluntate seria et antecedente vult etiam infantes decedentes sine baptismate salvos fieri, et Christus pro iisdem mortuus est.....178

De providentia ac de praedestinatione . 182

CAPUT I. De providentia..... . ; . 182

Prop. Datur in Deo providentia, quae ad omnia et singula sese extendit.....183

CAPUT II. De praedestinatione 188

ARTICULUS I. De natura et proprietatibus praedestinationis . . 188

Prop. I. Datur ex parte Dei veri nominis praedestinatio, eaque certa est et immutabilis.....194

Prop. II. Nemo absque speciali revelatione certus esse potest de sua praedestinatione 198

ARTICULUS II. De causis et effectu praedestinationis - - - - 200

CAPUT III. Dereprobatione.....201

Prop. Impium est asserere Deum ex solo beneplacito aliquos homines positive reprobasse, atque aeternis suppliciis destinasse absque praevii peccati praevisione 202

TRACTATUS DE SS. TRINITATE.

Prooemium 209

CAPUT I. De vocibus, quae in disserendo de augustissimo Trinitatis mysterio usurpantur . . . 211

CAPUT II. De numerica divinae essentiae unitate in tribus personis.....219

Prop. I. Tres sunt in una divina essentia personae realiter distinctae, quod probatur primo ex sacris litteris generatim..... 220

Prop. II. Tres sunt in una divina essentia personae realiter distinctae, quod probatur speciatim ex I. Joann. V. 7. utpote authentico et genuino 232

prop. III. Unitas divinae essentiae in tribus personis distinctis ex perpetuo ac constanti ecclesiae sensu traditional! confirmatur....., . 250

P*S.

Prop. IV. Mysterium sanctissimae Trinitatis rectae rationi adversari nullo modo ostendi potest 267

CAPUT III. De Verbi seu Filii divinitate et cum patre consubstantialitate 274

Prop. I. Verbum est vere ac proprie Deus et Filius Dei ac Patri consubstantiale 275

Prop. II. Verbum esse proprie Deum, Filium Dei et Patri consubstantiale ex traditione invictissime ostenditur . 286

CAPUT IV. De divinitate Spiritus Sancti 302

Prop. I. Spiritus sanctus vere ac proprie Deus est, ut in primis ex Scripturis constat 303

Prop. II. Spiritum Sanctum vere ac proprie Deum esse ex sensu ecclesiae traditional! confirmatur 312

CAPUT Spiritus Sancti a Patre et Filio processione 323

Prop. I. Spiritus Sanctus a Patre Filioque procedit . . . 326

Prop. II. Immerito graeci ecclesiam latinam corrupti symboli insimulant ob additamentum particulae Filioque 342

CAPUT VI. Ad ea quae dicta sunt scholia complectens 350

3m Mûgc von ®. 3ofepl; ÎDhutj in ft eg enὺbuvg ijl erfc^ientn unb burib aile Sucbbunblungeii pi bejieben : **I**

’assaglia (e soc. Jesu in rom. colleg. theolog. profess.) Caroli, **de aeternitate poenarum** deque igne inferno commentarii
Lex. 8. geh. 30 kr. od. 10 8gr.

^cnrnmclit b. ®. 3·/ -lu lei tun g jur SÎêcefe. ?iηὺ bent 3tolienifd)eu,
ir îbl. gr. 8. gel). 2 fl. 12 ft. ob. 1 X^lr. 10 fgr.

------ bnffelbc. 2r îbL gr. 8. geb. 2 fl. ob. 1 ilblr. 7} Îflï.

Sorftebenbeo ®erf ift cine Jlnleitung, inn Seeieu auf bem geivobnlidien SBege bet ©naît jur ibriitlKhen Sollfommenljeii ju ffibren, nnb es ift feiuer **betaunteu S ortrefflidjteit** wegen nicbt bioe eintacben **S**eelforgerπ jn emvfeblen, [onbern audj jeudi tpricnern, roeldien bu Dbforge fiber flô|ierlid›e ^nftitute anvenraut ift, nnb iprebigern, beiien binreidienber Stofi ju âleben nnb Sortràgen geboten ifr, uoju fie nameutlid) burd) bas belli IV. Sanbe beijufügtnït îHegifrer auf aile **Sona·** unb ftefttage be$ 3a&reé unterftûgt werbcn.

Sepp, Dr. 3· 31·/ be# £›eibentj)Uin uuV bejfen 23 **eb eut un g** fur baô **6br0 fient** b uni. 3 23Ve. (I. ^oômifdje Ibeologie obcr bie ftùturreligiou unb ber Ipolptberôinuô. II. $)er Cpferbicnfi unb bie_ !î)?p|îerieiilebre. (Spfleni beà ijtantbetènnrô. III. 2)er ^eroenfiilt u. bie ℨRe|en ber **tôlier.** 2)ualiômuô.) (86 23ogen.) gr. 8. geb. 8 fl. 48 fr. ob. 5 îtylr, 10 fgr.

Wctto: M®tr »ir& ὓn Me QRçtbcltfjie oon ter Seite crfiâren, tas in ibr aile (bnitiidjen ®at?rbcucn vorbilMicb erfûilt whdnen'·· te SRaiftre,

(h ift Mannt, bafi [eu .ben iagen bes **Drigenes** bie djriftlidje îBiffenfdjaft von ber betbnifdien Kpîbologie Hmgang genommen, unb inbem fie ejflufiv au bas ^ubentbum anfnûpfte, eine efafeitige tRiduung gemonneu nnb eine fûbibare ÿfiÆe gelaffen bat. **Xu** neucre 3eit bat gleidoam jur **Strafe** bafùr, bafi man niât (ângft jene ocrbilblidjcii tRcligioncn bed $eiben» tourne ffir bie âtiftliàe ©eltanfibauung eroberte, bie (jvangelieii felbft in ben Üreiê ber 'IRijtbe binûbergejogen. 1er Serf. bemfibt fi$, in bem tcmvlct vorliegenben SBctfe ηιφι nur ben **innenn** (introidlungsgang ober ben freatfirlicben, geiftigen unb etbif^en **Moment** ber Ttytbologie, fonbern jùglcicb bie eonfequente, biftorifd?e (intwirtlung ber **Semiten,** dbamiten unb 3ûvb«tiben inbaltlid? natbjurceifen, fc bafi biemit bie beitnifebe <5d)ôpfungs«, griôfungô» unb Jpeiiignngèiebre, unb ber religiôfc îbeil ber gefammten ®i[φιφΐε bee- Slltertbuiné gebeten, folgiidj fùr bie φπΐιιιφε ideologic ein mebr univerfaler êtanbruiift gcivonnen, faftifd? abcr audi bie 'Jiotbweubigteit ber in jùngucr 3eit vielfad» angefcdjtenen fia|fi|'djeii **Stnbicn** bei ben fo ergiebigen Oiefuitaten bargeiegt i|t.

— — ba5 £eben 3efu 21tit einer fpetulatioen 2lb^anbiuug von **3**of. v. **©ôrreS.** Ir ®V. lie u. 2tc îlbtbcilung. G-brouoIogic Veê 2ebenê 3efu. — Uranofogie **M** SebcnS 3efu. — 2te 2lufl. gr. 8. gel). 3 fi. 45 fr. ob. 2 îf)lr. 10 fgr.

îla^bein bie eriten ®ânbe ber I· Mufiage beretté feit mefyreren 3ûbten vergriffen finb, bat ben £rit. S|erfafier nur bie .perauegabe feines ireitern æerteè: ,,Tαβ epeibentbinn unb befien éSebeutung fur baë Gijnftentbum, brei Sànbe" in ber fofortigen neueit Bcarbeitung aufgebalten. Diefe llmarbeining ift bei ber üteidibaitigfeit beê Stones eine griinblidie ge‹= worben, unb es bûrfte bie aite çrage fiber 3abr unb **lag** ber ®eburt, Xaitfe unb £inri<$ tnng 6brifti fût immer ibre (nlebigung gefunben baben.

SiUfeman, Œarbinal, SlbfjunMungen ùber verfdjtcbcne (SegenfiànVc. 2luê Vem ®ngl. **Ir** 231 (2lbbûnMungen ûber Vic **bciiige <S$rift** unb fiber Ven **fiitbviiidjen** ®o11cêVieitft.) ïïiit Vem SilVniffc Veé 23erfafler§ unb einer 3ni(brifttûfei. gr. 8. gei>. 3 fl. 30 fr. ob. 2 Xl)(r. 7'- fgr.

------ baffeibe. 2r 23ï>. (SlbfyanMungeu ùber Ven **îlnglicaniêmuê** unb bnrnuf bcjûglidic **Êoutrovcrôfdiriften.)** gr. 8. geb. 3 fl. 30 fr. ob. 2 lljlr. 7| fgr.

1er Serf, wrêffentiidjte biefe Jleibe jerftreuter Slâtter unb Sluffâhe nur auf bie Suffop berung viefer ^reunbe unb bie vieifeitigen Sitten ftrember, ba fie fritter nieift in vieien Dtunument beb Dublin Review, tfyeiiô mit, tbeils obne 9lamen beê Serf, erfdjienen. Sie bilben eine reidic o'unbgnibe grofier ®elebrfarafeit unb finb eine 3'?rï?c fatijclifd^er SBifienfrfiaft.